22086/B/1



ARTHVR^{9} : S^{T} : GEORGE . S:T:D

CANCEL : CLOGHERENSIS . 1717

22101 320 325

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30532991_0013



1. Joach. Camerarius.
2. Aldus Manutius. 3. Joannes Meurſius.
4. Leo Allatius. 5. David Hoeſchelius.

JO. ALBERTI FABRICII

SS. THEOL. D. PROF. PUBL. ET HOC ANNO GYMNASII RECTORIS

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ VOLUMEN TERTIUM DECIMUM,

QUO CONTINETUR

ELENCHUS MEDICORUM VETERUM, ET NOTITIA COLLECTIONUM AC SCRIPTORUM GRÆCORUM JUNCTIM EDITORUM, LITURGICORUMQUE.

ACCEDUNT

ANONYMI HOESCHELIANI DEFINITIONES, LATINA VERSIONE DONATÆ: SENTENTIÆ VARIORUM ET SECUNDI PHILOSOPHI, EMENDATÆ EX MS. NUNCUPATIONES ECCLESIASTICÆ QUIBUS UTUNTUR IN SUO LITTERARUM COMMERCIO GRÆCI RECENTIORES. THEOPHILI CORYDALEI EXPOSITIO RHETORICES, &c.



HAMBURGI,
SUMTU THEODORI CHRISTOPHORI FELGINERI.
M D CC XXVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY
315897

NOBILISSIMO AC JURISCONSULTISSIMO

VIRO

DN. JOANNI JULIO SURLAND,

J. U. L.

Syndico Reip. Hamburgenſis,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Si illa mihi contigiſſet vis ingenii ac felicitas, ut terſum aliquid & victurum condere, cultuque ſuo & amœnitate commendabile tradere poſteris datum fuiſſet, facilius perfricarem faciem, confidentiusque TE, VIR NOBILISSIME, adirem, aliquam TIBI, quod jam dudum facere geſtio, publicam obſervantiæ atque

obſequii teſſeram devota manu dicaturus. Nunc vehementer mihi rogandus es, ut hoc natum apud me proxima fœtura opus, quod nullo alio nomine fortaſſe quam voluntate juvandi doctrinarum ſtudioſos ferri aut ætatem ferre mereatur, pro humanitate Tua atque continuata in me à multis jam annis benevolentia ſuſcipias, & parum comtum licet, ſerena fronte admittas, meumque potius offerentis non improbes animum, quam operis pretium nitoremve peniſiculatius examines.

Non ita ſum expers ſenſus communis, ut mihi pulchre perſpectum non ſit, quantopere reformidandum ſit ſcriptori judicium Tuum, illique nominatim invitanti Te nuncupatione ad legendum, qui longius etiam quam dignitate & amplitudine, nos ſubmoves ingenii faſcibus, & in quocunque ſcribendi genere, ſive publice juvat, quod juvat unice, Te PATRIÆ ſaluti & commodis litare, ſive privatim ſerio aut

joco

joco experiri libet, ita verſaris, ut qui legunt Tua, eadem mirando non ſatientur. Sed non minus cognita mihi eſt æquitas Tua ac facilitas, Tuusque in litteras atque litteris bona fide operantes amor, ut ſtudium qualecunque meum quod in Græcis monumentis ſeu recenſendis ſeu illuſtrandis & in lucem proferendis poſui, displicere penitus judicio Tuo non poſſit.

Quem quondam juvenem doctæ inſtituere Sorores,
Hunc vel adhuc maturum annis poſitaque Juventa
Conſilia inter magna ſuâ dulcedine mulcent
Et recreant feſſum per mille negotia pectus.

Quidni igitur & Græcis apud Te locus relinquatur ingeniis, à quibus omne genus artium & ſcientiarum, omne etiam deliciarum litteratarum genus & elegantiarumad nos propagatum eſſe, non potes eruditioni Tuæ non credere. Accipe igitur à me tenuis munuſculi loco præſens Volumen memoriæ illorum perinde ut duodecim ſuperiora &

notitiæ tradendæ deſtinatum, qui ſi adhuc vivi ac ſpirantes ſupereſſent, ſub ſplendore Nominis Tui lucubrationes ſuas commendari poſteris certe gauderent, atque TE proxeneta illuſtrari Nomen ſuum lætarentur. Merita in Patriam Tua, ſollertiam incredibilem, curamque & dexteritatem domi probatam, & peregre magnis adamatam Principibus ac Regibus, alii me diſertius celebrabunt: mihi ſtatutum eſt, DEUM ter Opt. Max. publici boni cauſſa orare, ut TE, VIR NOBILISSIME, per multos annos dignitati ac commodis Patriæ conſervet, conſilia proſperet, firmet valetudinem Tibi Tuisque, & faxit ut dulciſſimus Aſcanius Tuus Conſulari avita imagine & Tuo auſpicatiſſimo exemplo eccitatus in magnas creſcat Patriæ ſpes, & Tuo publicoque gaudio matureſcat. Votum nuncupavi Hamb. IV. Cal. Maji, CIϽ IϽ CC XXVI.

AD

AD LECTOREM.

Quam ſuperioris Voluminis modus adjungere vetuit Medicorum Græcorum deperditorum notitiam, præſenti tomo dare inſtituenti mihi, nihil commodius vel magis ex re lectorum futurum eſſe viſum eſt, quam ſi in meos ſtudioſorumque uſus verterem pleniſſimam in hoc genere ſyllogen quam in libro erudito de Nobilitate exhibuit jam ducentis propemodum ab hinc annis ANDREAS TIRAQUELLUS, Vir non minus de humanioribus litteris quam de juris Civilis ſcientia inſigniter promeritus. Quam multa illius obſervatis adjunxerim, vel etiam in illis emendaverim, reſtituerimque, Lectores æquos libenter admittam judices: tantum veniam ab iisdem petam, quod etiam Arabibus Medicis dederim locum in Bibliotheca Græca, quoniam ex Græcis Medicis hos pleraque in areolas ſuas derivaſſe conſtat: neque ideo recentiores & ætati Tiraquelli propiores paucos ab illo commemoratos voluerim expungere, quoniam comperi multos & mul-

ta ab eodem, JCto licet, notata, quæ à Schenckio, Lindenio & Mercklino Medicis ipſis, & Medicorum recentium etiam notitiam tradere profeſſis, neglecta fuerunt. Non pauca adhuc ſupereſſe, quæ vel notatis ab utroque noſtrum mereantur adjungi, vel rectius conſtitui etiam, libenter profiteor: perſuadeo mihi tamen ita etiam oportuniores memorias à me ſuppeditari iis, qui vel de Medicis antiquis edoceri voluerint, vel accuratiorem denique Medicorum hiſtoriam litterariam poſteris tradere duxerint in animum.

Poſterior hujus Voluminis pars tota conſtat in recenſendis omnis generis collectionibus ſcriptorum Græcorum, quos junctim prælo ſubjicere viris eruditis ſubinde placuit. Ut adeo ſtadii ad calcem jam ſit decurſum mihi, nihilque reſtet ad conſummandum univerſum hoc opus, cujus pridem deſidero exitum videre, niſi mantiſſa indicum & ſupplementorum, quorum multam & non contemnendam copiam in mundo habeo, & de ſcriptoribus dubiis ac ſuppoſititiis diatriba. Ut porro ſicut in prioribus Tomis, uno conſpectu offerat ſeſe oculis tuis, quæ in Volumine hocce Tibi, Lector Benevole, à me exhibentur, ecce Tibi brevem eorundem tabellam:

Elenchus eorum qvæ hoc in Volumine continentur:

CAPUT IX.

Index ſcriptorum à THEOPHRASTO citatorum, compoſitus à me ad paginas editionis Heinſianæ. pag. 1.

De NICOLAO Alexandrino, quem MYREPSUM appellant. p. 4.

Index ſcriptorum ab eo laudatorum. p. 9.

Index variorum generum doctrinæ *) de quorum ſcriptoribus editis, ineditis ac deperditis in hac Bibliotheca à me dictum eſt. p. 15.

Elenchus Medicorum veterum, in quo ANDREÆ TIRAQUELLI obſervata innumeris locis ſupplentur, augentur & emendantur. p. 17.

Specimen Bibliothecæ univerſalis ineditæ ALPHONSI CIACCONII, cum obſervationibus. p. 48.

Locus DIONIS Caſſii de Antonio Muſa, cum notis. p. 66.

JOHANNES STEPHANUS de Theologia HIPPOCRATIS, additis à me omnibus magni illius Medici locis, quibus de religione agitur, & quibus adſtruitur ſententia à Nobiliſſimo TRILLERO nuper defenſitata. pag. 192.

JOANNIS LEONIS Africani libellus de illuſtribus Medicis & Philoſophis apud Arabes, locis quibusdam emendatior, additis quibusdam notulis. p. 259.

MARCELLI Sidetæ carmen de piſcibus, ex verſione metrica FEDERICI MORELLI. p. 317.

Index ſcriptorum citatorum in Pandectis Medicinæ MATTHÆI SYLVATICI. p. 324.

SEXTI PLACITI liber de medicina ex animalibus. p. 395.

Index ſcriptorum in VALESCI de TARANTA Philonio citatorum. p. 441.

Carmen de Medicina, VINDICIANO tributum ab aliis, ab aliis MARCELLO EMPIRICO, quod videtur rectius habendum eſſe pro clauſula SERENI SAMMONICI. p. 446.

Epiſtola VINDICIANI ad VALENTINIANUM Imp. p. 448.

CAPUT

*) Ut de ſcriptoribus rei accipitrariæ lib. 1, cap. 25. de hieroglyphicis c. 5. lib. 1, cap. 13. de incredibilibus lib. 1, cap. 21.

-❦)o(❦-

CAPUT X.

De Collectionibus omnis generis ſcriptorum Græcorum junctim excuſorum. p. 657.

Philippi Melanchtonis Epiſtola ad Joasaphum Patriarcham CPol. Græce & Latine. p. 468.

Antonii Eparchi ad Philippum Melanchthonem, Græce. p. 500.

Verſus Græci audaciore plurimarum vocum compoſitione conſtantes. pag. 475.

Nuncupationes Eccleſiaſticæ Epiſcoporum & ſalutandi formulæ Græcis hodie uſitatæ, ex editione V. C. Joſephi Waſſe. p. 479.

Anonymi Hœſcheliani definitiones, Græcè cum Latina verſione p. 544.

Altercatio Hadriani Auguſti & Epicteti Philoſophi ex Frid. Lindebrogii editione. p. 557.

Secundi Philoſophi ſententiæ Græc. Lat. emendatæ è MS. Gudiano. p. 565.

Johannis Pediasimi de muliere mala, bonaque. Gr. Lat. p. 576.

Diſputatio Pippini cum Albino Scholaſtico. p. 579.

Nicarii, Carfilidis &c. Interrogationes & reſponſiones. p. 583.

Frid. Lindenbrogii variarum quæſtionum centuria. p. 586.

Quæſtiones & reſponſiones Antonii Chapuis, Delphinatis. p. 601.

Theophili Corydallei expoſitio Rhetorices, Græce & Lat. p. 648.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ
VOLUMEN TERTIUM DECIMUM.

LIBRI VI. PARS TERTIA.

CAPUT IX.

I. Index ſcriptorum à THEOPHRASTO citatorum.

Ægyptiorum *ἀναγραφαὶ ὑπὲρ τῶν βασιλέων. lib. de lapidibus* pag. 394. edit. Heinſii. *οἱ γράφοντες τὰ περὶ τοὺς βασιλεῖς.* id. p. 399.

Æſchylus *ἐν τοῖς ἐλεγείοις.* IX. 15. *hiſt. plantar.*

Alexias Medicus, Thraſyæ diſcipulus IX. 17. *hiſt.*

Anaxagoras III. 2. *hiſt.* I. 5. *de cauſis plantar.*

Androcydes IV. 20. *hiſt.*

Androſthenes de Tylo inſula rubri maris II. 7. *de cauſis.*
Androtion II. 8. *hiſt.* bis. & III. 15. *de cauſis.*
Antigenides Muſicus IV. 12. *hiſt.*
Antiphanes Delius. *lib. de ſudoribus* p. 457.
Archilochi verſus. *lib. de ſignis tempeſtatis* p. 438.
Archippus Archon Athenis IV. 17. *hiſt.*
Ἀρχιτέκτονες συγγεγράφονται. V. 8. *hiſt.*
Archytæ dictum ad Eurytum. c. 3. *Metaphyſic.*
Ariſtæus. *lib. de ventis.* p. 405.
Ariſtophilus Plataicus, Pharmacopola. IX. 19. *hiſt.*
Ariſtophon Rhetor, Archon Athenis. Character. morum c. 8.
πανακὲς Ἀσκλήπειον. IX. 12. *hiſt.*
Callias Athenienſis, inventor minii. *lib. de lapidibus* p. 400.
Chæremon poëta V. 10. *hiſt.*
Πανακὲς Χειρώνειον. IX. 12. *hiſt.*
Cleodemus. III. 2. *hiſt.*
Cleoſtratus Tenedius, Aſtronomus. *infra in* Matricetas.
Clidemus I. 10. III. 28. bis. V. 12. *hiſt.*
Cydiæ inventum de ochra ſemiuſta rubeſcente *lib. de lapidibus* p. 399.
Democritus I. 7. II. 16. VI. 1. 2. 6. 9. 14. 56. *de cauſis* & *lib. de ignep.* p. 432. *de odoribus* p. 453. *de piſcibus in ſicco* p. 460. & *Metaphyſic. c. ult.*
Diocles *lib. de lapidibus* p. 395.
Diogenes (Babylonius) III. 2. *hiſt.*
Diotimus Gymnaſtes *lib. de ſudoribus* p. 456.
Empedocles I. 7. 13. 14. 26. 27. *de cauſis.*
Epigenes *lib. de laſſitudine.* p. 463.
Scylla herba Ἐπιμενίδειος. VIII. 11. *hiſt.*
Eudemus Chius. IX. 18. *hiſt.*
Eudemus pharmacopola IX. 18. *hiſt.*
Euripides *Metaphyſic.* c. 7.
Gorgias *lib. de igne* p. 436.
Heraclitus. *lib. de vertigine* p. 462. & *Metaphyſic.* c. 4.
Πανακὲς Ἡράκλειον IX. 12. *hiſt.*
Heſiodus III. 9. VII. 12. VIII. 1. IX. 21. *hiſt.*
Heſtiæus. *Metaphyſic.* c. 3.

Hippo

Hippo I. 6. III. 3. *hiſt.*
Homerus IX. 15. *hiſt.* ter. & *Metaphyſic.* c. 2. ὁ Ποιητὴς III. 2. *hiſt.* II. 13. *de cauſis* & *lib. de ventis* p. 410. verſus οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, oligarchiæ vitio ſuperbientibus ſolus in ore ac memoria. *character. morum* c. 27.
Hyriades. *lib. de ſudoribus* p. 457.
Leophanes II. 6. *de cauſis.*
Matricetas Methymneus Aſtronomus. ἀγαθοὶ γεγένηνται κατὰ τόπους Ἀστρονόμοι ἔνιοι. ΜΑΤΡΙΚΕΤΑΣ ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ τοῦ Λιπετύμνου. Καὶ ΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟΣ ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἴδης. καὶ ΦΑΕΙΝΟΣ Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ Λυκαβηττοῦ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε, παρ' οὗ ΜΕΤΩΝ ἀκούσας τὸν τοῦ ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐνιαυτῶν συνέταξεν. ἦν δὲ ὁ μὲν ΦΑΕΙΝΟΣ μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δε Μέτων Ἀθηναῖος. *lib. de ſignis pluviar.* p. 416.
Ἰατρός τις οὐκ ἀλαζὼν οὔτε ψεύστης. IX. 14. *hiſt.*
Οἱ μάντεις σημεῖα καὶ τέρατα κρίνοντες II. 4. *hiſt.*
Melampus à quo τὸ Μελαμπόδιον, ὡς ἐκείνου πρώτου τέμνοντος. IX. 11. *hiſt.*
Meneſtor Medicus V. 4. & 10. *hiſt.*
Metonis Athenienſis Aſtronomi enneadecaëteris. ſupra in Matricetas.
Muſæus IX. 21. *hiſt.*
Ὀρφεοτελεσταί. *character.* c. 17.
Οἱ παλαιοί φασι. VI. 3. *de cauſis* & *de igne* p. 432.
Pantius ὁ ἀνδριαντοποιός. IX. 13. *hiſt.*
Phainus Aſtronomus. *ſupra* in Matricetas.
Οἱ φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ ῥιζοτόμοι IX. 8. 9. X. 1. οἱ τοὺς φαρμακώδεις ὀποὺς συλλέγοντες IX. 2. *hiſt.* οἱ μυρεψοί IV. 2. *hiſt.* μελιττουργοί VI. 2. *hiſt.* &c.
Φειδώνιον μέτρον. *Character.* c. 12.
Philoxenus. *lib. de ventis* p. 410.
Ἔνιοι τῶν φυσικῶν. VI. 5. *de cauſis.*
Plato. VI. 1. *de cauſis* & *Metaphyſic.* cap. 3. 9. in Timæo. *id. c.* 4.
Polycles cui characteres ſuos Theophraſtus dedicavit.
Praxilaus Archon Athenis. lib. de lapidibus p. 400

Proverbia: ἔτος φέρει, οὐχὶ ἄρουρα rejectum VIII. 8. *hiſt.* & probatum III. 29. *de cauſis.* φιλεῖ δὲ νότος μετὰ πάχνην. *lib. de ventis* p. 412. οὔποτε νυκτερινὸς Βορέας τρίτον ἵκετο φέγγος. ibid. μή τ᾽ ἀπὸ Ἠπείρου δείσῃς νέφος ὡς ἀπὸ Πόντου Χειμῶνος, Θέρεος δὲ ἀπ᾽ Ἠπείροιο μελαίνης. id. p. 415. τῷ κόπῳ λύει τὸν κόπον lib. de laſſitudine p. 464. κοινὸς Ἑρμῆς. *character.* c. 12.
Pythagorei *Metaphyſic.* c. ult.
Satyrus III. 12. *hiſt.*
Simonides Archon Athenis. VI. 3. *hiſt.*
Speuſippus c. 3. *Metaphyſic.*
Οἱ περὶ Στάγειρα. III. 11. *hiſt.*
Thericlei calices. V. 4. *hiſt.*
Theſeus. character. c. 27.
Theſſalus Piſiſtrati F. II. 4. *hiſt.*
Thraſyas Mantinenſis, Medicus, Alexiæ præceptor. IX. 17. *hiſt.*
Xenocrates c. 3. *Metaphyſ.*

II. In PRISCIANI Lydi paraphraſi in Theophraſtum de ſenſu & phantaſia, citantur:

Ariſtoteles p. 273. 284. 285. 286. 289. 290. 291. edit. Græcæ Theophraſti Baſil.
Jamblichus p. 277. 284. 289. γνήσιος τοῦ Ἀριστοτέλους ἐξηγητής. pag. 289. ejus περὶ ψυχῆς p. 276.
Peripatetici p. 277.
Plato p. 484. πλατωνικώτερον. p. 284.
Plutarchus Neſtorii, F. γνήσιος τοῦ Ἀριστοτέλους ἐξηγητής. p. 289. 291.
Theophraſti librum quintum Phyſicorum Priſcianus interpretari promittit (qui erat ſecundus de anima.) p. 284.

III. De NICOLAO Myrepſo, Alexandrino Medico.

Nicolaus ὁ μυρεψός, *Alexandrinus* Medicus, cujus nomine magnum opus de compoſitiond medicamentorum atque in Sectiones XLVIII. diviſum

viſum Latineque verſum à *Leonhardo Fuchſio* & illuſtratum notis, licet paſſim adhuc eruditam manum (a) deſiderans, ſæpius lucem vidit Baſil. 1549. fol. Lugd. 1550. 8. Francof. 1626. 8. atque inter Medicos principes H. Stephani 1567. fol. & ſub titulo Theatri Medico practici, Norimb. 1658. 8. cum præf. Joannis Hartmanni Beyeri, quæ optima hactenus eſt editio. Græce nec dum editum in Bibliothecis ſervatur MS. ac prima quidem pars ordine Græcarum litterarum digeſta hoc titulo: Νικολάου τὸ μέγα δυνάμερον ὃ περιέχει τὴν κατασκευὴν τῆς μυρεψικῆς τέχνης ἐν βιβλίοις κ΄δ, καθ᾽ ἀλφάβητον. Quæ ſane pars videtur non diverſa eſſe à δυναμέρῳ Nicolai quod laudat Aëtius X. 27. Utrum vero idem ille ſit Nicolaus qui à Galeno, Paulo Ænigneta & aliis allegatur, eruditi judicent. Nam poſteriores partes operis juniorem ſcriptorem haud dubie arguunt & Chriſtianum. (b) Laudatur à Matthæo Silvatico in pandectis Medicinæ ſive Lexico, variis in locis, unde ante Annum 1300. ſcripſiſſe colligebat eruditiſſimus Cangius, ipſe vero Auctor laudat non Alex. Trallianum modo & Actuarium, ſed & XXXII. 117. Meſuen Arabem, clarum medio ſæculo duodecimo. Ante Fuchſium longe imperfectior exſtabat Latina verſio Nicolai Rhegini Calabri, diviſa in capitula 1065. cum brevibus Jo. Agricolæ Ammonii notis, Ingolſt. 1541. 4. & Venet. apud Andream Arrivabenum 1543. 8. Atque ſi Fuchſium audimus ***non habet niſi unam aut alteram initio libri cum Græcis convenientem compoſitionem. Cæteræ omnes & ordine & medicamentorum commemoratione plurimum variant, ut ex collatione ipſa palam fiat hoc opus non eſſe Nicolai, ſed alterius cujusdam qui nonnulla ex Nicolao & diverſis aliis auctoribus in unum congeſſit librum.*** Ex Fuchſii editione nihil impedit quo minus pars prima Nicolai ſit, cæteræ neſcio cujus ſcriptoris ſive Nicolai ſive alio nomine, qui illa ex proprio uſu & variis ſcriptoribus congeſſerit. Neque negari poteſt quam plurima etiam ab hoc ex Græcis repetita, multaque eadem vel ſimilia apud Galenum, Aëtium, Paulum Æginetam & Alexandrum Trallianum reperiri. Memoratur & Lugduni ac Pariſiis editum

 Nicolai

(a) Confer Hadr. Junium III. 14. animadverſ. Turneb. XVIII. 18. Adverſar. Leopardum lib. XX. emendatt. c. 1. 3. 4. &c.

(b) XXXV. 11. addit fructum medicamenti percepturum, ſi quis illo utatur *confiſus Domino CHriſto.*

Nicolai Præpoſiti Diſpenſatorium ad Aromatarios ſive introdu-ctiones in Artem Apothecariam, quem Nicolaum cum Myrepſo eundem eſſe conjicit G. Abraham Mercklinus in Bibl. Medica pag. 842. Sed rectius tanquam diverſum refert Tiraquellus lib. de Nobilitate pag. 383. Nam Nicolaus Præpoſitus is eſt qui ante Nicolaum Rheginum ex amplo Nicolai Myrepſi opere tantum 150. capitula excerpſit ediditque Lugd. 1505. 1536. 4. Myrepſus porro ille quisquis eſt, per Italorum linguam paſſim Latinam intelligit, & Sect. I. c. 500. 511. nomen antidoti refert Græce, Latine, Saracenice. Sic & XXVIII. 1. 2. Superſtitioſa habet complura ut XXXVII. 94. conjurationem oſſis devorati, quam ſine offenſione in Latinum ſermonem vertere ſe potuiſſe negat atque ideo omiſit Fuchſius. Sequitur ibidem: *Si quis os piſcis ſive ſpinam deglutierit, aliam ſpinam accipiens impone capiti, & confertim abſorbebitur, gratiâ Domini noſtri JEſu CHriſti.* Apprime ſuperſtitioſum eſt quod 1.419. curandis tradit mariſcis ſive excreſcentiis. Accipe "*radicem herbæ Senecionis*, quæ plebeiis *Cortalon* dicitur, Luna defi-"ciente, priusquam Sol oriatur, per nomen illa opus habentis. Ubi "vero radicem extraxeris, dic, *Pater noſter*, *Credo in unum Deum*, "& *Ave gratioſa*, usque ad finem ter. Et probe terens, da laten-"ter edendam, & ſtatim gratiâ Dei ſanabitur. Nec minus quod lumbricis expellendis XIV. 8. Recipe Rheibarbari, mymecochor-"ti, ſing. ſcrup. j. Terito ut pollinem, & irrigato cum aqua ſancta-"rum apparitionum Dei. Poſtea in catinum non inquinatum ſcri-"be ejusmodi: Dominus illuminatio mea, & ſervator meus, quem "timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum "appropinquant adverſus me affligentes, ut edant carnes meas, "tribulantes me & inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. "Hæc cum aqua ſanctarum apparitionum Dei (ἁγίων θεοφανιῶν, "baptiſmi intellige, ut VII. 6.) bibenda mane. Et quod de thymianate Esdræ Prophetæ habet XXI. 1. Lunaticos emendat, da "tum cum ſpuma tauri, fabæ Ægyptiæ magnitudine. Ab ortu Lunæ "usque ad ejus defectum Dæmonio vexatos liberat, datum *ex mulſa* "*cum vino ſimul pondere drachm.* iiij. Dicat autem τρὶς ἅγιον, id eſt, "*Ter ſanctum*, is, qui bibit, Lunaque deficiente detur. Sic enim "demonſtratum eſt. Suffitum prodeſt ad omnia muliebria mala. "Potum idem efficit. Suffitur autem maxime, & bibitur ad recur-

ſus

ſus uteri, & erroneas inclinationes, uterique inſaniam. Confi-„ citur etiam ex eo peſſus cum melle, & vino, & nardo vera, lævi-„ gatum ad ſummum. Qui conficit hoc thymiama, proferat has„ vocales, α. ε. η. ι. ο. υ. ω. Ignoretur autem is, qui conficit, una cum„ iis, qui illi ſerviunt. Conficitur autem Martio menſe, Sole exi-„ ſtente in primo Arietis gradu, & omnia, quæ dicta ſunt, ſucce-„ dent: Si vero quis ipſum geſtet in collo, aut ſuſpendat, neque„ morbum, neque incantationem ullam timebit. In quocunque„ autem loco aut domo decumbet, nihil in hanc incantatio aut ve-„ nenum poterit. Vide & hæc XXIV. 85. In Alexandria fuit qui-dam Chryſocous, juvenis ætate, annorum nimirum triginta duo-„ rum. Accidit autem, ut excœcatus ſit. Is, cum laborare, & vi-„ ctum quærere non poſſet, confugit ad templum ſanctiſſimæ Do-„ minæ noſtræ Genitricis Dei, & illic jejuniis & deprecationibus u-„ ſus, quadam nocte vocem audivit illi dicentem: *Surge juvenis,* „ *& ingredere interius altaris conclave, & invenies chartam ſcriptam,* „ *qua accepta, fac, ut in ea perſcriptum eſt.* Ingreſſus itaque interi-„ us altaris conclave, invenit chartam ſcriptam, & faciens pro eo,„ quod in hac ſcriptum erat, confeſtim viſum recuperavit, & mul-„ tos alios, Dei gratia, curavit. Charta vero usque in hodiernum„ diem extat, & eſt a multis probata, & revera ſic habet: Cad-„ miæ uſtæ, unc. iij. Myrrhæ veræ, unc. j. Caſtorii, exag. iiij. Thu-„ tiæ, unc. ſemis. Squamæ ferri, opii, thuris, caſiæ, ſingul. exag.„ iij. Lapidis ſciſſilis, chalcanthi, ſing. exag. ij. Ceruſſæ, gummi, „ ſing. unc. j. Piperis albi, exag. iij. ſemis. Opobalſami, ſucci fœ-„ niculi, fellis caprini, ſingul. unc. j. Acaciæ, ſquamæ ſtomoma-„ tis, ſing. unc. iij. Trita fermentato cum ſtillatitii roſarum liquo-„ ris pondere unc. iij. & *Vino odorato ſufficienti*, finge collyria.„ Uſu poſcente, accipe, quantum volueris, & irrigato, cum *Lacte*„ *mulieris,* quæ maſculum peperit, ac *ſtillatitio roſarum liquore ſuffi*„ *cienti,* dein conjice in marſupium, & impone ægrotantibus: aut,„ ſi mavis, fac pulverem, & impone mane & veſperi. De hoc Chry-ſocoo idem XXIV. 60. Chryſocous enim quispiam admodum„ pauperculus graviter oculos dolens, & læſus, ſibi collyrium hoc„ adhibuit, curatusque eſt. Curavit autem & ipſe plures, & dita-„ tus eſt plurimum. Erant autem illi tres filiæ, & vita finita, dua-„ bus filiabus dimiſit facultates: minori vero Artemidi nominatæ,„

collyrii

"collyrii hujus inſcriptionem, & hanc ſolam quidem, & ditata eſt "per ipſam plurimum. Superſtitioſum profluvio ſanguinis narium ſiſtendo remedium ecce tibi hoc ex Sect. I. c. 405. Adjuratio ad "profluvium ſanguinis narium, ſonans in hunc modum: *In nomi-*"*ne Patris, & Filii, & Sancti Spiritus, Amen.* Debet autem, qui di-"cturus eſt adjurationem hanc, in manu ſua retinere lapidem Jaſpi-"da, aut lapidem hæmatiten, & ſic dicere: *εἰς τὴν κρίσιν τὴν θέ-*"*λουν* (*) *εἰδὲ οἱ ἀπάβαδοι, καὶ οἱ ἀπάβαδες, καὶ οἱ ὄκον λαμβάνοντες, &* "*crucifigentes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſiſte ſanguinem,* & ap-"prehendens in capite ægrotantis capillos, dic ter. Dein pone "Jaſpidem in nares ſanguinem effundentes, atque dic: *Credo in* "*unum Patrem omnipotentem.* Et, *Pater noſter qui es in cœlis:* &, "*Ave gratioſa,* usque ad finem, idque ter. Poſt hæc dic: *Per no-*"*men magnum Dei omnipotentis Propheta Zacharias in templo Domini* "*à viris iniquis trucidatus eſt, & ſanguis ejus tanquam lapis concrevit,* "*ſic & tuus ſanguis concreſcat, & ſiſtatur per ſeruum Dei. Adjuro te* "*per fidem Veronicæ, ſanguinem, ne amplius ſtilles. Stes probe, ſtes cum* "*timore, Amen.* Hoc dic ter.

Adjuratio ad omnem ſanguinis eruptionem ex utero, aut immodicum "fluorem mulierum. Scribe in charta hunc Pſalmum primo Sab-"bato, priusquam Sol oriatur, & liga ad dextrum brachium manus "ejus: *Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam:* "quandiu ſanguis effluxerit. Deinde in alteram chartam ſcribe ex "Evangelio verbum hoc loquente JEſu: *Ecce princeps quidam ac-*"*cedens adoravit eum, dicens: Filia mea modo defuncta eſt, ſed veni,* "*& impone manum tuam ſuper illam, & vivet. Et ſurgens JEſus, ſecu-*"*tus eſt eum, & diſcipuli illius. Et ecce mulier ſanguinis profluvio labo-*"*raverat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam veſtimenti* "*illius. Dixerat enim intra ſe: Si tantum tetigero veſtimentum illius,* "*ero ſalva. At Jeſus converſus, ut vidit illam, dixit: Confide filia, fi-*"*des tua ſalvam te fecit. Et ſalva facta fuit mulier à tempore illo.* Li-"ga hanc chartulam ad dextrum mulieris femur eadem die, primo "ægrotantis ſabbato, priusquam Sol oriatur, & illic permitte, "quoad laborans mulier ſanetur à morbo. De cerato S. Joannis, XXX. 2. *Ceratum* Sancti Joannis Evangeliſtæ, per viſionem illi ma-

(*) Locus corruptus, ſine MSti ope difficulter reſtituendus.

manifeſtatum. Confert ad omnem duritiem, ac omne malum, lie-,, nes, mammas muliebres à lacte induratas, ſtomachum phlegmone,, obſeſſum, bubones, furunculos, coxarum dolores, & omnem do-,, lorem, in quacunque corporis parte fuerit, ad abſceſſus. Aut,, enim exprimit & vacuat ſine ſectione, aut rumpit, vacuat, glu-,, tinat, & curat. *Nitri Alexandrini unc. ſemis. Olei, ceræ, reſinæ* ,, *pineæ, ſing. lib. ſemis. Alliorum vaginas* xij. *Savinæ, unc.* ij. Ole-,, um, cera, & reſina coqvuntur ſimul: injectis autem *alliis* in va-,, ſculum coqvuntur, donec exareſcant vehementer. Dein au-,, tem ſublatis & abjectis illis, colatur, quod decoctum eſt. Po-,, ſtremum *Nitrum tritum* additur. Injicitur vero etiam de *Man-*,, *na ſancti Joannis*, quantum teneri poteſt tribus digitis, dicendo:,, *In nomine Patris, & Filii, & Sancti Spiritus.* Liquabilibus itaque,, jam coactis & compactis, injice nitrum, ſpathaque moveto, &,, utere in nomine Domini, Amen.,, Ecce tibi etiam hæc XXXVII. 66. 67. Dentium dolorem ſedans eadem hora. Si ex inferiori-,, bus dentibus aliquis laboret, ex inferiore lapide molendini excin-,, de lapillum, Sole oriente, in nomine laborantis, & ligatum in,, laneum pannum, appendentibus. Si vero ſuperiorum aliquis,, doluerit, ſuperiorem lapidem molendini contunde, fac, ut præ-,, dictum eſt. Aut, Octopedis marini dentem ſuſpende: idem,, enim efficit. Dentes refrigeratos ſumme curans. Accipe Mu-,, rem vivum, & exemptum ejus dentem appende dentibus ægro-,, tantibus. Murem autem vivum occidito.,,

Index eorum quorum medicamenta a NICOLAO Alexandrino referuntur.

Theodori Actuarii. Sectione XXXVI. num. 138.
Adamantii iatroſophiſtæ XXXVI. 22.
Adriani I. 2. 4. 321. 382.
Medici Ægyptii XXXVIII. 96.
Ægyptica antidotus I. 229. 230. 231. 232. 233. Pulvis Ægyptius. XXXVI. 26. κῦφι. I. 298. 299. XXXI. 8. 9. emplaſtrum X. 31. oleum XVI. 1. 25. 26. Menſes Ægyptii cum Romanis col-lati I. 371.

Monachi Ægyptii ſale S. Lucæ utentes. II. 16.
Agathonis I. 268.
Agrippæ XLV. 8.
Alexandri I. 1. X. 174. XII. 2. XXVII. 2. XXXVI. 72.
Alexandri uxor Barbara XXXVIII. 2.
Alypius archiater, Nicolai Myrepſi ætate XXXI. 7. XXXVI. 92.
Amazonii Epiſcopi I. 408.
Amazonis paſtillus, XLI. 43. videtur legendum Amazonii.
Amythaonis X. 137.
Andreæ Comitis XL. 12.
Andromachi V. 51. IX. 6. 15. XXII. 1. 5. 10. XLI. 103. 109. 116.
Andronis XLV. 16. XLVIII. 6. 15.
Anerii Chirurgi XXIV. 43.
Antiochi XXIII. 36.
Antipatri XXXIV. 13.
Antoninus Imp. XXIV. 37.
Apollinaris Syrus XXIV. 37.
Apollonii I. 301. 302. II. 11. XXXVI. 10. XXXVII. 28. XLVIII. 16.
Apollophanis XXXIV. 7.
Sal SS. Apoſtolorum II. 15. emplaſtrum X. 1.
Arabica Medicamenta I. 267. Bithynus paſtillus XL. 146. Corinthius XLI. 11. Indica X. 153. XVIII. 1. Macedonica X. 157. Perſica I. 293. III. 80. XVI. 20. &c.
Archelai Medici XXXVII. 60.
Archigenis I. 401. IX. 18. XXIII. 18. 19. XXXVIII. 80. 84. 85. XLI. 73. 128. XLIV. 10.
Ex Epiſtola ad Marſum de Melancholia XXIII. 20.
Ariobarzanion emplaſtrum X. 126.
Ariſteæ Rhodii, quod moriens Ariſtomacho indicavit I. 9.
Ariſtophanis X. 137.
Artemidori Pergæi Medici III. 38.
Aſclepiadis IX. 3. 13. 14. XXXII. 51. XXXIV. 14. XXXVIII. 182. XLI. 85. 103. 104. XLIV. 10. XLV. 7.
Aſterius Medicus XXVIII. 1.
Auguſtum emplaſtrum X. 16.
Soterichi Azaniti. X. 27.

Baria

Bænia Regina quæ Flavianum peperit XXXVIII. 3.
Magiſtri Bartholomæi Syriani XXXII. 19.
Calliſti. Vide infra, Nicephori.
Chryſaphias Comitiſſa XXI. 13.
Chryſaphii Medici. XXXII. 34.
Chryſippi I. 156. 342.
Chryſocoi Alexandrini XXIV. 60. 85.
Claudia Patricia XXXVIII. 3.
Cleopatræ Reginæ, Ptolemæi conjugis XVIII. 32. XXXVIII. 2.
Clodii I. 351.
Cononis & Theoſebii fratris I. 310.
Antinephriticum quo uſus Conſtantinus Imperator I. 198. alia Conſtantini XXIII. 25. XL. 11.
Cornelii (an Celſi ?) XXXII. 67.
SS. Coſmæ & Damiani collyrium XXXVI. 18.
Cyrilli X. 33.
Cyzicenum oleum XVI. 31, XXXV. 1,
Damocratis XLVIII. 15.
Democratis I. 235.
Diocletianus Imp. I. 185.
Dioſcorides Tarſenſis XXXVI. 36.
Dioſpoliticon I. 101. Imp. Diocletiano uſurpatum I. 185. aliud I. 186. 324. 325. V. 4. IX. 60. 61.
Doſithei XLI. 78.
Ducis XXIII. 26.
Elladii X. 48.
Epigoni X. 28.
Esdræ I. 138. 139. 140. 141. 346. Prophetæ XXI. 1. XXXI. 6.
Euchirii XXVIII. 16.
Euſtomachi Chirurgi IX. 70.
Fauſtini paſtilli XLI. 119. 120. 144.
Galeni I. 62. 119. 134. 184. 329. 451. III. 15. 28. IX. 4. 5. 8. X. 30 XVII. 7. 8. 35. XXIII. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 28. 35. 37. XXXII. 108. 131. 136. 137. XXXVI. 33. XXXVIII. 39. XLI. 3. 26. 30.
Galli, qui Cæſariam Arabiæ venit, theriace. XXII. 9.
Gregorii Theologi ſal. II. 14.

Haliei X. 54. ἁλιέως.
Hepiallus Medicus, Nicolai Myrepſi ætate XXXIV. 10.
Heraclides Cous XXVIII. 6.
Heraclius ſive Heraclitus III. 34.
Heras citatur. IX. 2. XLIV. 10.
Hermus IX. 24.
Hermolaus, nomen collyrii XXIV. 23.
Hippocrates I. 378. XXIII. 28.
Ejus dictum, contraria contrariorum ſunt remedia I. 132.
Jamblichi medicamenta I. 146. II. 6.
Icifii X. 53. 98.
Ceratum S. Joannis Evangeliſtæ XXX. 2.
Domini Joannis X. 103. Magiſtri Joannis XXXII. 99.
Joannis Damaſceni I. 124. XXXII. 10. 12.
Joannis iatroſophiſtæ II. 20.
Irini XXIII. 27. XLVIII. 6.
Iſaaci I. 211.
Iſidis emplaſtrum X. 55. 173.
Juliani I. 341. XVIII. 10. XXXVII. 19.
Juliani tribuni X. 29.
Juſti XXIII. 5. 6. 16. 17.
Lambonis XXIV. 26. 28.
Leonis drungarii I. 443.
Leontini, qui Nicolai Myrepſi ætate vixit I. 190.
Livianum collyrium XXIV. 8. 14. 48. XXXVIII. 11.
Logadii XXIII. 1. 2. 8. Memphitæ 14. 15.
Sal S. Apoſtoli & Evangeliſtæ Lucæ II. 16.
Machærionis X. 166.
Magni iatroſophiſtæ I. 305. II. 3. XXXIV. 17.
ἡ μαῖα obſtetrix mulier teſtata Romanis Medicis, confectionem pultis antidyſenterici per ſomnium ſibi oſtenſam à Servatore IX. 53.
Manethonis XXIV. 1. XXXVI. 59.
Marcelli XLI. 106.
Marciani IX. 77. 79. 80. 82.
Marci XXXVIII. 5.
Marciatum III. 3. 4. 5. 46. XLV. 8.

Unguenti

Unguenti alabaſtri deſcriptio quo Maria Dominum inunxit III. 61.
Maſſaliotæ (Demoſthenis) XXXVI. 71.
Collyrium Memphites XXIV. 8. ſupra in Logadio.
Mendeſium oleum XVI. 26.
Meſue XXXII. 117.
Metrodori I. 384.
Michaëlis Angeli Regalis I. 295.
Midonis Regis XXXVII. 26.
Mithridatis I. 411. 412.
Mnaſeæ X. 125.
Monachica φιλάνθρωπος X. 59. Soſia, Monachicum eligma XXVIII. 1. Monachi Ægyptii II. 16.
Antonii Muſæ, I. 183. 292. 302. 303. XLVIII. 6. 15.
Myſterium, medicamenti nomen I. 290. 373.
Neronis emplaſtrum X. 143.
Nabaſiati Ægyptii, qui Nicolai Myrepſi ætate vixit X. 52.
Nicephori XLI. 29. niſi legendum, *paſtillus* νικηφόρος, qui victor morbum ſuperat ut XLI. 60. ἀνίκητος, *invictus*. Sic *Calliſti* antidotum in Nic. Rhegini editione c. 126. al leg. κάλλιστον, optimum.
Nicolai Papæ mentio II. 9.
Nicolai emplaſtrum X. 143.
Nicolaus Myrepſus teſtatur ſe medicamentum Serapionis expertum in Menelao, Andromacho & Melancalamo I. 66. alia qua ſanatus Clearchus & alii multi, gratia DEI I. 75. Verſatus in urbe Nicæa XXIV. 12. Alexandriæ meminit I. 241. X. 127. XVI. 31. &c.
Niconitobes Bantinus XXXII. 67.
Nili XXIV. 32.
Nymphodoti XLI. 97. 108.
Oneſimi XXIV. 9.
Oribaſii III. 33. X. 130. XXXII. 86. XXXVI. 60. XXXVIII. 88 XLI. 20. 96.
Orionis κτενιστοῦ III. 40.
Magiſtri Orſoni ſive Urſini Medici XXXII. 6. 21.
Pacianum collyrium XXIV. 47.

Pæonia antidotus I. 133.
Patrocli Cæſaris III. 81.
Paſionis XLI. 43.
Pauli I. 210. V. I.
Petri & Pauli SS. Apoſtolorum emplaſtrum X. 1.
Paula, emplaſtrum X. 163.
Pelagiæ Patriciæ XVIII. 35.
Pelagius ex Megiſtanibus Alexandriæ XXXVIII. 96.
Petri S. Apoſtoli Domini antidotus I. 89. Petri & Pauli emplaſtrum. X. 1. Sal Apoſtolorum II. 15.
Philagrii III. 27. IV. 3. V. 53. IX. 22.
Philippi XLI. 14.
Philonis Medici I. 242. 243. 244. 383. vide infra, Serapion.
Philoxenios antidotus I. 239. 240. XXXVI. 24.
Politi antidotus I. 147.
Antidotus Praxagoros I. 356.
Procli antidotus antipodagrica I. 129.
Protlilii Medici in Germania captivi X. 186.
Ptolemæi iatroſophiſtæ I. 420.
Ex Rufi libris XVIII. 40. XXIII. 23. 24.
Saracenica antidotus I. 209.
Sardacii I. 201.
Collyrium Pacianum Domini Seleucienſis XXIV. 47.
Serapionis X. 149. Medicamentum inventum in Opido Diphtera, ut Philo Medicus ad Regem Italum tradit I. 66.
Severiani XXXVI. 23.
Socratis Medici I. 174.
Sophronii XXIV. 30.
Sorani IX. 7. XXVI. 31. XXXVIII. 84.
Soterichi Azaniti X. 27.
Stephani II. 18. Athenienſis Philoſophi IV. 6.
Syngeli Regalis I. 294. niſi legendum Angeli. Vide ſupra, Michaëlis. Suffimentum boni Angeli XXI. 18. boni Angeli pulvis XXXVI. 27.
Magiſtri Bartholomæi Syriani XXXII. 19.
Theodori IX. 23. Actuarii XXXVI. 138. Magiſtri XXXVI. 104.

Θεοδω-

Θεοδώρητοι antidoti I. 214. 215. 216. 217. 218. 406. 441. ſeq. XXII. 3. 4. ἰσόθεοι I. 280. 281. Θεόπεμπτος I. 283. Θεοδότιος II. 12. XXIV. 39. Manus DEI I. 466.
Aqua τῶν ἁγίων Θεοφανιῶν, ſacri baptiſmatis VII. 6. XIV. 8.
Theophili Chirurgi XXIV. 79.
Tralliani XXIII. 34. ſupra, Alexandri.
Veronice, ſuffimentum ad abigendum omnem ſpiritum malum XXI. 12
Urſini, vide ſupra Orſoni.
Xenocratis XXXV. 85.
Xyſti XXXII. 59.
Ζηνόφιλος I. 251.
Zoili XXIV. 25.
Zopyri I. 291.
Zoſimi III. 18.

IV. Elenchus Medicorum veterum, præcipue eorum quorum ſcripta deſiderantur, vel de quibus mentio in priſcis monumentis occurrit.

Quod in aliis doctrinæ generibus ſum conatus, ut claros in illis ſcriptores qui à veteribus memorantur, in uſus ſtudioſorum collectos referrem ordine alphabetico: ſicut feciſſe me commemini in Scriptoribus
Ænigmatum Volum. X. p. 538. ſeq.
Scriptoribus de Alexandro Magno lib. 3. c. 8.
Argonauticorum lib. 3. c. 21.
Arianis & contra Arium Vol. VIII. p. 335. 312.
Arithmeticis lib. 4. c. 22.
Aſtrologis lib. 3. c. 20.
Catenarum auctoribus in libros ſacros lib. 5. c. 7. Volum. VII.
Chronicis Volum. VI. p. 135.
Commentariis in ſcriptores Novi Teſtamenti lib. 4. c. 5.
Conciliis univerſalibus & particularibus, Volum. XI.
Eccleſiaſticis libris Græcorum, ad calcem Voluminis V.
Epiſcopis Alexandrinis Vol. VIII. p. 594. 598. Cæſareenſibus Vol. VIII. pag. 338. CPolitanis Vol. VI. p. 707. 757. Hieroſolymitanis Vol. X. p. 503. 506. Romanis Vol. XI. p. 735. 745.

Scripto-

Scriptoribus Epiſtolarum lib. 2. c. 10.
Eroticis Volum. VI. c. ult.
Etymologicis, Volum. X. p. 22.
Scriptoribus contra Eunomii hæreſin. Volum. VIII. p. 250.
- - contra Eutychianos Vol. IX. p. 311.
Fabularum ſcriptoribus lib. 2. c. 9.
Geographis lib. 4. c. 2.
Geometris lib. 3. c. 14.
Geoponicis Volum VI. p. 506.
Grammaticis lib. 5. c. 7. Volum. VII.
Scriptoribus contra Eccleſiam Græcam Volum. X. p. 441. ſeq.
- - contra Hæreſes lib. 5. c. 11. Volum. VII.
Harmoniarum Evangelicarum ſcriptoribus lib. 4. c. 5.
Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptoribus Volum. VI. p. 684. 769. Eccleſiaſticæ, id. p. 112. & Vol. XII. p. 152. ſeq. de expeditionibus in Palæſtinam Vol. VI. p. 763. ſeq.
Scriptoribus in Homerum lib. 2. c. 5.
Juriſconſultis lib. 6. c. 6. Volum. XII. p. 330. ſeq. & 564.
Legum latoribus lib. 2. c. 14.
Lexicis Volum. X. p. 105.
Locorum communium collectoribus. Volum. VIII. p. 839.
Manichæis & ſcriptoribus contra Manichæos lib. 5. c. 1. p. 287. ſeq.
Medicis Græcis editis Vol. XII. p. 571. ineditis Vol. XII. p. 780. Chemicis Vol. XII. p. 775. Chirurgis Vol. XII. p. 778. Gynæciorum ſcriptoribus XII. p. 699. Hippiatricis Vol. VI. p. 494. de urinis Vol. XII. p. 779.
Melodis Eccleſiæ Græcæ Volum. X. p. 130.
Rei militaris ſcriptoribus lib. 3. c. 30.
Monothelitis & adverſus Monothelitas Volum. X. p. 202.
Muſicis lib. 3. c. 10.
Scriptoribus contra Neſtorium, Volum. IX. p. 286. ſeq.
Oratoribus lib. 2. c. ult. & lib. 4. c. 30.
Philoſophis ante Socratem lib. 3. c. 13.
Cynicis lib. 3. c. 13.
Epicureis lib. 3. c. 33.
Megaricis lib. 3. c. 33.
Peripateticis lib. 3. c. 11.

Plato.

Platonicis lib. 3. c. 3.
Pythagoricis lib. 2. c. 13.
Scepticis lib. 3. c. 33.
Stoicis lib. 3. c. 15.
Scriptoribus & Synodis in cauſa Photiana Volum. IX. p. 372.
Poëtis Comicis lib. 2. c. 22.
Epigrammatum ſcriptoribus lib. 3. c. 28.
Lyricis lib. 2. c. 15.
Metaphraſtis Pſalmorum lib. 5. c. 16. Volum. VII.
Tragicis lib. 2. c. 19.
Scriptoribus de re pictoria & ſtatuaria lib. 3. c. 24.
Proverbiorum ſcriptoribus lib. 4. c. 9.
Rhetoribus lib. 4. c. 32.
Sanctis, Græcorum ſtylo celebratis. Volum. IX. p. 48. ſeq.
Scriptoribus Theogoniæ lib. 2. c. 8. §. 15.
Scriptoribus de Veritate Religionis noſtræ Chriſtianæ Volum. VII. pag. 96. ſeq. quos nuper proprio Volumine diligentius expoſui, edito Hamb. 1725. 4.

Similem operam velim jam præſtare univerſe Medicis, atque ordine literarum tradere illos quorum apud veteres fit mentio, ac ſi quorum memorantur ſcripta annotare, ita uſus tum virorum doctorum obſervatis, tum pleniſſima quæ hactenus de hoc argumento exſtat nomenclatura viri inſignis, & non minus variæ eruditionis laude quam profunda juris ſcientia clariſſimi *Andreæ Tiraquelli*, in opere de nobilitate, ut horum induſtriæ etiam à meo ſtudio & lima nonnihil acceſſiſſe, lector pro æquitate ſua boni conſulturus ſit.

Aali ſive *Haly Ibn Aabas al Maginſchi* ſive Magus, diſcipulus celebris doctoris Abou-Maher Mouſſa ben Jaſſer, claruit circa A. C. 1100. & ſcripſit opus celebre & ante Canonem Avicennæ vulgatum inter Arabes frequentiſſimi uſus, cui titulus (*) *Maleki* ſive *Kamel al ſanaat al Thabbiat* ſive *theſaurus artis Medicæ* diviſus in partes duas, Theoreticam & Practicam, ſingulis libros decem complectentibus, opus ſpiſſum quod Latine ex Arabico vertit Stephanus neſcio quis, Philoſophiæ diſcipulum ſe vocitans, cujus interpreta-

C tio

(*) Vide Herbelotum in *Abou Maher*, in *Ali* & in *Maleki*.

tio prodiit Venetiis 1492. & Lugd. 1523. fol. Idem Arabice à Jacobo Golio allatum ex Oriente exſtat quatuor Volum. in fol. inter libros Arabicos MStos Bibliothecæ Leidenſis n. 734. Hic Haly præter Arabes Aaronem, Meſſium ſive Meſuen, Joannem Serapionem aliosque allegat etiam Græcos Hippocratem, Galenum, Paulum, Oribaſium, Magnumque. Et quoniam hoc ab aliis quoque Arabibus fit Medicis, qui Græcorum veſtigiis paſſim inſiſtunt, itaque & illis, exemplo Tiraquelli, locum in hoc Medicorum veterum elencho dare volui.

Aaron laudatus ſæpius ſcriptoribus Arabibus, fuit presbyter Alexandrinus qui tempore Heraclii ſcripſit Græce ut opinor pandectem Medicinæ, quem ex Syriaco vertit ſub ſeptimi ſæculi initia Arabice Judæus Medicus qui Barthol. Herbeloto p. 129. Bibl. Orientalis appellatur Maſſergiuhe. Citat Aaronem hunc Meſue in Antidotis, Serapion Simplicium c. clxj. Raſis li. j. Continentis c. j. & iij. & v. & alibi ſæpe, Haly in theſauro Medicinæ, & Conſtantinus Africanus, in lib. de Incantatione: adducitur etiam in libello ſive Epiſtola quæ Latine verſa ex Arabico fertur ſub Galeni nomine ad filium ex libris Græcorum & Indorum de incantatione, adjuratione & ſuſpenſione T. ult. edit. Juntar. p. 42. *Aaron dicit, ſtercus elephantis cum lacte caballino mixtum & corio cervino ligatum & umbilico mulieris ſuſpenſum non permittit concipere.* In hoc parvo ſcripto Galenus pluries citatur, ut ideo fortaſſe Galeni lucubrationibus attextum fuerit.

Abanus de *Abano.* Infra in *Petro Aponenſi.*

Abaſcantus ἰατρεύων ἐν Λουγδούνῳ. Galen. lib. 2. de antidotis T. 2. edit. Græcæ Baſil. p. 451. citatur iterum in libris κατὰ τόπους ſive de medicamentis per loca corporis humani T. 2. p. 298. & p. 266. ubi legas Παρακλητίου Ἀβασκάντου. Interpres legit παρὰ Κλητίου. In Statii, Poëtæ Latini, libro quinto ſilva I. eſt ad Abaſcantum alium ſacerdotem, obitu Priſcillæ uxoris afflictum. Abaſcantum Auguſti Imp. libertum & alios hoc nomine videre licet memoratos in lapidibus priſcis, quos affert Johannes Meurſius exercitatt. Criticar. parte 2. c. 8. p. c. 125. ſeq. quibus tribus Latinis inſcriptionibus addere licet hanc Græcam obſervatam Epheſi a Jac. Sponio & Georgio Whelero T. I. itineris in Italiam, Dalmatiam Græciam &c.

am &c. T. 1. p. 407. Τὸ μνημεῖον Π. Οὐηδίου Ἀβασκάντου, νεώτερος Οὐήδιος Ἀβάσκαντος.

Abbas Curianus, vulgo *de Curia* appellant, cujus meminit Nicolaus antidotarius in electuario Ducis. Ita Tiraquellus, Nicolaum Salernitanum, ni fallor intelligens.

Abbatenus qui tempore Joannis, Serapionis F. qui & ipſe Serapion communiter appellatur, hoc eſt medio ſæculi undecimo nonnulla Galeni in Arabicum ſermonem transtulit, ſicut alia *Honain ben Jſaac*, de quo infra, ſuo loco. Vide, *Albatenus*.

Abdal-al-Adoviat, titulus operis alphabetico ordine concinnati Arabice de medicamentis ſuccedaneis tam ſimplicibus quam compoſitis auctore *Schabour-ben Sahal*. Barthol. Herbelot p. 5. Bibl. Orientalis.

Abdala Ebra Baccal, Medicus Toletanus, cujus liber de agricultura, ſcriptus A. C. 1269. fuit in Bibliotheca Eſcurialenſi.

Abdala filius *Hychiæ*, citatur à Raſi, lib. Continentis ij. c. iij.

Abdala Narach, Hiſpanus, Medicæ artis peritus citatur à Serapione Simplicium c. cccxvij. & à Nicolao Monardes Medico Hiſpalenſi. Vide Nic. Anton. T. 2. Bibl. veteris Hiſpanæ p. 231.

Abdal malek ben Zohar, Medicus Hiſpanus, Muhamedanus, vulgo *Aven Zohar* de quo Herbelotus in *Zohr* ſive *Zohar* & *Ebn Zohr* nec non in voce *Adviah* qui eſt titulus libri quem ſcripſit de medicamentis & cibis facile parabilibus.

Abdalſalam ben Genghideſt al-Giabali, Philoſophus & Medicus ſub Kalifatu Naſſeris qui obiit anno hegiræ 622. (CHriſti 1225.) Herbelot p. 10.

Abderanus VII. Saracenorum Rex medicinæ peritus, ad quem Rex Hiſpanus Sanctius cognomento Craſſus, (qui A. C. 967. diem obiit) Cordubam profectus eſt ut ab eo curaretur. Ejus abditas curationes, decem ſectionibus perſcriptas laudat Jo. Georgius Schenckius præf. exprimentorum exoticorum, qui partem illarum illuſtratam à ſe edere voluit.

Abdorrachman filius Abizenadæ, cujus librum de animalium proprietatibus laudat Bochartus T. I. hierozoici p. 836. & Georgius Hieron. Welſchius in ſylloge ſcriptorum Medicorum ineditorum. Vulgavit

gavit è Bibl. Mazariniana Abraham Ecchellenſis Pariſ. 1647. cum notis.

Abdullah ben Ahmed ben Muhamed & Malequi Elaſciah, notior nomine *Ibn Beithar* auctor operis *el moghni*, de medicamentis ſimplicibus, diviſi capitibus decem & ſcripti Damaſci, anno hegiræ 695. CHriſti 1295. His alius ſcriptor anno hegiræ 919. CHriſti 1513. alteram partem capitaque alia decem addidit. Utraque pars Arabice MS. in Bibl. Medicea Florentina. Vide Amœnitates literarias V. C. Joannis Georgii Schelhornii T. 3. p. 148. ſeq. ubi ſingulorum capitum argumenta.

Abduſius, Raſi lib. iij. Continentis c. ij. & iterum c. vj. ubi eum citat ex ipſius ſumma.

Abdus, vel *Abdux*, utrumque enim reperio apud eundem Raſim, ejusdem operis lib. 1. c. item 1. ubi eum citat ex lib. De memoria: & lib. 3. c. 7. ubi & ex ſumma ipſius, quod me in certam opinionem adducit, ut ſit ille *Abduſius*, qui & ex eodem opere citatur. Ita Tiraquellus, cui plerique etiam alii Arabes Medici obſervati ſunt.

Aben Amram ſæculo IX. Medicæ artis laude inclytus, de quo Conringius introduct. in artem Medicam c. 3. §. 21. Vide infra, *Iſaacus*.

Abenguefit, ſive Albenguefit, utrunque enim reperio. Cujus librum habemus de facultatibus medicamentorum & ciborum, a Geraldo Cremonenſi ex Arabico in Latinum converſum. Abenguefit autem vocatur Serapioni, Simplicium c. cxx.

Aben Meſehah, Serapioni, Simplicium c. cccxlj.

Aben Meſuai, eidem in eo opere ſæpe citatus.

Abenniliel, Medicus Arabs.

Abenruſt, vide, Averrois.

Abenſina, infra in *Avicenna*.

Abenzoar clarus circa A. C. 1030. de quo conſulendus Nic. Antonius T. 2. Bibl. veteris Hiſpanæ p. 233. ſeq.

Abhalfadhil, Serapioni tractatu vij. qui eſt de Antidotis c. xvij.

Abhomeron, ſive *Abhumeron*, ſive etiam *Abymeron*, dictus *Abynzoar*, ſæpe citatus Averroi, extatque ejus liber in re medica, cujus eſt titulus *Theizir*.

Abichilal Emiſich, Raſi lib. xj. Continentis, c. v.

Abidhuaſim, Serapioni, Simplicium c. clxxxv.

Abigebſar, Raſi, Continentis lib. vj. c. ij.

Abima-

Abimater, Medicus Arabs, ut ſuperiores.

Abimbet Abdrazach, Serapioni, Simplicium cap. clxx.

Abinarax, Raſi lib. ij. Continentis, cap. ij.

Abimiraygi, ejusdem operis lib. ij. c. item ij.

Abix, ſive *Habix* (utrumque etiam reperio) apud Serapionem in Simplicibus ſæpe, & in pandectis Matthæi Sylvatici.

Abizianus Syrus qui ſcripſit de pulſibus, apud Georgium Vallam lib. xx. c. iij. expetendorum & fugiendorum, & lib. j. Phyſicorum. In Bibl. Leidenſi, inter libros qui fuere V. C. Iſaaci Voſſii, exſtant uno folio τοῦ σοφωτάτου παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Ἀλὴ, παρὰ δὲ Ἕλλησι Ἀβιζζιανοῦ περὶ σφυγμῶν.

Ablabius in quem defunctum hoc Theoſebiæ Epigramma lib. 3. Anthologiæ p. 348. in quo Hippocrati confertur & Galeno.

> Εἶδεν Ἀκεστορίη τρία πένθεα, κείρατο χαίτην
> Πρῶτον ἐφ' Ἱπποκράτει, καὶ δεύτερον ἀμφὶ Γαληνῷ
> Καὶ νῦν Ἀβλαβίου γοερῷ περὶ σήματι κεῖται,
> Αἰδομένη μετὰ κεῖνον ἐν ἀνθρώποισι φανῆναι.

Hoc eſt Vincentio Opſopoeo interprete:

> *Vidit tres luctus tonſis Medicina capillis,*
> *Hippocrate extincto & vitam linquente Galeno,*
> *Nunc fata Ablabii lacrymis deplorat acerbis,*
> *Poſt hunc in terris verita apparere ſuperſtes.*

Valde incertum, idem ne ſit Ablabius cujus Gothica laudat Jornandes c. 4. 14. & 22. licet id Brodæo, viro doctiſſimo, perſuaſum eſſe video.

Aboali ſæpe citatus à Meſue. Vide infra, *Abuali.*

Abohanifa, vel ſine ſpiritu Aboaniſa, nam utrumque reperio apud ipſum Serapionem, Simplicium, c. xlvij. lviij. & alibi ſæpe.

Abolonifius, Raſi lib. iij. Continentis, cap. vij.

Abonhaſen, Serapioni, Simplicium, cap. clxxxv.

Abraham Avem Hezre, cujus eſt libellus de Luminaribus & Criticis diebus.

Abraham Judæus, qui inter alia ejus opera vertit Hebraice quoſdam libros Serapionis. Et is eſt, ut opinor, qui interdum citatur *Abraham* ſimpliciter Serapioni, Simplicium c. clxiij. interdum *Judæus* etiam ſimpliciter, vide *Judæus.*

Abraham de Balmis Hebræus clarus circa A. C. 1560. medicus quidem profeſſione, ſed qui multo plura opera ſcripſit in aliis artibus & ſcientiis, quam in medicina, quorum nomenclaturam reperies in Bibliotheca Conradi Geſneri, & accuratiorem in Venerandi noſtri atque eruditiſſimi Wolfii Bibl. Hebraica T. 1. p. 69. ſeq. Idem p. 202. Galeni librum de plantis ab hoc Abrahamo verſum memorat.

Abraham ben Salomo Cohen, de quo idem p. 102. librum ejus de febribus malignis memorans qui inter Codices Warnerianos MS. exſtat in Bibl. Leidenſi. Omitto juniores, ut *Abrahamum ben David Arie* ſive Leonem, Mutinenſem Roſche hoc eſt Medicum, de quo laudatus Wolfius T. 1. Bibl. Hebr. p. 36. ſeq. *Abraham Ferrar*, de quo p. 98. *Abraham ben Juda* CPolitanum Karæum circa A. C. 1520. de quo p. 59. & 102. *Abrahamum Nehemiam* Luſitanum ſæculo decimo ſexto exeunte clarum, de quo idem p. 92. *Abrahamum e porta Leonis*, Mantuanum de quo idem pag. 37. & 96. &c.

Abrucalis, Galeno lib. vj. Simplicium, ut ex Tiraquello etiam Heidenreichius. Sed apud Galenum non reperio.

Abuali Ibn David, el Miſri ſive Ægyptius. Ejus compendium ex opere Raſis de medicamentis MS. in Bibl. Medicea. Vide C. V. Jo. Georgii Schelhornii amœnitates litterarias T. 3. p. 208.

Abuambram, ſive *Abuamanbram*, niſi duo ſint, Serapioni Antidotorum cap. viij. in duobus locis, & iterum c. xvj.

Abubabar de quo Thomas Bartholinus p. 107. libri de Medicis Poëtis.

Abubeter, vide infra *Albubeter.*

Abubilket, & *Abubiker*, *Abubukir* Raſi lib. Continentis viij. cap. j & ij. in diverſis locis.

Abuchare Mugamet, vide *Albubeter.*

Abucbilel Huniſi, Raſi Continentis lib. vj. c. j. niſi ſit *Abichilal*, de quo ſupra quod facile crediderim, præſertim quod in translationibus Arabum medicorum corrupta ſint frequentiſſime authorum nomina.

Abues,

Abues, Serapioni Simplicium tractatu vij. c. viij.

Abugeris & *Abugerig*, & *Abugerich*, & *Abugerius*, & *Abugerigius*, & *Abugirigius*, & *Abugiurigius*, & *Abugeraeg* monachus aut nomine, aut ordine, Serapioni Simplicium c. cvij. Raſi lib. j. Continentis, c. iij. & iiij. & lib. iiij. c. j. & lib. vj. c. j. &. lib. x. c. j. & libro duodecimo cap. j. Non tamen in omnibus illis locis titulus ille Monachi ponitur, ſed in multis. Infra *Albugerig*.

Abuhabram, Serapioni, Antidotorum c. viij. & xviij. & forte eſt *Abuambram* de quo ſupra, vide infra *Albuabram*.

Abulfadhl ben al mohandes. Idem de quo mox, *Abul Maslat*.

Abul Maslat al Andalouſi ſive Hiſpanus, defunctus anno hegiræ 529. (CHriſti 1134.) centeſimo undecimo poſt Ebn Sina ſive Avicennam ſcripſit de medicamentis ſimplicibus, ut inter Arabes fecerunt etiam tum idem *Avicenna*, tum *Ebn Vahed*, *Ebn Samgiun*, *Moffikeddin* al Bagdadi, *Abulfedhl* ben al Mohandes ſive filius Geometræ: *Racſchideddin Abu Manſur Ebn Coburi*, defunctus A. hegiræ 639. (CHriſti 1241) qui de eodem argumento ſcripſit juſſu Regis Damaſci & Hieroſolymæ ad Moaddham ben al Adel, qui magni Saladini nepos fuit. Denique *Ebn Beithar*. Vide Herbelotum in voce *adviah al Mofredah*, & *Giamé*.

Abu Ali ben Maſſihi, Medicus Chriſtianus de quo infra in *Maſſihi*.

Abu Ali ben Sina, vulgo *Avicenna*, de quo infra in *Avicenna*.

Abubeker ben al Bedr, Medicus veterinarius, cujus liber Hippiatricus Arabice MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi n. 904. inſcribitur: *Kamel al Sanatein*. Herbelot. p. 20.

Gregorius Abulfaragius ex Melitena Armeniæ: notus opere Chronico quod Arabice ſcripſit ab orbe condito usque ad A. C. 1284. & cum latina verſione edidit Eduardus Pocockius, Oxon. 1663. 4. fuit filius Aaronis al Thabib ſive Medici Malatienſis, idem artis Medicæ peritus, licet profeſſione ipſum Medicum fuiſſe, quod à nonnullis traditum eſt, (*) minus conſtet. Vide Herbelotum Bibl. Oriental. p. 24. ſeq. Euſebium Renaudotum T. 2. liturgiar. Oriental. p. 469. ſeq. (**) & Joſephum Simonium Aſſemanum T. 2. Bibl.

(*) Ut a præſtantiſſimo Caveo in Hiſt. literar. ſcriptor. Eccleſ. ad A. C. 1284. quem ſecutus fui in Bibl. antiquaria p. 179.

(**) Journal des Savans 1716. T. 2. p. 492. ſeq. Acta Erud. 1723. p. 13. ſeq.

Bibl. Orientalis Clementino Vaticanæ c 41. qui Epiſcopum Tagritenſem vocat T. 1. p. 30. & 57. ubi ejus horrei ſive notarum in S. Scripturam meminit.

Aboulheim ex Murcia Hiſpaniæ, Mathematicus & Medicus quam artem Damaſci cum laude exercuit. Vide Herbelotum p. 26.

Abouil-Miamen Moſthafa, Medicus inter Arabes celebris, defunctus Anno Hegiræ 1015 (CHriſti 1606.) ſcripſit commentarium in librum phyſionomicum *Eſcharat val nadhair*. Herbelot. p. 26.

Abou-Oſſaiba, ben Abi Oſſaiba auctor hiſtoriæ Medicorum Arabum cujus titulum Herbelotus p. 31. annotat hunc: *Oiun al enba fi thabacat al athebba*. De Medicis Arabibus etiam *Ebn al Daiah* in *Akbar al athabba*, ſive hiſtoria Medicorum id. p. 43. atque *Iman Bedreddin Mahmud, ebn Ahmed Alaini* defunctus anno Hegiræ 855. (CHriſti 1451.) in *akd al giuman fi tarikh* ſive opere XIX. diviſo voluminibus, de vitis virorum illuſtrium. id. p. 42. Nec non *Tageddin Ali ben Alkhân*, Bagdadenſis in *Akhbar al Odaba* ſive hiſtoria eruditorum qui inter Muſulmannos floruere usque ad annum Hegiræ 674. quinque voluminibur. *Iman Caſſem ben Mohammed* al Corthobi ſive Cordubenſis defunctus anno Hegiræ 242. (CHriſti 856) in *akhbar ab olama al Andelous* ſive hiſtoria doctorum Andaluſiorum ſive Hiſpanorum: *Scheik Bakoviah al Shirazi*, defunctus anno Hegiræ 325. (CHriſti 936.) in *akhbar al areſin* ſive hiſtoria eruditorum: *Mardin* qui obiit anno Hegiræ 788. (CHriſti 1386) & *Zeineddin Serigia Mohammed al Malathi*, qui ambo de viris tractarunt illuſtribus, & ſuo quisque operi titulum præfixit *akhbar al aian*. Præterea *Aboul Haſſan Ali ben Angiubin al Bagdadi*, defunctus anno Hegiræ 674. (CHriſti 1275.) in *akhbar al-Moſſaneſin* ſive hiſtoria ſcriptorum Arabum, ſex voluminibus.

Abou Sadek, *Abdalrahman ben Abiſadek*, auctor commentariorum in Hippocratis aphoriſmos & Galenum de uſu partim corporis humani. MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi n. 949. Herbelot. p. 39.

Abou-Sahal al Maſſihi ſive Chriſtianus, qui Avicennam in arte Medica inſtituit: auctor *Centiloquii*, Arabice *Miat*.

Abou-Salem ex Melitene Armeniæ, Medicus Chriſtianus de ſecta Jacobitarum, qui ſibi ipſi necem conſcivit cum excidiſſet gratia Aladini, Sultani Iconienſis, qui A.C. 1236. obiit. vide Herbelotum p. 39. & 83.

Abul-

Abulbaram Ibn Ennefis el Coraiſci, ſive Coraiſita cujus commentarius in Canonem Avicennæ MS. in Bibl. Medicea. Vide Amœnitates literarias T. 3. p. 200.

Abulbaſam cujus meminit Thomas Bartholinus in Medicis Poëtis p. 107.

Abulkaſen Abdurshaman, Ibn Ali ben Ahmed ben Abi Sadik Niſciaburenſis ex provincia Chocaſanenſi, Commentarius in quæſtiones Medicinales Hunaini, decem libris: & alius liber de Magia naturali MS. Arabice in Bibl. Medicea. Vide Amœnitates literar. T. 3. p. 193. & 205.

Abulucus, Avicennæ lib. v. in quo compoſitiones Pharmacorum deſcribit.

Abu Manſur el Haſen ben Nuh, el Camari, de morbis internis & externis libri duo, & tertius de febribus. MS. Arabice in Bibl. Medicea. Amœnitatt. literar. T. 3. p. 195.

Abu Merevan Ben Zoheri. Ejus liber de Medicamentis & diæta MS. in eadem Bibliotheca. id. p. 196.

Aburnius Valens, Galeno lib. Pharmacorum κατὰ γένη vij. T. 2. edit. Græcæ Baſil. p. 418. ubi ſemel vitioſe excuſum Σαβέρνιος. Fuit & Juriſconſultus hujus nominis, cujus ſunt libri vij. Fidei commiſſorum.

Abuſeid & *Abuzeid*, (utrumque enim reperio) apud Serapionem Antidotorum c. xvij.

Abbumeron vide ſupra *Abbomeron.* Libri III. de re Medica, ex Arab. Latine. Venet. 1496.

Abynzoar, vide in eodem loco.

Acacius cujus medicamentum refert Galenus 7. κατὰ τόπους T. 2. Baſil. p. 267.

Aceſias, qui cauſam dedit illi proverbio Ἀκεσίας ἰάσατο, *Aceſias medicatus eſt*, de quo hæc vir Clariſſimus Jo. Jacobus Baierus Medicus Altdorfinus celeberrimus in Adagiorum Medicinalium centuria Lipſ. 1718. 4. p. 5. ſeq. Refert hoc adagium *Zenobius* †) comemorans, fuiſſe *medi-,, cum imperitum, qui pedibus ægrum aliquem ſanare volens, male curavit.,,* Ejusdem quoq; mentionem faciunt *Diogenianus & Mich. Apoſtolius,,* omnes vero allegant *Ariſtophanem*, quod is in Tetrametris ſcripſerit:,, Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο; i. e. *Aceſias podicem medicatus eſt:* in-,, deque colligunt, virum fuiſſe imperitum & infelicem medicum.,, Ubi

†) Centur. I. proverb. 52. Diogenian. II. 3. Apoſtol. II. 23.

"Ubi vero & qua ætate vixerit *Aceſias* ille, parum liquet; nec "enim apud alios Autores antiquos, nomen ejus, quod ſciam, oc"currit, præter *Athenæum*, qui inter ſcriptores ὀψαρτυτικῶν, aut "qui artis condiendi præcepta tradiderunt, *Aceſiam*, *Aceſtiumque* "quendam numerat; licet valde dubitem, an hic idem ſit cum il"lo quem indicat parœmia: quod ſi omnino hic eſſet, creden"dum ſane foret, meliorem coqvum aut conditorem, quam me"dicum, ſe præſtitiſſe *Aceſiam*. Quamvis autem ſine dubio nun"quam non extiterunt multi ſimiles *Aceſiæ* medici, in Judæa ta"men gente tales quondam præ cæteris abundaſſe, fidem facit ex"emplo ſuo mulier αἱμοῤῥοῦσα, de qua *Marcus* Evangel. V. 25. & "26. teſtatur, *quod multa fuerit perpeſſa à compluribus medicis, & "erogaverit omnia ſua, nec quicqam profecerit, ſed magis deterius "habuerit.* Aſt enim vero ſæpe ſatis inique culpa non ſucceden"tis ex voto curationis in Medicum transfertur, quando vel ipſi"us ægroti contumacia, vel adſtantium negligentia, vel morbi "denique & cauſarum ejusdem potentia obſiſtunt. Merito hinc, "patrocinium innocentis artificis in ſe ſuſcipiens *Ovidius* ita ce"cinit:

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Fuit & Aceſius quidam Novatianorum Epiſcopus Sozomeno I. 22. Gelaſio in actis Concil. Nicæni II. 30. & Suidæ memoratus, qui Socrati lib. 1. Aceſilaus, ad quem vitæ auſteritate ſe aliis præferentem Conſtant. M. θὲς ὦ Ἀκέσιε κλίμακα, καὶ μόνος ἀνάβαθι ἐς τὸν οὐρανόν. *Erigito tibi ſcalam Aceſie, & ad cœlum ſolus adſcendito.* Omitto Aceſæum, à quo proverbium τὴν Ἀκεσαίου σελήνην, *Aceſæi lunam* memorat Apoſtolius XVIII. 46. in eos qui lente rem gerunt, ab Aceſæo Nelei gubernatore ad lunam actiones ſuas differentem. Ἄκεσις emplaſtrum apud Galen. 1. κατὰ γένη T. 2. p. 325.

Aceſtinus, apud Heliodorum Hiſtoriæ Æthiopicæ lib. iv. p. 171. ſi vera eſt ea hiſtoria. ὁ λόγιος Ἀκεστῖνος, (οἶσθα δέ που τὸν ἄνδρα) τῷ καρπῷ τὴν χεῖρα καὶ ἀκούσης ἐμβαλὼν ἀνακρίνειν ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας ἐῴκει τὸ πάθος &c. Aceſtius ſcriptor ὀψαρτυτικῶν. Athenæ XII. p. 516.

Achaaſos

Achaaſos Athenienſis Galeno, ſi is eſt, quod nunquam credidi, in lib. De medicinis expertis, qui Latine tantum exſtat verſus ex Arabico T. ult. edit. Junt. pag. 111. *Ab Achaaſos experimentatore* (Empirico) *Athenarum ſumtæ medicinæ. Ab iſta nobiliſſimo Medico accepimus tres medicinas compoſitas, quibus ſemper uſi ſumus* &c.

Achalaemen vide infra *Alchalahamen.*

Achamas. vide Athamas.

Achilles unus celeberrimus è Græcorum Principibus, Homeri illuſtratus ingenio, & poſt mortem divinis affectus honoribus (*) Medicæ etiam artis laudem tulit, de qua juvat audire Tiraquellum lib. de nobilitate p. 267.

De Achille Vindicianus illo carmine ad Valentinianum Imp.,,

Quod natum Phœbus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon,
Præceptore ſuo, &c.

Et ante eum Homerus libro λ. Iliados v. 831. qui & libro primo ejusdem operis v. 56. ſeq. tradit eum cauſam peſtilentiæ Græcorum cognoviſſe. Et de eo loquens Sidonius Apollinaris, Carmine ix. v. 131.,,

Venatu, fidibus, palæſtra & herbis
Sub Saturnigeno ſene inſtitutus.

Chironem enim *Saturnigenam* vocat, quod Saturno, & Philyra eſſet, genitus. Et Claudianus in Panegyrico de tertio conſulatu Honorii, v. 60.

—— *Non ocius hauſit Achilles*
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Sive lyræ cantus, ſocias ſeu diſceret herbas.

Cæterum is herbam Sideritem Achilleam, ſive Achillion à ſe dictam invenit, qua vulneribus mederetur, quaque ſanaſſe Telephum dicitur, ut ſcribit Dioſcorides libro iv. cap. xxxiij. Plinius libro xxv. cap. v: & Apulejus de herbarum viribus cap. lxxxix. quamvis idem Plinius lib. xxxiv. cap. xv. eum aliter ſanaſſe dicat. Et huc alludit Claudianus ad Adrianum, Epiſt. 1.46.,,

(*) Vide Apollodorum in periplo ponti Euxini, ſub extrem. ubi de Inſula Achillis,

Sanus Achilleis remeavit Telephus (*) herbis,
Cujus pertulerat vires, & ſenſit in uno
Letalem placidamque manum, medicina per hoſtem
Contigit, & pepulit (quos fecerat ipſe) dolores.

"Vulnus autem illud Telephi immedicabile exiſtimabatur. Ex quo Græ-"ci vulnera quæ multum malignitatis præferunt, ſicut Chironia "ita τηλέφεια τραύματα vocant, ut quæ Achillem medicum re-"quirere videantur, teſte Paulo Ægineta, quo loco de ulceribus "agit, lib. ſcilicet jv. cap. xlvj. Telephii vulneris meminit & "Galenus libro ſecundo Therapeuticæ. Sed & ab eodem dicta "videri poteſt quædam hordei ſpecies, cui ſcilicet ſpica folio per-"quam proxima eſt, amplitudinis & craſſitudinis majoris, ut quæ "Achilleis à Theophraſto, Achillejas ab Hippocrate ſit cogno-"minata. Sunt autem qui Achillem ita dictum volunt, ἀπὸ τοῦ "ἄχος λύειν, id eſt, à ſolvendo dolore, quoniam is medicus fu-"erit: quanquam alii aliunde (**) deducunt. Julius autem Firmi-"cus, Aſtronomicon lib. iv. cap. x. ſcribit prudentiſſimum Achil-"lem, (**) quisquis is fuit, libros in aſtronomia ſcripſiſſe. Scio "autem Hyginum Fabularum cap. cj. tradidiſſe Achillem cum ab "eo peteretur, ut Telephum curaret, reſpondiſſe ſe artem me-"dicam non noſſe, quo nomine reprehenditur à Raphaële Fabretto ad tabulam veterem Iliadis p. 358.,,

His accedant obſervata Caroli Drelincurtii Prof. Medici Leidenſis ex raræ diligentiæ opuſculo quod Lugd. Batavor. 1694. 4. edidit inſcripſitque *Homericus Achilles Caroli Drelincurtii penicillo delineatus per convicia & laudes.* Ita autem ille pag. 87.

1. Achil-

(*) al. *Achillea haſta.*

(**) Vide Drelincurtii Achillem p. 4. ſeq. Salmaſium ad Tertull. de pallio pag. 239. ſeq. Cotelerium ad Clementina, homilia 6. cap. 14. Tom. 1. Patrum Apoſtolic. pag. 668.

(***) Hunc *Achillem* non illum Homeri ſed *Tatium* intellige de cujus Iſagoge in Aratum dixi lib. 3. c. 5. §. 23. Iſte Achilles *Iſidorianum* præceptorem ſuum laudat pag. 166. in Uranologio Petavii edit. Amſt.

1. Achilles Medicinam à Chirone edoctus Iliad. A. v. 830. & 831. nec-non Iliad. Λ. num. 50. & Π. num. 36.

* *Stat:* Achill. V. ṽ. 159. & 160. *Claudian.* III. Conſ. Honor. ṽ. 62. *Apol* „ *linar:* Carm. IX. pag. 332. & *Tzetzes* Chil. VII. num. 94. nec-„ non *Plut:* de Aud: Poët: pag. 26. & Sympoſ: Lib. V. Quæſt. IV„ pag. 678. atque Lib: de Muſic: pag. 1146. *Liban:* Progymn: pag. „ 71. *Theon Soph:* pag. 187. *Iſac:* ad Lycophr: pag. 112. *Euſtath:*„ ad Il. A. pag. 45. ṽ. 19. & Λ. pag. 886. ṽ. 50. atque Π. pag. 1077„ ṽ. 39. *Phavorinus* demum in Ἀχιλλεύς. „

2: Qua ſanavit Cleonymum pycten, idque in ſomnis † Tertull. de Anima, num. 46. pag. 347.

* Atque ſic *Achillem*, perinde ac *Jäſida*, juvit„

Scire poteſtates herbarum , uſumque medendi.„

Æn. XII. ṽ. 392. & *Auſon.* Epigr. XX. ṽ. 7. pag. 9. Illis autem her-„ bis *Achilles* purus putus fuit, non *Hercules* alter, ſed *mulomedicus*, „ è Plutarch: Sympoſ: Lib. V. Quæſt. IV. pag. 678. ṽ. 1. & 6. „

Valeat igitur *Achillea ſua herba* tanquam *veterinarius.* Repetas autem„ *plantam* iſtam à *Dioſcoride*, Lib. IV. Cap. XXXVI. pag. 257. at-„ que *Plinio*, Lib. XX. Cap. V. pag. 625. nec-non à *Ruellio, Mat*-„ *thiolo, Pena, Lobelio, Dalechampio, Dodonæo, & Joh: Bauhino,* quibus„ adde *Heſychium* in *Voce* Φίδνα, quæ me *ventoſa* *, & *alata* ** *fugiſſet*, „ ni *gravem* illam *gravis* ille Scriptor, Gisb. Cuperus, *trabali clavo* ***„ menti meæ *fixiſſet.*„

* Iliad Δ. ṽ. 355. & 363. ** Il. A. ṽ. 201. & B. ṽ. 7. & 109. *** *Cic:* V. in„ Verrem. num. XX.„

† Sic Architectum Arcis Palladiæ, Mneſiclen, *Pericles* ſanat, Minervæ„ monitu *per ſomnum.* Plutarch: in Pericle p. 160. Sic & Ptole-„ mæum Lagi, militesque multos, radicula *per ſomnium viſa*, Ma-„ gnus Alexander perſanavit. *Cic:* II. de Divin: num. 66. Diodor: ,' Lib. XVII. pag. 570. *Strab:* Lib. XV. pag. 723. *Q. Curt:* Lib.,'

"IX. Cap. VIII. num. 26. *Plut:* in Alex. pag. 668. *Juſtin:* Lib. "XII. Cap. X. num. 3. Et *Oroſ:* Lib. III. Cap. XIX. Sic denique "Veſpaſiano Serapis, *per quietem*, ceu Medicus adſtitit. *Sueton:* "in Veſpaſ. num. 7.

"Videſis Alceſtin ab *Hercule* ἰατρικῶ reſtitutam, in Amator: *Plut:* pag. "761. ex *Euripid:* Alceſte ℣. 858. & 1119. Eurypylum à *Patroclo* "ſanatum, Il. Λ. ℣. 847. & *Mithridatem* inſuper φιλιατρεῦντα, in *Plut:* "Adulatore pag. 58.

"Imo ipſa *Dione* Venerem ſanat; Il. E. ℣. 417. *Latona* vero atque *Diana* "Æneam; Il. E. ℣. 447. *Hecameda* demum Machaonem. Il. Ξ. ℣. 6. "*Ce n'eſt donc pas d'aujourduy que tout le Monde ſe mesle d'être Mé*"*decin.*

3. Atque Telephum, Myſorum Regem, Cointus Lib. IV. v. 152. 174. & Lib. VIII. v. 153.

"* Quem ipſe ſauciaverat, *Pindar:* Iſthm. V. pag. 90. & VIII. pag. 142. "*Propert:* Lib. II. Eleg. I. ℣. 66. *Ovid. Met.* XII. ℣. 112. XIII. ℣. 171. "*Amor.* II. El. IX. ℣. 8. 1. de Rem: Am: ℣. 48. Triſt. I. El. ℣. 100. 2. "El. I. ℣. 20. 2. de Pont: El. II. ℣. 26. *Senec:* Troad. Act. II. ℣. 218. "Q. *Seren: Sammonic:* Cap. XLV. *Coint:* Lib. IV. ℣. 152. & 176. "*Tzetz.* Chil. VI. num. 70. Telephus ergo *ſenſit in uno lethalem pla*"*cidamque manum*, *Sanus* [enim] *Achillea remeavit Telephus haſta.* "Claudian: Epiſt. I. ℣. 46. *Arte* ſcilicet *refectus Hæmonia.* Stat: "Sylv. IV. Lib. I. ℣. 112. & *Euſtath:* ad Il. A. pag. 45. ℣. 38. & pag. "46. ℣. 40. Id inſinuant *Horatius* Ep. XVII. ℣. 8. *Ælian:* Hiſt. Anim. "Lib. LVI. pag. 22. *Lucian:* ad calcem de morib: Phil. pag. 27. "& *Philoſtr:* Apoll. VI. Cap. XVIII. pag. 318.

" Ita *Dictys*, Lib. II. p. 28. *Hygin:* num. 101. *Strab:* Geogr. XIII. "p. 584. Plin. XXV. Cap. V. p. 625. & Lib. XXIV. Cap. XV. "p. 819. *Plutarch:* de Util. ex inimic: p. 89. *Philoſtr:* Her: p. 659. "& 663. *Liban:* Prog. pag. 72. & Declam: III. pag. 231. *Theon.* "Soph: pag. 188. *Suid: in* Τήλεφος & Cent. XIII. num. 47. *Iſac:* "pag. 42. & 43. *Apoſtol.* Cent. XIII. num. 36. *Euſtath:* in Il. A. "pag. 34. & Od. Λ. pag. 452. Quibus adnumero *Schol:* Ariſtoph: "in Nub: pag. 176.

Illius

Illius porro *Telephi* ulceroſi meminerunt *Galenus* T. IV. p. 47. & 194. *Paul:*,, *Ægin.* Lib. IV. pag. 69. Hic ideo mirari ſubit, *Gorræi*, alias flu-,, entiſſimi, *ariditatem*, ſuper enim Telepho, *pumice ſiccior* eſt. De-,,, fin: Med: pag. 628.,,

4. Adjutoribus Machaone atque Podalirio. Dictys Lib. II. pag. 31. & Rhodom. Troic. v. 802.

* Qui præſtitere *Multa manu Medica, Phœbique potentibus herbis. Æn.* XII.,, ℣. 402.,,

Achillas παρακεντητὴς, id eſt, compunctor (*) Galeno Pharmacorum localium lib. vij. c. v. T. 2. p. 269.

Qui *Achillas Secundilo.* eſt Tiraquello, ex Galeno lib. Pharmacorum κατὰ γένη lib. vij. in Græco T. 2. edit. Baſil. p. 410. & 419. eſt Ἀκιλία Σεκουνδίλη.

Achillas ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius, eidem Galeno ejuſdem poſtremi operis lib. v. T. 2. pag. 388. & Aëtio Tetrab. iv. Ser. iij. cap. xiv.

Achildes an *Achilles* libro de venenis, citatur à Vincentio Bellovacenſi ſpeculi natural. xx. 68.

Achilles Baſſarus, Velcurianus recentioris ætatis, cujus extat libellus prognoſticus, & alia quædam.

Achilles Pirminius Gaſſarus denatus Auguſtæ Vindel. Ao. 1577. ætat. 72. de cujus ſcriptis Medicis Jo. Georgius Schenckius in Bibl. Medica & Georg. Abraham Mercklinus in Lindenio renovato.

Achim apud Serapionem, Simplicium cap. ccxc. vide Hachim.

Achmeth Habramii filius, cujus extant vij. libri Græca lingua, quorum titulus eſt, Peregrinantium viatica. Ita Tiraquellus.

Acholius Aetio citatus, inter Medicos principes H. Stephani p. 413.

Achromos fœmina cujus dyſentericam potionem memorat Hippocrates VII. epidemion, extrem.

Accoſtror Galeno, aut quisquis is eſt, in medicinis expertis, Latine tantum editis Tomo ult. edit. Junt. p. 109.

Acmbaſius, Raſi lib. Continentis v. cap. iij.

Acriſius, Garioponto in lib. de febribus cap. vij.

Acron

(*) Tiraquellus reddit *aurigam.* Sed puto intelligi eum qui ſacrificationem cucurbitationem (ſchröpfen) venæque ſectionem exercet.

Acron Xenonis F. modo à patria Agrigentinus, modo quod Athenis ἐσοφίστευσεν, hoc eſt artem ſuam exercuit, Athenienſis dicitur, vixit temporibus Empedoclis, hoc eſt ante Hippocratem, circa Olymp. LXXX. Empiricæ Medicinæ ſignifer fuiſſe traditur, unde Plinius XXIX. 1. *Alia*, inquit, *factio ab experimentis ſe cognominans Empiricen cœpit in Sicilia, ab Acrone Agrigentino, Empedoclis Phyſici auctoritate commendato.* Galenus in Iſagoge T. 4. edit. Baſil. pag. 372. ut ab antiquitate auctoritatem ſibi conciliarent, Empiricos ad Acronem veluti auctorem provocaſſe teſtatur. Τῆς δὲ ἐμπειρικῆς προέστησεν Φιλῖνος Κῶος, (*) ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ Ἡροφίλου, οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο. Θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς (ἧς αἱρεσιάρχης Ἱπποκράτης ὁ Κῷος προέστησεν) ἌΚΡΩΝΑ τὸν Ἀκραγαντῖνον φασὶν ἄρξασθαι αὐτῆς. Μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο Σεραπίων Ἀλεξανδρεὺς, εἶτα Ἀπολλώνιοι δύο, πατήρ τε καὶ υἱὸς Ἀντιοχεῖς, μεθ' οὓς Μηνόδοτος, καὶ Σέξτος οἱ καὶ ἀκριβῶς ἐκράτυναν αὐτήν. Peſtilentia laborantibus Athenis purgato per accenſos ignes Aëre levamen, ac medelam attuliſſe narrat Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride p. 383. Ἄκρωνα γοῦν τὸν ἰατρὸν ἐν Ἀθήναις ὑπὸ τὸν μέγαν λοιμὸν εὐδοκιμῆσαι λέγουσιν, πῦρ κελεύοντα παρακαίειν τοῖς νοσοῦσιν, ὤνησε γὰρ οὐκ ὀλίγους. Idem referunt Aëtius tetrabibli 1. lib. 1. c. 94. & Paulus Ægineta lib. 2. c. 35. & ab Acrone didiciſſe Hippocratem notat Hieron. Mercurialis lib. 2. Var. Lect. cap. 18. & Voſſius lib. de philoſophia p. 84. Scriptum ejus Suidas commemorat, compoſitum utpote ab Siculo homine Dorica dialecto: ἔγραψε περὶ ἰατρικῆς Δωρίδι διαλέκτῳ, περὶ τροφῆς ὑγιεινῶν βιβλίον ἕν. *Scripſit de arte Medica, dialecto Dorica, de ſalubri victus ratione librum unum.* Addit Acronem fuiſſe unum ex illis qui ventos quoſdam notaverunt. ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν τινα πνεύματα σημειωσαμένων, quod refero ad ventos illos peſtilentes, à quorum curatione Empedocles Acronis æmulus dictus eſt κωλυσανέμας teſte Laërtio VIII. 60. Idem Laërtius VIII. 65. narrat Acronem paterno

(*) Confer Danielem Clericum V. C. in Hiſtoria Medicinæ, Gallice edita lib. 2. p. 342. ſeq.

terno monumento conſtruendo locum à Senatu Agrigentino petiiſſe διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, quod inter Medicos primas ferret: ſed reſtitiſſe ipſi Empedoclem, atque inter alios περὶ ἰσότητος ſermones quibus ſe illo nihil inferiorem eſſe contendebat, dixisſe per ludibrium, incidendum ſcilicet illi monumento hoc ἐλεγεῖον ſive diſtichon, quod reſpicit etiam Plinius, velut ſerio ab Empedocle profectum interpretatus, & ex Laërtio referunt Heſychius Illuſtris, Suidas & ad Odyſſeæ ί. Euſtathius p. 1634.

Ἄκρον ἰατρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρε
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Poſteriorem verſum alii ita citant, & ad Simonidem referunt:

Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Epigramma hoc propter alluſionem ad nomen Græcum Acronis & Agrigenti reddi Latine niſi frigide vix poteſt. Acroneos video memorari in Galeno T. 2. edit. Pariſienſis p. 340. Recentiori ætate claruit Joannes Acronius Friſius qui Matheſin & Medicinam docuit Baſileæ diemque obiit A. 1563. de cujus ſcriptis Valerius Andreas in Bibl. Belgica & in Athenis Belgicis Franciſcus Sueertius. De Acrone veteri Grammatico dicere me memini in Bibl. Latina. De Acrone ſive Acronte Duce Cænino à quo ſpolia opima tulit Romulus, vide quæ viri docti ad Propertium IV. 10.

Actides Chius ὀψαρτυτικῶν ſcriptor, memoratus Athenæo lib. XIV. p. 662.

Theodorus Actuarius apud Nicolaum Myrepſum Sect. XXXVI. 138. qui etiam Theodorus Magiſter XXXVI. 104.

Alius *Actuarius*, Joannes, Zachariæ F. circa A. C. 1300. cujus libri de urinis exſtant, de quo dixi Volum. XII. p. 635. ſeq.

Acumenus, cujus meminit Plato in Phædro & Protagora, & Xenophon libro tertio de factis & dictis Socratis. Mentio hujus quoque in Epiſtolis Socraticorum, decima quarta ad Xenophontem pag. 31. οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι ὁτιοῦν πράττειν, Ἀκούμενον τ μαθόντα τὰ ἰατρικὰ, καὶ τὰ Μουσικὰ Δάμονα τε καὶ Κόννον τ Μητροβίου. Confer Leonem Allatium in notis p. 185.

Adamum primum humani generis parentem Hebræi medicinam divino Numine adeptum ferunt, ut notavit Marſilius Ficinus Orat. de laudibus Medicinæ, quæ libro quarto Epiſtolarum ejus T. I. Opp. p. 735. inſerta legitur. De libris Chymicis qui ad Adamum auctorem referuntur & de inventione artium, ſicut aliarum, ita etiam Medicæ quam illi veteres quidam tribuerunt, dixi in Codice pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti.

Adamatus Salernitanus, memoratus Alberto Cranzio in Metropoli.

Adamantius, aut ut alii vocant, *Adamantus* Sophiſta, qui libros Phyſiognomicorum Græce ſcripſit ad Conſtantinum ſive Conſtantium potius qui Placidii uxorem duxit. Vide quæ de hoc ſcriptore dixi lib. 3. cap. 6. §. 38. p. 171. Citatur ab Aetio Tetrab. I. Ser. III. cap. CLXIII. & Tetrab. II. Ser. IV. cap. XXVII. & XXXI. & Tetrab. IV. Ser. III. cap. VI. & ex aliis libellis.

Adamaſca & *Adamaſcus*, Serapioni Simplicium cap. LXXXI. & CCCCXV.

Adelardus Anglus philoſophus idem & medicus qui ſcripſit Quæſtionum naturalium lib. I. & in re medica lib. plurimos, vixitque ſub Henrico rege Anglorum I. an. D. 1130. Hujus meminit Balæus in illuſtribus ſcriptoribus majoris Britanniæ.

Adeli ſcriptor Arabs antidotarii, & libri de medicamentis compoſitis. Herbelot. p. 56.

Adrianus Imperator, medendi ſcientia excelluit, ut teſtis eſt Aurelius Victor in Epitome. Et eſt collyrium utile ad plurima, ab eo inventum, ut tradit Aetius Tetrabibli lib. II. Ser. III. cap. CXIII. & præterea antidotum ab eodem compoſitum, & Hadrianum vocatum deſcripſerunt idem Aetius Tetrab. IV. Ser. I. cap. CVIII. Nicolaus Salernitanus, & Nicolaus à Villa nova in ſuo uterque Antidotario. Quanquam Marcellus Burdegalenſis lib. Medicamentorum cap. XX. quo deſcribit illud antidotum Hadriani, dicit quod eo utebatur Auguſtus Cæſar, ut hinc poſſis intelligere Hadrianum, qui longo poſt Auguſtum tempore imperavit, id non confeciſſe, niſi & ipſe de eodem Hadriano intelligat, nam & is Auguſtus, ut plerique Imperatorum dictus eſt. *Hæc Tiraquellus.*

Ægialeus archiater Epiphan. T. I. p. 627. Acta Archelai cum Manete p. 23.

Ægidius Monachus Benedictinus clarus ſæculo duodecimo, qui latinis verſibus ſcripſit librum *de urinis* & alterum *de pulſibus*, de quibus non repetam quæ dixi in Biblioth. Latina. Ejusdem libros quatuor, itidem

dem hexametris ſcriptos *de laudibus & virtutibus compoſitorum medicamentorum*, primus edidit vir ingenio & eruditione clariſſimus Polycarpus Leyſerus in hiſtoria poëtarum medii ævi pag. 502-692. Halæ Sax. 1721. 8. qui hos non diverſos eſſe putat ab opere *de antidotis* quod huic Ægidio ab aliis tribuitur. Meminit ſcriptoris hujus Ægidius alter ætate ei ſuppar Pariſienſis in Carolino:

Nominis ille mei celeberrimus arte medendi
Cum ſit & hic (*) *ortus, cujus facundia grata eſt*
Et nunquam laudanda ſatis, nec in agmine vatum
Nominis extremos ſortiri debet honores.

De hoc & aliis Ægidiis centum & quadraginta amplius, Rev. Ægidius Hochmuth in ſingulari libello edito Witebergæ 1725. 8.

Ægimius, Velienſis, Ἡλιαῦες Galeno lib. IV. de Differentiis febrium, ubi dicit eum ſcripſiſſe *de Palpitationibus.* περὶ παλμῶν T. 3. edit. Baſil. p. 8. 44. 49. ubi Ἠλεῖος legitur, Eleus. Ægimii Heliæi, & Hegeſippi atque Metrobii πλακουντοποιητικὰ laudat ex Callimacho Athenæus lib. XIV. p. 643.

Ægle, Hygia, Panacea, Jaſo, quatuor Æſculapii filiæ artis medendi peritæ, Αἴγλη, Ἰασὼ, Πανάκεια, Ὑγεία, quarum mentio apud Plinium XXXV. 11. & Scholiaſten Ariſtophanis ad Plutum v. 701. Plura de his Joannes Henricus Meibomius Commentario in jus jurandum Hippocratis capite ſexto p. 53. ſeq.

Ægyptius quispiam ſic ſimpliciter citatus Galeno in lib. Pharmac. localium IV. cap. VII. & Aetio Tetrab. II. Ser. II. cap. LXVIII.

Ælianus Meccius Μέκκιος ſenior è præceptoribus Galeni ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐμῶν διδασκάλων Gal. lib. de theriaca ad Pamphilianum T. 2. p. 470. Alii leg. *Æmilianus.* Æliani muſculorum anatomen in pretio habitam ſcribit idem Galenus proœmio libri de muſculorum diſſectione ad tirones qui Latine tantum ex Auguſt. Galaldini verſione prodiit T. 1. edit. Junt. p. 44. Ibidem refert Ælianum libro quo veluti compendium voluminum anatomicorum à patre ipſius conſcriptorum fecerat, ſimul ex ſuo ingenio diſſectionem muſculorum adjeciſſe.

Ælius Cajus, Galeno in lib. II. Antidotorum, T. 2. p. 441. vide Cajus.

(*) Pariſiis.

Ælius Gallus, eidem, Antidotorum lib. II. & κτ̀ τόπȣς, lib. III. cap. I. & lib. IV. cap. VII. T. 2. p. 218. 259. 267. 276. 286. 303. 330. 343.

Ælius Promotus Alexandrinus Græcus medicinæ ſcriptor, quem ferunt extare in Italia. Αἰλίȣ Προμώτȣ ἰατρικὰ, φυσικὰ καὶ ἀντιπαθητικὰ quædam MSS. Leidæ inter libros Voſſianos. Ex ejus libro περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων qui MS. exſtat Romæ in Bibl. Vaticana, quædam affert Hieronymus Mercurialis III. 4. Var. lect. Plura etiam lib. 2. de venenis.

Ælius ſimpliciter, vel illorum unus aut alius, Galen. κτ̀ τόπȣς lib. IV. c. VI.

Æmilianus, vide ſupra in Æliano.

Æmilius Macer, ſub cujus nomine hodie circumfertur carmen *de viribus herbarum*, Virgilio ſuppar & Tibullo, ſcripſerat non modo *de herbis* ſed etiam *de avibus*: quæ ejus ſcripta diu eſt quod interciderunt, ut in Bibl. Latina dicere me memini. Sed juvat de illo hic apponere obſervata elegantiſſimi Brockhuſii è notis ad Tibulli II. 6.

"Castra Macer sequitur] Statius Achilles hæc de Pompejo Macro, "Theophanis Mytilenæi filio, intelligenda docet; cujus Macri curæ Bi-"bliothecas ordinandas delegavit Auguſtus, auctore Suetonio Jul. C. "56. Paria ante Statium tradiderat Jo. Baptiſta Pius Annot. poſter. C. "184. Quem miror ſecutum fuiſſe virum raræ cujusdam diligentiæ Jo. "Glandorpium in Onomaſtico. Nituntur omnes teſtimonio Naſonis, "Amor. L. 2. Eleg. 18.

Carmen ad iratum dum tu producis Achillen,
Primaque juratis induis arma viris;
Nos, Macer, ignava Veneris ceſſamus in umbra.

"itemque L. 2. Pontic. Epiſt. 10. v. 13.

Tu canis æterno quidquid reſtabat Homero,
Ne careant ſumma Troica bella manu.

"Itaque poëtam fuiſſe, & ſcripſiſſe Paralipomena Homeri, ipſi confiten-"tur. Sed de Pompejo Macro tale nihil prodidit veterum ſcriptorum "quisquam. Æmilium vero Marcum, Veronenſem, multi nominis poë-"tam fuiſſe ſcimus, Virgilio atque Albio noſtro ferme æqualem. Ser-"vius ad Eclog. 5. MENALCAS *Virgilius hic intelligitur, qui obitum fra-*"*tris ſui Flacci deflet; vel, ut alii volunt, interfectionem Cæſaris.* MO-

PSUS

PSUS *vero Æmilius Macer*, *Veronenſis*, *poëta*, *amicus Virgilii.* Certe ma-„ jorem natu fuiſſe Ovidio, ipſe Ovidius teſtatur Lib. 4. Triſt. Eleg. 10.„ v. 42.„

Sæpe ſuas Volucres legit mihi, grandior ævo,
Quæque necet Serpens, quæ juvet Herba, Macer.

Atque etiam hoc Macro ductore & quaſi adoleſcentiæ cuſtode Aſiam„ ſe perluſtraſſe ac Siciliam commemorat L. 2. Pontic. Epiſt. 10. v. 21. „

Te duce magnificas Aſiæ perſpeximus urbes:
Trinacris eſt oculis te duce nota meis.

Ex loco Peligni vatis priore colligere eſt argumenta librorum Æmilii„ Macri. Scripſit enim *Ornithogoniam*: cujus e volumine ſecundo hæc„ verba, *Cum laude excellet omnes*, citat Diomedes Grammaticus Lib. 1.„ p. 371. oſtendens Macrum *excellére* dixiſſe, qvum alii omnes dicant *ex-*„ *cellere.* Ex eodem, ni fallor, opere Chariſius Lib. 1. p. 108. „

Auxilium ſacræ venient cultoribus ibes.

itemque iſtud, „

altis ex urbibus ibes.

Plinius autem, in catalogo auctorum, unde ſe profeciſſe teſtatur, L. 10.„ qui de avibus agit, Macrum etiam nominavit. Binos ex illo opere ver-„ ſiculos ſervavit nobis Iſidorus L. 12. Orig. C. 7. OLORES *autem La-*„ *tinum nomen eſt: nam Græce* CYCNI *dicuntur. Nautæ vero ſibi hanc bo-*„ *nam prognoſiam facere dicunt: ſicut ait Æmilius:*„

Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales.
Hunc optant nautæ, quia ſe non mergit in undas.

Corruptus eſt Nonius in voce *Profecta*, ut quidem nunc editum habe-„ mus: *Profecta, exta quæ aris dantur ex fibris pecudum diſſecta, ſunt gene-*„ *ris neutri. Licinius Macer in Ornithogonia:*„

Vulcani toſta vapore
Cum vigris profecta ferunt.

Eſt enim ſcribendum *Æmilius Macer.* Seqvuntur apud Naſonem *Macri*„ *Theriaca.* E quorum libro quinto hæc ſunt, *longo reſonantia ſibila collo*,„

 apud

"apud Chariſium Lib. 1. pag. 61. Iſidorus duos verſus habet, libro non "nominato, Lib. 12. Orig. C. 4. *Hic* (chelydros) *per aquam labitur, ter-* "*ram fumare facit. quem ſic Macer deſcribit:*

Seu terga exſpirant ſpumantia virus,
Seu terram fumat, qua tæter labitur anguis.

"Sed quid eſt *terram fumat?* an, fumantem facit? Puto, *terram infu-* "*mat.* h. e. exſiccat ad peſtilentem ſuum ardorem. Tum *opus de Herbis.* "quod laudat Dionyſius ille, quem ab librorum argumento vulgus *Ca-* "*tonem* vocat, præfat. Lib. 2.

Quod ſi mage noſſe laboras
Herbarum vires; Macer has tibi carmine dicet,
Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos.

"Huc, arbitror, pertinuerunt iſta Chariſio laudata Lib. 1. *fluviorum mar-* "*gine ſumma*, pag. 49. *Inter prateritas numerabitur ocymus herbas*, pag. 55. "*quales ſeges intubus herbas*, p. 78. *ſaucia naris*, p. 82. Scripſiſſe & *Theo-* "*goniam* tradit Nonius Marcellus, his verbis: *Picumnus & avis eſt Mar-* "*ti dicata, quam picum, vel picam vocant, & Deus, qui ſacris Romanis ad-* "*hibetur. Æmilius Macer in Theogoniæ libro primo:*

Et nunc agreſtis inter Picumnus habetur.

"Sed viri docti hic *Ornithogoniæ* reponunt: id quod mihi admodum pro- "babile videtur. Denique & hæc laudat Diomedes L. 1. p. 366. *Negli-* "*go, neglexi. Sed Æmilius Macer, Omnium noſtrum negligerit auctoritatem.* "*quod analogiæ propius, quia &* legerit *dicimus.* Unde habuerit, non dicit. "At Priſcianus Lib. 10. p. 895. hæc eadem verba proferens, nominat ſex- "tum decimum Annalium librum. Quod quale ſit, diſputat noſter Voſ- "ſius Libr. 1. de Hiſtor. Latin. C. 16. Præterea & de Apibus aliquid in "literas miſiſſe, neſcio an ex Servio colligere liceat, in L. 1. Æn. v. 439. "FUCOS] *Secundum Plinium, apium multa ſunt genera. Proprie tamen* "*apes dicuntur de bobus ortæ: fuci, de equis: crabrones, de mulis: veſpæ, de* "*aſinis. Fucus autem, ſecundum Æmilium Macrum, major ape, crabrone mi-* "*nor.* Certe Plinius in Catalogo ſcriptorum libri undecimi, quo libro "apum naturam conſiderat, poſuit quoque Æmilium Macrum. Brevi "eum elogio mactavit Politianus, Nutric. v. 484. de Verona loquens, "& de Catullo:

Non-

Nonnihil Æmilium tamen hæc quoque jactat alumnum
Texentem tenui Macrum ſubtegmina filo:
Dum Volucres numeris, dum Gramina pingit, & Angues.

Videlicet hæc Quintiliani fide dicuntur Lib. 10. Inſtit. Orat. C. 1. qui,, Lucretium ac Macrum *in ſua quemque materia elegantes* vocat, ſed *alte-,, rum humilem, alterum difficilem.* Super quo judicio videri debet Bar-,, thius L.43. Adverſar. C.2. Utinam hodie de Macro & nobis arbitrari lice-,, ret! Sed omnia viri clariſſimi ſcripta funditus interierunt. Utinam,, ſaltem Iliaca exſtarent, quæ tanti fecit Naſo, ut ab his libris honorifi-,, cum dederit auctori cognomentum L. 4. Pontic. Epiſt. 16. v. 6.,,

Cum foret & Marſus, magnique Rabirius oris,
Iliacusque Macer, ſidereusque Pedo.

Obiit autem Macer in Aſia, quo tempore Auguſtus nepotes ſuos Ca-,, jum & Lucium Agrippas adoptavit. Auctor Hieronymus in Chronico,, Euſebiano. Id factum eſt A. V. DCCXXXVII. C. Furnio, C. Junio,, Silano Coſſ. Circumfertur hodie libellus ſub Macri nomine *de Viribus,, Herbarum*; quem miror pro genuino fœtu hujus Æmilii Veronenſis ha-,, buiſſe virum doctiſſimum Thomam Bartholinum in Diſſertatione elegan-,, te de Medicis Poëtis, præſertim qvum de illo fuco jam olim monuerit vir clariſſimus Lilius Gyraldus Dial. 4. de Hiſt. Poët. Non paullo ve-,, rius pronuntiavit J. C. Scaliger L. 6. Poët. C. 4. Macrum eum, cujus,, opus in manibus habemus, neque poëtam fuiſſe, neque bonum medi-,, cum, neque ſincerum verſificatorem. Sed audiamus Gaudentium Me-,, rulam L. 1. de Antiqvitat. Gallor. Ciſalpinor. C. 11. p. 279. Italiæ Illu-,, ſtratæ: *Hanc urbem* (Veronam) *tres maxime viri illuſtrarunt: Catullus,, ſcilicet, a quo & Julius Cæſar proſciſſus eſt: Vitruvius per tempora Divi Au-,, guſti, architecturæ ſcriptor: & Æmilius Macer, qui de herbarum virtute ele-,, gantiſſime ſcripſit. Sed hic libellus, qui ſub Macri nomine circumfertur, non,, hujus eſt, ſed Odonis cujusdam medici, ut ipſe vidi in codice quodam anti-,, quiſſimo. Verum ut gratior exiret in lucem, Macri titulo inſcriptus eſt.*,,

Æneas Galeno citatus, Pharmacorum κατὰ γένη lib. VII. & κατὰ τόπους lib. II. cap. II. T. 2. p. 185. ſeq. ex quo potes colligere illum fuiſſe ejus amicum & ſodalem.

Æneas, qui Græce ſcripſit de pulſibus & urinis, quem Latinum fecit Pla-

to

to Tyburtinus, & Ponticus Virunius. Æneas Philoſophus ad quem S. Nili Epiſt. II. 280. edit. Allatii.

Ærmeſus, & *Ærmaſios* & *Armaſios*, ſive *Armaſius*, hæc enim omnia nomina legimus apud Serapionem Simplicium cap. lxxxi. & cxliii. & ccxx. & ccxxix.

Æſcheron, ſive *Æſchrion*, ſive item *Æſchron* Empiricus, & unus è præceptoribus Galeni, cujus ipſe meminit lib. xi. Simplicium medicamentorum, quo in loco de cancris loquitur, & niſi id Galenus dixiſſet, putaſſem eum fuiſſe Æſcheronem, (ſed is antiquior) quem Varro annumerat inter ſcriptores rei ruſticæ. Æſchrion hic de agricultura ſæpe à Plinio laudatus.

Æſchines Athenienſis non ille quidem orator, ſed alter Medicus Plinio citatus lib. xxviii. cap. iv. & alibi.

Æſculapius Apollinis filius inter inventores medicinæ celebratus, de quo præter Tiraquellum de Nobilitate p. 239. ſqq. & 260. Jo. Henricus Meibomius in Commentario ad jusjurandum Hippocratis capite quinto, & quos laudavi lib. 1. hujus Bibl. cap. viii. ubi de libris ſub Aſclepii nomine editis.

Aëtius Abidenus, aut ut alii rectius, Amidenus, qui Juliani temporibus junior medicorum ante ſe dicta conjunxit, libris xvi. quos ipſe diſtinxiſſe videtur in Tetrabilos, id eſt, Quaterniones iv. quorum quilibet iv. Sermones ſive libros continet. De hoc Aëtio & ejus ſcriptis atque editionibus dixi Volum. viii. p. 318. ſeq. Ejus libri tertii caput 164. de ſignificationibus ſtellarum Græce & Latine cum Cornarii verſione exhibet Petavius in Uranologio p. 216. edit. Amſt.

Aëtius Sicanius, ex cujus & aliorum libris excerptus eſt liber de atra bile, qui Galeno adſcribitur.

Aſcasbi Herbelot. p. 64. b. *Agiaib.* p. 69. b.

Afranius, Petro Aponenſi in additionibus Meſue, quo loco diſſerit de ægritudinibus ſplenis.

Africana, citata à Marcello Burdegalenſi Empirico c. 29.

Agameda, Augiæ Epeiorum Regis, uxor Mulii Iliad. λ. 740.

Ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

Agapetus Paulo Æginetæ citatus lib. iii. c. lxxvii. c. xi, & Alexandro Tralliano lib. xi.

Agapius

Agapius Alexandrinus, qui in medicina Commentarios edidit, Byzantiique ludum aperuit magna doctrinæ ſuæ fama, atque ingenii ſolertia: unde gloriam ex ea arte, opesque ingentes comparavit. Refert Damaſcius apud Photium Cod. 232. & ex eo Suidas. In Georgii Schenckii Bibl. Medica legas eundem Suidam teſtari quod Ælii Promoti ſcripta Agapius illuſtraverit. Sed hoc apud Suidam non reperio.

Agargeus, Galeno, aut cui vis, in lib. de medicinis expertis.

Agariſius Raſi lib. XI. Continentis c. I.

Claudius Agathemerus cujus hoc epitaphium apponere juvat ex marmoribus Oxonienſibus p. 77.

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι
Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ξυνὸν τοῦτο δέ μοι καὶ Μυρτάλῃ εἶσα συνεύνῳ
Μνῆμα. Μετ᾽ εὐσεβέων δ᾽ ἐσμὲν ἐν Ἠλυσίῳ.

Claudius Agathemerus medicus hic jaceo,
Omnigeni qui cognoveram præſentiſſimum remedium morbi.
Commune hoc mihi eſt & æque Myrtalæ conjugi
Monumentum; cum Piis autem nos ſumus in Elyſio.

Agathinus ſæpe Galeno citatus lib. V. Pharm. κατὰ γένη, & lib. II. De differentiis febrium. T. 3. p. 13. 333. 334. 335. 471. T. 4. pag. 3. & Cœlio Aureliano lib. Oxeon II. c. X. & lib. III. cap. XVI. ex lib. *de Helleboro*. Scripſit & libros *de pulſibus*, quos citat Galenus T. 3. p. 24. 49. ſeq. 79. ſeq. *lib. de Semitertiana*, idem Galen. in Commentariis lib. I. Epidemion Hippocratis. Fuit pneumaticæ addictus ſectæ. Galen. T. 3. p. 50. Athenæi Attalenſis ſectator, idem T. 3. p. 55. præceptor *Archigenis*, ejus qui Trajani temporibus claruit ut videre licet ex Aëtio Tetrab. I. Ser. III. c. CLXXII. & Suida in Ἀρχιγένης.

Agathus ſive *Agathius* καθηγέτης h. e. præceptor Galeni, T. 2. pag. 267. 304. Medicamentorum ſecundum locos lib. IX. cap. V. & alibi.

Agathocles Atracius quem de piſcibus ſcripſiſſe ſoluta oratione Suidas memorat.

Agathocles Chius de agricultura, quem laudant Varro, Columella, Plinius. Incertum idemne Agathocles Plinio lib. XXII. cap. item XXII. & Galeno Pharmacorum ſecundum genus lib v. & quem ἐν τῷ περὶ διαίτης laudat ſcholiaſtes Nicandri ad theriac. Et hujus aut alterius ejusdem nominis meminit Lucianus in Cataplo. De Agathocle Mileſio & Babylonio Voſſius in Hiſtor. Græcis pag. 316. ſeq. & Meurſius in Bibl. Græca T. x. theſauri Gronov.

Agazo Athenienſis, quem fuiſſe magnum experimentatorem dicit Petrus Aponenſis, in additionibus Meſuæ, quo loco tractat de ægritudinibus epatis. Et hic forte eſt quem ſimpliciter vocant Experimentatorem idem Aponenſis in illo cap. & Simon Januenſis.

Agberi Medicus Arabs auctor libri de medicamentis compoſitis, nehaiat al edrak. Herbelot. Bibl. Oriental. p. 50.

Aggregator, ita dicitur Serapion nec non Abenguefit, quod velut in unum aggregavere in uſus hominum quæ alii ante ipſos de viribus ſimplicum tradiderunt.

Agis ſcriptor ὀψαρτυτικῶν ſive de parandis opſoniis laudatus ab Athenæo XII. p. 516. ubi de eodem argumento (ut apud Latinos fecit Apicius) tractaſſe teſtatur *Aceſiam*, *Aceſtium*, *Archytam*, *Critonem*, *Dioclem*, *Dionyſium*, *Epænetum*, *Eraſiſtratum*, *Euthydemum*, *Glaucum Locrenſem*, *Hegeſippum*, *Heraclidas* duos, *Mithæcum*, *Phileſtionem*, *Stephanumque*.

Agnodice Hierophili diſcpula, obſtetrix prima Athenis, cum antea viri hoc munere fungerentur. Hyginus Fab. 274. *Antiqui obſtetrices non habuerunt*, (*) *unde mulieres verecundia ductæ interierant. Nam Athenienſes caverant, ne quis ſervus aut fœmina artem medicinam diſceret. Agnodice* (**) *quædam puella virgo concupivit medicinam diſcere*,

(*) Viris ſcil. munere obſtetricum fungentibus. Conf. Bælii Lex. in *Hierophyle* & *Tiburiens.* Mentio viri ἰατρίνης τόπον ἐπέχοντος etiam in Palladii Lauſiaca p. 158. edit. Meurſii. Improbatur hic mos utpote inimicus pudori, licet in Gallia hodie, & alibi etiam locorum propter obſtetricum inſcitiam vel negligentiam non inuſitatus, & viciſſim non minore contentione defenditur ſingularibus ſcriptis de quibus vide ſi placet Acta Eruditor. A. 1709. p. 128. Journal des Savans A. 1708. T. II. pag. 64. & A. 1718. T. II. p. 147.

(**) Agdonice vocatur vitioſe in Gayoti de Pitaval Bibliotheque des gens de Cour Tom. IV. pag. 161. & 162.

ſcere, quæ cum concupiſſet, demptis capillis, habitu virili, ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam, quæ cum artem didiciſſet, & fœminam laborantem audiſſet, ab inferiore parte veniebat ad eam: quæ cum credere ſe noluiſſet, æſtimans virum eſſe, illa tunica ſublata, oſtendebat ſe fœminam eſſe: & ita eas curabat. Quod cum vidiſſent medici, ſe ad fœminas non admitti, Agnodicen accuſare cœperunt, quod dicerent eum glabrum eſſe & corruptorem earum, & illas ſimulare imbecillitatem. Quo cum Areopagitæ conſediſſent, Agnodicen damnare cœperunt, quibus Agnodice tunicam allevavit, & ſe oſtendit fœminam eſſe. Et validius medici accuſare cœperunt. Quare tum fœminæ principes ad judicium convenerunt, & dixerunt: Vos conjuges non eſtis, ſed hoſtes: quia quæ ſalutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienſes legem emendarunt, ut ingenuæ artem medicinam diſcerent.

Agrippa, Judæorum Rex, à quo unguentum ejus nominis inventum ferunt Nicolaus & Arnaldus Villanovanus in ſuis Antidotariis. Et hic forte eſt, quem plerique ſcriptores medici, præſertim Meſue & Raſis, nomine Judæi ſæpius citant. Galenus in lib. VIII. T. 2. pag. 284. de medicamentorum compoſitione ſecundum locos, Julium quempiam Agrippam allegat, quod me nonnihil ſuſpicari facit Agrippam regem Judæorum non fuiſſe. Nam Julius nomen eſt Romanorum, non Judæorum, fuitque familia notiſſima Agripparum apud Romanos. Idem autem Galenus ſimpliciter Agrippam citat Pharmac. κτ̀ γένη, lib. VII. T. 2. p. 419. *Hæc Tiraquellus.*

Ahamet ſive *Haamer*, ſive item *Haamech*, ſive denique Ahamet Eben David, Serapioni Simplicium cap. CXVIII. & CLXIV. & CCXXIV.

Abiriton.

Ahuar, Raſi lib. XI. Continentis cap. VII.

Aidmerin Ali Al Gialdeki auctor operis Chymici, badr almonir ſi khovas al ex ſir. Vide Herbelotum p. 78. b. qui obſervat *elſir* (unde vulgatum *elexir*) à chymicis Arabibus vocari materiam auro conficiendo idoneam.

Aidoun, (Aboul Haſſan al Mokhtar ben Aidoun) Medicus Bagdatenſis, auctor libri takuim al Schat, de morbis, eorumque remediis, ordine alphabetico. Herbelot. ibid.

Ailaki, Avicennæ diſcipulus, auctor libri asbab u alamat, de cauſis & ſignis prognoſticis morborum.

Ain al Hiat, epitome hiſtoriæ animalium quam Demirius Arabice Anno hegiræ 773. (CHriſti 1371.) ſcripſit ſub titulo Hiat al haiván. Auctor epitomes, Scham ſeddin Mohammed al Damannini, eodem quo Demirius anno defunctus hegiræ 818. (CHriſti 1415.) Vide Herbelotum p. 64. & 79.

Aieyſe ſive *Ayſe* (hæc enim duo nomina reperio niſi diverſorum ſint) apud Serapionem, ſimplicium c. 117. & 303.

Alamah, (ebn Alamah ben Aſſad) Medicus celebris anno hegiræ 652. (CHriſti 1254) defunctus, auctor libri eſcharat almorſchedat, de medicamentis ſimplicibus. Herbelot. p. 84.

Albanus Torinus Vitodurenſis, recentioris ſcriptor ætatis, ſed qui Medicos Græcos plures Polybum de natura ſeminis humani & ratione victus, & de morbis corporis, qui inter Hippocratis opera legitur: Alexandrum Trallianum, Paulum Æginetam, Philaretum de pulſibus, Theophilum de urinis & Philotheum in Aphoriſmos Hippocratis eleganter vertit. Nec non ſcriptores alios Epiphanium de vitis Prophetarum, Agapeti ſchedam regiam, & Emanuelis Chryſoloræ epitomen Grammatices Græcæ. Deinde Joannis Damaſceni Medici diegema de exquiſita febrium curatione & aphoriſmos ex verſione quæ exſtabat de Arabico Barbara, puriore ac venuſtiore interpretatione Latina expreſſit. Recenſuit etiam Dioclis Epiſtolam ad Antigonum Regem, Soranum Epheſium, Plinium Valerianum, Apulejum de herbis, Apicium, Antonium Muſam de betonica &c. Hippocratis prognoſticis vitam magni illius Medici præfixit.

Albarmachus Avicennæ lib. v. tract. IX.

Albaromakus, & Albaromachus apud eundem, niſi & idem ſit, quod facile crediderim.

Albaſarri, & ***Albaſari***, & ***Albaſyri***, Serapioni Simplicium c. LXVII. & CXVI. Raſi lib. II. Continentis cap. II. ubi eum citat ex libro ſummæ de oculis.

Albataricb, Serapioni ejusdem operis cap. LXXXV.

Albatenius ſive Albategnius qui primus Galenum in Arabicam linguam vertit, ut dicit Serapio cap. XCII. Vixit circa idem tempus hoc eſt circa A.C. 1070. Ejus de ſimplicibus medicamentis Volaterranus memorat.

Albenguefit, vide ***Abenguefit***, & ***Aggregator***.

Alber-

Albertus Theutonicus Dominicanus, Epiſcopus Ratisponenſis, defunctus A.C. 1280. æt. 75. qui ob doctrinæ magnitudinem *Magni* cognomentum ſibi comparavit. Hic inter alia & ea quidem prope infinita opera quæ XXI. Voluminibus junctim edidit Lugd. 1651. fol. Petrus Jammay, Ord. Præd. ſcripſit libros XVI. de animalibus, ſecutus magna ex parte Ariſtotelem. Et de medicina librum unum, de arboribus, herbis, lapidibus: de mineralibus & rebus metallicis libros quinque, de nutrimento & nutribili, de alchymia, de ſecretis mulierum unum. Copioſe de illo ejusque ſcriptis præter Trithemium c. 466. Ambroſius de Altimura Bibl. Dominicanæ p. 49. ſeq. & Jacobus Quetif & Jacobus Echard T. I. p. 162. ſeq. 275.

Albertum quendam CPolitanum de veterinaria Medicina ſcripſiſſe lego in Alphonſi Ciacconii Bibliotheca univerſali MS. Recentiores ſunt Tiraquella laudati. Albertus Novocambianus, cujus ſunt notæ in fabricationem hominis à Cicerone 2. de Nat. Deor. c. 53. deſcriptam Cracov. 1551. 8. Albertus Belfortis Rhæticus, vir Medica arte clarus, cujus, inquit expectatur liber de abolenda morbi Gallici (*) nomenclatura, ejusque juxta Galeni cenſuram explicatione & curatione, addita quoque recentiorum ad hoc propoſitum empirice.

Albertus ſive *Albericus* Salentinus Philoſophiæ & medicinæ doctus, apud Gyraldum lib. I. De poëtis ſui temporis.

Albes Arabs de quo Jo. Georg. Schenckius.

Albhambd filius Allahagelegi, Serapioni Antidotorum cap. XVIII.

Albotin Avicennæ lib. V. tract. V.

Albericus Archiepiſcopus Pragenſis, antea Bohemiæ Regis Phyſicus circa A. C. 1475. ſcripſit practicam medendi & regimen peſtilentiæ, nec

 non

(*) Veteribus etiam minime ignotam fuiſſe hujus morbi fœditatem, docuit nuper nobiliſſimus Becketus. Vide Michaëlis de la Roche V. C. memorias literarias magnæ Britanniæ, quas Gallice edidit T. XII. p. 298. ſeq. Bibl. Angloiſe T. V. p 536. ſeq. T. X. p. 366. ſeq. Bibl. ancienne & moderne T. XX. p. 406. ſeq. Joannem Rhodium notis ad Scribonium Largum p. 157. Thomam Bartholinum de morbis Biblicis p. 28. ſeq. Caroli Patini Diſſ. Archibaldi Pitcarnii opuſcula Medica p. 157. ſeq. Alii Neapolitanum morbum vocant ducta ab Ao. 1493. origine. In Oriente frequentem eſſe & ſpeciatim in Perſia jam notavit Adamus Oleatius p. 565. itineris ſui. De aliis Aſiæ locis & Africæ & Americæ Carolus Cluſius hiſtoria aromatum p. 150. ſeq. & de ſimplicibus Americæ p. 30. ſeq. Petrus Borellius lib. 2. Obſervatt. 37. & qui ex regione Nigritarum, Gvinææ vicina repetit Thomas Sydenham Epiſtola de lue Venerea, edita Londini 1680. 8.

non regimen ſanitatis. Lipſiæ impreſſum per Marcum Brandt. A. 1484.

Albricius ſive *Albericus* Londinenſis Anglus, qui ſcripſit de ratione veneni, aliaque de re medica non pauca, vixitque ſub Ginthelmo Ruffo, Anglorum Rege, circa A. C. 1090.

Albuabram & *Albruabam* (utrunque enim reperio apud Meſuem) vide num ſit Abuanbram, aut Abuhabram, de quibus ſupra.

Albubecar Muhamed, (*) aut ut alii ſcribunt vitioſe, *Abubeter* ſive *Albubeter*, aut etiam *Abubater* filius Zachariæ filii Arahi, aut ut alii ſcribunt, *Errraſis*, aut ut alii, *Raſis*, ſive Razis, (à Rai vel Rai (**) Perſiæ urbe in qua natus fuit) quem & *Almanſorem* vocant, quia ad Almanſorem ſcripſit. Sed & aliis vocatur Bubikie filius Zachariæ, nepos Erraſis. Hic eſt quem *Raſim* vulgo vocant, quique ab Almanſore principe vocatus Cordubam, cum magna gloria ibi artem ſuam exercuit, defunctus anno hegiræ 401. (CHriſti 1010.) de illo videndus præter Joannem Leonem Africanum (quem dabo infra) n. 6. & Lindenium renovatum Mercklini in *Abubeter*, videndus Nic. Antonius in Bibliotheca veteri Hiſpana lib. VI. c. XII. T. I. p. 370. ſeq. Huic Raſi Arnaldus Villanovanus optimi vir judicii, in libro de diverſis intentionibus morborum, ſtatim in ingreſſu hoc teſtimonium perhibuit, quod fuit *in ſpeculatione clarus, in opere promptus, in judicio providus, in experientia probatus.* Hujus habemus libros XII. Elhavi, aut ut alii ſcribunt, Helchauy, aut ſine aſpiratione Elchavi, ſive Elkavi, id eſt, ut interpretantur, *totum continentis*, ex quo eos libros *Continentis* vocant, opus quidem ingens: ex Hieron. Suritæ caſtigatione Brixiæ 1486. Venet. 1509. 2. Vol. & præterea *libros decem ad Almanſorem* editos Lugd. 1511. 8. cum additionibus Gerardi Cremonenſis, & ejuſdem Raſis libellis de ægritudinibus juncturarum, de morbis puerorum, Aphoriſmorum libris ſex, parvo antidotario, libello de præſervatione ab ægritudine lapidis, introductorio parvo in medicinam, libello de ſectionibus, cauteriis & ventoſis: antidotario, Synonymis ordine alphabetico, & ſubjuncto libro diviſionum Conſtantini Africani. Ut alias editiones, aliaque Raſis ſcripta

(*) Muhamed vocatur ab Avicenna 3. de febribus 3. Canonis tit. 3. c. 7.

(**) Golius ad Alfragan. p. 213.

pta ſive Latine edita, ſive Arabice MSta in Bibliothecis, Regia Pariſienſi, Leidenſi & Florentina Medicea prætercam. De Græco interprete libri Raſis hujus de peſtilentia, dixi Volum. XII. p. 692.

Albucaſius qui & *Albucaſis*, ſive *Albuchaſis*, *Bucaſis*, *Bulcaſis Galaf*, *Alſaharavius*, *Azavarius* &c. clarus vergente ſæculo XI. cujus extant lib. III. Chirurgiæ, ſæpius editi Latine verſi ex Arabico. Meminit & libri cui titulus *Servitor*, de præparationibus oleorum.

Albuenſis.

Albugerig, & *Albugerix*, & *Albugerigius*, & *Albugerag* (hæc enim omnia reperio apud Serapionem Simplicium cap. lxxxII. & Raſim lib. I. Continentis cap. IV.) Crediderim eſſe Abugerim, ſive Abugerig, de quo ſupra: præſertim quod hic Albugerig Monachus vocatur eidem Raſi, ejuſdem operis lib. XI. cap. IV. quo etiam nomine aut titulo inſignitur ille Abugeris, ut ibi diximus.

Albutius Medicus Romanus. Plin. XXIX. I. *Multos prætereo Medicos, celeberrimosque, ex iis Caſſios, Calpetanos, Arruntios, Albutios, Rubrios. Ducena quinquagena ſeſtertia, annua mercede iis fuere apud Principes.* Marcarum Lubecenſium, ſive librarum Gallicarum 25000.

Albuzid Alharabi, Serapioni Simplicium cap. cclvII.

Alcalamet, Avicennæ lib. V. cap. IX.

Alcadinus Garſini Syracuſani fil. Medicus Henrici IV. Imp. artemque Salerni profeſſus, ſi Scipioni Mazellæ in Antiquitatibus Puteolanis fides. Alcadinus iſte perinde ut alius quidam Poëta Ebolitanus, balneas Puteolanas carmine latino deſcripſit. Exſtat in collectione Juntarum de balneis.

Alcalaum, ſive *Alcalame*, utrunque enim reperio. niſi diverſi ſint.

Alcamadus.

Alcana Moſali Armenus de paſſionibus oculorum Latine ex Arabico: Davide Armenio interprete. Venet. 1499. fol. cum Chirurgicis Guidonis de Cauliano & aliorum.

Alcanſi, & *Alchanſi*, & *Alchanzi*, & *Alcanzi*, & *Alkanci*. Hæc enim omnia paſſim reperio apud Meſue & Serapionem, niſi plures ſint, quod non credo.

Alcetis ſive *Alceſius* Sophiſta (ἰατροσοφιστής) Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib. VIII. cap. II. T. II. p. 276.

Alcha-

Alchalabamen, & *Alchalehemen*, niſi diverſi ſint, Serapioni Simplicium cap. lxxxiv. & clxxxv. & ccxlvi. & ccxlvii.

Alchindus & *Alkindus*, apud Meſue, Avicennam & Raſim ſæpe: citaturque ex lib. de Electionibus ab ipſo Raſi lib. Continentis i. cap. iii. & ex Epiſtola de podagra & dolore ſtomachi, eodem cap. ix. & lib. ii. cap. iii. Is alibi vocatur Elkindus apud eundem Raſim ejusdem operis lib. iv. cap. i. ubi item illum citat. ex dicta Epiſtola de podagra ut jam non dubitandum ſit, quin idem ſit.

Alcibiadem Athenienſium principem Medicæ artis fuiſſe peritum ex eo poſſumus intelligere, quod ex Anchuſæ herbæ ſpeciebus una eſt quæ Alcibiadion dicta eſt, & aliæ quoque, ut videre licet apud Dioſcoridem lib. iii. cap. ccccl v. & lib. iv. cap. xxiv. xxv. xxvi. xxvii. Nicandrum in Theriacis, qui tamen ab alio quam ab hoc Alcibiade, nempe ab Alcibio quopiam inventas dicit. Plinium lib. xxvi. cap. vi. & Aetium Tetrab. i. Ser. i. in Anchuſa: Paulum Æginetam lib. vii. cap. iii. ubi de Anchuſa. *Hæc Tiraquellus.*

Alcibius, Nicandro in Theriacis, ut jam dixi in Alcibiade. Vide & infra, Alcipius.

Alcimion, *Alcimon* & Alcimius apud Galenum Pharmacorum κτ̀ γένη lib. vii. & κτ̀ τόπȣς lib. quoque vii. c. ii. & iterum vi. Vide T. 2. edit. Baſil. p. 260. 333. 359. 363. 388. 389. 410.

Alcipius, Galeno lib. vi. Simplicium, niſi ſit ille Alcibius, de quo nuper diximus.

De Alcmæone ita Alfonſus Ciacconius Hiſpanus in Bibliotheca, ordine litteraurm concinnata circa A. 1583. quæ deſinens in Epimenide exſtat MSta apud Venerandum noſtrum Wolfium: notas ad hunc locum infra ipſe addidi. *Alcmæon cognomento Phyſicus, Calaber patria Crotoniata Pirithi* a) *filius, Pythagoræ auditor & alumnus*, b) *Philoſophus Græcus & Medicus inſignis fuit, primus de Naturæ ratione ſcripſit* c) *& eam litteris explicavit, ut Phavorinus in omnimoda hiſtoria & Pro-*

a) Πειρίθȣ Clemens I. Strom. p. 308. & Theodoretus lib. I. therapevt. p. 7. ubi Ἀλκμαν vocatur & lib. V. p. 72. ut viciſſim Alcæmon pro Alcmane apud Antigonum hiſt. mirab. c. 95. Confer Meurſii ad Antigonum & p. 33. ad Chalcidium notas, & Menagium ad Laërt. p. 387.

b) Juvenis audivit Phythagoram jam ſenem. Jamblich. c. 23. Ariſtoteles I. Metaphyſ. c. 5.

c) Laërt. VIII. 23. Δοκεῖ δὲ πρῶτος φυσικὸν λόγον γεγραφέναι καθά φησι Φαβω-

Proclus d) *tradidere. De inviſibilibus* e) *libros ſcripſit. De iis* f) *tractavit & de iis libellos compoſuit, Cicerone teſte. Hic primus electiones* g) *aggredi auſus eſt, primusque fabulas adinvenit* h) *ut Iſidorus in*

G *Etymo-*

Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Ibidem hoc affert operis illius initium, Ἀλκμαίων Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξε Πειρίθου υἱός Βροντίνῳ καὶ Λέοντι καὶ Βαθύλλῳ. περὶ τῶν ἀφανέων καὶ περὶ τῶν θνητῶν σαφήνειαν μὲν θεοὶ ἔχοντι, ὡς δὲ ἀνθρώποις τεκμαίρεσθαι κ. τ. λ. *Alcmæon Crotoniates hæc ait, Pirithi filius, Brontino, Leonti & Bathyllo, De inviſibilibus & de mortalibus rebus evidentem quidem ſcientiam habent Dii, quantum vero conjicere hominibus licet* &c. Patet ex parvo hoc ſpecimine & Dorica dialecto uſum & magna modeſtia ad Philoſophiam tractandam acceſſiſſe Alcmæonem. Primum ſcripſiſſe de natura, notant etiam Clemens & Theodoretus locis laudatis.

d) In Timæum Platonis,

e) Aut valde fallor, aut nullam aliam quare Alcmæoni libros de inviſibilibus tribueret, rationem Ciacconius habuit, quam quod in principio libri de Natura, quod affert Laërtius, mentio τῶν ἀφανέων.

f) Leg. *de Diis,* idque collegit Ciacconius ex his Ciceronis lib. I. c. II. de natura Deor. *Crotoniates autem Alcmæon, qui ſoli, lunæ reliquisque ſideribus animoque præterea divinitatem dedit* &c.

g) Lege *exſectionem*, hoc eſt Anatomen corporis humani. Chalcidius p. 368. edit. à me curatæ: *Demonſtranda igitur oculi natura eſt, de qua cum plerique alii, tum Alcmæon Crotonienſis in phyſicis exercitatus, quique primus exſectionem aggredi eſt auſus.* Tiraquellus p. 296. de Alcmæone: *Hic ſingulis humani corporis membris atque articulis reſectis, intimis omnium partium vitalium ſcrutatis, primus cadaverum lacerationem, quam Græci anatomiam vocant, excogitavit.* De anatome animalium, non cadaverum humanorum Chalcidium intelligunt Viri præſtantiſſimi Daniel Clericus in Hiſt. Medicinæ Gallice edita lib. 2. cap. 5. p. 94. & Jo. Conradus Barchuſen à quo & ipſo hiſtoriam Medicæ artis Latino ſtilo conditam habemus, pag. 127. Nihil tamen eſt in Chalcidio quod hoc perſuadeat.

h) Iſidor. Orig. lib. I. c. 39. *Fabulas primus inveniſſe traditur Alcmæon Crotonienſis.* Etiam Giſelbertus libro de altercatione Eccleſiæ & Synagogæ ait Alcmæonem primum fabulas ſcripſiſſe. Fuere & alii Alcmæones, ut de cujus furore Tragici, & Cicero III. 5. Tuſculanar. & IV. de finibus cap. 23. ubi Alcmæonem Ennii commemorat, ex quo etiam ſunt quæ IV. 17. & 28. Academ. & 3. de Oratore ac Nonius in *jamdiu.* Vide illuſtriſſimi Viri Hieron. Columnæ notas ad fragmenta Ennii p. 281. ſeq. qui p. 286. etiam fragmenta ex Euripidis Alcmæone colligit. Alius denique Alcmæon Tragicus, de cujus Aſtydamante dramate meminit Ariſtoteles cap. 15. poëtices, οἷον ὁ Ἀλκμαίωνος Ἀστυδάμας. Vitioſe in Meurſii Bibl. Græca excuſum Alcidamas, pro Aſtydamante.

Vitioſe

Etymologiis teſtatur. Multa etiam in re Medica ſcripſit, ut Laërtius i) *prodidit. Quædam ejus verba aut placita in Medicina apud* k) *Stobæum in ſermonibus de morbo & ſanitate citantur. Hujus auctoris Ariſtoteles & Themiſtius lib. 1. de anima* l) *& 7. de hiſtoria animalium*, m) *Cicero lib. 1. de natura Deorum, Galenus de hiſtoria Philoſophica, & Plutarchus in lib. de placitis Philoſophorum meminere. Floruit Olympiade LXV. annos circiter ante CHriſti natalem DXXV.*

Alcon, aut ut alii, *Alcontius*, aut etiam Accontius, aut Arcontius ſive Archontius vulnerum medicus â Claudio Cæſare centum millibus ſeſtertium condemnatus, eidemque in Gallia exulanti, & deinde reſtituto acquiſitum non minus intra paucos annos, ut tradit Plinius lib. XXIX. cap. 1. Incertum ſitne idem de quo Martialis VI. 70.

Oſtendit digitum ſed impudicum
Alconti Daſioque Symmachoque.

Alcon alter, medicus multo poſterior, qui apud Auſonium, Epigr. 73. ſeq. Aruſpicem Diodorum vaniloqvum fecit, quo quidem Epigrammate & ſeq. eundem Alcontem deridet, ex Græco Lucilii epig. lib. 11. Anthol.

Alcuinus Arabs de ſimplicibus citatur à Bellunenſi in voce aſtergar.

Alcyon,

Vitioſe etiam in Dan. Heinſii verſione *ſicut Aſtydamantis Alcmaon.* Eundem allegari ab Heſychio in βλὴρ notavit Meurſius ad Chalcidium. Omitto Alcmæonem Athenienſem cujus filii liberos Piſiſtrati occiderunt, ut præter alios meminit Tzetzes Chiliad. 1. hiſtoria ſexta.

i) Laërtii verba ſunt: τὰ πλεῖστα γε ἰατρικὰ λέγει, ὅμως δὲ καὶ φυσιολογεῖ ἐνίοτε. Utrumque autem hoc potuit in libro illo de natura facere, quem laudat etiam Galenus 1. de natura hominis T. V. edit. Græcæ Baſil. pag. 1. & lib. 1. περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων T. 1. p. 56.

k) pag. 542. florileg. edit. Wechelianæ. Confer eclogas Phyſicas p. 54. 60. 93.

l) Simplicius quoque lib. 1. de anima textu 32.

m) Ariſtoteles lib. 7. Hiſt. animal. cap. 1. τὰ φυτὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα, ἀνθεῖν φησὶν πρῶτον Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης. Etiam lib. I. cap. 11. Ἀλκμαίων οὐκ ἀληθῆ λέγει φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα. Meminit & Theophraſtus lib. de ſenſu p. 24. placita ejus de ſenſibus exponens. Liber Ariſtotelis contra Alcmæonem memoratus Laërtio V. 23. intercidit.

Alcyon, medicus tempore Caji Imp. Joſeph. XIX. I. 19. pag. 852. edit. Oxon.

Aleardus de Pindemontibus, Veronenſis, de fontibus ſive balneo Calderii ſcripſit ad Hermolaum Barbarum. Extat in opere de balneis quod recenſui Vol. XII. p. 723. ſq.

Aleimereſtem, Serapioni Antidotorum cap. XVIII. ad fi.

Alexander Aphrodiſeus Philoſophus Peripateticus tempore Septimii Severi ac deinceps, de cujus ſcriptis quibus Phyſicam quoque ſicut alias Philoſophiæ partes illuſtravit, dixi lib. IV. cap. 25. Diverſus autem ab illo videtur Alexander Medicus, itidem, ſi MSS. Codicibus fides Aphrodiſienſis, de cujus Problematibus Medicis & Phyſicis ibidem dixi p. 72. ſeq. Nunc tantum addo Petrum de Abano in Conciliatore ſuo quem A. C. 1303. ſcripſit, differentia quinta teſtari ſe Alexandri Medici Problemata Latine vertiſſe. Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἰατροῦ περὶ πυρετῶν, qui libellus Latine tantum prodiit, exſtat Græce MS. non tantum in Bibl. Cæſarea ut ibidem p. 74. notavi, ſed in Laurentiana Florentina quoque.

Alexander Laodicenſis, Cælio Aureliano lib. Oxeon, id eſt, Celerum paſſionum I. cap. item I. idem cum Alexandro, de quo mox, Philalethe.

Alexander è Phrygia Medicus, *Martyr* Lugduni tempore Marci Antonini, de quo Euſebius V. I. Hiſt. Eccleſ. p. 163. & Vincentius Bellov. X. 100. ſpeculi Hiſt. Martyrolog. Rom. & Acta Sanctor. 2. Junii.

Alexander Magnus Macedonum Rex præcipuum medicinæ ſtudium operamque dedit. Eius enim artis non ſolum contemplandæ ſtudioſus fuit, verum etiam ægrotantibus amicis opem attulit, & remedia quædam, ac ciborum obſervationes inſtruxit. Authores Plutarchus in vita ipſius, & præterea Joannes Monachus, & ipſe author Græcus. Eſt collyrium Alexandro Regi inſcriptum, cujus meminit Aetius Tetrabibli II. Ser. III. cap. XXXIX. Eſt & ejusdem Stibium apud eundem, ejusdem Ser. cap. lxxxVIII. Eſt item viride Alexandrinum, Cornelium Celſo memoratum lib. V. c. XXVII. quod forte & ab ipſo Alexandro compoſitum eſt. *Hæc Tiraquellus*. p. 269.

Alexander Parvus, citatus Raſi lib. Continentis I. cap. IX.

Alexander Philalethes Herophili ſectator qui poſt Zeuxidem διδασκαλείῳ magno ſive ſcholæ Medicorum Herophileorum in Phrygia præfuit

de quo Strabo in extremo libri XII. p. 580. συνέστησε δὲ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφίλειον ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου τοῦ φιλαλήθους. Citatur hic Alexander Galeno lib. IV. *De differentiis pulſuum*, T. III. p. 46. & 49. ex quibus locis conſtat & Demoſthenis Ophthalmici fuiſſe præceptorem & Ariſtoxeni Herophilii, neque in omnibus feciſſe cum Herophilo p. 51. Hunc eſſe puto quem Octavius Horatianus, aut ut aliis placet, Theodorus Priſcianus lib. IV. de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium dicit *amatorem veri* fuiſſe appellatum, eumque fuiſſe diſcipulum Aſclepiadis, & ſcripſiſſe libros, de ſemine. Citatur à Galeno pluribus locis T. II. pag. 180. 184. 403. Ejus liber quintus de placitis ἐν τῷ ε' τῶν ἀρεσκόντων. T. III. p. 46.

Alexander Trallianus Jatroſophiſta, clarus Juſtiniani tempore, de quo Agathias lib. V. p. 144. & de cujus ſcriptis ſæpius editis dixi Volum. XII. cap. VII. p. 593. ſeqq. Fortaſſe hic eſt Alexander Medicus qui laudatur à Demetrio Pepagomeno lib. de Podagra. Et Alexander cujus de pulſuum in febricitantibus cognitione librum Græce MS. exſtare in Bibl. Regis Galliæ, notavit in Bibl. Medica Jo. Georgius Schenckius.

Ab Alexandrinis Medicis multos errores propagatos & in publicum ſparſos queritur Galenus T. V. edit. Baſil. pag. 742. οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστεύσαντες ὑφ' ὧν ἐπληρώθη μάλιστα μικρῶν καὶ ψευδῶν λόγων τὰ βιβλία.

Alexandri Myndii, è Myndo Cariæ, hiſtoria animalium, quadrupedum aviumque plus ſimplici vice citatur ab Athenæo. Vide librum IV. hujus Bibl. cap. XX. p. 637.

Alexandri βίβλος τῆς τῶν ἱερῶν βοτανῶν περιέχουσα κράσεις MS. fuit in Bibl. Joannis Sambuci, teſte Alphonſo Ciacconio.

Alexander, ut puto, alius à Luciano in vita Peregrini memoratus.

Alexander, quem Joannes Alexandrinus in Commentariis Galeni de ſectis, vocat veritatis amatorem, idem cum Alexandro, de quo ſupra, Philalethe.

Alexandrum ſimpliciter, ſive unum ex illis, ſive alium citat Galenus Pharmacorum κατὰ γένη, lib. VI. & κατὰ τόπους, lib. II. cap. item II. Paulus Aegi-

Aegineta, lib. III. cap. XXVIII. & cap. lxxVIII. & lib. VII. c. XI. & c. XIX. Serapion Simplicium cap. ccxxxIII. & cclxxvII. Meſue ſæpe in Antidotis, Raſis lib. I. Continentis, cap. I. & cap. III. ubi illum citat ex lib. de Melancholia, & cap. VII. ex lib. Birſen, uti etiam facit c. VIII. ejusdem lib. & in lib. II. cap. II. lib. Congregationis. Et ex lib. V. cap. I. ex lib. de Stomacho. Et lib. VI. cap. I. ex Summa ipſius. Hicque eſt, ut opinor, (inquit Tiraquellus) à quo Nicolaus in Antidotario medicamentum Alexandrinum dictum eſſe ſcribit.

Omitto juniores ut Alexandrum Achillinum Bononienſem, Alexandrum Benedictum Veronenſem, & Alexandrum Maſſariam Vicentinum, aliosque de quorum ſcriptis Mercklinus in Lindenio renovato. Alexandrum Bondinum eujus exſtat Epiſtola Græca in Organum Ariſtotelis, & Alexandrum Agathimerum Venetum, ad quem Nicolaus Leonicenus ſcripſit librorum de there ſive vipera: nec non Alexandrum Trojanum Petronium Citacaſtellanum, cujus exſtant quædam ad Paulum Cæſarem Cardinalem, quos inter Medicos etiam laudat Tiraquellus. De illuſtriſſ. *Alexandro Maurocordato* dictum Volum. XII. hujus Bibl. p. 774. ſeq.

Alexias, Thraſiæ Mantinenſis, de quo infra dicemus, diſcipulus, qui ut ſcribit Theophraſtus lib. IX. Hiſtoriæ plantarum, cap. XVII. plurimum valuit ingenii acrimonia, nec infra magiſtrum bonis artibus fuit inſtructus, utpote qui multas medicinæ partes, quas ille non tenuerat, egregie conſecutus eſt. δεινὸς δὲ καὶ Ἀλεξίας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἧττον ἔντεχνος ἐκείνου, καὶ γὰρ τῆς ἄλλης ἰατρικῆς ἔμπειρος. Floruitque tempore ipſius Theophraſti, ut illic colligere licet.

Alexio memoratus Ciceroni lib. XV. Epiſtolarum ad Atticum, Epiſtola I. & II.

Alexippus Plutarcho memoratus in Alexandro Magno.

Alphalamen, Raſi lib. Continentis, cap. III. Vide num ſit Alkalamen, de quo infra.

Alfereſi, Serapioni Simplicium cap. clxxvII.

Alferiſei, ſive ille, ſive alius, ejusdem operis cap. ccI.

Alfetiſi, ibid. c. xcv.

Alfeuſi, niſi & idem ſit, ibi cap. cccII.

Alguazir Abuale Zor, filius *Ahmeleth filii Zor*, citatus à Zoar in initio libri de cura lapilli, niſi de ſeipſo loquatur. Liber ille inter ſpuria Galeni, ad Aali Saracenorum Principem.

Alharif, citant Meſue in medicinis ſolutivis, & Simon Genuenſis.

Albominus Chymiſta citatu in libro Smuel Hamuel.

Aliabbas, vide Halyabbas.

Ali ben Iſa. T. III. amœnit. literar. p. 204. Ali Muſa ibid. Ali Tarabuluſi id. p. 206. Alimed p. 207.

Alimajor, Raſi lib. II. Continentis cap. I.

Alkalamen Arabibus ſæpe, qui forte is eſt Alchalahamen, ſive Alchalehemen de quibus ſupra diximus.

Alkekengi.

Alkides Chymiſta, citatus in libro Smuel Hamuel.

Jacobus Alkindus, vide ſupra Alchindus. Sæculo duodecimo claruit, quo ſub auſpiciis potiſſimum & patrocinio Almachiadarum Principum Medica ſtudia in Africa & Hiſpania floruiſſe notat Conringius introduct. cap. III. §. 24. Ejus Alkindi liber de nævis in facie, eorumque ſignificatione MS. memoratur ab Alphonſo Ciacconio.

Alkirandi liber Phyſiognomicus.

Alkuſſeneni, Serapioni Antidotorum cap. XXXIII.

Almadel naturalis magiæ ſcriptor cujus librum de nævis corporis fœminæ earumque ſignificatione MS. memorat Alphonſus Ciacconius.

Almajemir, ibid. cap. CXLIII.

Almaſaherodi, ibid. CLXXVII.

Almaſcadi, ibid. cap. CLXXXV. ex libro auri, minerarum, margaritarum.

Aloiſius Mundella Brixienſis, cujus extant Epiſtolæ medicinales doctiſſ. & Annotationes in Antonii Muſæ Braſavolæ Simplicium medicamentorum examen.

Aloiſius Triſſinus, cujus ſunt problemata medica ex Galeno.

Alpharabius, vide Ebunaſar.

Alphonſus Ferrius Neapolitanus, cujus eſt liber de morbo Gallico, alter de Sclopetorum vulneribus, & alii plurimi.

Alraheb Monachus & Phyſicus, à quo Raſis non pauca in ſuos libros tranſtulit teſte Bellunenſi.

Alſaharani theoretica & practica medendi methodus.

Alſeir, Avicennæ lib. V. in medicamentis compoſitis.

Albiroſin, Raſi lib. IX. Continentis cap. V.

Almed

Almed Ibn Ibrahim Ibn Abichaled auctor libri quo medicamenta ſimplicia ab Hippocrate præterita exponuntur. MS. in Bibl. Medicea. Vide Amœnitates literarias C. V. Jo. Georgii Schelhornii Tom. III. pag. 199.

Amaraan, Meſue in ægritudinibus cerebri.

Amaranthus Grammaticus, Galeno Antidotorum lib. II. & VII. κτ̀ τόπȣς.

Amaran, Meſue in Antidotis. Et forte eſt ille Amaraan.

Amaron Rex neſcio quis citatur a Galeno aut ab alio in libro experimentorum, Galeno vulgo aſſignato.

Amaſas.

Ambram Serapioni Antidotorum cap. XVI.

Divum quoque *Ambroſium* unum ex quatuor præcipuis eccleſiæ doctoribus medicum fuiſſe, teſtimonio eſt Sirupus ab eo confectus excogitatusque adverſus febres, utpote ſudorem provocans, ſitimque ſedans, quo multos curavit, ſicuti retulit Antonius Guaynerius, in I. cap. De febre tertiana pura interpolata & ejus cura, ubi dicit & hodie uti eo Mediolanenſes: & Jacobus Manlius in eo libro, cui titulum fecit Luminare majus, quo loco de Sirupis diſſerit, ut non mirum jam videri debeat, ſi ipſe Ambroſius lib. III. De virginibus ſcripſerit, omnibus locis, omnibusque temporibus non eſſe prætermittendam medicinam. *Hæc Tiraquellus* p. 264.

Ambroſius Griphus adquem Franciſci Philelfi Epiſtola A. 1472. XXXVI. 14.

Ambroſius Leo Nolanus, qui libros Actuarii de urinis non ineleganter vertit, & quoque ſcripſit problemata Medica & Phyſica, caſtigationes in Averroëm &c.

A*mbroſius* Puteolanus Marcello Burdegalenſi citatus cap. XXVI. & Scribonio compoſit. 152.

Amentas Chirurgus. Ἀμήντȣ modus faſcia caput ligandi. Vide Galen. T. XII. edit. Pariſ. p. 486. 487. 493.

Aminulus, Avicennæ lib. V. tract. VIII.

Ammonius Chirurgus, Aetio Tetrab. II. lib. III. cap. CXIII. & Tetrab. IV. lib. II. cap. lib.

Ammonius Lithotomos cognominatus Celſo, lib. VII. cap. XXVI. qui primus modum calculi majoris præmiſſa fiſſione ex veſica extrahendi reperit.

A*mmonius* ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius, Paulo Aeginetæ, lib.

cap.

cap. xvi. & Aetio Tetrab. ii. Ser. cap. cxiii. Galen. Tom. iii. edit. Baſil. p. 232.

A*mometus*, de quo Voſſius in hiſtoricis Græcis. Meminit & Solinus cap. 51.

Amphilochus Athenienſis laudatus à Varrone & Columella ac ſæpe à Plinio qui xviii. 16. teſtatur eum inter alia de arena & cytiſo unum volumen feciſſe confuſum.

Amphion, Galeno κτ̄ γένη, lib. iv. T. ii. p. 372.

A*mram* filius Hihaumee, niſi ſit ille Amaraam, vel Amaram.

A*mram* ſimpliciter Arabibus citatus, quem credo eundem eſſe.

A*myntianus* cujus librum de elephantis citat ſcholiaſtes Pindari p. 41.

A*mythaon* ſive is fuit pater Melampi, de quo dixi lib. ii. cap. 15. ſive alius: ſed hujus epithema memorat Aetius Tetrab. ii. Serm. iv. clvii. ex Galeno. Et malagma ipſe Galenus medicamentorum κτ̄ γένη, lib. vii. T. ii. p. 409. 412. & quoq; Aetius Tetrab. iii. Ser. ii. cap. xi. & Alexander Trallianus lib. viii. cap. x. eodemque ult. & eum quoque citat Paulus Aegineta lib. iv. cap. xxxii. & lv. lib. vii. cap. xvii.

A*mython* ſive idem fuit detracta una litera, ſive alius Aetio citatus.

A*nacreon*, diverſus a Poëta citatus à ſcholiaſte Nicandri laudante ejus ſcriptum περὶ ῥιζοτομικῆς.

A*naſtaſius* citatus Aetio Tetrab. iii. Ser. iv. cap. xlvii.

A*natolius* cujus varia in Geoponicis & Hippiatricis leguntur, ne dicam de fragmentis περὶ συμπαθειῶν quæ Græce & Latine dedi lib. iv. cap. xxix.

De A*naxagora*, A*naximene* & A*naximandro* Phyſicis dictum lib. ii. cap. xxiii.

A*naxilaus* Lariſſæus, Pythagoricus & Magus, quem ab Auguſto urbe Italiaque pulſum refert Hieronymus in Chron. Hunc naturæ conſultum & Phyſices peritum fuiſſe docent ejus ludicra de quibus S. Irenæus lib. i. cap. iv. Epiphanius hæreſi xxxiv. Plinius (*) lib. xxxv. cap. xv. de quarto ſulphuris genere verba faciens, ludere Anaxilaum ſolitum ſignificat, & ludi genus exemplo declarat, *luſit*, inquiens, *& Anaxilaus eo, cadens in calice novo, prunaque ſubdita circum-*

(*) Confer Marſilium Cagnatum Variar. Obſervatt. III. 10 Tomo Tertio Lampadis Artium Gruterianæ, & Tho. Reineſii varias lectiones lib. 3. p. 581.

circumferens, exardeſcentis repercuſſu pallorem dirum, velut defunctorum, offundente conviviis. lib. XIX. cap. I. *Anaxilaus auctor eſt*, inquit rurſus Plinius, *linteo eo* (ſermo eſt de lino, quod vivum vocabatur) *circundatam arborem, ſurdis ictibus, & qui non exaudiantur, cædi:* quo etiam loco (nam & hoc ad idem ludicri genus pertinet) inquit, *ardentes in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes, igni magis, quam poſſent aquis.* Cui non eſt diſſimile, quod noſtro ſeculo repertum videtur, aquam ex vino factam; quæ vulgo *vitæ*, & ab aliquibus *ardens* vocatur; res ea madentes a concepta flamma, jucundo ſpectaculo, ne comburantur, efficere, quod tamen non cujuslibet, ſed ejus, quæ optima conficitur, opus eſt. De Anaxilao inſuper lib. XXVIII. cap. XI. Plinius, *Equarum virus à coitu ellychniis accenſum, Anaxilaus prodit, equinorum capitum viſus* *) *repræſentare monſtrifice, ſimiliter ex aſinis.* Et lib. XXXII. cap. X. *ſepiæ atramenti tanta vis eſt, ut in lucernæ addito Æthiopas videri ablato priore lumine Anaxilaus tradat*, quod ludicrum, omiſſo auctoris nomine, Sextus**) memorat lib. I. Pyrrhoniar. *præſtigiatores lucernas ærugine, & ſepiæ atramento ungentes faciunt, ut qui adſunt, modo æris colorem habere, modo nigri eſſe videantur.* Meminit Anaxilai quoque Plinius XXV. 13.

Anaxipolis Thaſius, cujus inter ſcriptores rei ruſticæ mentio apud Varronem, Columellam, Plinium.

Andranti libros περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων memorat Athenæus XV. p. 673.

Anazare.

Anchæus vide infra *Antæus.*

Andreas ſive *Andras*, ſive *Andrias*, ſive *Andron*, vel *Andros*, nam & hæc omnia nomina medicorum reperias, niſi diverſi ſint. Andream laudat Dioſcorides in præfatione, inter eos οἳ δοκοῦσι ἀκριβέστερον τῶν λοιπῶν περὶ τὴν βοτανικὴν ἀνεστράφθαι qui accuratius in re herbaria verſati eſſe exiſtimantur. Andreas *Caryſtius* Caſſio Problem. 58. Galeno in explicatione vocum Hippocratis, Andreas *Chryſaoris* F. ὁ τοῦ Χρυσάορος. T. V. p. 711. Cornel. Celſus lib. V. cap. I. inter eos

H refert

*) Perperam *uſus* in edit. Harduini.

**) *pag. 14. edit. à me curata.*

refert *qui multa de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt.* Advocat & lib. v. cap. XVIII. & Galenus qui eum non multi facit, nam in lib. qui inſcribitur Subfiguratio Empirica, eum vocat ſuperbum, & experientiæ expertem: & in præfatione lib. VI. Simplicium pharmacorum, eum appellat præſtigiatorem & arrogantem qui primus mendaciis & præſtigiis artem ſalutarem conſpurcare auſus fuerit librisque περὶ φαρμάκων multus nugas intexuerit. T. II. edit. Baſil. pag. 68. Idem ſæpius allegat ut T. II. pag. 292. 309. 372. 411. Sed & Plinius ſæpe & ſcholiaſtes Ariſtoph. ad Aves v. 267. & Epiphanius Cyprius ſtatim poſt principium libri primi Hæreſeon, ubi eum dicit ſcripſiſſe de herbis. Andronem (*) citant idem Celſus lib. v. Galenus, Aetius & Paulus Aegineta. Andram ipſe Diſcorides, Celſus & Plinius. Et quod Andreas & Andron unus ſit, poteſt videri ex eo, quod quem Andream vocat Dioſcorides lib. IV. cap. LIX. ubi de papavere loquitur: Andronem appellat Plinius de eadem re loquens lib. xx. cap. XVIII. Ipſe Cornelius Celſus illo eodem lib. v. cap. xx. Paulus Aegineta lib. III. cap. XLIII. & lib. IV. cap. xxv. Andreas autem, teſte Sorano in vita Hippocratis, ſcripſit librum περὶ τῆς ἰητρικῆς γενεαλογίας *de medica origine*, quo Hippocratem infamare nitebatur, quod, ut credo, Galenum adverſus illum animavit & armavit. Eum quoque Athenæus citat ex libris περὶ δακέτων *de Serpentibus*, & περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων *de quibusdam falſo creditis*, & autor magni Etymologici, ubi illum ſcribit ab Eratoſthene βιβλιαίγισθον fuiſſe vocatum, quod ejus libros furtim exſcripſerat, alluſione ſcilicet cognomenti proverbialis ſumpta ab Aegiſtho, qui Clitæmneſtram Agamemnonis corruperat. Porro Polybius lib. v. Hiſtoriarum c. 81. meminit Andreæ, medici Ptolemæi regis cui Philopatro cognomen fuit, quem à Theodoto Prorege interfectum fuiſſe dicit. Comes quoque archiatrorum Andreas memoratur Aetio lib. x. cap. v. & lib. II. Tetrabili II. cap. LIV. XCI. & Tetrab. III. lib. I. cap. v. & XVI. & lib. IV. cap. ult. Andreæ Medici icon in veteri Codice Dioſcoridis apud Lambecium II. p. 557. qui etiam meminit inter libros Michaëlis Cantacuzeni fuiſſe ἰατροσόφιον Ἀνδρέου τοῦ θαυμαστοῦ περὶ ὕλης ἰατρικῆς κατὰ ἀλφάβητου στοιχεῖα. A Scholiaſte Nicandri à quo ſæpius Andreas Medicus citatur

(*) Vide infra in Andron.

tatur in teſtimonium, etiam pag. 52. b. aliquid affertur ex illius τῷ ἐπιγραφομένῳ νάρθηκι. Andreæ inſtrumenta Chirurgica laudat Oribaſius de machinamentis, & Galenus T. v. edit. Baſil. pag. 584. 655. Andreæ ſectatores memorat Cœlius Aurelianus III. 12. acutorum, ipſe allegans Andream III. 9. qui Herophili ſectator fuit. Vide Dan. Clericum hiſt. Medecinæ lib. 1. cap. VII.

Andreas Albius Bononienſis, qui dialogos aliquot de aquis ſcripſit.

Andreas Bellunenſis, de quo hæc Alphonſ. Ciaccon. in Bibl. MS. ſcripta A. C. 1583. Andreas Alpagus, *Bellunenſis, Medicus & Philoſophus, multis annis in Cypro, Syria, Ægypto & aliis ad Orientem regionibus peregrinatus,* Jo. Serapionis *practicam medicandi ex Arabico in Latinam linguam tranſtulit. Impreſſus eſt liber Venetiis apud Juntas A. 1550. fol. cum commentariis Serapionis de ſimplicibus medicamentis. Idem tranſtulit* hiſtoriam Arabicam de vitis Philoſophorum & Medicorum Arabum & Græcorum, *ut ipſe de ſe ſcribit in præfat. in gloſſas Avicennæ. Idem partim tranſtulit, partim emendavit ex Arabico* Avicennæ *& aliorum libros aliquot, nempe de venenis, de correctione eorum quæ accidunt in regimine ſanitatis, de lapidibus pretioſis, & alia quæ nepos ejus ex fratre Paulus Alpagus editurum ſe promiſit.*

Andreas Brentius Patavinus, qui librum Hippocratis de natura, & alterum de inſomniis Latinum fecit, epiſtolamque de ea re dictam conſcripſit.

Andreas Camutius qui propoſitiones quaſdam in medicina ſcripſit, quibus ſe reſponſurum pollicetur.

Andreas à Lacuna Secobienſis Hiſpanus, qui de febre peſtilentiali ſcripſit, & de ſectione corporis humani, & alia plurima lectu non indigna. Et Latinos reddidit libros de natura ſtirpium Ariſtotelis: & VIII. proſtremos γεωπονικῶν Conſtantino Cæſari adſcriptorum.

Omitto alios recentiores quales ſunt Tiraquello memorati: Andreas Thurinus Piſcienſis, Medicus Florentinus clarus circa A. C. 1530. cujus extant libri de Pleuritide, & libellus de Criſi, & alii. Andreas Veſalius, aut ut alii vocant Vueſalius Bruxellenſis, A. 1564. defunctus, cujus extat liber ingens & admodum laudatus de humani corporis fabrica, de quo idem Tiraquellus commentario de Legibus Connubialibus Lege XV. num. XCIV. incip. *Joſephus* &c.

Andrezeos, ſive ***Andrizeas*** citatur in libro qui fertur Galeni nomine de medicinis expertis.

Androcydes, qui ad Alexandrum Magnum ſcripſit: vinum potaturus, rex, memento te bibere ſanguinem terræ. Sicut cicuta homini venenum eſt: ſic cicutæ vinum, ut prodit Plin. lib. XIV. cap. V. Ex illa ipſa breviuſcula epiſtola aperte videtur rei medicæ non ignarus fuiſſe, atque etiam ex eo quod de eodem ſcribit ipſe Plin. lib. XVII. cap. XXIII. ad fin. Apud Vincentium Bellovacenſem XII. 27. ſpeculi naturalis, ubi *Androchides* raphanum contra ebrietatem commendaſſe traditur, legendum *Androcydes*. Citatur Androcydes Medicus à Theophraſto IV. 20. hiſt. plant. & ab Athenæo lib. VI. pag. 258.

Andromachus ſenior, Cretenſis, Neronis Imp. Archiatrus, id eſt, primarius medicus, cui ſalutiferam illam γαλήνης ſive *Theriacæ* (*) compoſitionem acceptam ferunt medici, & ex Galeno refert Aetius p. 648. ſeq. edit. H. Stephani, meminitque Eutychius T. 1. Annal. p. 339. Eam Græcis verſibus ad Neronem ſcripſit, quos Galenus in ſuum librum de Theriaca, & in librum 1. Antidotorum integros transpoſuit. Ita autem de eo loquitur ſtatim poſt princip. lib. de Theriaca, quod medicam artem non ſolum experientia rerum probe calluit, ſed etiam ſermonis elegantia rationem in ipſis copioſe exercuit quinque libris. Joannes Tzetzes Chiliad. XII. hiſt. 397 initium illius operis Neroni dicati refert his verſibus:

Κλῦθι πολυθρονίου βριαρὸν σθένος ἀντιδότοιο
Καῖσαρ ἀδειμάντου δώτορ (**) ἐλευθερίης
Κλῦθι Νέρων ἱλαρήν μιν ἐπικλείουσι γαλήνην.

Hoc eſt ex verſione Julii Martini Rotæ:

Antidotum multis inſignem viribus audi
Cæſar, qui nobis otia tuta facis.
Tranquilla hæc hilarisque ſuo pariterque ſerena &c.

Vertit

(*) Plinius Valerianus lib. 3. cap. 57. & lib. 4. cap. 38. ait theriacam apud inſulam Coum in templo Æſculapii inciſam fuiſſe lapide, & verſibus dedicatam. Codex Latinus A. C. 1479. exaratus in quo *theriacæ conficiendæ ratio ex Democrito & Andromacho*, MS. in Bibl. nobiliſſimi D. Uffenbachii. Vide Catalogum ejus MStor. p. 689. ſeqq.

(**) Confer Triſtanum T. I. de numis Imperator. pag. 235.

Vertit etiam & fidelius quantum memini Jo. Gvinterius Andernacus, cujus mihi non eſt jam ad manus interpretatio.

Adromachus junior, prioris filius, itidem Neronis archiater ſcripſit libros duos περὶ συνθέσεως φαρμάκων, quorum primum externa medicamenta τὰ ἐκτὸς ſive τὰ ἔξωθεν ἐπιθέμενα φάρμακα tradebat, ſecundus interna, τὰ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα, quibus acceſſit tertius de medicamentis quæ oculis medentur τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ſive τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς φάρμακα Galen. T. v. pag. 647. T. 11. pag. 252. 325. Idem opus hoc reſpiciens Andromachum laudat Galenus ſæpiſſime, ut T. 11. pag. 162. 191. 234. 242. 243. 244. 245. 246. 252. 261. 263. 267. 269. 272. 273. 274. 275. 276. 280. 281. 284. 286. 289. 291. 292. 293. 294. 296. 298. 300. 305. 308. 309. 321. 322. 324. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 339. 342. 344. 357. 358. 363. 365. 366. 367. 370. 383. 384. 385. 388. 390. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 404. 411. 419. 420. 423. 430. ἐν φαρμάκοις ἔχων μεγίστην ἕξιν, judice Damachare apud Galen. T. 11. p. 402. Multa collegit medicamenta & non pauciora quam libris decem dederat Aſclepiades cognomento ὁ Φαρμακίων, Galenus T. 11. pag. 235. ὁ Ἀνδρόμαχος πολλὰς ἤθροισε δυνάμεις, καὶ σχεδὸν οὐκ ἐλάττους τῶν ἐν τοῖς δέκα τοῦ Φαρμακίωνος Ἀσκληπιάδου. Sed reprehenditur quod præparationem & rationem utendi annotare neglexit. T. 11. p. 323. 325. 358. χωρὶς διορισμοῦ τὰ φάρμακα γράψας T. 11. p. 363. 399. ideo libri ejus quamplurima licet optima medicamenta complexi à medicis negliguntur. T. 11. pag. 397. Citatur Andromachus frequentiſſime ab Aetio, qui & medicamentum ejus cyphoides deſcribit. De Andromacho utroque & de aliis theriacorum ſcriptoribus dixi nonnulla lib. 111. cap. XXVI. §. 8. De Codice Arabico MS. in quo deſcriptio *theriacæ* Andromachi ſenioris continetur, vide Lambecium T. VI. p. 143. Lepidus error Riccioli, qui hunc Andromachum inter Aſtrologos tanquam primum *theoricæ* inventorem è Clavio refert, in almageſto.

Andron. Vide ſupra in Andrea. Andronis Medici mentio apud Athenæum XV. p. 610. ejus paſtillus & medicamenta varia laudantur à Celſo, Cœlio Aureliano, Galeno, Aëtio, Nicolao Myrepſo aliiſque. De

aliis Andronibus conſulendi Meurſius ad Apollonii hiſtorias mirabiles pag. 94. ſeq. & in Bibl. Græca pag. 1221. tomo decimo theſauri Gronoviani, & Voſſius de hiſtoricis Græcis.

Andronicus Ticianus, quem citat & virum clariſſimum vocat Octavius Horatianus libro quarto. Longe diverſus ab Andronico peripatetico cujus mentio apud Galenum Tom. III. edit. Pariſ. pag. 232. 237. & T. VI. pag. 202.

Andronicus ſimpliciter, ſive ille, ſive alius, citatus ipſi Horatiano lib. I. cap. XVIII. lib. II. cap. VI. & Galeno Pharmacorum ſecundum locos lib. VII. cap. VI. eodemque ult. & libro, Quod corporis temperamentum animi mores ſequantur.

Andronius, Aetio Tetrab. II. Ser. II. cap. XCIII.

Androtion laudatus Theophraſto, Plinio & qui georgicum ſcriptum ejus memorant, Varroni, Columellæ, Harpocrationi & Athenæo.

Angedenus ſæpius Galeno citatus lib. II. Simplicium.

Angelevas citatur Stephano Medico in Galenum ad Glauconem pag. 18. b.

Angelinus.

Recentioris ætatis eſt Angelus Bologninus, cujus ſunt libri de cura ulcerum exteriorum, & de unguentis communibus in ſolutione continui.

Anguitia, (*) aut ut alii vocant *Angitia*. (Nam ut id obiter dicam, ab Anguitia Angitia facta, ut ab anguiportu angiportus tradit Donatus in Adelphis Terentii.) Angitia igitur Medeæ & Circes ſoror, de qua Silius Italicus lib. VIII. 499.

Vipereumque herbis hebetare, & carmine dentem
Aeetæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monſtraviſſe ferunt, tactuque domare venena.

Ex quibus aperte intelligis eam herbarum vires præſertim adverſus virus, non ſecus ac ſorores noviſſe. Eam nonnulli dicunt eſſe, quæ & dicta eſt *Angeronia*, (**) à depellendis angoribus & corporis

(*) Velut ἐχῖτς, ſive ἐχιδνᾶια, ab *anguibus ciendis* carmine. Vide Delrionem ad Senecæ Medeam v. 1024.

(**) Feſtus: *Angeronæ Deæ ſacra à Romanis inſtituta ſunt. quum angina omne genus animalium conſumeretur, cujus feſtà Angeronalia dicta ſunt.*

ris & animi, quod putat Verrius Flaccus: aut quod populus Romanus morbo qui angina dicitur, præmiſſo voto ſit liberatus, ut Julius Modeſtus autumat, ut apud Macrobium videre licet, lib. I. Saturnal. cap. x. Ea autem Solis filia dicitur ob medendi artem, cujus Sol, id eſt, Apollo inventor eſt. Servius vero ad Æneid. VII. 759.

Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos,

Tradit ipſam Medeam (*) fuiſſe *Angitiam* vocatam, quoniam Marrubii Italiæ populi circa Fucinum lacum habitantes, contra ſerpentes nonnulla remedia edocti carminibus ſerpentes angerent. Solinus cap. VIII. diverſas facit hanc & Medeam, easque & Circen, ſorores, fuiſſe dicit filias Oetæ ſive Æetæ, Colchorum Regis. *Hæc Tiraquellus* p. 407.

Aninebetem, Serapioni Simplicium cap. clxiv.

Antæus, ſive *Anthæus*, Plinio lib. XXVIII. cap. I. & Galeno Pharmacorum κτ̀ τόπους lib. IV. cap. VII. vide infra *Antiſtius*. Sunt & qui apud Plinium legant Anchæus.

Anthus, niſi idem ſit, apud Aetium Tetrab. III. Ser. IV. c. xliv. p. 609. b. & 612. edit. H. Stephani.

Antigenes Cleophantinus Aureliano, lib. II. Oxeon. cap. x. ex *libro de Febribus & tumoribus*. Quinti diſcipulus fuit teſte Galeno T. II. edit. Baſil. pag. 453. *Anatomica* ſcripſiſſe idem innuit T. V. pag. 21.

Antigenes, ſive *Antigenus* ſimpliciter citatus Galeno libro ſecundo Commentariorum de natura hominis & Pharmacorum κτ̀ τόπους: Aetio, Alexandro Tralliano, & Marcello Burdegalenſi. Incertum, minusque credibile Antigenem alterum Marci Aurelii Antonini archiatrum Galeno memoratum eundem fuiſſe cum Antigene Cleophantino, cum Cleophantus ille tempore Ptolemæi Evergetæ floruerit.

Antigonus Medicus celebris caſtrenſis, Galeno T. II. p. 180. 184. κτ̀ τόπους lib. IV. cap. VII. & Marcello empirico cap. VIII. & Paulo Æginetæ lib. VII. cap. VIII. in princip. Meminit Antigoni, ætatis ſuæ Medici Lucianus in philopſeude, T. II. p. 330. 332.

Antigonum Cymeum ſive *Cumanum* inter ſcriptores rei ruſticæ laudant Varro, Columella, Plinius: *Antigonum Caryſtium* περὶ ζώων, de animalibus

(*) Ita vetus gloſſar. apud Salmaſium p. 86. ad Solin. *Angicia*, Μήδεια,

malibus citat Heſychius in ἴλῃοι. De Antigonis dicere me memini lib. III. cap. XXVII. §. 8.

Antiles & *Antilis*, Raſi Continentis libro II. cap. V. & VI. & alibi ſæpe in eo opere, vide infra *Antyllus*.

Antimachus Galeno, κτ̀ γένη, libro ſeptimo. T. II. edit. Baſil. p. 420.

Antiochus Martyr, ſub Adriano Imp. qui gratis curavit morbos ut de ἀναργύροις Coſma & Damiano Græca Eccleſia celebrat. Memoria hujus Antiochi colitur in Sardinia, & mentio ejus exſtat in Martyrologio Romano XIII. Decembris.

Antiochis. Ἀντιοχίδος μάλαγμα, Galeno κτ̀ τόπȣς lib. IX. cap. II. & lib. X. cap. II. T. II. p. 294. 308.

Antiochus Syriæ rex, qui Antidotum illud celeberrimum, theriacam, in templo Æſculapii, verſibus dedicavit, teſte Plinio lib. XX. Hiſt. naturalis cap. ult. ſive in templo Apollinis, ut ſcribit Plinius Valerianus IV. de re medica cap. XXXVIII.

Antiochus Philometor, Galeno lib. II. Antidotorum.

Antiochus alius, qui annos vixit plusquam LXXX. ſenſibus illæſis, membrisque omnibus integris, ut retulit Galenus, qui ejus vitæ rationem deſcribit lib. V. περὶ ὑγείας Tom. IV. edit. Baſil. pag. 269. 270. Hunc ſæpe citant Aetius Quaternione I. Ser. III. cap. CXIV. & Paulus Ægineta lib. VII. cap. VIII. Vide infra Paccius.

Antipater citatur Scribonio Largo cap. 167. ubi memorat ejus theriacam qua ſe uſum fatetur Galenus II. antidotor. cap. X. Idem Galeno κτ̀ τόπȣς lib. III. c. III. & lib. VI. cap. I. & alibi ſæpe ut Tom. II. pag. 243. 265. 276. 292. 301. 310. 389. 403. 412. & Aetio citatus Tetrab. II. Ser. II. cap. XLII. & Ser. IV. cap. LVII. & alibi quem inter Methodicos ponit idem Galenus, aut quisquis eſt, in Introductione, ſive Medico cap. IV. T. IV. pag. 42. 373. Alius Antipater (*) junior, qui ipſius Galeni tempore artem medicam apud Romanos publice exercuit non ſine laude, ut tradit ipſe Galenus lib. IV. De locis affectis, cap. ult. Tom. III. pag. 295. Cœlius Aurelianus libro ſecundo Chronicon cap. XIII. Antipatrum citat ex *libris Epiſtolarum medicinalium ad Gallum*.

Antiphanes Galeno κτ̀ τόπȣς lib. V. c. IX. & Cœlio Aureliano lib. Chronicon IV. c. VIII. ex libro quem *Panopten* (*) appellavit. Clemens Alex.

(*) Confer Jo. Rhodium pag. 251. ad Scribonium Largum.

(**) Tiraquellus legit *panoxeon* de morbis valde acutis.

Alex. 2. pædagogi cap. 1. pag. 140. Ἀντιφάνης δὲ ὁ Δήλιος ἰατρὸς καὶ μίαν τῶν νόσων αἰτίαν ταύτην εἴρηκεν, τῶν ἐδεσμάτων τὴν πολυειδίαν. *Antiphanes Delius Medicus unam hanc morborum cauſam eſſe dixit, ciborum varietatem.*

Antiſtius, aut ut alii legunt, *Antius*, qui ex tot vulneribus Cæſari inflictis unum tantum lethale quod ſecundo loco in pectore acceperat judicavit, apud Suetonium in Julio Cæſare, cap. LXXXII. vide num ſit *Anteus*, de quo ſupra.

Antoninus ſimpliciter, Galenus lib. v. κατὰ τόπους cap. VII. T. II. edit. Baſil. pag. 228.

Antonius Caſtor, plus ſimplici vice laudatus Plinio, qui in re herbaria ipſo monſtrante profeciſſe ſe non diffitetur. *Nobis certe*, inquit XXV. 2. *exceptis admodum paucis contigit reliquas* (herbas) *contemplari ſcientia Antonii Caſtoris, cui ſumma actoritas erat in ea arte noſtro ævo, viſendo hortulo ejus in quo plurimas alebat centeſimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concuſſus.*

Antonius Cous, Galeno lib. II. Antidotorum.

Antonius Epicureus, qui ſcripſit περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας de propriorum affectuum cognitione & moderatione, cui ſimili argumento reſpondit Galenus, quem inſcripſit de propriorum animi affectuum agnitione & remedio. Vide Tom. VI. edit. Pariſ. pag. 519. 520. Eundem eſſe mihi perſuadeo Antonium quem φιλομαθῆ & φιλόσοφον vocat Galenus librumque de pulſibus illi inſcribit T. IX. pag. 333.

Antonius Herbarius, ὁ ῥιζοτόμος Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib. II. cap. II. & κατὰ γένη lib. VI. qui hunc dicit multam habuiſſe experientiam T. II. edit. Baſil. p. 180. 184. 404. Idemne cum Antonio Caſtore?

Antonius Muſa Auguſti medicus, quem Muſam ſimpliciter citant Galenus & Paulus Ægineta. Vide Galen. T. II. edit. Baſil. p. 201. 209. 210. 257. 262. 264. 265. 271. 272. 306. 388. T. IV. pag. 90. 210. 218. Pluribus libris diligenter tractavit de medicamentis T. II. pag. 252. 328. unde p. 335. accenſetur viris ἐν τῇ τῶν φαρμάκων ἐμπειρίᾳ inſignibus Andromacho, Archigeni, Aſclepiadi, Critoni, Heræ, Menecrati, Petronio, Philippo. Muſæ medicamentum relatum ab Aſclepiade laudat Galenus T. II. pag. 287. De duobus libellis

qui exſtant ſub Muſæ nomine Latine, unus *de herba betonica* ad M. Agrippam & alter ad Mæcenatem *de tuenda valetudine*, dixi in Bibl. Latina lib. III. cap. 5. In præſenti, de Muſa hoc ſubjiciam locum Dionis Caſſii, quem inſignem ſcriptorem proxime, ſi ita ſummo vitæ noſtræ arbitro placuerit, recenſitum à me & illuſtratum prælis ſubjicere geſtit animus. Ita vero ille lib. LIII. pag. 517.

Ὁ δ' Αὔγουστος, ἐνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας, ἠρρώστησεν αὖθις, x) ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας σχεῖν. πανταγοῦν ὡς καὶ τελευτήσων διέθετο, καὶ τάς γε ἀρχάς, y) τούς τε ἄλλους τοὺς πρώτους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἀθροίσας, διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, καίτοι τὸν Μάρκελλον z) πάντων προκριθήσεσθαι ἐς τοῦτο προσδοκώντων. Διαλεχθεὶς δέ τινα αὐτοῖς περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων, τῷ μὲν Πείσωνι*) τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους τὰς κοινὰς ἐς βιβλίον ἐσγράψας a) ἔδωκε, τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον, b) ἐνεχείρισε. καὶ αὐτὸν μηδέν, ὅ, τι μηδὲ τῶν πάνυ ἀναγκαίων ποιεῖν δυνάμενον, Ἀντώνιός τις Μούσας c) καὶ ψυχρολουσίαις d) καὶ ψυχροποσίαις e) ἀνέσωσε καὶ διὰ τοῦτο καὶ f) χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλά, καὶ τὸ χρυσοῖς g) δακτυλίοις (ἀπελεύθερος h) γὰρ ἦν) χρῆσθαι, τήν τε ἀτέλειαν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, i) οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ

Auguſtus undecimum conſul, cum Calpurnio Piſone, adeo gravi morbo decubuit, ut nulla ſalutis ſpes adeſſet: itaque omnibus ut fato conceſſurus, diſpoſitis, magiſtratibus & ſenatorum equitumque primoribus ad ſe convocatis, nemine ſibi ſucceſſore (qvum omnes putarent, Marcellum ad hoc ab eo deſtinatum iri) conſtituto, qvum quædam iis de publicis negotiis expoſuiſſet; Piſoni libellum, in quem exercituum & redituum publicorum indicem conſcripſerat, Agrippæ annulum tradidit. *Antonius* vero *Muſa*, Auguſtum qvum nihil ne quidem eorum, quæ maxime eſſent neceſſaria, poſſet exequi, lavacris frigidis, frigidisque potionibus ſanitati reſtituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Auguſto & ſenatu multa, uſusque annuli aurei (libertus enim erat) datus eſt, immunitasque non ipſi tantum, ſed omnibus eandem artem exercentibus non tunc modo ſed in poſterum quoque

τοῖς

τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις, ἔλαβεν. ἀλλ᾽ ἔδει γὰρ αὐτὸν, τά τε τῆς τύχης καὶ τὰ τῆς πεπρωμένης ἔργα προσποιούμενον, παρὰ πόδας ἁλῶναι. k) ὁ μὲν Αὔγουστος οὕτως ἐσώθη. ὁ δὲ δὴ Μάρκελλος, νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον, l) καὶ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Μούσα τρόπον θεραπευόμενος, ἀπέθανε. καὶ αὐτὸν ὁ Αὔγουστος δημοσίᾳ τε ἔθαψεν ἐπαινέσας, ὥσπερ εἰθιστο, m) καὶ ἐς τὸ μνημεῖον ὃ ᾠκοδόμει τότε *) κατέθετο, τῇ γε μνήμῃ τοῦ θεάτρου n) τοῦ προκαταβληθέντος μὲν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, Μαρκέλλου δὲ ὠνομασμένου, ἐτίμησε. καὶ οἱ καὶ εἰκόνα χρυσῆν καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν, ἔς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει o) ἐσφέρεσθαι, ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. ταῦτα μὲν ὕστερον ἔπραξε.

tempus conceſſa. Verum enim vero fas erat eum qui opus fortunæ fatique ſibi arrogaſſet, ſtatim manifeſtis rebus coargui. Evenit enim paulo poſt, ut Marcellus ægrotans, eademque ratione à Muſa eodem curatus, mortem obiret: quem funere publico elatum, laudatumque pro more, Auguſtus in ſepulcrum quod ſibi exſtruebat condidit, memoriaque eum theatri ejus, quod ante cœptum â Cæſare, Marcelli dictum eſt, honeſtavit: juſſitque, ut ludis Romanis effigies Marcelli aurea, aureaque corona, & ſella curulis in theatrum inferretur, mediaque inter præfectos iis ludis magiſtratus collocaretur. Verum hæc poſtea temporis acta ſunt.

x) ἠῤῥώστησεν αὖθις] itaque diverſus hic morbus Auguſti ab eo de quo Dio pag. 514. B.

y) τάς γε ἀρχὰς] Suetonius cap. 28. *qvum Magiſtratibus & Senatu domum accitis Rationarium Imperii tradidit.*

z) τὸν Μάρκελλον] Marcellum utpote generum ab Auguſto delectum. p. 515. C.

*) τῷ μὲν Πείσωνι] Cn. Calpurnio Piſoni, ſuo in Conſulatu collegæ.

a) ἐς βιβλίον ἐσγράψας] Hoc fuit *breviarium Imperii*, quale memorat Suetonius cap. 102. & deſcribit Dio infra p. 591. B. *Rationarium Imperii* vocat Suetonius idem cap. 28. in loco quem modo attuli.

b) Ἀγρίππα τὸ δακτύλιον] Sic Alexander moriturus annulum detractum digito tradebat Perdiccæ, regnum ita viſus tradere, ut Agrippæ Auguſtus. Confer infra p. 518. B. Jo. Kirchmannum libro de annulis c. 22. & quæ ad Nepotis Eumenem. c. 2. & Curtium X. 5. 4. viri docti.

c) Ἀντώνιός τις Μȣσας] Muſa hic frater Euphorbi, quem Jubæ Regis Medicum fuiſſe è Plinio conſtat lib. XXV. 7. In eundem Muſam Virgilii epigramma in ejus catalectis quo nihil illo doctius nihil ſibi carius aut jucundius fuiſſe teſtatur. At Viros eruditos qui Artorium Auguſti Medicum Vellejo II. 71. & aliis memoratum cum hoc Antonio confundunt, ſatis refellit Euſebius in Chron. qui Artorium poſt victoriam Actiacam naufragio periiſſe tradidit. De aliis Muſæ cognomine, vide Fulvium Urſinum familiis Rom. in gente Pomponia.

d) ψυχρολȣσίαις] Plinius loco laudato narrat Euphorbum & Muſam fratres inſtituiſſe *à balneis frigidâ multâ corpora adſtringere*, cum antea non eſſet mos niſi calida tantum lavari. Horatius lib. 1. Epiſt. 15.

nam mihi Bajas
Muſa ſupervacuas Antonius, & tamen illis
Me facit inviſum gelida cum perluor unda
Per medium frigus - - -

e) καὶ ψυχροποσίαις] Addit Plinius etiam cibos refrigerantes Auguſto Muſam præbuiſſe. Ita enim ille de lactucis lib. 19. cap. 8. *Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo æſtate gratæ ſtomacho faſtidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Auguſtus lactuca conſervatus in ægritudine fertur prudentia Muſæ Medici.* Quod vero ad potum attinet, notum eſt calidam alioqui in uſu ac deliciis apud Romanos fuiſſe, de quo exſtat erudita Johannis Freinsheimii diſſertatio edita Argentorati A. 1636. 8. Credibile autem eſt Auguſtum febri & inflammatione inteſtinorum laboraſſe, Muſamque ex Methodicæ ſectæ, cui erat addictus, rationibus contraria remedia judicaſſe aptanda. Suetonius Auguſto c. 81. *Graves & periculoſas valetudines per omnem vitam aliquot expertus eſt, præcipue Cantrabria domita, cum etiam deſtillationibus jocinore vitiato ad deſperationem redactus,*

dactus, contrariam rationem medendi neceſſario ſubiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curare coactus auctore Antonio Muſa.

f) καὶ χρήματα] addit idem Svetonius cap. 59. etiam illi ſtatuam ære collato juxta ſignum Æſculapii ſtatutam fuiſſe à populo.

g) χρυσοῖς δακτυλίοις] Jus annulorum aureorum negatum libertis, conceſſum equitibus, ut dictum ad p. 385. A.

h) ἀπελεύθερος γὰρ ἦν] Vir ingenio & doctrina florens Jo. Fridericus Crellius in diſſ. de Antonio Muſa, quam Lipſiæ A. 1725. edidit, §. V. contra Dionem variis argumentis pugnat, verum levibus, ut Medicum illum evincat libertum minime fuiſſe, ſed nullum affert teſtimonium idoneum quo fides Dioni derogetur.

i) καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις] de jure annulorum aureorum dato Medicis, adeundus Barnabas Briſſonius libro 2. antiquitatum Juris, capite tertio.

k) περὶ πόδας ἁλῶναι] Aſſentior laudato Crellio §. 9. iniquitatem judicii hujus in Dione de Muſa arguenti. Non enim recte inferas meræ fortunæ fuiſſe aut fati, quod Auguſtum feliciter curavit Medicus, neque Marcello potuit mederi, obſtante vel imbecillitate naturæ ejusdem, vel negligentia obſervandi præcepta Medici, vel mali gravitate ac pervicacia, vel prorſus ut ipſe Dio infra p. 519. C. innuit, occulta vi intercedente dati juſſu Liviæ veneni, quod omnem Medici artem eluſit.

l) Μάρκελλος νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον] interjecto poſt Auguſti morbum ſemeſtri A. U. C. 731. Marcellus morbo correptus *occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus* ut notat Propertius III. 16. *In Bajano periiſſe, cum ædilitatem gereret*, ſcribit Servius ad Æneid. VI. 861. ita enim cum clariſſimo Brockhuſio legendum potius quam *Stabiano* quod Scaliger malebat ad hæc Propertii, obitum Marcelli lugentis:

> *At nunc inviſæ magno cum crimine Bajæ,*
> *Quis Deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?*
> *His preſſus ſtygias vultum demerſit ad undas* &c.

m) ἐπαινέσας ὥσπερ εἰθιστο] Servius in 1. Æneid. 716. Peſti devota futuræ. *De oratione Auguſti tranſlata eſt locutio quam habuit in tralatione funeris Marcelli, cum diceret illum immaturæ morti devotum fuiſſe.*

I 3 *) ἐς

*) ἐς τὸ μνημεῖον] in Mauſoleum Auguſti, quod in campo Martio tunc condebatur, & in quod Agrippæ p. 541. C. & Druſi etiam reliquias illatas Dio dicet infra p. 549. B.

n) τοῦ θεάτρου] de hujus Theatri dedicatione dicetur ad pag. 539. D. illud inter opera quæ nomine alieno Auguſtus fecit, memorat etiam Suetonius cap. 29. In Livii epitoma lib. 138. *Octavia ſoror Auguſti defuncta, antea amiſſo filio Marcello, cujus monumenta ſunt theatrum & porticus, nomine ejus dedicata.*

o) ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει] ſolennibus Circenſibus ludis. Vide Onufriun lib. 2. de illorum ludorum pompa T. IX. theſauri Græviani p. 362. *Hæc ad adductum Dionis de Muſa locum. Nunc Medicos referre pergamus.*

Antonius Pharmacopola, Galeno Pharmacorum localium lib. IX. cap. IV.

Recentioris ætatis ſunt:

Antonius Benivenius, cujus habemus librum de abditis nonnullis ac curandis morborum & ſanationum cauſis, excuſum Florentiæ 1507. & cum Scribonio Largo Baſil. 1529. 8. Ad hunc Politianus ſcribit Elegiam.

Antonius Bologninus, cujus in Chirurgia extant multa volumina.

Antonius Cermiſonus qui Patavii A. C. 1467. obiit præceptor Savonarolæ, cujus ſunt conſilia in re medica: & liber de urinis.

Antonius Faventinus, qui Hippocratis Aphoriſmos verſibus reddidit, ut præterea fecerunt *Latino* carmine quidem Paulus Dionyſius, Medicus Veronenſis 1599. 4. Matthæus Roſelenus, Lucanus, Jo. Ludovicus Ganſius, Argentorat. 1624. 12. Jo. Thaumaxenus, Heſſus, Norimb. 1623. 8. Jo. Baptiſta de Conde, Bruxell. 1647. 12. Robertus Conſtantinus: *Græco* idem Conſtantinus, & cum Radulpho Wintertono qui primam ſectionem eſt interpretatus, reliquas Joannes Frerus, Cantabrig. 1633. 8. *Italico* Anſelmus Latioſus, Viterbii 1667. 8. &c.

Antonius Fortolus ſive Fartolus Joſerienſis, qui plurimos libros Galeni tranſtulit, ut de diſſectione venarum, arteriarum & nervorum Baſil. 1529.

Antonius Fumanellus Veronenſis, cujus eſt Conſilium chirurgicum de calvariæ fractura, Hiſtoria & curatio difficultatis & anguſtiæ urinæ, de Balnei ferrati facultatibus, de balneis aquæ ſimplicis. Aliaque

quæ

quæ ab Antonio Sandero lib. III. de claris Antoniis p. 175. ſq. referuntur.

Antonius Gallus Pariſienſis medicus, cujus extat libellus non indoctus de ligno ſancto, & in imperitos fucatosque Medicos. Pariſ. 1540. 8. Is certe vir fuit hujus artis peritiſſimus, Tiraquello judice, & utraque lingua doctiſſimus.

Antonius Gaynerius, aut ut alii vocant, Guainerus, ſive etiam Guanerius, ſive denique Guaynerius (nam promiſcue his nominibus appellatur) natione Papienſis, clarus circa A. C. 1440. cujus ſunt multa opera in re medica. Vide Antonium Sanderum de claris Antoniis pag. 187.

Antonius Gazius Patavinus, cujus in medicina eſt Corona florida ſive liber trecentis conſtans capitibus de ſanitate tuenda Lugd. 1514. & alius de medicamentis purgantibus

Antonius de Gradis ſive Garaldis, cujus eſt liber de Febribus. Alius de balneis Palatinis. Conſilia quoque Medica & Comment. in nonum Almanſoris memorat Antonius Sanderus pag. 189. de claris Antoniis

Antonius Ludovicus, Olyſſiponenſis, cujus ſunt doctiſſimi libri de occultis proprietatibus, & totidem libri Problematon, & alii. Olyſſipone 1540. fol. Idem eſt qui vertit Galeni nonnulla, & Mich. Pſelli allegorias tres in Tantalum, Sphingen & Circem, aliaque edidit quæ Nic. Antonius T. I. Bibl. Hiſpanæ novæ pag. III. ſeq. commemorat.

Antonius Muſa Braſavolus Ferrarienſis Sec. XVI. medicus peritiſſimus, cujus extant doctiſſimi Commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, & Dialogi de ſimplicibus medicamentis, & alia multa, quæ ſi placet vide apud Mercklinum & in Antonii Sanderi libro tertio de claris Antoniis pag. 208. ſeq.

Antonius Stupanus Rheticus, A. 1551. Baſileæ extinctus, qui auxit Diſpenſatorium, quod vocant, medicamentorum Nicolai. Lugd. 1543.

Antonius Zenus, aut ut alii appellant, Zenon Policola Venetus, cujus eſt liber de natura humana, ſive de Embryone. Venet. 1491. & libri ſeptem, Planetarum nominibus inſcripti de reliquis vitæ humanæ ætatibus. Vide Antonium Sanderum de claris Antoniis pag. 247.

Antyllus vel *Antillus* citatus Oribaſio lib. II. Euporiſton, Aetio Tetrab. I.

Ser.

Ser. III. ſæpe, & alias quoque ſæpe: Paulo Æginetæ qui Chirurgum appellat lib. III. cap. XL. & lib. VI. cap. XXXIII. & lib. VII. cap. X. & XXXIII. Stobæo Ser. XCIX. Avicennæ lib. V. & Raſi lib. II. Continentis, cap. II. & alibi ſæpe, qui ut opinor, eſt ille Antilis, vel Antiles, de quo ſupra. Nam hæc nominum propriorum diverſitas in hoc authore, & cæteris Arabibus proceſſit vitio interpretum, atque etiam librariorum.

Anyaſius, Raſi lib. III. ejusdem operis, cap. III.

Apelles Chirurgus apud Artemidorum Daldianum, de Somniorum interpretatione, lib. III. cap. III.

Apelles, Medicus Thaſius, apud Plin. lib. XXVIII. 8. XXXI. & XXXII. cap. V. & Galenum, lib. II. Antidotorum. cap. VIII. & lib. V. κτ̀ γένη cap. XIV.

Aphricanus, qui de ponderibus & menſuris medelarum ſcripſit, & hic ſive alter ejus nominis citatus Conſtantino, aut alteri, quisquis is eſt, libro Geoponicon XII. in re medica. Vide infra in Julio Africano.

Aphrodas, Galeno libr. Pharmaco. κτ̀ γένη, II. & κτ̀ τόπȣς, lib. III. cap. IV. eodemque ult. ad fin. & lib. V. cap. VII. non ſemel, & lib. II. Antidotorum, & alibi ſæpe. T. II. pag. 234. 270. 274. 333. 372. 388. 420.

Aphrodiſeus, Galeno κτ̀ γένη, lib. VII. qui alius eſt ab Alexandro Aphrodiſeo, qui Galeno multo poſterior fuit.

Apion, eidem ejusdem operis lib. V.

Apion Grammaticus, ſive is fuit, qui ſcripſit de metallica medicina, ex quibus Plinius quædam mutuatus eſt, lib. XXXV. ut ipſe fatetur lib. II. in nomenclatura authorum ejus libri.

Apis Ægyptiorum rex, Pheronei ac Pithonis filius traditur Medicinam primus inveniſſe, ut teſtantur Clemens Alex. I. Strom. p. 307. & Theodoritus lib. I. de cura affectuum gentilium pag. 7. Hic Apis ob pulcherrimum ſalutiferumque inventum in tanto honore & admiratione habitus eſt, ſicuti & ipſe Theodoritus tradit lib. III. pag. 42. ut pro Deo coleretur, vocareturque *Oſiris*, quod vocabulum ſi quis ad Latinam linguam transferat, idem eſt quod *multoculus*, ut Diodorus & Euſebius prodidere. *Os* enim Ægyptiorum lingua multum ſignificat: *Iris* autem oculum: ut etiam ſcribit Plutarchus in

in lib. de Iſide, & Oſiride: perinde ac vir oculatiſſimus, ac magno ingenio, magnaque prudentia fuerit, qui tam ſulature auxilium mortalibus inveniſſet. Ob idque Apollinem eſſe eundem volunt plerique, & id quidem autumant ipſi Ægyptii, quibus & Oſiris Sol eſt, & Sol Apollo, ut videre licet apud Macrobium, lib. I. Saturnaliorum cap. XXI. & Diogenem Laërtium in prooemio. Verum non ſatis conſtat idemne fuerit Apis, qui Apollo, an diverſus uterque. Tacitus autem lib. xx. hiſtoriæ Auguſtæ, ad finem, ſcribit multos Oſirim, quem & quidam Serapim vocant, Æſculapium quoque appellare, quod medeatur ægris corporibus. Ab hoc forte inventa eſt & vocata herba Oſiris, de qua Dioſcor. lib. IV. cap. CXXXIV. & Galenus lib. VIII. Simplicium medicamentorum, in cap. de Oſiri, & Paulus Ægineta lib. VII. etiam inter ſimplicia. Sed & huic quod de Api diximus, concinit quod ſcribit Cyrillus adverſus Julianum Cæſarem lib. VI. pag. 200. *Cum Apis*, inquit, *Ægyptius non obſcurus inter eos illic erat templi miniſtros, & naturalis Philoſophiæ ſcientiam adeptus eſſet, hunc ferunt primum artem medicam exquiſiviſſe & tradidiſſe fœlicius quam eos qui eum præceſſerant, communicaſſeque Æſculapio.* Quod autem ad Serapin peculiariter pertinet, poſſet videri ex lectione antiquorum ſcriptorum illum morbos animo & oratione curaſſe. Nam Varro in Eumenidibus apud Nonium Marcellum, voce *precantur: Ego medicina Serapi utor, cotidie precantur: intelligo recte ſcriptum eſſe Delphis,* Θεοὶ ἀρᾶι. (*)

Nec multo poſt: *Miras pro miraris. Varro Eumenidibus:*

Hoſpes quid miras animo curare Serapim?
Quid? quaſi non curat tantidem Ariſtoteles.

Hæc Tiraquellus pag. 238.

Apius Phaſcus, Galeno Pharmacorum κτ̀ τόπους, lib. v. cap. VII. To. II. pag. 228.

Apœmantes Eraſiſtrateus. Galen. de venæ ſectione adverſus Eraſiſtrateos T. IV. pag. I.

Apollinaris, Marcello Burdegalenſi in ſua præfatione.

Apollinaris Cremonenſis, qui ſub Eugenio IV. ſcripſit practicam, & alia quædam.

(*) In Veteri Codice: *Theon era*, Lege Θεῶν ſive Θείων ἔργα.

De *Apolline* inventore medicinæ præter Tiraquellum p. 235. ſeq. libri de nobilitate, copioſe & erudite Jo. Henricus Meibomius ad Jusjurandum Hippocratis capite IV.

Apollo alius, Galeno Pharmacorum localium lib. VII. cap. III. Tom. II. pag. 266. Niſi nomen ibi ſit conciſum (ut ſæpe fit in nominibus propriis) ut (quod utique videtur) ſignificet Apollonium, vel Apollodorum.

De *Apollodoro*, Democriti affectatore qui ſcripſit Magica, & Apollodoris duobus *Scillæo*, ſive *Citieo* & *Tarentino* citatis Plinio, quorum alter eodem XIV. 7. teſte ſuaſit Ptolemæo Regi quæ vina biberet: nec non de Apollodoro *Lemnio* qui volumen de re ruſtica compoſuit, dixi lib. III. cap. XXVII.

Apolloniades, Aetio Tetrab. II. Ser. IV. cap. XLVIII.

Apollonides Chirurgus, niſi idem ſit, apud Artemidorum Daldianum, in Somniorum interpretatione. lib. III. cap. III.

Apollonides Cyprius, Methodicus, diſcipulus Olympii, Juliani præceptor. Galeno in Methodo. T. IV. pag. 42. edit. Baſil. ſed ubi Ἀπολλωνίδȣ vitioſe excuſum pro Ἀπολλωνίȣ. Senex valde probatus Romæ Tom. XIII. edit. Pariſ. 1010. a 1012. b.

Apollonii duo *Antiocheni*, pater & filius, Medici Herophilei & Empirici. Vide infra in Apollonio Herophileo.

Apollonius Archiſtrator, Galeno Pharmacorum ſecundum genera, lib. V. T. II. pag. 388.

Apollonius Byblas, eidem lib. III. Epidemiorum Hippocratis. Tom. V. pag. 13. ubi laudat ejus librum περὶ χαρακτήρων contra Zenonem Epicureum.

Apollonius Citienſis, Cælio Aureliano lib. II. Chronicon cap. IV. ex. *lib. II. de Epilepticis*, & iterum lib. III. cap. IV. T. XII. hujus Bibl. p. 779. Citium Apollonii Medici patriam fuiſſe notat etiam Strabo XIV. p. 683

Apollonius Glaucus, qui ex *libris de interioribus* (morbis) citatur eidem Cælio Aureliano, lib. Chronicon IV. cap. VIII.

Apollonius Herophilus, ſive Herophileus Antiochenus, pater, idem ni fallor cum Apollonio Mure de quo mox.

Apollonius ejus filius, ſectæ ut pater Empiricæ, ſicut tradit Galenus, aut quisquis eſt eo libro cui titulus eſt, εἰσαγωγὴ, id eſt, Introductio, ſive Medicus, ubi utrumque dicit fuiſſe Antiochenum. Incertum utrius

horum liber περὶ μύρων καὶ στεφάνων citatur ab Athenæo xv. pag. 688.

Apollonius Memphites, quem Galenus in iſagoge memorat, T. iv. p. 391. & lib. ii. Antidotorum, atque etiam Aetius Tetrab. ii. Ser. ii. c. xxxiii. & Ser. iii. c. xx. & Cœlius Aurelianus lib. Chronicon iii. c. viii. & lib. iv. c. viii. & Nicandri Scholiaſtes. *Eraſiſtrateus*, de appellationibus membrorum corporis humani. Galenus T. iv. p. 375. Hujus Apollonii effigies T. iii. theſauri Gronov. litera ll.

Apollonius Mys, vel *Mus*, Herophileus de quo Strabo lib. xiv. & Celſus lib. v. in principio, Galenus lib. iv. de differentiis pulſuum, & lib. ii. Antidotorum: & Cælius Aurelianus lib. Oxeon. ii. cap. xiii. *ex libro xviii. de ſecta Herophili*, Librum xxix. περὶ τῆς Ηροφίλου αἱρέσεως laudat Galenus T. iii. p. 49. libros περὶ εὐποριστων φαρμάκων ſæpe citat idem, ut T. ii. pag. 68. Videtur reſpici à Plinio xxviii. i. Apollonium laudante.

Apollonius ὁ ὄφις, Erotian. procem. infra in Apollonius ὁ Θήρ.

Apollonius Organicus, Galeno Pharmacorum ſecundum genera lib. v. T. ii. pag. 391.

Apollonius Pergamenus, Oribaſio Euporiſton lib. i. cap. ix. Plinioque. Hic de herbis & de facile parabilibus medicamentis ſcripſit. Vide quæ dixi lib. iii. cap. xxi. ubi varios Apollonios refero, & lib. iv. cap. xvii. in indice ſcriptorum à Galeno laudatorum.

Apollonius Pitaneus, Plinio lib. xxix. cap. ult.

Apollonius Stratonis ὁ ἀπὸ Στράτωνος, ex Stratonis ſchola (ita enim malim quam cum Tiraquello Stratonis filium dicere) Eraſiſtrateus cujus de pulſibus memorat Galenus lib. iv. de differentiis pulſuum. T. iii. p. 51. Idem ut videtur cum Apollonio Memphite.

Apollonius Tarſenſis, eidem Pharmacorum κατὰ γένη, & Pharmacorum κατὰ τόπους, ſæpe. γνώριμος Galeni ſive diſcipulus T. ii. p. 389.

Apollonius ὁ Θὴρ ſive Beſtia. Erotian. in ἀμφιβάλλουσι. Eidem Erotiano in procemio Apollonius ὁ ὄφις.

Apollonius Theſpianus Galeno poſtremo loco. Et ut vix credam tot fuiſſe Apollonios medicos: ſic nec credibile eſt uni fuiſſe tot cognomina.

Apollonius Tyaneus *) philoſophus, quem Pythagoreorum exemplo artis medicæ amantem ac peritum fuiſſe non uno loco Philoſtratus innuit:

 merito

*) De hoc dixi lib. IV. cap. 24.

merito judicavit animi curam ab nobis non minorem habendam eſſe quam corporis, unde ad Critonem Epiſtola XXXIII. τὸ θειότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν. εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος, ἢ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι τῷ κρείττονι νοσοῦν. *Artem Medicam Pythagoras rem diviſſimam eſſe dixit. Quod ſi ars Medica res diviniſſima, cum corpore etiam animæ cura habenda eſt. Alioqui animal ſanum non erit, quod parte quidem ſui potiore ægrotet.*

Apollonius illorum omnium poſterior, ut qui fuit tempore Apuleji, qui de eo loquitur lib. IX. Aſini aurei, poſt principium, ubi eum refert morſum â cane rabido.

Apollonius quisquis is eſt, ſimpliciter citatus Aetio Tetrab. II. Serm. II. cap. LXXVIII. & ſeq. & LXXXII. & XCI. & Raſi lib. I. Continentis cap. IX. non ſemel.

Apollonius de quo inſcriptio vetus apud Reineſium Claſſe XI. 10. p. 612. inventa, via quæ Neapoli Nolam ducit propter Veſuvium, ubi ſitam Palæpolin fuiſſe ſcribit Ambroſius Nolanus. *D. L. Apollonii Medici, Servilia D. L. Ambroſia fecit Patrono ſuo & ſibi & ſuis.*

Ὧδ' Ἐπάφου *) γέννημα σοφοῖς ἐπιείκελος ἀνὴρ
Κεῖμαι Ῥωμαίων σπέρμα πολυκτεάνων.
Κλῃζόμενος Δέκιμος Σερούίλιος εἰς ἔτη ἐλθὼν **)
Ἐννέα που δεκάδων καὶ τρία ὅσσ' ἔλεγον.

Quæ ita vertit Jul. Cæſ. Capacius lib. I. Hiſt. Neapol. cap. VII.

Hic Epaphi ſoboles, ſapientum adſecla Virorum
Et Romanorum divite gente ſatus,
Hic jaceo Decimus Servilius nomine: Vixi
Annorum decadas cum tribus usque novem.

Apollophanes Seleucienſis, regis Antiochi Soteris medicus, & maxima apud eum authoritate, ut refert Polybius lib. Hiſtoriarum V. cap. LVI. & LVIII. Ejus honori duo exſtant à Smyrnenſibus dicati numi quos

*) Poſſit & legi ὧδε Πάφου.

**) Reineſ. ἕλκων, & deinde pro ὅσσ' ἔλεγον, legit τὸ σκέλετον.

quos ita deſcribit vir celeberrimus Rich. Mead, Medicus Londinenſis diſſ. de numis quibusdam à Smyrnæis in Medicorum honorem cuſis:

"1. Nummus æreus moduli tertii. In adverſa area: *Caput mulie-*,, *bre laureatum*, quale in alio *Zeuxidis* itemque *Hiceſii* nummo.,,

In verſa: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗΣ ΕΡΟΒΙΤΗΝΟ. *Sedet* et-,, iam hic *Æſculapius*, ut in iis *Zeuxidis* & *Hiceſii*. *Apollophanes* autem *ge*-,, *nere Seleucienſis*, *Antiochi magni medicus fuit*, ut diſcimus à Polybio, lib. v.,, Qui & *eximie regi dilectum fuiſſe* ſcribit, idque non artis tantum cauſa,,, ut videtur, ſed etiam ſapientiæ & in rebus arduis conſilii prudentis. Et-,, enim cum Antiochus conſultandum amicis propoſuit, ecqua potiſſi-,, mum via impreſſio in Syriam eſſet tentanda, rejectis aliorum ſenten-,, tiis, ea Apollophanis omnibus prælata fuit. Floruit Apollophanes,, ann. ante Chriſtum CCXX. Cui nummum hunc tribuerem. Quod,, ut faciam, eo etiam magis adducor, quia *Apollophanes*, ut *ſectator*,, *Eraſiſtrati*, a Cælio Aureliano memoratur, Acut. morb. lib. II. cap.,, XXXIII. *Apollophanem* quoque ut *medicum* laudat Celſus, lib. v. cap.,, XVIII. ut *ſcriptorem* Plinius, lib XXII. cap. XXI. In voce autem im-,, perfecta ΕΡΟΒΙΤΗΝΟ. . latet, opinor, patris nomen. Alter fuit *Apol*-,, *lophanes* Arcas, & is quoque Æſculapii numini addictus, teſte Pauſania,, in Corinthiacis cap. XXVI.,,

2. Nummus æreus moduli tertii. In adverſa area: *Caput turri*-,, *tum Matris Sipylenæ*.,,

In averſa: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗΣ. *Iſidis ſtantis imago*, ut,, in ſecundo *Zeuxidis* & *Hiceſii* nummo.,,

Apollophanes ſimplicter, ſive ille, ſive alius citatur etiam Galeno Pharmacorum κτ γένη, lib. v. & κτ τόπȣς lib. VIII. cap. IX. & Paulo Æginetæ lib. III. cap. XLVI. & lib. VII. cap. XVIII. & Cælio Aureliano Oxeon lib. II. cap. XXIV. & cap. XXIX. & Alexandro Calliano lib. VIII. cap. II. ubi ejus malagma & Aetio pag. 562. ubi Apollophanium emplaſtrum deſcribit.

Apollozantes, quem ex Alexandro Tralliano Tiraquellus affert, nusquam reperio.

Apuleius Madaurenſis, de quo dixi in Bibl. Lat. lib. IV. c. II. ſicut etiam de *Apuleio Celſo*, cujus libros habemus de herbarum viribus, ex quibus citatur Marcello Burdegalenſi cap. XVI. Huncque præceptorem fuiſſe Valentis & Scribonii Largi, ſcribit ipſe Scribonius lib. de compo-

 ſitione

ſitione medicamentorum cap. XLVI. & cap. CLXXI. Apuleium autem, ſive hunc, ſive alterum citat Conſtantinus, aut quisquis eſt, lib. Geoponicon XII. in re medica.

Aprianus, qui deſcripſit medicamenta, quæ valent ad quæque membra affecta, apud Galenum lib. VI. Simplicium.

Arabas Thebanus, Galeno lib. II. Antidotorum.

Arabaſius, Raſi lib. Continentis V. cap. I.

Arabri.

Arabs ſive *Arabus*, Apollinis & Babyloniæ filius, cui inventionem Medicinæ quidam tribuerunt teſte Plinio VII. 56. Arabs & Arabus ſicut Æthiops & Æthiopus promiſcue dicitur. Nam & Arabis in dativo pluralis numeri poſuit Virgilius VII. 605. Æneid. *Hircanisve Arabisve parant.* Ubi vide Servium. Tiraquell. p. 235.

Arabs cujus malagma affert Celſus, lib. V. cap. XVIII.

Aram.

Aratus, Heliodorus Athenienſis, Orpheus Theologus, & Orus Mendeſius junior reprehenduntur à Galeno II. de antidotis T. II. pag. 99. quod compoſita medicamenta lethalia verſibus deſcribere non dubitarunt. *Τούτους μὲν ἄν τις θαυμάσειεν ἐμμέτρως ἐπιχειρήσαντας ταῖς περὶ τούτων πραγματείαις. Μέμψαιτο δ' ἂν εὐλόγως διὰ τὰ πράγματα, διδάσκειν γὰρ μᾶλλον δεῖ καὶ προσάγειν τοὺς βουλομένους ἐπὶ κακῷ τῷ πλησίον ἐπιχειρεῖν ταῖς τούτων σκευασίαις.* Suidas inter Arati Solenſis (de quo dixi lib. III. cap. XVIII.) poëmata refert *σύνθεσιν φαρμάκων. Θηριακῶν ἐπιτήδεια. Ἀνθρωπογονίαν. Ἀνατομήν.* Aratum *ἐν τοῖς ἰατρικοῖς* citat Pollux II. 38. tres hexemetros ex illis proferens. *ἰατρικὰς δυνάμεις* vocat auctor Græcus vitæ Arati.

In *Arcadium* Medicum & Comitem archiatrorum, Himerii Oratio memoratur Photio Cod. 165.

Arcaganis, Raſi lib. V. Continentis cap. III. citatus ex *lib. morborum.*

Arcageniſius, idem fortaſſe cum priore ejusdem operis lib. VI. cap. I. ex lib. *de vomitu*, & lib. V. cap. ult. ex *lib. de morbis diuturnis.*

Arcanidiſius, ejusdem operis lib. III. cap. IV.

Archagatus Lyſaniæ filius, qui ut Plin. lib. XXIX. cap. I. refert ex Caſſio Hemina, Peloponneſo primus è medicis Romam venit. L. Æmi-

L. Æmilio & Marco Livio Conſ. anno urbis DXXXV. Eique jus Quiritium datum, & taberna in compito Acilio empta ob id publice. *Vulnerarius* è re dictus fuit, mireque gratus adventus ejus initio: mox à ſævitia ſecandi, urendique, tranſiit nomen ejus in carnificem, & in tædium ars omnesque Medici. Archagati iſtius, aut alterius emplaſtrum recenſet Cornelius Celſus, lib. v. cap. xix.

Archagilliſius, Raſi Continentis lib. VIII. cap. I. ex lib. *de morbis diuturnis*, is forte eſt qui ſupra dictus eſt Arcageniſius.

Archelaus, Ægyptius ad Ptolemæum Regem ſcripſit *epigrammata de admirandis animalium*, Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ, teſte Antigono Caryſtio hiſt. mirabil. cap. XXIII. & reſpicit Varro Archelaum laudans. III. 16. de re ruſtica. Alius ut videtur quem χεῤῥονησίτην appellat Athænæi laudans eum in ἰδιοφυέσι IX. pag. 409. *de iis quæ propriæ naturæ ſunt*, idem adeo Archelaus quem ſcholiaſtes Nicandri citat ἐν τοῖς διφυέσι ſive *de iis quæ ſunt naturæ ancipitis*. Neque neceſſe cum Meurſio ἰδοφυέσι reponere. Illa ἰδιοφυῆ memorat etiam Laërtius lib. II. ſect. XVII. Laudatur & Archelaus Plinio lib. XXVIII cap. IV. & Galeno Pharmacorum localium lib. IX. cap. VI. & Aetio Tetrab. IV. Ser. IV. cap. CXXXIII. Liber περὶ λίθων *de gemmis* quem citat Plutarchus de flum. pag. 1153. ad Archelaum Regem Cappadociæ pertinet ut ex Plinii XXXVII. 3. & VII. (cui adde Solin. cap. LV.) Harduinus annotavit. Hunc aut alium ejus nominis Stobæus Ser. XCVIII. qui eſt de morbis, citat ex lib. *de fluviis*, qui ad rem medicam facere videtur. Alius Anaxagoræ diſcipulus præceptor Socratis, de quo dixi lib. II. cap. XXIII. §. 10.

Archeſtratus, Gelous cujus ὀψολογίαν & alia allegat Athenæus.

Archibius Galeno Pharmacorum κατὰ γένη lib. V. & lib. Antidotorum, ad Antiochum Regem ſcripſit teſte Plinio.

Archidemus, ſive *Archidamus*, utrunque enim reperio apud Galenum lib. II. Simplicium medicamentorum, cap. XVIII. & ſeq. Archidemum Medicum laudat etiam Plinius, & auctor collectionis Hippiatricon. Diocles ἐν Ἀρχιδάμῳ citatur à Galeno T. II. pag. 19. 20. 22. 24. 25.

Archi-

Archigenes Medicus celebris patria Apameenſis Syrus. *Galen. T.* IV. *p.373.* Philippi F. Romæ artem Medicam exercuit diſcipulus Agathini. *Suid.* in Ἀρχιγ. *&* *Aetius* pag. 156. qui narrat Agathinum ex vigiliis delirantem, capite ejus multo calido oleo irrigato ſanitati reſtitutum ab Archigene fuiſſe. Secta Pnevmaticus *Galen. T. III.* pag. 32. 50. eclecticus T. IV. pag. 373. Nimis ſubtilis in definiendo, unde *φιλοεριστίας* morbo laboraſſe eum Galenus ſcribit T. III. p. 41. & in verbis novatorem T. III. p. 267. & obſcurum T. III. p. 250. 263. negligentius verſatum in deſcribendis medicamentis T. II. p. 174. 254. licet alioqui præclarum in arte ſua fuiſſe teſtatus, & multa reliquiſſe *ἀξιόλογα συγγράμματα* T. II. pag. 177. Ex his ſunt: *περὶ ἐλλεβόρου χρήσεως*. T. VIII. edit. Pariſ. p. 525. Βιβλία ἐπιστολικὰ ἕνδεκα τὸν ἀριθμόν. *T. III. edit. Baſil.* p. 272. *ubi ex libri primi Epiſtola ad Marſum* de memoriæ læſæ reparatione. Ex alia *Epiſtola ad Marſum* de atra bile, Aetius pag. 136. 267. edit. H. Stephani. Ex *Epiſtola ad Atticum* Paulus Ægineta III. 45. *περὶ καστορίου χρήσεως βιβλίον* Galenus T. II. p. 145. *βιβλίον ἔνθα διδάσκει μνήμης βεβλαμμένης ἀνάκτησιν* T. III. pag. 272. *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν χρονίων παθογνωμονικῶν*. T. III. p. 280. *περὶ πεπονθότων τόπων* optime ſcripſit libris tribus, T. III. p. 270. *περὶ τῆς τῶν πυρετῶν σημειώσεως* libri decem. T. III. pag. 408. ubi eorum compendium. liber *περὶ ἐννοίας τοῦ πυρετοῦ.* id. *ἓν μέγα βιβλίον περὶ σφυγμῶν*. T. III. pag. 50. Galeni *ὑπομνήματα εἰς ἐξηγῆσαι τε ἅμα καὶ κρίνει τὸ περὶ σφυγμῶν Ἀρχιγένους βιβλίον*. T. III. pag. 41. *περὶ τῶν κατὰ γένος φαρμάκων* libri duo. Prior T. II. p. 166. 176. 190. ſq. 198. 219. 222. 224. 254. 281. 295. Poſterior T. II. pag. 229. 289. 291. 296. 307. Libros Archigenis *de muſculis* & *libros regularum*, quos Tiraquellus memorat, ubi laudet Galenus, non memini. Sæpe citatur Archigenes Galeno, Aetio, Paulo Æginetæ, Nicolao Myrepſo ut ex indicibus, quos dedi in hos ſcriptores, cognoſcere cuivis licet. Etiam Meſuæ, Serapioni, Raſi, & à Cælio Aureliano bis lib. II. acutor. cap. X. & Raſi lib. I. Continentis, cap. IV. & V. ex *libris morborum Chronicorum*. De eo eſt illud Juvenalis Satira VI. 236.

Tunc

—— Tunc corpore ſano
Advocat Archigenen, oneroſaque pallia jactat.
Quot Themiſon ægros, &c.

Ad quem locum Scholiaſtes notat Archigenem fuiſſe *Medicum magnum illius temporis.*

Item illud Satyra XIII. 98.

Nec dubitet Ladas ſi non eget Anticyra, nec
Archigene. - - -

Et XIV. 52. *Ocius Archigenem quære, atque eme quod Mithridates*
Compoſuit - - - -

Utrum apud Xiphilinum pro Hermogene reponendum Archigenis nomen ſit, infra ubi ad Hermogenem pervenero, erit diſquirendi locus.

Archigeniſius, Raſi lib. XII. Continentis, cap. I. ubi eum citat lib. de antiquis morbis. Et forte eſt Arcageniſius, vel Archagilliſius, de quibus ſupra.

Archis, Serapioni Antidotorum, cap. XCI.

Archides ſive ille, ſive alius, ibi cap. XVIII.

Arcon, Raſi lib. I. Continentis, cap. VIII.

Arcontius, vide ſupra Alcon.

Arcyon apud Joſeph. f. 664. edit. Lipſienſis: lege *Alcyon.*

Ardimitrius, qui fuit tempore Galeni, ut dicit Serapion tract. VII. qui de Antidotis eſt, cap. VIII.

Aretæus Cappadox, Plinio ut videtur ac Dioſcoride junior, & Pnevmaticæ ſectæ addictus, cujus eſt liber de acutis paſſionibus, de quo loquitur Paulus Ægineta lib. IV. c. I. in principio, ubi in nonnullis codicibus *Aëtius* perperam ſcribitur pro *Aretæus.* Neque enim Aetius Cappadox fuit, ſed Antiochenus, ut ipſemet dicit, ideoque in Græco codice Aldi recte ſcribitur Καππαδόκην Ἀρεταῖον. Aretæum autem citat ſimpliciter ipſe Aetius Tetrab. III. cap. XLVI. & Tetrab. III. Ser. I. cap. item I. Illis porro quæ de Aretæo ejusque editionibus dicta à me ſunt lib. IV. hujus Bibl. capite III. addi nunc velim eundem ſcriptorem emendate ac luculentis typis vulgatum eſſe nuper Græ-

ce à viro nobiliſſ. *Joannn Wigano,* *) qui novam verſionem Latinam elegantem ſeparatim ad calcem voluminis ſubtexuit. Oxon. 1724. fol. In Belgio quoq; Aretæum recudendum exſpectamus inter Medicos veteres quos recenſendos nova cura & junctim nitide edendos in ſe ſuſcepit Vir arte & doctrina excellentiſſimus *Hermannus Boerhave.* Aretæus ex Junii Pauli Crasſi verſione prodiit etiam Patavii 1700. 8. Et ad calcem edit. minoris Latinæ Pariſ. ſubjiciuntur annotationes locorum qui in Aretæi Codice ab interpretatione Craſſi diſcrepant. Aretæus Græce MS. in Bibl. Electoris Bavariæ num. 137. 138. Fuit etiam in Bibl. Sarrazianæ, quæ per publicam ſectionem diſtracta Hagæ Comitis fuit A. 1715. Vide Catalogum illius Bibl. pag. 61.

Aretæus Sabinus, qui Hippocratem commodiſſime commentatus eſt, ut dicit Aulus Gellius lib. III. *cap.* XVI. *vide infra Sabinus.* Hæc Tiraquellus. Sed apud Gellium, Sabinus legitur, Aretæus Sabinus non legitur.

Arianialis; Serapioni Simplicium, cap. CXLIII.

Aridion filius Meliz, Galeno, aut quisquis eſt Arabs, ut opinor, in lib. de medicinis expertis.

Arinaſius, Raſi lib. III. Continentis, cap. IV. & forte eſt Aniaſius, de quo ſupra.

Ariobarzanes, Paulo Æginetæ lib. VII. cap. XVII. ubi deſcribit emplaſtrum Ariobarzanion. Uti etiam Alexander Trallianus lib. III. cap. X. Ἀριοβαρζάνιος λευκή Galen. T. II. pag. 324.

Ariſtarchus Berenices, quæ Antiochi cognomento Θεοῦ uxor erat, Medicus Polyæn. VIII. 50.

Ariſtarchus Tarſeus, ſive Tarſenſis, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, lib. V. T. II. pag. 38. & Aetio Tetrab. IV. Serm. II. cap. XV.

Ariſtarchum illum, aut alium ſimpliciter citat idem Galenus Pharmacorum κατὰ τόπους lib. V. cap. I. & III. & lib. VII. cap. V. & VI. T. II. pag. 271. Aetius Quaternionis II. Serm. IV. cap. LXV. & Meſue in Antidotis.

Ariſteus apud Galenum, ſive Herodotum in Introductione, ſive Medico, poſt principium. T. IV. pag. 371. Ariſteus Ariſtomachi T. II. pag. 271. ἀντίδοτος Ἀριστέως Ἀριστομάχου.

Ariſtio Paſicratis F. chirurgus citatur ab Oribaſio de machinamentis. p. 595. 567. 568. inter Galeni Opp. T. XII. edit. Pariſ.

Ariſto,

*) Journal des Sav. 1725. Jul. pag. 36.

Ariſto, ſive *Ariſton*, quem citat Cornelius Celſus lib. v. cap. xviii. & Galenus Pharmacorum ſecundum locos lib. ix. cap. iv. T. ii. p.299 edit. Baſil. Hujusque dicunt nonnulli eſſe librum *de victu ſalubri*, qui Hippocratis eſſe dicitur, ut ſcribit Galenus in Commentariis Epidemion Hippocratis, lib. vi. cap. i. T. iv. p. 306. T. v. pag. 43. ὑγιεινὸν διαιτητικόν pag. 302. Et illum inter vetuſtiſſimos medicos ponit idem Galenus in Commentariis de ratione victus in morbis acutis lib. ii. Sectione xviii. & in lib. i. de Alimentorum facultatibus.

Ariſtocles, Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib. vi. cap. i. & lib. viii. cap. vii. T. ii. pag. 243.

Ariſtocrates Grammaticus, Galeno ejusdem operis lib. v. cap. ix. Tom. ii. pag. 234.

Ariſtogenes duo Suidæ celebrati, alter Thaſius qui ad Antigonum regem Macedoniæ plures libros in medicina ſcripſit: alter *Cnidius Chryſippi* philoſophi (ſive potius Medici * de quo infra) ſervus ac diſcipulus vide Galen. T. iv. pag. 8. 17. qui ex curatione Antigoni Gonatæ magnam famam conſecutus eſt. Alterius malagma recenſet Cornelius Celſus lib. v. cap. xviii. illum quoque ſæpe citat Plinius libro xxxiii. xxxiv. & xxxv.

Ariſtogiton, Plinio lib. xxvii. cap. iv.

Ariſtolochus à quo ariſtolochia dicta. Cicero i. de divinat. cap. 10.

Ariſtolaus, Galeno Pharmacorum localium lib. ix. cap. v. T. ii. p. 301.

Ariſtomachus. ſupra in Ariſteo.

Ariſtophilus Plataicus Pharmacopola, Theophraſto in Plantis memoratus, lib. ix. de hiſtoria Plantarum, cap. xix. ubi narrat compertas illi herbarum vires, quibus magis aliquis vel nihil valeat in Venere ad tempus ut bimeſtre, vel trimeſtre, illisque ſe uſum ad caſtigandam laſcivorum juvenum petulantiam.

Ariſtoteles Philoſoph. de Phyſicis etiam & Medicis ſtudiis, ſicut de omni alio litterarum genere præclare meritus, ut ex recenſione ſcriptorum ejus quam lib. iii. c. vi. vii. dedi, abunde conſtat: primus ſcripſit περὶ μορίων ἀνθρώπου καὶ τῶν ὀνομασιῶν αὐτῶν notante Galeno T. iv. pag. 375. qui videtur is ipſe libellus quem de hoc argumento

 ſine

* Vide Davidis Clerici Hiſt. Medicinæ pag. 292.

ſine nomine auctoris ſub titulo εἰσαγωγῆς ἀναθμικῆς vulgavit Petrus Laurenbergius Hamb. 1616. 4. Non omittendum autem quod p. 296. notat Tiraquellus, Ariſtotelem originem duxiſſe ab Æſculapio & Machaone ejus filio *) ut veriſimilius ſit illum arti medicæ quæ illi hæreditaria erat, impenſius operam dediſſe. Nam & patrem & filium habuit Medicos, utrosque Nicomachos dictos, ut ex Laërtio conſtat, qui etiam tradit convixiſſe Amyntæ Macedonum Regi Medicinæ gratia, ubi etiam illum duos libros dicit compoſuiſſe inſcriptos medicinalia, **) ut vertit Ambroſius, quamvis Græcum in aliis ſit non ἰατρικὰ ſed τεχνικά. Vide quæ de Ariſtotelis ſcriptis Medicinalibus notavi lib. 3. hujus Bibl. cap. VII. pag. 191. 201. Arabibus adhuc libros quinque ferri de Medicina ſub Ariſtotelis nomine, monet Herbelotus pag. 972. b. Ariſtotelis antidotum memorat Avicenna libro V.

ἄχρι μὲν ὀνόματος Ἀριστοτελικοὺς perſtringit Galenus T. I. pag. 227.

Ariſtoxenus Herophileus, & Alexandri Philalethis diſcipulus, Galeno lib. IV. de differentiis pulſuum, T. III. pag. 47. 49. 86. & Cœlio Aureliano lib. Oxeon. III. cap. XVI. Ejus liber XIII. περὶ τῆς Ἡροφίλου αἱρέσεως. Galen. T. III. p. 49.

Ariſtraſis, Raſi lib. V. Continentis cap. II. non ſemel.

Ariſtrates, Avicennæ lib. V. ſumma II. tractat. II.

Ariſtus Chirurgus, Scribonio Largo cap. CCIX.

Arius Aſclepiadeus, Galeno Pharmacorum ſecundum locos libr. IV. c. VII. ex lib. quo propria Pharmaca coacervavit, ἐν ταῖς ἰδίαις συναγωγαῖς τῶν φαρμάκων T. II. pag. 217. & lib. V. cap. VII. & alibi ſæpe. T. II. p. 226. 283. 309. 387. 392. Dioſcordis Tarſenſis æqualis T. II. pag. 392. Idem cui Dioſcorides Anazarbeus libros ſuos inſcripſit. Vide quæ dixi lib. IV. cap. III. pag. 89.

Arius Tarſenſis, niſi idem ſit, ipſi Galeno ſecundum locos lib. III. cap. I. & lib. IX. cap. I. Tom. II. pag. 193. 294. *Arius Lecanius.* T. II. pag. 389.

Arlunus, aut ut alii vocant, *Arlenus*, qui ſcripſit de faciliori alimento, & de balneo.

Arma-

*) Hermippus apud Laërt. lib. V. cap. I.

**) Laërt. V. 25.

Armaſios, ſive *Armeſius*, vide ſupra Aermeſios.

Armenius Archiater, ad quem Epiſtola Firmi Epiſcopi Cæſar. apud Clariſſ. Muratorium pag. 289. Analect. Græcorum.

Arnaldus Villanovanus Gallus ex Provincia, Doctor Raymundi Lulli, defunctus A. C. 1363. quem vulgo de Villa nova appellant, cujus ſunt multa opera in uno volumine impreſſa. Lugd. 1520. fol. Vide Mercklinum & Natalis Alex. Hiſt. Eccleſ. Tom. VII. edit. in fol. pag. 102. ſeq. De eo admodum magnifice loquitur è JCtis, ut cæteros nunc omittam, Jo. Andr. in cap. *Conſilium*, de obſerv. jejuni. in addi. Specul. in rub. de criminal. ſal. & Panormitanus in cap. *Si vero*, in III. oppoſit. de jurejurand. ubi illum appellat ſummum & quaſi divinum medicum, & Barbat. qui de illo mirandum quippiam refert in l. Titius, col. antepe. ff. de verbor. obligat.

Arobon & *Aroon*, Raſi lib. I. Continentis, c. II. & III. ex lib. de quæſtionibus naturalibus.

Aron, eodem libro cap. III. & alibi ſæpe, vide Aaron.

Arengeniſius ejusdem operis, lib. VII. cap. IV.

Arrhabianus, Galeno medicamentorum ſecundum locos lib. VII. cap. IV.

Arſillus Senogallienſis, qui verſibus transſtulit proloquia Hippocratis.

Artagalis, Raſi Continentis lib. V. cap. II. non ſemel.

Artaganis, ejusdem operis lib. VI. cap. II. ex libris diuturnorum morborum.

Artanius, Raſi Continentis lib. III. cap. IV.

Artemidorus cognomento *Capito*, Galeno lib. I. Commentariorum de natura hominis, & lib. I. Præſagiorum Hippocratis, cap. XXIX. & κζ' Ἐπιδημιῶν libro quinto, cap. tertio, vide Capito. Scripta Hippocratis recenſuit, editionemque ſuam Hadriano Imp. probavit. Sed ipſe & propinqvus ejus Dioſcorides multas antiquas lectiones interpolarunt. Galen. T. V. pag. 4. Plura in indice ſcriptorum à Galeno citatorum lib. IV. cap. XVII. hujus Bibl. p. 564.

Artemidorum ſimpliciter, ſive illum, ſive alterum citat idem Galenus Pharmacorum localium lib. V. c. VII. & Cœlius Aurelianus, lib. Oxeon III. cap. XXIV. & lib. II. cap. XXXI. ubi eum *Sidenſem*, & *Eraſiſtrati ſectatorem* dicit, & libro tertio, cap. XV. Vide *Cornelius Artemidorus*. Meminit & Galenus Artemidori ἀιωνιςȣ. T. V. pag. 41.

Artemiſius Marcello Empirico citatus, cap. XXXVI.

Artemius, eidem cap. XIII. niſi idem ſit cum præcedenti, quod videtur ex eodem Marcello, qui utrumque Dianio oſtendiſſe dicit.

Artemon Plinio, lib. XXVIII. cap. I.

Artigenſus, Artigeniſus, Artigeniſius, Artiginiſius, Artigeſus, Artigenis, Artigenenſis. Hæc enim omnium nomina pro uno, ni fallor, citat Raſis lib. V. Continentis, cap. I. & lib. III. cap. VII. in pluribus locis; & lib. VII. cap. IV. non ſemel, & alibi ſæpe.

Artorius Auguſti medicus, quem nonnulli viri docti *) male confundunt cum Antonio Muſa, qui & ipſe Auguſtum curavit ſed A. U. C. 732. diu poſtquam Artorius ſtatim poſt Actiacam victoriam naufragio, circa A. U. C. 722. perierat, teſte Euſebio in Chronico. Artorius autem is eſt qui ſomnio excitatus A. U. C. 712. Auguſtum opportune monuit ne ægrotans in caſtris ad Philippos adverſus Caſſium & Brutum maneret, ut narrant Vellejus II. 71. Valerius Max. VII. I. Plutarchus in Bruto pag. 1003. qui *Marcum* vocat *Artorium*, Tertull. de anima c. 46. Lactantius II. 7. ut omittam Dionem Caſſium XLVII. pag. 351. & alios qui rem narrant præterito Artorii nomine. Hunc laudans Cœlius Aurelianus *Eraſiſtrati ſectatorem* appellat III. 14. acutor. ubi *de hydrophobia* ſcripſiſſe innuit. Artorium περὶ μακροβιότητος citat Clemens Alex. Pædagogi II. 2. pag. 153. Confer Reineſii Epiſt. ad Rupert. pag. 395. & inſcriptiones ejusdem veteres p. 609. Carolum Patinum in cenotaphium Artorii Medici Cæſaris Auguſti. Patav. 1689. 4.

Artram, Serapioni Simplicium cap. CCXXVIII. ex lib. de cibis.

Aruntius Achillas, Galeno lib. VII. Pharmacorum κατὰ γένη.

Aruntius, Vide ſupra in Albutio.

Aſaimeri, Avicennæ lib. V. tractat. I. cap. IV.

Aſanitus, Paulo Æginetæ lib. IV. cap. LV.

Aſan, Raſi lib. III. Continentis, cap. item III.

Aſaſcara, ſive *Aſaſcan*, niſi duo ſint, Raſi ejusdem operis, lib. IX. cap. IV. & lib. XII. cap. I.

Aſaveri, Serapioni Simplicium CCCCXVI. niſi ſit ille Aſaimeri.

Aſceos,

*) Briſſonius II. 3. ſelect. Antiquitatt. Juris. Pontacus ad Euſebii Chron. p. 513. Lambecius Bibl. Vindob. T. II. pag. 591. Menagius Amœnitatt. Juris cap. 35. &c. Recte diſtinguit Tiraquellus de nobilitate pag. 257.

Aſceos, eidem ejusdem operis cap. cccvii. & libro de Agricultura.

Aſcilimon, Raſi Continentis lib. xii. cap. ii. vide infra Aslamen.

Aſclapo Patrenſis, apud Ciceronem lib. xiii. epiſtolarum ad Servium Sulpitium, epiſtol. xx. & iterum altera ad Tironem lib. xvi. earundem, Epiſt. ix. Confer ſi placet Diarium eruditorum Italiæ T. xvii. pag. 77. 81. ſq.

Aſclepiades Bithynus, Κιανὸς a) ὃς καὶ Προυσεὺς ἐκαλεῖτο, ex *Cio* ſive *Pruſiade*, ætate magni Pompeji, orandi magiſter, nec ſatis in arte ea quæſtuoſus, ad artem medicam ſe convertit, repudiataque empirice totam medicinam ad cauſas b) revocando conjecturæ fecit, quinque res maxime communium auxiliorum profeſſus, *abſtinentiam cibi*, *alias vini*, *fricationem corporis*, *ambulationem*, *geſtationes:* Ipſe cognominari ſe à frigida danda (*ψυχρολούτην* *Harduin.*) præferens ut auctor eſt Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, jam ſuſpendendo lectulos, quorum jactatu aut morbos extenuaret, aut ſomnos alliceret, jam balineas avidiſſima hominum cupidine inſtituendo, & alia multa dictu grata & jucunda, magna auctoritate, nec minore fama. Hæc de Aſclepiade Plinius xxvi. 3. qui etiam occurrentem ignoto funeri, intellexiſſe quod adhuc viveret, atque ab rogo retuliſſe hominem c) & ſervaſſe teſtatur. Idem narrat Celſus II. 6. & pluribus Apulejus in floridis, tangit etiam Plinius lib. VII. 37. *Summa fama Aſclepiadi Pruſienſi condita nova ſecta, ſpretis legatis & pollicitationibus Mithidatis Regis, reperta ratione qua vinum ægris mederetur, relato e funere homine & ſervato: ſed maxime ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur ſi unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe: & victor, ſuprema in ſenecta* d) *lapſu ſcalarum exanimatus eſt.* Hujus Aſclepiadis quo ſe Medico amicoque uſum, quemque eloquentia viciſſe cæteros Medicos teſtatur Cicero lib. 1. de Oratore

a) Ita legendum apud Galen. T. IV. p. 372. nam Pruſias Bithyniæ antea Κίος, unde Κιανός. Vide Salmaſium multis hoc docentem p. 877. ſeq. ad Solinum, ubi Pruſiadem hanc à duplici Pruſa Bithyniæ diverſam fuiſſe oſtendit.

b) Ita leg. apud Plin. XXVI. 3. non *ad caſum.* ut Tiraquell. p. 255.

c) Similiter de Æſculapio Vibius ſequeſter: *Virbius Laconices, ubi Hippolytum Æſculapius arte medicina reddidit vitæ.*

d) Centum & quinquaginta annorum. Longavillius Harcuetus in hiſtoria Macrobiorum, Memoires de Trevoux A. 1718. Octobr. p. 639. *Aſclepiade, Medecin de Pruſſe* (leg. *de Pruſe*) *ſeroit encore en vie ſans une chute qui termina ſes jours a 150. ans.*

re cap. XIV. Vetus icon & monumentum ſervatur apud illuſtriſſimum Alexandrum Albanum, quod ſingulari diſſertatione nuper erudite illuſtravit V. C. Blaſius Caryophilus, Neapolitanus in parte prima diſſ. Miſcellanearum e) editarum Romæ 1718. 4. in qua de Aſclepiade hoc fuſius tractat, qui *Philoſophyſicus* Galeno T. II. edit. Baſil. pag. 283. (ubi perperam excuſum φιλοσοφικȣ̃ pro φιλοφυσικȣ̃.) Quoniam autem plures etiam fuere Medici Aſclepiades, juvat de his audire virum doctiſſimum Thomam Reineſium. Ita vero ille Epiſt. XLVI. ad Rupertum pag. 395.

i) Aſclepides hic ipſe, Apollonii Stratonis F. Eraſiſtratei diſcipulus, qui victus ratione potius quam uſu medicam. morbos curare inſtituit, qua de re Celſus lib. V. c. 1. & Plin. 16. 1. Mithridati ultimo expetitus temporeque Pompeji Magni verſatus Romæ, & inter Bithynos ἀξιολόγȣς κατὰ παιδείαν ἄνδρας memoratus à Strabone libro XII. p. 566. Is in Hippocratis libros quosdam commentatus eſſe ſcribitur à *Galeno Comm. in Hipp. l. de off. med.* Eique impudenter contradixiſſe *Menodotus* Nicomedienſis Empiricus, *lib. de ſubfiguratione Empir.* c. XIV. ſcripta ejus, quæ multa fuere, nomino *in hiſtoria medicorum.* Eum audivere & ſecuti ſunt *Titus*, qui librum de anima ſcripſit, laudatus *Cœlio Aureliano* 1. *de tard. paſſ.* c. V. & III. cap. V. *Chryſippus*, qui *de lumbricis*, eid. lib. IV. cap. VIII. *Themiſon* Laodiceus, eid. lib. I. cap. IV. cujus libros tres de tardis paſſion. & Epiſtolarum laudat *Cœlius* paſſim: qui tamen à Præceptore defecit & ſectam novam Methodicorum condidit, *Galen. Iſag.* cap. III. Arejus, *Gal. IV. de Comp. med. ſ. l. cap. V. num. 9.* Niceratus, Julius Baſſius, Petronius, Sextius Niger, & Diodotus, Ἀσκληπιάδαι πάντες, f) *Dioſc. præf.* Clodius, *Cœl. III. acut. 8. 4. tard. 9.* A. Clodium A. F. Medicum habes in Benev. apud Gruter. 8. p. DCXXXIII. Q. Clodium Q. L. Nigrum, MEDICUM OCULARIUM in Iſolana: utrum ex his pro Cœliano iſto Aſclepiadeo habeam, dubito; ſaltem Quintus iſte videtur ad Empiricos pertinere. Artorius quoque Aſclepiadis ſectator nuncupatur à *Cœlio 3. acut. 14.* qui de hydrophobia ſcripſerit: Is ipſe eſt qui Auguſto bello

e) Confer Bibliothecam veterem & novam V. C. Joannis Clerici T. XVIII. pag. 453. ſeq. & novam editionem hiſt. Medicinæ à fratre Davide Clerico vulgatam Amſt. 1723. 4. pag. 392. ubi icon illa vetus Aſclepiadis, & pag. 410. ſeq. ubi Caryophili Epiſtola Gallice verſa occurrit.

f) Hoc non de Aſclepiadis diſcipulis alii, ſed de Æſculapii poſteris interpretantur.

bello Philippenſi contra Brutum & Caſſium ægrotanti adfuit, *Valer. M. l. 1. cap. 7. Paterc. l. 2. Plutarch. in M. Bruto* Μάρκον Ἀρτώριον adpellat; meminit *Florus* l. 4. cap. VI. Ἀρτώριον ἐν τῷ περὶ μακροβιότιας citat *Clem. 2. Pædagog. cap. 2.*

Alter *Aſclepiades* junior dictus *Gal. 1. de Comp. Med. ſ. l. c. 1. n. 9.* qui memorabiles pharmacorum internorum & externorum compoſ. multis libris tradidit, eosque inſcripſit Marcellas, *id. l. d. 4. cap. 5. & 6.* Hic ille eſt quem cognominatum Φαρμακίονα vel Φαρμακεῶνα ideo dicit *l. 10. de ſimpl. med. fac. è cujus l. tertio extrariorum* deſcribit medicamenta ulceribus Chironiis & difficilibus ſanandis, *l. 4. de Comp. m. ſec. gen. 5. è libro 4. extrar.* malagmata lib. VII. cap. IV. & cap. X. myracopa. Vixit autem poſt Chariclem, *Gal. 2. de Comp. m. ſ. l. cap. 2. num. 7.* qui fuit Tiberianus, *Tac. 5. annal.* Neronis Domitianique temporibus. In eundem convenit, quod Niceten Smyrnæum, cui ad tantam molem corpus increverat, ut loco moveri nequiret, curarit, *Gal. l. de differ. morb. cap. 9.* ubi perperam editi Codd. Nicomachum adpellant. Floruit autem iſte ſophiſta Sacerdos Nicetes temporibus Neronis & proximorum, diſcipulum in Oratoria habuit Plinium, *hic l. 6. Ep. 6.* Meminit ejusdem *Seneca Controv. XXV. autor. dialogo de cauſis corr. eloq. Philoſtr. l. 1. vit. Soph.*

Tertius fuerit, quem reperi in lapide Roman. in via Nomentana prope D. Agnetis ædem effoſſo. Claſſ. XI. 3. pag. 608. Inſcription. Reineſii: *L. Arruntio Semproniano Aſclepiadi Imp. Domitiani Medico in Fronte P. XX. in Ag. P. XX.* Hujus fortaſſe avus paterve Arruntius, quem cum celeberrimis medicis, qui mercede annua CCL H-S. fuiſſent apud Principes, Caſſio, Calpetano, Albutio, Rubrio, numerat *Plinius lib. XXIX.* c. 1. Non diſſimulo tamen τὸ ASCLEPIADES videri profeſſionis potius & ſectæ nomen eſſe quam verum cognomen; eo prorſus modo quo in Græco Rom. apud Gruterum 1. p. DCXXXIV A. ΦΟΝΤΕΙΟΣ ΦΟΡΤΙΣ, Ασκληπιάδης τῷ γένει nominatur, quod eſſet unus ex Aſclepiadeis.

Quartus eſto iſte Adrianeus primi civis & gentilis, heres artis ac ſortaſſe nepos, a Calpurnio manumiſſus, de quo memorabilis inſcriptio vetus apud Arignanum in Eccleſia SS. Abundi & Abundantii (Reineſ. Claſſ. XI. 4. pag. 608.) *C. Calpurnius Aſclepiades Pruſa ad Olympiam, Medicus, parentibus & ſibi & fratribus Civitates VII.* *) *à Divo Traja-*

*) Confer Ezechielis Spanhemii Orbem Romanum pag. 29.

no impetravit. Natus III. Nonas Martias, Domitiano XIII. Coſ. eodem die quo & uxor ejus Veronia Chelidon, cum qua vixit ann. LI. ſtudiorum & morum cauſſa probatus à Viris Clariſſ. Adſedit Magiſtratibus Pop. R. ita ut in aliis & in Prov. Aſia Cuſtodiar - - - in urna Judicum. Vixit ann. LXX.

Quintus T. Αἴλιος Ἀσκληπιάδης, AVG. Libertus, Medicus Ludi matutini Chirurgus in Rom. apud Grut. 1. p. CCCXXXV.

Sextus, P. NUMITORIUS. P.L. ASCLEPIADES, Sevir Veronæ, MEDicus OCVLARius, in 4. p. CCCCXLIII.

His accedit ſeptimus quem exhibet (apud Reineſ. Inſcript. XI. 5. p. 610.) Smyrnæ effoſſus lapis quadratus in faſtigium deſinens ſurſum, in quo ſculpta ſtatua togata ad dextram, ad ſiniſtram cippus quadratus cui caput ſenis βαθυπώγωνος impoſitum, ſubterque adſtans puer: ad dextram ſtatuæ, faſciculus voluminum; in limbo ſuperiore lapidis iſta leguntur: Ασκληπιάδην Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρτεμιδώρου. Et in medio horum nominum ſertum ſive corona, cui inſculptum: ὁ Δῆμος.

Aſclepides Octavus denique Epheſius, de quo hæc inſcriptio vetus apud Fulvium Urſinum pag. 98.

Θ. K.

Ἔντε φίλοισι φίλοιο καὶ ἰητῆρος ἀρίστου
Παιδείης θ' ἱερῆς ἐγγύθεν ἁψαμένου.
Σῶμ' Ἀσκληπιάδου καὶ ὑέος ἐνθάδε Βήρου
Ὡς ἐπέισα φίλοις εἰς ἴδε τύμβος ἔχει.

Α. Φουλείῳ Φόρτι Ἀσκληπιάδῃ, τῷ γένει Ἐφεσίῳ βιώσαντι ἔτεσιν μ', μησὶν β', ἡμέρ. κέ. ὥρ, ζ. Ἐγναλία Βερσηὶς σύμβιος, μνήμης χάριν.

Illa Reineſii hiſtoria Medicorum *) cum nusquam exſtet, nec viderit lucem, conabor jacturam illam utcumque ſarcire hoc ſcriptorum Aſclepiadis Medici, ſi Apulejo in floridis credimus, ſolo Hippocrate minoris mihi obſervatorum elencho.

De communibus adjutoriis. *Cæl. Aurelian. II. 13. chron. & lib. 1. acutor. cap. 15.*

περὶ

*) Ad quam lectorem remittit ſupra pag. 88.

περὶ ἀλωπεκίας *Galen. T. 2.* pag. 157.
περὶ ἀναπνοῆς καὶ τῶν σφυγμῶν βιβλίον *Galen. T. 3. p. 51.*
De clyſteribus *Cælius Aurelian. II. 13. chron.*
Libri definitionum *Cæl. Aurelian. proœm. acutor. & II. 13.*
περὶ ἑλκῶν. Caſſius problem. XXX.
De periodicis febribus *Cælius Aurelian. II. 10. acutor.*
Liber de finibus (niſi legendum definitionum) *Cæl. Aurelian. III. 19. acutor.*
In obſcuriores Hippocratis libros ſcripſit teſte *Galeno T. 5. p. 665.* in librum περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον, *id. T. 5.* pag. 667. 674. 687. & Erotian. in σκέπαρνος.
Lib. II. explanatorio aphoriſmorum Hippocratis. *Cæl. Aurelian. III. 1. acutor.*
De hydrope *Cæl. Aurelian. III. Chron. cap. 8. bis.*
Libri de lue (cardiaca) *Cæl. Aurelian. II. 39. acutor.* ſcribens de peripnevmonicis. *id.*
Ad Mithridatem Aſclepiadis medendi arte clari volumina compoſita extabant, cum ſollicitatus, ex urbe Roma, præcepta pro ſe mitteret. *Plin. XXV. 2.*
Ad Eraſiſtratum ſcribens libros paraſcevaſticos. *Cæl. Aurelian. II. 13. Chron. Scribonius Largus præfat.*
Libri III. de celeribus ſive acutis paſſionibus *Cæl. Aurelian. proœmio acutar. paſſionum & in opere ipſo ſæpius.*
De pulſibus. *Galen. T. 3.* p. 51.
Libris ſalutarium ad Geminium *Cæl. Aurelian. II. 7. Chron.*
De tuenda ſanitate. *Celſus lib. 1. c. 3.* quo judice Aſclepiades *multarum rerum, quas ipſi quoque ſecuti ſumus, auctor bonus.*
περὶ στοιχείων Galen. T. 1. p. 56. 58.
Libri de vini datione. *Cælius Aurelian. II. 29. acutor.* de dando vino volumen *Plin. XXIII. 2.*

Aſclepiades junior cognomento Φαρμακίων, is eſt qui *libris decem de compoſitione medicamentorum* præclare ſcripſit, ac præterea *Theriaca*, & *de morbis muliebribus*, ὁ συνθέσεις φαρμάκων ἀξιολόγους ἐν δέκα γράψας βιβλίοις, χωρὶς τῶν θηλεκῶν καὶ γυναικείων. T. 11. pag. 325. Ex decem illis libris, quinque erant περὶ τῶν ἐκτὸς δυνάμεων de medicamentis extrinſecus adhibendis, inſcripti *Marcellæ*: cæteri quinque περὶ τῶν ἐντὸς, de internis, *Mnaſoni* inſcripti, ita enim legendum

gendum pro Μάσωνι. Neque exiguam laudem tulit hic Aſclepiades, quod etiam modum medicamenta præparandi & adhibendi perſpicue & diligenter annotavit, ut idem Galenus T. 11. p. 358. *χάρειν εἰδέναι χρὴ τῷ Ἀσκληπιάδῃ οὕτω σαφῶς γράψαντι.* id. T. 2. pag. 244. Libro primo τῶν ἐκτὸς ſpecialis titulus fuit *παντηγάθιον*, ſecundo ἡ Αἰγυπτία. id. T. 11. pag. 358. Vir eruditiſſ. Blaſius Caryophilus ſibi perſuaſit Aſclepiadem hunc etiam alio nomine appellatam fuiſſe Metrodorum. Sed verius eſt Methrodorum ab Aſclepiade diſerte diſtingvi apud Galenum, innuique Aſclepiadis ſectatorem T. 11. pag. 13. 14. edit. Baſil.

Notum denique, *Aſclepiades* pro Æſculapii poſteris poni ſive Cois ſive Cnidiis, ut apud Galen. T. IV. pag. 35. Horum Genealogiam & ſucceſſionem exponit Daniel Clericus V. C. in Hiſtoria Medicinæ Part. 1. ad calcem libri quarti.

Aſclepius citatus Aetio, alter ab Aeſculapio, qui & Aſclepius Græcis dicitur, ut diximus in Aeſculapio, ad quem etiam pertinet hæc inſcriptio vetus apud Fulv. Urſinum p. 98 *Aſclepio & Saluti Commilitonum Sex. Titius Alexander Medicus Cho. V. Pr. Domum dedit - - - - Aug. VIII. T. Flavio Sabino Cos.*

Aſirita Romanus, Galeno, ſi is eſt, in libro de medicinis expertis. p. 113.

Aslamon, *Asleman*, *Asliman*, hæc enim reperio apud Raſim libro primo Continentis, cap. VI. & libro nono, capite IV. & cap. V. non ſemel. Et forte eſt Aſciſimon de quo ſupra.

Aſpaſia cujus plura medicamenta refert Aëtius.

Aſpaſius, Galeno lib. Pharm. κατὰ τόπους, IX. cap. V.

Aſphalarteſius Galeno κατὰ γένη, lib. VII.

Aſtaron ſive *Aſtoron* de civitate *Tereſte*, autori illius libri Medicinarum expertarum, ubi dicitur quod fuit experimentator, familiaris Acoſtrois, de quo ſupra.

Aſterius, Aetio Tetrab. II. Sermo. III. cap. CXIII.

Aſtrocanus in illo libro Medicinarum expertarum pag. 109.

Aſuſtiſtara, Raſi lib. XI. Continentis cap. IV.

Atabari, Serapioni Simplicium cap. LXXIX. & ſeq. & cap. LXXXVII. & CVIII. & alibi ſæpe.

Atabuſius, Raſi lib. IV. Continentis cap. IV.

Ateuriſtus, quiſquis is fuit, apud Galenum, in præfatione lib. X. Simplicium, Ejus *de medicina ex animalibus* T. II. p. 131.

Athe-

Athenæus Tarſenſis, Cœlio Aureliano lib. II. Oxeon. cap. I.

Athenæus ſimpliciter Galeno memoratus Pharmacorum localium lib. IX. cap. V. & per genera lib. V. & in Introductione, ſive Medico, ſi is eſt & lib. VII. Therapeuticæ, & libro ſecundo de Semine, & lib. II. de cauſis Symptomaton atque alibi ſæpe. Et hunc *Attalenſem* (è Cilicia) fuiſſe ſcribit idem Galenus lib. IV. de differentiis pulſuum. Fuitque huic cum Poſidonio Philoſopho magna conſuetudo, cujus ætate vixit, & Aſclepiadis Bithyni, adverſus quem diſputantem Athenæum memorat Galenus T. I. pag. 56. Idem T. I. pag 240. notat illum in ſcriptis ſuis libenter uſum ἐπιστημονικαῖς ἀποδείξεσι. Citat ejus librum *tertium* T. IV. p. 391. *ſeptimum* qui fuit de ſemine T. I. p. 240. *vigeſimum quartum* T. III. p. 231. Athenæus hic præceptor Magni & Theodori: auctor ſectæ Pnevmaticæ quæ ſpiritum intus ali in omnibus corporibus contendebat, de qua vide Danielis Clerici hiſt. Medicinæ lib. IV. ſect. I. cap. 2.

Athenæus cui ſcholia græca in Nicandri theriaca tribuit Mich. Neander in elencho ſcriptorum quibus uſus Stobæus p. II.

Athenæi περὶ ὕδρων σύνοψις ἀκριβὴς, teſte Cangio, in Codice Colbert. 3614. De Athenæo Dipnoſophiſticon ſcriptore in quibus & ipſis phyſica varia ac medica occurrunt, dixi lib. IV. c. XX.

Athenagoras cujus memoria in numis Smyrnæorum, de quibus V. C. Rich. Mead p. 67. diſſ. de numis in honorem medicorum percuſſis. Tres alii ex ære, *Zeuxidianis* pariles, inſcripti: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΑΘΗΝΑΓΟΡΑΣ; adjecto *ad pedem cippi, prope ſtantis Iſidis figuram*, eoque jam planius delineato, *anſere.* Smyrnæ enim in templo Iſidis ea avis deæ ſacra paſcebatur; & ægrotans toties Ariſtides, ſanitatis recuperandæ ergo, geminos ei anſeres immolabat, uti ſupra ex ejus Orat. ſacra tertia oſtendimus. Quisnam fuerit hic *Athenagoras*, aut quo tempore vixerit, nondum comperimus. Sed cum iidem plane honores, qui *Zeuxidi* & *Iatrodoro*, in tribus ei nummis tribuantur; ut inter Iſidis & Aeſculapii ſacerdotes, ita quoque in medicorum illum numero habere nullo modo dubitavimus.

Athenippus ſive *Athenippius*, Scribonio Largo, Marcello Empirico & Galeno memoratus. Vide Jo. Rhodium pag. 67. ad Scribonium.

Athenodorus Plutarchi æqualis qui ejus meminit VIII. 9. ſympoſ.

Athenion, Cornelio Celſo lib. v. cap. xxv.

Athinæus, niſi ſit ille Athenæus, Galeno lib. xiii. Therapevticæ, Is, ut ibi dicitur, aſſeruit principem partem in corde eſſe.

Athryilatus Thaſius, Plutarcho Sympoſiacon decade iii. Problem. iv.

Athuriſtus, ſive *Aturiſtus* (utrumque enim reperio) apud Raſim lib. iii. Continentis, cap. i. non ſemel, & lib. iii. cap. vi. & lib. vii. cap. iii. & alibi ſæpe. Et idem forte eſt cum Ateuriſto de quo ſupra, aut cum Atoroſco, de quo mox dicemus.

Athurſekis, ibid. lib. iii. cap. iii.

Atimetus Galeno κτ̀ τόπȣς, lib. iii. cap. vii. & Marcello Burdegalenſi, cap. cxx. ubi illum dicit fuiſſe ſervum Caſſii medici. *Atimetus* Gordienſis. Vide Jo. Rhodium ad Scribonium pag. 188. ſeq. 194. & 259.

A. *Atius*. In veteri inſcriptione apud Fulv. Urſinum pag. 98. D. M. A. *Atius C. L. Archiater ſibi & Juliæ Primæ, Conjugi incomparabili.* Id. pag. 99. *P. Attius Atimetus Aug. Medicus H. S. E.*

Atlas Pamphilienſis citatus Galeno, ut notat Tiraquellus. Locum non reperi.

Atoroſcos, Raſi Continentis, lib. i. cap. vi.

Atorosphos, ibid. lib. ii. cap. v. & vi.

Attales Athenienſis, Attalus Plinio dictus, lib. xxii. cap. viii.

Attalio, qui ut tradit Galenus, ſcripſit in Aphoriſmos Hippocratis, quod & tradit Oribaſius, ſi is eſt, in præfatione Commentariorum in eosdem Aphoriſmos.

Attalum Regem Pergami pro medico citat Galenus, de compoſitione medicamentorum κτ̀ γένη, lib. i. & lib. x. De facultatibus ſimplicium medicamentorum, in præfatione, ubi ita illum citat, *Rex quondam noſter Attalus.* Nam & Galenus Pergamenus fuit, (ut dixi lib. iv. c. 17.) Hujus Regis meminit Plin. lib. viii. cap. xlviii. & lib. xxviii. cap. iii. ubi tradit illum ſcripſiſſe *de agricultura.* Nam & Varro lib. i. Rei ruſt. cap. i. & Columella lib. i. cap. item i. inter ſcriptores rei ruſticæ ponunt Attalum, *) quem hunc noſtrum Regem fuiſſe

*) Minus recte legitur apud Columellam *Attalus & Philometor*. Nam Attalus hic cognomento

fuiſſe exiſtimo. Cornelius autem Celſus lib. v. cap. xix. deſcribit emplaſtrum Attalum ſic, ut opinor, ab hoc Rege dictum. Nam & Marcellus Burdegalenſis, libro Medicamentorum cap. xxii. etiam deſcribit medicamentum Attali Regis. *Hæc Tiraquellus.* pag. 270.

Attalus alius ab illis, contemporaneus Galeni, ut ipſe dicit, lib. i. Antidotorum, in principio & lib. Therapevticæ xiii.] ubi & illum ait fuiſſe diſcipulum Sorani Methodici, T. iv. p. 178. eumque Θεσσά-λιον ὄνον, *Theſſalium aſinum* vocat, quod Theſſali ſectator eſſet. pag. 179.

Attrabyndus, Raſi lib. x. Continentis, cap. iii.

Aturſius, ibid. lib. iii. cap. vii.

Avenius citatus Petro Aponenſi in additione Meſue, quo loco tractat de ægritudinibus epatis.

Aven, Raſi lib. iii. Continentis, cap. iii.

Averrois cognomento *Commentator*, qui Anno hegiræ 603. CHriſti 1206. obiit, præter multa opera in primis laudata, Commentarios in Ariſtotelem non indoctos, ſed ineleganter admodum verſos, ſcripſit: & libros vii. in re medica, quibus *Colliget* titulum in ſcripſerunt, veluti univerſale. Vide *Abenraſt*, & quæ de hoc ſcriptore Joannes Leo Africanus de Medicis Arabibus cap. xx. infra in voce *Joannes*, & qui diligentius de Averroe & ejus ſcriptis tractat Nic. Antonius Bibl. vet. Hiſpanæ T. ii. pag. 240. ſeq.

Recentiores: Auguſtinus Galdadinus Mutineſis, cujus eſt docta præfatio in Galeni opera Latina, & translatio libri ejusdem Galeni de muſculorum diſſectione, & aliorum.

Auguſtinus Niphus Philotheus cujus eſt liber de morbo Gallico, & de diebus Criticis ſive decretoriis, & alii plurimi.

Auguſtinus Riccus Lucenſis, cujus ſunt nonnulli Galeni libri latinitate donati.

Auguſti Cæſaris compoſitionem medicamenti refert Plinius Valerianus lib. i. de re medica cap. xviii. *quo* inquit, *& libentiſſime utebatur & eam omnibus laudabat.*

L. Aviano

mento *Philometor* dictus fuit ut Harduinus ad Plin. obſervavit ex Strabonis XIII. pag. 624. & Plutarchi Demetrio pag. 897. Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας &c. Attali Pergami Regis de medicina ex animalibus laudat Galenus T. II. pag. 131.

L. Avianius. In vet. inſcript. apud Fulvium Urſinum p. 100 *DIs Manibus. L. Aviano L. F. Pup. Valeriano Medico. Vix. Ann. XLVII. M. IX. D. XV. L. Avianius LL. Stephanius Patr. Per. Ag. Cur.*

Avicenna ſive *Abenſina* defunctus circa A. C. 1186. de quo Leo Africanus de Medicis Arabibus cap. IX. infra in voce *Joannes*, & Nicol. Antonius lib. VII. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. III. Vita ejus ſcripta à *Sorſano*, diſcipulo exſtat ex Latina Nic. Maſſæ interpretatione. De ſcriptis Avicennæ editis vide ſi placet Mercklinum.

Avidianus.

Auramaſius, Raſi lib. V. Continentis, cap. I.

Aurelius *Cornelius Celſus*, de quo dixi lib. II. Bibl. Latinæ cap. IV.

Aurelius, ſimpliciter Galeno Pharmacorum κτ̀ τόπȣς, lib. V. cap. IX. T. II. pag. 237.

Aurifiaſius, Raſi Continentis lib. IV. cap. I.

Julius Auſonius Vaſatenſis, Valentiniani Magni Imp. Archiater & Præfectus Illyrici, cujus libros de Medicina lectos Vindiciano laudat in Præfat. Marcellus Empiricus. Pater hic Decii Magni Auſonii, Burdigalenſis, Poëtæ â quo celebratur his verſibus carmine I. Parental. pag. 110.

Primus in his pater Auſonius, quem ponere primum,
Etſi cunctetur filius, ordo jubet.
Cura dei, placidæ functus quod honore ſenectæ,
Undecies binas vixit Olympiadas.
Omnia quæ voluit, qui proſpera vidit: *) *& idem*
Optavit quicquid contigit, ut voluit.
Non quia fatorum nimia indulgentia: ſed quod
Iam moderata illi vota fuere viro.

Viveret

*) Dicto Auſonii Medici, *beatum eſſe, non qui habet quæ cupit, ſed qui non cupit quæ non habet*, imprimis delectatus Æſculapius noſtræ ætatis, Poliater hujus urbis celebratiſſimus D. Joachimus Bieſter, ut etiam albis amicorum inſcribere conſueverit hoc diſtichon ejusdem argumenti:

Felicem vidi, non qui, quæ vellet, haberet,
Sed qui per ſortem non data non cuperet.

Quem ſua contendit ſeptem ſapientibus ætas:
Quorum doctrinam moribus excoluit:
Viveret ut potius, quam diceret arte ſophorum,
Quamquam & facundo, non rudis ingenio.
Præditus & vitas hominum ratione medendi
Porrigere, & fatis amplificare moras.
Inde & perfunctæ manet hæc reverentia vitæ,
Ætas noſtra illi quod dedit hunc titulum:
Ut nullum Auſonius, *quem ſectaretur, habebat:*
Sic nullum, qui ſe nunc imitetur, habet.

Auſonium quoque filium Poëtam, cujus ſcripta habemus, medicis adſcribit Tiraquellus p. 295. quod ait multa ipſius Epigrammata inſinuare, ut 74. quo *Eunomum* Medicum imperitum ſalſe ridet. Omitto alia quæ notavit Thomas Bartholinus de Medicis Poëtis pag. 125.

Autolycus & ejus filii, quorum meminit Homerus lib. XIX. Odyſſeæ, in curatione vulneris Ulyſſis.

Avynaſius, Kaſi lib. V. Continentis, cap. I.

Axiologus Galeno lib. X. Pharmacorum localium cap. I. nam in Græco Codice legitur Ἀξιόλογος, quanquam Cornarius legit Ἀντίοχος Antiochus. Sed in edit. Baſil. T. II. p. 306. σφόδρα ἔφη ἀξιολόγως.

Axiorius, Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους, lib. V. cap. VII. T. II. p. 228.

Axius ocularius, ibid. Hunc enim & ſimiles ducimus medicis annumerandos, ſecuti ſententiam Vlpiani, qui ſcribit medicos & eos appellari, qui alicujus partis corporis vel certi doloris ſanitatem pollicentur, lib. I. §. Medicos, & ibi Bartol. ff. De varia & extra. cogni. quam ad hoc dicit no. Bald. in lib. I. colum. ult. C. Manda. Et ut ſcribit Cornelius Celſus in epiſtola ad Cajum Julium Calliſtum (ſi ea ipſius ſit, de quo dubito, quam tamen ejus nomine ac titulo Marcellus Burdegalenſis inſeruit in ſuo libro medicamentorum) *Multos*, inquit, *animadvertimus unius infirmitatis ſanandæ ſcientia, medici plenum nomen conſeqvutos.* Nam & apud Ægyptios, ut hoc addas, ita erat medicina diſtributa, ut ſingulorum morborum eſſent medici, non plurium, teſte Herodoto in Euter-

N pe. *)

pe. *) Cujuſmodi medicos Romæ frequentes fuiſſe tradit Galenus lib. de partibus artis medicæ, cap. II. Quanquam non video quomodo quis ſatis exacte poſſit intelligere morbum partis cujuſpiam affectæ, & curam illius, niſi & aliorum quoque ſciat. *Hæc Tiraquellus.* Videndum tamen an apud Galenum T. II. p. 218. nomen hujus ocularii Medici ſit Axius, & non potius *Stolus* Britannicus, qui à Galeno dicitur ἄξιος ὀφθαλμικὸς, dignus & præclarus curandis oculis Medicus, qualis ἰητροῦ ὀφθαλμῶν meminit etiam Herodotus III. I. Vide infra in *Evelpis.*

Ayſe, vide ſupra Aieyſe, & Hayſe.

Azanitus, ſive *Azanites*, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, libro quinto, To. II. pag. 379. & Paulo Æginetæ lib. IV. cap. LV. & libro ſeptimo, cap. XIX. & Aetio Tetrab. IV. Serm. II. cap. XXXIV. & Sermon. III. cap. XXI. Citatur & in Hippiatricis pag. 299. & à Nic. Myrepſo cap. XXI.

Azaramis, Serapioni Simplicium, cap. CCLI. & CCLXII. hujusque etiamnum libros habemus.

Azaricon, & *Andrizeas* in libro qui fertur ſub Galeni nomine de medicinis expertis.

Azarvi, Serapioni Simplicium, capite CCLI. & CCLXII. cujus etiam libros habemus.

Pro *Azarrio*, cujus practicam habere nos ait Tiraquellus, legendum *Azarphius* ſive *Azaravius*, idem cum ſuperiore.

Azoratus, ſcriptor Chymicus citatus ab Hortulano &c.

B.

Babillus ſive *Balbillus* vir optimus, in omni litterarum genere rariſſimus auctor laudatus Senecæ IV. 2. Nat. quæſt.

Bacchius, medicus Empiricus, Herophileus Galeno, T. III. pag. 47. 86. cita-

*) Herodotus II. 84. ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφὶ δέδασται. μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι, καὶ οὐ πλειόνων. πάντα δ᾽ ἰητρῶν ἐστι πλέα. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι, οἱ δὲ κεφαλῆς, οἱ δὲ ὀδόντων, οἱ δὲ κατὰ νηδὺν, οἱ δὲ τῶν ἀφανέων νούσων. *Medicina apud Ægyptios in hunc modum eſt diſtributa, ut ſingulorum morborum ſinguli ſint Medici, non plurium, medicisque referta omnia. Alii enim ſunt oculorum Medici, alii capitis, alii dentium, alii alui, alii occultorum morborum.*

citatur à Cœlio Aureliano lib. Chronicon II. cap. x. & Galeno lib. III. de differentiis pulſuum, & lib. III. Commentariorum *Epidemion* Hippocratis. Hic *Commentarios* edidit *in* VI. *librum* ejus operis, ut dicit ibi Galenus, in princip. & *in alios obſcuriores Hippocratis libros*. T. V. pag. 266. *in Aphoriſmos* T. V. pag. 328. alia vide T. IV. hujus Bibl. pag. 566. Βακχεία μάλαγμα ᾧ Καῖσαρ ἐχρήσατο. Galen. T. II. p. 412. *Gloſſas Hippocratis* laudat præter Galenum etiam Erotianus. Galenus quoque ejus ἀκροάσεις ſive *auſcultationes* & *compendium de pulſibus* citat lib. IV. de differentia pulſuum cap. VII. Idem an alius Bacchius Mileſius inter ſcriptores rei ruſticæ citatus à Varrone, Columella & Plinio. Vide ſi placet quæ de his aliisque Bacchiis dicta à me lib. III. cap. IX. pag. 262.

Bacchus decantatus ille in priſcis hiſtoriis atque fabulis Rex divinisque affectus honoribus: etiam Medicus ut eſt apud Plutarchum III. ſympoſiacon cap. I. p. 647. non eo tantum nomine fuit habitus, quod vinum invenit, ἰσχυρότατον φάρμακον καὶ ἥδιστον, medicamentum validiſſimum & ſuaviſſimum: ſed quod ederam quoque facultate ſua vino maxime reſiſtentem in honore habendam docuit, eaque bacchantes coronavit ut minus à vino læderentur, edera ſuo frigore ebrietatem reſtinguente. Multa alia huc facientia de Baccho apud Athenæum XV. pag. 675. atque aliis ejusdem ſcriptoris locis leguntur.

Bachmindus, Galeno alicubi citatus, notante Tiraquello. Sed locus ille me fugit.

Badigorius & *Bædigoroſus*, niſi ſint diverſi, quod minime credo, Raſi lib. Continentis III. cap. VI. & lib. IV. cap. I. & lib. VI. cap. I. non ſemel.

Bagayſius ibi, lib. IV. cap. I. ſæpius.

Bagelardus, qui de ægritudinibus infantium ſcripſit.

Bagniſius, niſi idem ſit cum Bagayſo, Raſi in eodem cap.

Bachtiſub, & Bachtiſus, & Bachtiſuch, nam hæc omnia reperio apud eundem, lib. VI. cap. IV. & lib. VII. cap. I. & IV. & lib. IX. cap. IV.

Ibnu el Baitar, de quo Joannes Leo Africanus cap. XIX. de vitis clarorum Arabum quem dabo infra in voce *Joannes*.

Baladius, Raſi lib. X. ejusdem operis cap. I.

Bamachitus, Galeno lib. VI. Simplicium.

Banchius, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, lib. VII. vitioſe pro Bacchius de quo ſupra.

Bandaſar, Raſi lib. XI. Continentis, cap. V. qui forte eſt Sandazar, de quo infra.

Baphullus, Galeno in lib. II. Antidotorum.

Baptiſta Fiæra Mantuanus, cujus ſunt commentaria in artem Galeni, & Quæſtio de attractione medicinarum ſolutivarum, & alia de virtute movente pulſuum, alia item de phlegmatico & bilioſo æqualiter febricitantibus, & alia multa opera.

Barbios, Serapioni Simplicium cap. XCVII. ex libro de Agricultura.

Barlaam, Βαρλαὰμ μοναχοῦ περὶ κεφαλαλγίας apud pſeudo Galen. περὶ εὐπορίστων. T. IV. edit. Baſil. pag. 459. Latinus interpres Tom. I. edit Junt. pag. 175. *Barnabæ monachi.*

Barptolemæus Argenterius, cujus meminit Geſnerus in ſua Bibliotheca.

Barptolemæus de Brugis.

Barptolemæus Cocles Bononienſis, medicinæ diſtillator, & Chirurgus.

Barptolemæus de Meſina Siculus.

Barptolemæus de Montagnana, qui inter cætera ſua opera edidit conſilia in hac arte eruditiſſima. De hoc loquitur JCtus Paulus Caſtr. Conſilio CCCLXXXII. *dubium iſtud*, libro ſecundo, in cujus ſpecie ſive facto, ut appellant, illum vocat egregium & famoſiſſimum medicinæ doctorem. In eum ſcripſit epitaphium Joannes Pannonius, ex quo hos verſus excerpſi,

Credo te Stygias mundo invidiſſe ſorores
Miratas raros tartara ad ima trahi.

Barptolemæus Sylvanius Salenenſis, qui ex Galeno quædam vertit.

Barptolemæus Troheron Anglus, qui chirurgiæ practicæ documenta ſcripſit lib. IX. & iterum epitomen lib. I.

Barzuiatus cognomento Sapiens, Serapioni Antidotorum cap. XVII.

Baſilius Ancyranus Epiſcopus medicæ artis peritiſſimus, ut ſcribit D. Hieronymus in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum cap. 89.

Βασιλείου Ἴκτου τοῦ Μελιτηνιώτου δίαιτα πρὸς βασιλικὸν νοτάριον τὸν γραμματικὸν σκευασία οἴνου. Pſeudo Galen. III. περὶ εὐπορίστων Tom. IV. pag. 460.

Baſilius,

Baſilius, ſive *Baſileus* ſimpliciter citatus Paulo Aeginetæ lib. IV. cap. LV. & lib. VII. cap. XIX. qui forte cum Ancyrano idem eſt.

Baſilium Magnum, rerum naturalium & artis Medicæ peritum laudat Greg. Nazianzenus monodia honori ejus dicata, & ipſe illius minime ſe imperitum oſtendit præclaris illis in Hexaemeron & de homine homiliis, de quibus dixi Volum. VIII. hujus Bibl. pag. 69. ſeq. Digna quoque ejus pietate ac judicio ſententia quam refert Antonius monachus, cui à diligenti ſtudio pulcherrima dicta è ſcriptis doctorum libandi, meliſſæ ſive apis cognomentum hæſit, lib. I. cap. LVI. οὔτε φευκτέον πάντῃ τὴν τέχνην, οὔτ' ἐπ' αὐτὴν πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἀκόλουθον, *neque aſpernanda ars medica, neque omnem in eam ſpem ponere conſentaneum eſt. Sed quemadmodum agricultura utimur, ſed fructus à DEO expetimus: gubernatori clavum navis committimus, DEUM autem oramus ut ex mari ſalvos ſervet, ita etiam adhibeamus Medicum, & à ſpe noſtra in DEUM ne remittamus.*

Baſius, vide Baſſus.

Recentioris ætatis Baſſianus Laudus Placentinus, cujus eſt Iatrologia ad Herculem Eſtenſem Ferrariæ ducem, & alia opera.

Baſſus, ſive fuit ille Baſius, ſive alius, Galeno Pharmacorum ſecundum locos lib. VII. cap. II. & ſecundum genera lib. VII. & Aetio Tetrab. II. Sermo. III. cap. XCIX. & Marcello medicamentorum cap. XXIX. vide *Caſſianus*, & *Julius*, & *Pomponius*, & *Tyleus*, & *Tullius Baſſus.* Baſſo librum de ſcriptis propriis Galenus dedicavit.

Baſſus ad quem ſcribit Hierocles Hippiatric. p. 2.

Baſſus Stoicus, niſi & idem ſit cum Tullio Baſſo apud Galenum ſecundum genera, lib. VII. T. II. pag. 419.

Baſus, niſi ſit unus ex illis, citatus Aetio Ser. XII. cap. XLIV.

Baverius de Baveriis, Bononienſis.

Bedigoras & *Bedigorus*, & *Bedagorus*, & *Budegorus.* Hæc enim omnia nomina reperio, ſed unum tantum eſſe exiſtimo, apud Serapionem libr. Simplicium cap. LVII. & LXXVIII. & XCV. & Raſin libro primo Continentis, cap. III. & V. & IX. & libro ſecundo, cap. IV. & alibi ſæpe.

Benedictus Nurſinus, Franciſci Sfortiæ familiaris, qui practicam rei medicæ ſcripſit.

Benedictus de Victoriis, Faventinus, qui ſcripſit libellum de morbi Gallici curatione.

Bengezar.

Benguaſit, qui ut opinor, eſt Abenguefit, de quo ſupra.

Berengarius Cathalanus, qui in Hippocratem & Avicennam ſcripſit quasdam quæſtiones.

Berenice cujus medicamenta laudat Aetius pag. 230. 616. b. 663. edit. H. Stephani. De pluribus fœminis ac Reginis hujus nominis conſules Adonidis hortos, Clariſſ. Bælii Lexicon hiſtoricum.

Bernardus Gordonius Gallus, cujus practica eſt, cui titulum fecit Lilium medicinæ.

Bernardus Felicianus, qui nonnulla ex Paulo Aegineta vertit.

Berotas.

Berthorius Monachus Benedictinus, Caſſinenſis abbas ante monachatum profeſſione medicus, multorumque in ea operum ſcriptor.

Bertrucius Bononienſis, cujus extat practica utilior quam elegantior, & quam magna ex parte ſeqvuntur medici Empirici.

Berytius & *Beritius*, Galeno Pharmacorum localium lib. IV. cap. VII. ubi ab eo dicit Berytium Pharmacum dictum, & iterum lib. IX. cap. V. Hunc quoque, vel alium ejus nominis ſæpius citat Conſtantinus Cæſar, aut quiſquis eſt, in Collectaneis Geoponicis. Vide Volum. VI. hujus Bibl. p. 507. Neſcio quare Berytius Bononienſis dicitur Lindenio de ſcriptis Medicis atque inde Mercklino.

Betarmen, aut ut alii vocant *Betarnem* Siculus, autori medicinarum expertarum, quæ Galeno aſſignantur.

Bezar dictus eſt quidam Medicus, velut à morte liberantem dixeris, quoniam noverat morſum rabidi canis perfecte curare. Idem Galen. de medicinis expertis ſub init.

Biblis, Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II.

Biennius, Galeno Pharmacorum localium lib. IX. cap. III. Βιεννίȣ T. II. pag. 292.

Biennites, niſi idem ſit, ejusdem operis lib. X. cap. I. Βιεννίτȣ φάρμακον T. II. pag. 307.

Bimaſui & *Bimmaſui*, apud Raſim in libris Continentis, ſæpiſſime. Citatur autem ex ſumma ipſius, ejus operis lib. IV. Et ex libro de complemento, ejusdem operis lib. V. cap. I. Et ex libro de febribus, ibid.

ibid. Et ex libro Nutricationum, etiam ibi. Et ex libro de cura prægnantis, lib. IX. cap. V.

Binabichalid Perſes, Raſi ejusdem operis, lib. VI. cap. I.

Binelhalleg, ibi, lib. IV. cap. I. & lib. V. cap. I.

Binmaſim, ibi lib. VI. cap. I. niſi ſit ille Bimaſui.

B*inſerapion* ibi, lib. IV. cap. I. & alibi ſæpiſſime. Joannes filius Serapionis, de quo poſtea.

B*ion* περὶ δυνάμεων, de herbarum viribus. Plin. infra *Cæcilius*.

Blaſius Aſparius *) Papienſis, qui ſcripſit libellum de curandis febribus, ante annos circiter trecentos.

B*odex*, Raſi Continentis lib. I. cap. IV.

B*oetus* ſive B*oethus*, apud Celſum lib. V. cap. XXI. Alius Flavius Boethus in cujus gratiam Galenus ſcripſit libros de Hippocratis & Platonis dogmatibus. Vide lib. IV. hujus Bibl. cap. XVII. pag. 536. 566. Boethi περὶ φύσεως. Laërt. VII. 148.

B*æus* ſcriptor ὀρνιθογονίας laudatus Plinio X. 3. Antonino Liberali & Athenæo.

B*olas*, cujus collyria deſcribit Aetius Tetrab. II. Ser. III. cap. XCIX. & cap. CIV.

B*olus* Mendeſius, Pythagoræus & Democriteus, de cujus ſcriptis dixi lib. II. hujus Bibl. cap. XIII. pag. 486.

B*onefet*, Raſi lib. I. Continentis, cap. III. ex libro de cultu terrarum.

Bonominus Bergomenſis, cujus extat liber de venenis, & alius Diverſarum quæſtionum.

B*onus præceptor*, quiſquis is eſt, citatus Galeno, lib. VII. Pharmacorum localium cap. III. Vide ſupra pag. 41. *Agathus*.

B*oton* Athenienſis quem audivit Xenophanes Phyſicus. Laërt. IX. 18.

B*otrys* ſive B*otryes*, Plinio in indice libri IV. & in nomenclatura medicorum, lib. XXIX. ejus compoſit. medicamenti Galen. III. I. κτ̀ τόπους Alius Botrys laſcivus ſcriptor apud Polybium, excerpt. Peireſc. pag. 52.

Branchaleon, vide Joannes Franciſcus Branchaleon.

B*rela* Croci Bohemiæ Principis filia, quam herbarum ac medicinæ peritam celebrat Æneas Sylvius (qui poſtea Pius II. Pontifex) in hiſtoria Bohemica cap. IV.

B*renitus*,

*) *Aſtarius*. Vide Geſnerum, Lindenium, Merklinum.

Brenitus, Galeno Pharmacorum localium IX. cap. IV. T. II. p. 300.

Britannicus, Galeno ibi, lib. IV. cap. VII. vide Stolus Britannicus.

Brunus Longoburgenſis, cujus extant opera in Chirurgia. MS. in Bibl. nobiliſſimi Frid. Roſtgardi in Codice ſcripto ante trecentos annos, una cum Rugenio & Theoderico. Vide Catalogum ejus Bibl. p. 524.

Brunus pater Dini de Garbo, de quo poſtea dicemus, chirurgiæ peritisſimus.

Bubikir, vide Albubeter.

Bucceieſu, Raſi Continentis lib. I. cap. IV.

Buctigeſu, ejusdem operis lib. II. cap. II. niſi idem ſit. Nam & alibi Buccigeſu, & Burcigeſus legitur, ejusdem lib. cap. III. & Buccijeſu, lib. II. cap. II.

Buctuſon ibi, lib. II. cap. II. niſi & idem ſit.

Budegorus, vide ſupra Bedigoras.

Bugerius.

Buhabylyha Arabs, cujus ſunt Tacuim, ſive tabellæ aut teſſerulæ, in quas totam prope medicinam redegit, uti etiam Elluchaſem, de quo infra dicemus.

Buhiel Hutaſivius, Raſi Continentis, lib. V. cap. I.

Bulchaſis, cujus extat liber de præparationibus medicamentorum, quem librum Servitoris vocant, alii Albucaſis & Albucaſa vocant, niſi ſint diverſi, vide Albucaſa. In Chirurgia ſua ad filios, in qua multorum ſingularium inſtrumentorum chirurgicorum pandit notitiam, & de vario cauterii uſu curioſiſſime Albucaſis præcipit citat Hippocratem, Galenum, Dioſcoridem. Caſtrationem lege ſua prohiberi ſcribit parte II. cap. 69. De extractione venæ cruris vide parte II. cap. 93. de qua exſtat eruditus commentarius Georg. Hieronymi Welſchii, quem de vena Medinenſi inſcripſit, ediditque Auguſtæ Vindel. 1674. 4. Judæis & Chriſtianis operam ſuam præſtitiſſe narrat Albucaſis parte II. cap. 96. Utor editione Argentorat. 1532. fol. quæ cum Octavio Horatiano lucem vidit. In calce legitur: *Explicit liber Chirurgiæ quem tranſtulit Magiſter Gerardus Cremonenſis in Toleto de Arabico in Latinum, qui liber eſt triceſima particula libri Azaragi quem compoſuit Albucaſim.*

Bureieſu, Raſi lib. I. Continentis, cap. III. ſed eum puto eſſe Bucceieſu, de quo ſupra.

Butaducus,

Butaducus, ibid. lib. III. cap. VII.
By*n Sabur*, ejuſdem operis lib. VI. cap. I. ex illius Antidotario.
By*nlatius* ibid. lib. XI. cap. III.
By*thonus*, cujus ex Georgii Vallæ lib. XVII. expetendorum & fugiendorum (qui eſt medicinæ IV. c. CCXXXII.) Tiraquellus meminit, nullus eſt, legendum enim B*ithynus*.

C.

Cadmus Agenorides Phœnicum rex, cui primitias herbarum afferre ſoliti ſunt Tyrii. Vide infra in *Chiron*.
Cæcilius Argivus ἁλιευτικῶν ſcriptor, qui verſibus heroicis de capiendis piſcibus ſcripſit teſte Suida & Athenæo lib. I. pag. 13. ubi male *Cæclus*, ut Caſaubono & Meurſio notatum. Hic addendus Thomæ Bartholino Medicos Poëtas recenſenti.
Cæcilius Bion Medicus Plin. XXVIII. 13. XXIX. 3. Hic in indice libri XXVIII. traditur ſcripſiſſe περὶ δυνάμεων, *de virtutibus* herbarum & aliorum medicamentorum.
Cæcilius, in commentariis. Plin. XXIX. 4.
Cæcilius Diætus. infra *Diætus*.
Cælius Aurelianus Siccenſis, cujus habemus libros de celeribus paſſionibus, quas Oxeon appellat, & de morbis chronicis, quos chronion vocat, id eſt, tardarum paſſionum, & eosdem quidem doctos, ſed ſtylum ſane Africum redolentes. Scripſit & libros Medicaminum, ut dicit lib. II. Chronion cap. IV. in fi. Et medicinalium reſponſionum, ut dicit ejusdem operis lib. I. c. I. & lib. II. cap. IV. & lib. III. cap. IV. Et γυναικείων, id eſt, paſſionum muliebrium, eo lib. VII. cap. IV. Et ſpecialium Adjutoriorum ibid. non ſemel, & Epiſtolarum Græcarum ad Prætextatum lib. II. cap. I. Vide quæ de hoc Cœlio ejusque editionibus dixi lib. IV. Bibl. Latinæ cap. XII.
Cæſar Auguſtus. Supra in Auguſto.
Recentioris ætatis Cæſar Landulphus, cujus eſt libellus de curis febrium. Lugd. 1532. & Baſileæ.
Cæſar Optatus Neapolitanus, cujus extant aliquot liminares epiſtolæ in ſcriptores medicos, & liber de febre hectica, nec non de criticis diebus & criſis eorum cauſis.
Cæſennius ſcriptor κηπουρικῶν laudatus à Plinio lib. XIX.

Cabruba, Raſi Continentis lib. x. cap. I.

M. Aelius Cajus Archiater. Mercurial IV. I. Var. Lect.

Cajus Julius Medicus Plinio lib. VII. cap. LIII. teſte, dum inungit, ſpecillum per oculum trahens, extinctus.

Cajus Neapolitanus, memoratus Galeno Pharmacorum κτ γένη, lib. V. T. II. pag. 387.

Cajus Ocularius, eidem Pharmacorum κτ τόπους, lib. IV. cap. VII.

Cajus Valgius, eruditione ſpectatus, quem de herbis imperfectum volumen ſcripſiſſe ad Auguſtum Imp. tradit Plinius XXV. 2,

Cajus ſimpliciter, unus, ut puto, ex illis, vel Aelius Cajus, de quo ſupra, hic citatur Cœlio Aureliano lib. Oxeon. III. cap. XIV. ubi illum dicit Herophili ſectatorem.

Calaf Judæus Catalanus, qui ſimpliciter citatur Calaf, Raſi lib. XI. Continentis cap. IV. & V.

Calaminus, ibid, lib. V. cap. I.

Calays, ibid. niſi ſit ille Calaf.

Calbamam & *Calbamen*, dicto lib. V. cap. II. & lib. XI. cap. I.

Callianax, Herophileus de quo Galenus illud ſcripſit, quod interrogatus à quodam ægroto num moreretur, reſpondit Homerico illo carmine lib. Iliados XXI.

κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. id eſt, ad verbum: *Occubuit & Patroclus, qui te multo præſtantior fuit.* Citatur à Galeno T. V. p. 495. ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἡροφίλου τε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

Callicles Empiricus Galen. T. IV. pag. 57.

Calligenes medicus Philippi Macedonum regis illius, qui adverſus Romanos belligeravit, cujus meminit Livius lib. X. belli Macedonici, ſive lib. XL. cap. LVI.

Callimachus Medicus qui de *Coronis* privatim ſcripſit, laudatus à Plinio XXI. 3. XXV. 13. XXVI. 8. Nam & hæc eſt quædam valetudinis portio *) teſte Plinio lib. XXI. cap. III. quod & videre licet ex Galeno lib. II. Pharmacorum localium cap. II. ubi deſcribit amuleta quæ capiti coronæ modo circumpoſita & alligata, dolorem ejus arcent: & Dioſcoride lib. IV. c. CXXVII. quo de Hippogloſſo tractat, ut nonnulli interpretes ibi intelligunt: & ipſo Plinio lib. XXIV. cap. X. ubi de ſmilace loquitur, & cap. XII. ſtatim poſt principium, & c. XIX. & lib.

*) Confer quæ de uſu coronarum Medico Carolus Paſchalius lib. I. de coronis cap. 14. ſeq.

&lib. XXVII. cap. XI. ſtatim poſt principium & ſq. ubi de Polygono tractat. Plutarcho Problematon Sympoſiacon decade III. cap. I. Marcello cap. I. non ſemel. Callimachus *Herophileus*. Galen. T. V. pag. 447. Et Erotiano præf. ubi inter eos qui Hippocratis voces explicarunt laudatur Apollonio Citieo teſte citato Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας.

Callinicus, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, lib. VII. T. II. pag. 411. Alius ut videtur Sophiſta cujus προσφωνητικὸν Γαληνῷ & πρὸς Κλεοπάτραν Suidas memorat.

Calliſthenes Ariſtotelis diſcipulus, qui de herbis ſcripſit, teſte Epiphanio ſtatim poſt princip. lib. I. Hæreſeon. *Anatomica* teſte Chalcidio. pag. 340.

Calliſtratus. Vetus inſcriptio apud Reineſium Claſſe IX. 69. pag. 633. è Ligorianis: καλῇ τύχῃ. Μ. Αὐφίδιος Μ. ἀπελεύθερος, Καλλίστρατος φυσικὸς ἰατρὸς ἀνέθηκεν.

Calpetanus Medicus. Gruteri Inſcript. f. 197. 3. Vide & ſupra in Albutio.

C. *Calpurnius Aſclepiades*. Supra Aſclepiade.

M. *Calpurnius Hilarus* de quo inſcriptio Vetus apud Fulv. Urſinum pag. 99. *Dis Manibus. M. Calpurnio M. F. Men. Voſſenio Vix. Ann. XXX. M. IIX. M. Calpurnius M. F. Men. Hilarus Medicus* *) *Ludi Magn. Fratri piiſſimo Fec.*

Calvus, vide Marcus Fabius Calvus.

Camachilis, Galeno lib. VI. Simplicium.

Cammachirus, ſive Camachirus, ibid. niſi idem ſit.

Canamuſalus de Baldach, cujus librum habemus de curandis oculorum paſſionibus.

Candidus, Aetio Tetrab. II. Serm. III. cap. CXIII.

Capito Ophthalmicus, id eſt, ocularius medicus, eidem Pharmacorum κατὰ τόπους lib. IV. cap. VI. vide an ſit Artemidorus Capito, de quo ſupra.

Capitonem ſimpliciter, quiſquis is fuit, ſive ille ſuperior, ſive Artemidorus Capito, de quo ſupra, citat Galenus in eodem cap. & in Commentariis Epidemion Hippocratis, & Aetius Tetrab. II. Ser. III. cap. LXXVII.

Caricles qui & Charicles, qui mortem Tiberii Cæſaris ex pulſu venarum pro-

*) Sic T. Ælius Aſclepiades ſupra pag. 90. atque Eutychus, infra, *Medicus Ludi Matutini*. Confer Fulv. Urſini imagines pag. 96.

pronunciavit, apud Tacitum lib. VI. c. 50. *arte inſignis, non quidem regere valetudinem Principis ſolitus, conſilii tamen copiam præbere.* Hujus meminit Suetonius in Tiberio cap. 72. Eundem aut alium ejus nominis citat Galenus Pharmacorum κτ̀ τόπους, lib. II. cap. II. & libro nono, capite quarto. T. II. pag. 180. 184. 272. 269. 299. 307.

Caridemus Eraſiſtrati ſectator, Cœlio Aureliano lib. III. Oxeon. cap. XV. vide Charidemus.

Carixenus, qui & Charixenus, & Charixenes, Galeno κτ̀ γένους lib. III. c. I. & lib. V. cap. VII. & lib. VI. cap. II. T. II. pag. 226. 262. 263. 268 271. 272. & Aetio Tetrab. Ser. IV. cap. LII.

Cark, Raſi lib. I. Continentis, cap. VI.

Carpitanus al. *Chaſpitanus*. Vide ſupra in Calpetano.

Carolus Figulus, qui de herbis & piſcibus ſcripſit.

Carolus Stephanus, Pariſienſis, qui libros Anatomicos ſcripſit, Pariſ. 1540. fol. & de nutrimentis libro tertio.

Carterus, Galeno Pharm. localium lib. VII. cap. IV. Fortaſſe eſt Craterus eidem quoque memoratus inverſa litera, de quo poſtea.

Carus, de quo extat epigramma Martialis lib. X. 77.

Nequius à Caro nihil unquam, Maxime, factum eſt,
Quam quod febre perit: fecit & illa nefas.
Sæva nocens febri ſaltem quartana fuiſſet,
Servari medico debuit illa ſuo.

Caſion ex Armenia anteriori, memoratus Galeno ſive autori incerto lib. de Medicinis expertis.

Caſſellius Chirurgus ſive dentium Medicus de quo Martialis X. 56.

Eximit aut reficit dentem Caſſellius ægrum
Infeſtos oculis uris Hygine pilos.
Non ſecat & tollit ſtillantem Fannius uvam,
Triſtia ſervorum ſtigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes,
Qui ſanet ruptos, dic mihi Galle, quis eſt?

Caſſio, Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II. niſi is ſit idem cum Caſione, vel unus ex Caſſiis de quibus mox dicemus.

L. Annius

L. Annius Caſſius Mithradorus Medicus, cujus mentio in veteri inſcriptione apud Sponium in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis p. 142.

Dionyſius Caſſius Uticenſis, inter ſcriptores rei ruſticæ laudatus à Varrone & Columella. Vide & Plinium XI. 15. & ſcholiaſtem Nicandri qui citat ejus ῥιζοτομικά.

Caſſius Jatroſophiſta, cujus ſunt medica problemata de animalibus Græca, Latinitati donata ab Hadriano Junio. De illis vide ſi placet quæ dixi lib. III. hujus Bibl. cap. VI. §. 38. pag. 169. ſeq. Vide & infra in *Geſſius*.

Caſſius ingenioſiſſimus ſæculi noſtri Medicus, inquit Cornel. Celſus in præfatione. Ab eodem citatur l. IV. c. XIV. & lib. V. c. XXV. & Galen. Phar. κτ̀ τόπους lib. IV. cap. VII. & lib. IX. cap. IV. non ſemel: T. II. p. 298. 300. edit. Baſil. & à Scribonio Largo de compoſitione Medicamentorum cap. 120. 176. ex quo potes intelligere eum fuiſſe tempore Tiberii Cæſaris: Cœlio Aureliano lib. Chronicon IV. c. V. & Aetio Tetrab. II. Ser. III. cap. XCIX. & Avicennæ ſæpe. Caſſii Pyrrhonii meminit Galenus in hypotypoſi Empirica cap. III. T. II. edit. Pariſ. pag. 341. *librum* ejus *de ſimilis ad ſimile tranſitu* memorans. Hic eſt Caſſius Scepticus ὁ Σκεπτικὸς (ubi perperam interpreti Caſſius Scepſius) de quo Laërtius in Zenone VII. 32. quod multa Citienſis illius Philoſophi reprehenderit. Meminit iterum VII. 34. Caſſium Severum Parmenſem memorat Plinius libr. XXXI. cap. II. Sed ille nihil ad Medicos.

Caſtinus Aetio citatus Tetrab. III. Ser. IV. cap. XLIV.

Caſtor, vide Antonius Caſtor.

Caſtricius ſcriptor κηπουρικῶν Plin. lib. XIX. pater fortaſſe T. Caſtricii Rhetoris celebris tempore Hadriani, de quo Gellius XIII. 20. & XI. 13. Vide de hoc tertioque M. Caſtritio Lexicon hiſtoricum Petri Bælii. Quarti mentio apud Svetonium Auguſto cap. LVI. Quintus Caſtricius Comes, præfectus Seleuciæ urbis, apud Ammianum Marcellin. XIV. 2.

Caſtus, Galeno lib. IV. & VII. Medicamentorum κτ̀ γένη: T. II. pag. 372. 403. 420. Raſi lib. IV. Continentis cap. I.

Catzginus Antiochenus, Avicennæ lib. V. tract. II.

Catilina regis Lithois medicus, autori medicinarum expertarum, quem nonnulli dicunt eſſe Galenum pag. 110. A. edit. Junt.

M. Catius Miltiades, Inſuber, ex Epicuri ſecta, cujus meminere Cicero XV. Epiſt. ad diverſos XVI. & XIX. & Horatius II. ſat. IV. ubi ejus præcepta ridet, licet ejus ſcholam perinde ut Virgilius *) videatur frequentaſſe. De eo Quintilianus X. I. *In Epicureis levis quidem ſed non injucundus tamen auctor eſt Catius.* Quatuor libros de rerum natura & ſummo bono ſcripſiſſe, nec non conviviorum præcepta digesſiſſe notat vetus ſcholiaſtes Horatii pag. 460. & 692. editionis Cruquianæ. De hoc Catio clariſſ. Bælius in Lexico.

M. Porcius Cato Cenſorius primus Romanorum, & diu ſolus uſus herbarum ſcripſit, nt dicit Plinius lib. XXV. cap. II. in principio. Et licet medicos inceſſerit, is tamen medicus fuit, ut videre eſt ex eodem Plinio lib. XXIX. cap. I. & altero Plinio Valeriano, lib. rei medicæ IV. cap. XXIX. & ex libro ipſius de re ruſtica infinitis locis, præſertim cap. quo deſcribit braſſicæ vires in re medica. Sed & ipſe librum ſcripſit, quo docuit, quo pacto quis incolumis ſervari, vel ægritudine liberari poſſit, ut tradit Plutarchus in vita illius p. 350. cum commemoraſſet Græcos Medicos ſuſpectus viſos fuiſſe. Catoni, quosque fugiendos ſuis unice ſuaſerit, *αὐτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι, καὶ τοῖς πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾶν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι.* Hic eſt *commentarius quo medetur filio, ſervis, familiaribus*, apud Plin. XXIX. I. De aliis Catonis ſcriptis & de editionibus libri de re ruſtica dixi in Bibl. Latina lib. I. cap. II.

Celadus Antinous. Vetus inſcriptio apud Fulvium Urſinum pag. 100. *Chreſtæ conſervæ & conjugi, Celadus Antinous Druſi Medicus Chirurg. bene merenti fecit. Ea vixit An. XVII.*

Celer Primipilaris, Galeno lib. VII. Pharmacorum κατὰ γένη, T. II. pag. 419. Is tametſi Primipilaris erat (quæ eſt dignitas militaris) de qua meminit Juriſconſultus, in l. Pater filium. §. Julianus ff. de legat. III. & Quintilianus lib. VI. cap. III. Tamen medicæ quoque artis peritus erat, ut hinc intelligas, nullam aliam artem, nullum ordinem ab hac abhorruiſſe.

Aur. Cornelius Celſus, de quo dixi in Bibl. Latina lib. II. cap. IV.

M. Livius Celſus Tabularius ſcholæ Medicorum. Mercurial. IV. I. Var. Lect. & de arte Gymnaſtica lib. I. cap. VII.

Cermi-

*) Heinſ. lib. 2. de ſatira Horat. pag. 98.

Cermiſonus, vide ſupra Antonius Cermiſonus.

Chæreſtus de re ruſtica, in Varronis Codicibus, qui apud Columellam libro & capite primo Chræſtus.

Charias Athenienſis Plinio lib. xx. cap. xxIII. Hic eſt Chæreas quem inter ſcriptores rei ruſticæ laudant Varro & Columella.

Chamul Bizagiſuch, Raſi lib. v. Continentis cap. I.

Chares Parius περὶ γεωργίας. Ariſtot. lib. I. Politic. cap. undecimo. Perperam excuſum περὶ γεωγραφίας T. x. theſauri Gronov. p. 1299.

Charicles, vide Caricles.

Charidemus Hermogenis Eraſiſtratei pater, Cœlio Aureliano Caridemus, vid. in Hermogene.

Charilampus. Galen. T. III. pag. 455.

Chariton, Aetio citatus Ser. XIII. cap. XVIII. Galeno ὀχλαγωγός.

Charixenus, vide Carixenus.

Charmides, Galeno lib. II. Antidotorum.

Charmis Maſſilienſis *qui damnatis non ſolum prioribus Medicis, verum & balneis* (calidis) *frigida etiam hibernis algoribus lavari perſuaſit. Merſit ægros in lacus. Videbamus ſenes Conſulares usque in oſtentationem rigentes. Qua de re exſtat etiam Annæi Senecæ* *) *adſtipulatio. Notum eſt ab eodem Charmide unum ægrum ex provincialibus, ducentis ſeſtertium millibus reconductum.* Plin. XXIX. I.

Chaſpitanus, ſive Charpitanus vide Calpitanus.

Chealfetebeni, Serapioni Simplicium, cap. CXCVII.

Chereas, Galeno Pharmacorum localium lib. V. cap. IX. leg. *Chæreas* de quo ſupra.

Chimraſius, Raſi, lib. VI. Continentis cap. I.

Chimon.

Sunt qui *Chironem* Centaurum medicinam ſimpliciter inveniſſe tradunt, ut Scholia Græca ad Iliad. δ'. 219. Hyginus, fabularum cap. CXXXVIII. & Scholiaſtes Græcus ad Arati v. 436. Germanicus Cæſar in Arati Pœnomena. p. 135. 136. Plutarch. III. I. ſympoſ. pag. 647. Τύριοι μὲν Ἀγηνορίδῃ, (Cadmo) Μάγνητες δὲ Χείρωνι τοῖς πρώτοις ἰατρεῦσαι λεγομένοις ἀπαρχὰς κομίζουσι. Et qui medicinam *Chirurgi-*

cam

*) Seneca Epiſt. 53. & 83. Confer quæ de ψυχρολουσίᾳ ſupra in Antonio Muſa.

cam a) ex herbis quoque reperiſſe, ut tradit idem Hyginus, poſtremi illius operis cap. CCLXVIV. Sunt & qui *herbariam* & *medicamentariam* comperiſſe volunt, ut recenſet Galenus, ſi is eſt, in introductorio ſive medico, poſt principium & ante eum Plin. lib. VII. c. VI. qui & alibi videlicet lib. XXX. cap. I. tradit Trojanis temporibus contentos fuiſſe illud ſeculum Chironis medicinis. Sed & alibi, ſcilicet lib. XXV. c. IV. & VIII. & lib. XXVI. c. XIV. in principio ſcribit *Centauriam*, Chironiam & *Panacem* Chironeon herbas ab eo nognominatas. De quo etiam Theophraſtus, lib. IX. cap. XII. & Nicander in Theriacis, & Dioſcorides lib. III. cap. LIII. & Apulejus Celſus, de viribus herbarum cap. III. Quin Plinius ipſe lib. XXIII. cap. I. prodit *vitem nigram* Chironiam quoque dictam. Et lib. XXV. cap. IV. Idem Chironiam *Spinam Pyxacanthon*. lib. XXV. cap. IV. Sed & Feſtus Pompejus ab eo inventum *Centaurum medicamentum* tradit. Ab hoc quoque dictum *vulnus Chironium* ſcribit Galenus lib. Terapeuticæ II. quoniam primus illud ſanarit. Quanquam Paulo Aeginetæ lib. medicinæ III. cap. XLVI. Chironia vulnera vocantur δυσαλθῆ, id eſt, quæ vix medicam curam recipiunt. Ideo ſalutarem Chironis manum b) requirunt, quod & idem dicit, quo loco tractat de vulneribus, quæ cacœthe vocantur. Et ante eum quoque dixerat ipſe Galenus lib. IV. de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη, in multis locis, & alibi ſæpe in eo opere, & nonnihil etiam Cornelius Celſus lib. V. cap. XXVIII. Et Euſtathius Homeri interpres, licet hanc appellationem aliunde ducant Ariſtoteles lib. III. Ethicorum ad Eudemum, & Plin. lib. XXV. cap. VI. Hinc Diodorus lib. V. tradit illum fuiſſe arte medicinæ inſignem. Hic Saturni & Phillyræ c) filius fuit, ut tradunt Euripides, Pherecydes, Pindarus, Pythiorum Ode VI. Hyginus lib. II. de ſignis cœleſtibus, & Fabularum cap. CXXXVIII. Apollonius Rhodius lib. Argonauticon II. Germanicus Cæſar in Arati Phœnomena, Plin. lib. VII. cap. LVI. & Servius

a) Confer M. Aurelium Severinum de efficaci Medicina lib. I. cap. 2. & Dan. Clericum Hiſt. Medicinæ pag. 30. ſeq. qui nomen ipſum Chironis huic ſententiæ ſuffragari annotat, ut Otto quoque Heurnius antiquitatibus Philoſophiæ Barbariæ pag. 107.

b) Parmenio ad Philotam apud Plutarchum in Alexandro pag. 692. χείρων μοι γίνε, *eſto mihi Chiron* & operam ac medelam affer.

c) Male Φιλάυρα in Chronico Paſchali pag. 36. 39.

& Servius in lib. Æneid. Sive Ixionis & Nubis, ut Suidas exiſtimat de rebus Theſſalicis libro 1. à Scholiaſta Apollonii laudatus. Columella quidem videtur voluiſſe filium Amithaonis, cum ſcribit lib. x. rei ruſticæ,

Hinc Amithaonius docuit quæ plurima Chiron.

Sed ut opinor, falſus eſt ex verſu Virgilii lib. III. Georgicorum,

Quæſitæque nocent artes, ceſſere Magiſtri
Phylirides Chiron, Amithaoniusque Melampus.

Tribuens, ſcilicet ipſe Columella Chironi, quod Melampi eſſet, de quo poſtea dicemus. Phylliridem à matre dicunt etiam Heſiodus, Apollonius Rhodius, Propertius, Ovidius & alii, Ovidius etiam Philireium. Sunt autem qui & patrem illius non Saturnum ſed Ixionem, d) & matrem non Philyram ſed e) Pelopenam ſive Pelopeam vocant. Hunc igitur Plutarchus in lib. de Muſica, pag. 1145. 1146. appellat muſicæ ſimul & juſtitiæ, & medicinæ doctorem: ὁ σοφώτατος Χείρων μουσικῆς τε ἅμα ὢν καὶ δικαιοσύνης καὶ ἰατρικῆς διδάσκαλος. Apollonius Rhodius lib. II. Argonauticon ſcribit Phœbum tradidiſſe Chironi filium *Ariſtæum*, quem è Cyrene ſuſceperat, educandum, quemque & medicinam & vaticinia doceret. Et Virgilius in carmine hendecaſyllabo de livore, Chironiam manum appellat,

Vivit pectore ſub dolente vulnus
Quod Chironiæ nec manus levaret. Et addit,
Nec Phœbus, ſoboles ve clara Phœbi.

Quod intelligitur de Apolline, de quo jam diximus, & Æſculapio hujus filio: Chironem quoque ut medicum memorat Papinius, lib. 1. Sylvarum in Soteriis, pro Rutilio Gallico,

Si qua ſalutifero gemini Chironis in antro,
Herba, &c. Et Propertius libi II. Eleg. 1.
Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon
Phœnicis Chiron lumina Phyllirides,

P Sed

d) Vide Natalem Comitem IV. 12. mytholog.
e) Jo. Boccacius VIII. 8. Genealogiæ Deorum ex Lactantio.

Sed ante hos Orpheus in Argonauticis, ita de Chirone loquitur,

ὅς ῥα δικασπολίῃ μέλεται καὶ ἀκεύμασι νούσων.

Qui juſtitiæ vacat, & medelæ morborum.

Hunc quoque docuiſſe Æſculapium f) medicinam, ſcribit Homerus lib. IV. Iliados. Quoniam autem medicinæ repertor Chiron, ut Plinium ſecutus Antonius Sabellicus,

Aſt Arabus, quem Phœbe tibi Babylona creaſſe
Fama refert, medicæ fertur dator artis & author,
Repperit Hæmoniæ Chiron vetus incola terræ
Herbarum medicas vires, & nomina primus.

Ideoque tradit Plutarchus Sympoſiacon Decad. III. cap. I. Magnetes ipſi Chironi primitias herbarum offerre ſolitos. Τύριοι μὲν Ἀγηνορίδῃ, Μάγνητες δὲ Χείρωνι τοῖς πρώτοις ἰατρεῦσαι λεγομένοις ἀπαρχὰς κομίζουσι. Hiſce præeunte p. 237.238. Tiraquello obſervatis adde quæ de Chironi tributis ὑποθήκαις ad Achillem & ἱππιατρικῷ notavi lib. I. hujus Bibliothecæ c. III. Picturam autem Codicis vetuſtiſſimi Dioſcoridis in Bibl. Cæſarea, ubi Chiron præſidet in Concilio Medicorum cum Machaone, Nigro, Heraclide Tarentino, Mantia, Xenocrate & Pamphilo, exhibet poſt Lambecium II. p. 525. & Neſſelium III. pag. 5. Bellorius, & T. III. theſauri Gronovius litera I. quater repetita.

Chleras, ὁ Χληρᾶς Galen. T. II. pag. 419.

Choſi & *Chozi*, Serapioni Simplicium cap. XCIII. & alibi, vide Chuzi.

Chriſtianus Soter Limothermæus, quam nonnullos Galeni libros in Latinum vertit.

Chriſtianus alius, Serapioni Simplicium cap. CCLXXXII.

Chriſtiermus Morſianus Danus, cujus præter res medicas extat Arithmetica.

Chriſtophorus Balliſta Pariſienſis, qui de re medica libros ſcripſit.

Chriſtophorus Barzianus, ſive Barzezlus Pergamenſis, cujus extat liber de cognitione & cura febrium, & introductorium, ſive Janua ad omne opus practicum medicinæ.

Chri-

f) Adde quæ de *Achille* medicinam per Chironem docto ſupra pag. 29. & Lambecius T. 2. Bibl. Vindob. pag. 525.

Chriſtophorus Clauſerus Tigurinus, cujus eſt dialogus Germanicus de urinæ judicio.

Chriſtophorus Georgius de Honeſtis, Florentinus, cujus ſunt Commentarii in Antidotarium Meſuæ.

Chriſtophorus Heyll Vuisbadenſis, qui ſcripſit artificialem medicationem, & quosdam Galeni libros in Latinum vertit.

Chriſtophorus Oroſcius, cujus extant annotationes in Aetii & Pauli Æginetæ interpretationes.

Chryſanthus Gratianus, Galeno Pharmacorum localium lib. III. cap. I.

Chryſaris, Galeno in libro cui titulus eſt, Linguarum Hippocratis expoſitio.

Chryſermus, Plinio lib. XXII. cap. XXII. Galeno lib. IV. de differentiis pulſuum, & lib. IX. Pharmacorum localium cap. II. T. II. pag. 293. Herophilius Medicus teſte Sexto Empirico Pyrrhoniarar. inſtitut. lib. I. cap. XIV. Chryſermi Corinthii mentio apud Ælian. XI. 35. de animal.

Chryſippus Solenſis, magna porticus gloria, de quo dixi lib. III. cap. XV. inter plura ſeptuagentis quæ ſcripſit volumina non pauca etiam compoſuit ad rem phyſicam & Medicam illuſtrandam pertinentia, ut libros περὶ φύσεως, quos laudat Plutarchus: φυσικὰς θέσεις, φυσικῶν ζητημάτων, περὶ κινήσεως, περὶ ψυχῆς, περὶ παθῶν, περὶ ὀνείρων. Vide Jonſium lib. II. cap. VII. ex quo Chryſipporum Medicorum, à Philoſopho hoc Stoico diligenter diſtinguendorum accuratam notitiam, obſervationibus meis paſſim auctam ſubjiciam.

Chryſippus Cnidius Medicus fuit tempore Ptolemæi Lagidæ, à quo ſe multa didiciſſe τὰ μάλιστα ὠφελῆσθαι, fatetur Eraſiſtratus apud Laertium lib. VII. 186. Galenus quoque lib. *de venæ ſectione contra Eraſiſtratum cap. 2. & 7.* & lib. *contra Eraſiſtrateos de venæ ſectione cap. 2. 4.* lib. *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem c. 2.* eum *Eraſiſtrati* præceptorem facit & autorem ſententiæ de venæ ſectione improbanda. T. IV. pag. 1. 4. 5. 8. Præceptorem item *Ariſtogenis* ac *Medii.* idem pag. 8. ab Eraſiſtrato impenſe laudatum. id. T. IV. pag. III. 14. Fortaſſe hic eſt Chryſippus ille Praxagoræ æqualis, qui poſt Dioclem Caryſtium & ante Eraſiſtratum vixiſſe dicitur apud Plinium XXVI. 2. Meminit hujus Chryſippi, & *Metrodorum* quoque Medicum illius diſcipulum fuiſſe teſtatur Sextus Empiricus adverſus Grammati-

P 2 cos

cos cap. XII. ſect. 258. Πυθιὰς δὲ ἡ τοῦ Ἀριςοτέλους θυγάτηρ, τρισὶν ἀνδράσιν ἐγαμήθη, πρῶτον μὲν Νικάνορι τῷ Σταγειρίτῃ, οἰκείῳ ὄντι Ἀριςοτέλους, δευτέρῳ δὲ, Προκλεῖ Δημαράτου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἀπογόνῳ, ὃς καὶ δύο ἐξ αὐτῆς τίκνοῦται παῖδας Προκλεά τε καὶ Δημάρατον τοὺς παρὰ Θεοφράςῳ φιλοσοφήσαντας. Τρίτῳ δὲ, Μητροδώρῳ ἰατρῷ Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ, Ἐρασιςράτου δὲ ὑφηγητῇ, ᾧ γίνεται παῖς Ἀριςοτέλης. *Pythias autem filia Ariſtotelis nupſit tribus viris: primum quidem Nicanori Stagiritæ, familiari Ariſtotelis: ſecundo autem Procli, qui genus duxit à Demarato Rege Lacedæmoniorum, qui duos ex ea ſuſcepit filios, Proclem & Demaratum, qui Philoſophiæ dederunt operam apud Theophraſtum: Tertio autem Metrodoro Medico, Chryſippi quidem Cnidii diſcipulo, præceptori autem Eraſiſtrati, cui natus eſt filius Ariſtoteles.* De eodem Celſus Præf. & Plinius XXIV. I. *Horum* (Hippocratis & Prodici) *placita Chryſippus ingenti garrulitate mutavit, plurimumque etiam ex Chryſippo diſcipulus ejus Eraſiſtratus.* Errorem ejus circa febres perſequitur Galenus Tom. V. pag. 454. Meminit & lib. II. commentar. de natura hominis, & alibi. Hic forte eſt Chryſippus ille, cujus diſcipulorum quidam non ignobilis apud Antigonum Regem negat hydropicum quendam eſſe ſanabilem, cum alter Medicus Philippus Epirota id affirmaret apud Celſum III. cap. XXI. Quia vero Philippus ille Epirota idem eſſe videtur ac Acarnan ille Philippus Alexandri M. Medicus, cum Acarnania Epiri regiuncula ſit: idcirco eundem hunc Chryſippum putamus de quo agimus, qui Alexandri M. & Lagidæ temporibus floruerit. Hunc cum Chryſippo Solenſi, Philoſopho Stoico perperam confundi à Petro Caſtellano, notarunt Reineſius III. Var. Lect. pag. 641. & Menagius ad Laërt. VII. 186.

Chryſippus Cnidius prioris filius, Ptolemæi Medicus erat, qui apud Regem delatus, flagellis eſt cæſus, & affectus ſupplicio teſte Laërtio loco citato.

Chryſippus Medicus, qui cum Eudoxo Cnidio Medico, Platonis auditore in Ægyptum profectus eſt, teſte Laërtio libr. VIII. ſect. 87. fortaſſe idem eſt cum Eraſiſtrati præceptore, ut ſuſpicatur Jonſius, quod etiam perſuaſum Danieli Clerico Hiſt. Medicinæ p. 291. Addit Laërtius VIII. 89. in Medicis Magiſtro uſum Philiſtione, in

Philo-

Philoſophia Eudoxo, & pulcherrima ſcripta reliquiſſe *Chryſippum*, Erinei filium Cnidium. τύτυ (Εὐδόξυ) διήκυσε χρύσιππος Ἐρίνεω Κνίδιος τάτε περὶ θεῶν καὶ κόσμυ καὶ τῶν μετεωρολογυμένων, τὰ δὲ ἰατρικὰ παρὰ Φιλιςίωνος τῦ Σικελιώτυ. κατέλιπε δὲ καὶ ὑπομνήματα κάλλιςα.

Chryſippus Ariſtagoræ F. ſuperioris Chryſippi *) nepos, Aethlio præceptore eſt uſus, qui edidit θεραπεύματα ὁρατικὰ τῶν Φυσικῶν θεωρημάτων, ὑπὸ τὴν διάνοιαν αὐτῦ πεσόντων teſte Laërtio lib. VIII. ſect. 89. Æthlius autem hic idem ſit cum illo Æthlio, qui de Samiorum finibus ſcripſit, incertum eſt. Diverſus eſt Æthlius ille apud Laërtium in *Diogene* VI. 44.

Chryſippus quidam Eraſiſtrati, qui ſub Antiocho Sotere & Ptolemæo Philadelpho vixit, diſcipulus fuit teſte Laërtio lib. VII. pag. 89. Nimirum ut Grammaticorum variæ erant ſectæ Callimachea, Zenodotea, Ariſtophanea, Ariſtarchea, Aratea, Cratetea: ſic & Medicorum Hippocratica, Eraſiſtratea, Herophilea. *Herophilus ſubtilioris ſectæ conditor* ait Plinius XXVI. 2. Hinc *Herophilei* apud Galenum lib. IV. de dignoſc. pulſibus c. 2. 33. 1, 3. Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλυ οἰκίας inquit Erotianus procemio Lexici in Hippocratem. Callimachus nimirum Medicus ille, quem cum Mneſtheo (verius Mneſitheo Athenienſi illo Medico Logico apud Galenum lib. I. *de ſimpl. medic. fac.* cap. XXXVI. & lib. *quæ Julianus in Hippocr. cap.* V. Autorem libri qui *Medicus* inſcribitur, Athenæum III. p. 17. XI. 10.) *de coronis* ſcripſiſſe autor eſt Plinius XXI. 3. Ariſtoxenus quidamHerophileus memoratus apudGalenum: ChryſermusHerophileus apud Galenum *de differ. Pulſuum* lib. IV. cap. VIII. & apud Sextum Empiricum *hypotyp. Pyrrh.* lib. I. fol. 17. Dioſcorides Phacas juxta Galenum *explan. gloſſarum præfat.* Heraclides Erythræus apud

*) Græca ita ſe habent: Τύτυ (χρυσίππυ) γέγονε παῖς Ἀρισαγόρας, ὗ χρύσιππος Ἀεθλίυ μαθητής: quæ ita redduntur in edit. Marci Meibomii: *Hujus filius Ariſtagoras, cujus Chryſippus, Aethlii filius, diſcipulus fuerit.* Sed altera quæ Jonſio probatur interpretatio, mihi magis placet, & notum, nepotibus avorum nomina impoſita frequenter fuiſſe.

apud Galenum libro citato cap. x. & lib. de arte Medicin. cap. I. Demetrius apud Cœl. Aurel. lib. II. Chron. cap. x. & lib. III. cap. VIII. Alexander Philalethes, de quo Galenus *de differ. pulſuum* IV. 4. Demoſthenes Alexandri Philalethis diſcipulus (non *doctor*, ut viſum Cl. Reineſio Var. 1, 2.) libri, qui Ophthalmicus inſcribebatur, autor de quo Strabo XII. Galenus lib. IV. *de diff. pulſuum* cap. IV. V. X. Oribaſius lib. VIII. *Synopſ.* cap. XL. Aetius Tetrab. II. Serm. III. aliique. Bacchius Galeno *de differ. pulſuum* IV. p. 6. contra quem ſcripſit Heraclides Tarentinus libros tres, quibus Apollonius Cittieus XVIII. libris reſpondit, teſte Erotiano. Apollonius Mys, de quo ſupra. Speuſippus Medicus Alexandrinus Herophileus apud Laërtium lib. IV. *Speuſ.* & Athenæum VII. 14. Zeno quidam Herophileus, apud eundem Diogenem lib. VII. 35. Galenum *gloſſis Hipp.* κάμμωρον & lib. IV. *de differ. pulſuum* cap. VIII. Hunc refutavit Ariſtoxenus teſte Galeno *de diff. pulſuum* IV. 8. & Apollonius Byblas apud eundem Galenum com. II. ad III. *Epid.* Dicebantur quoque alii *Hippocratici.* Sic Dioxippus Hippocraticus appellatur apud Gellium XVII, II. Galenum lib. *de optima ſecta ad Thaſybulum* cap. XIV. Alia erat ſecta *Emſiſtratea* ab Eraſiſtrato Medico ſic dicta. Hinc *Eraſiſtrati ſchola* apud Plinium XX. 9. Hæc Eraſiſtratea & Herophilea ſchola ab obitu Herophili floruit teſte Galeno *de diff. pulſuum* IV. 2. dicuntur *Eraſiſtratei* apud Galenum lib. *de venæ ſectione contra Eraſiſtratum* cap. VII. & VIII. lib. I. *de dignoſ. pulſibus* cap. III. Tertullianus Apolog. *ab Eraſiſtrato*, inquit, *Medici: ab Ariſtarcho Grammati.* Huic ſectæ favebat Ptolemæus Medicus apud Cœlium Aurel. *Chron.* lib. III. cap. VIII. Menodorus Eraſiſtrateus inde appellatus eſt Athenæo II, XVIII. ubi Heceſii Medici familiaris fuiſſe dicitur. Atque & hic Hiceſius Eraſiſtrateus dicitur Athenæo III. x. Teſtis quoque eſt locus Strabonis. l. XII. in fine, συνέστηκε καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον ἡροφιλίων ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλαλήθους. Καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων ἐν Σμύρνῃ τὸ τῶν Ἐρασιστρατίων ὑπὸ Ἱκεσίου. *Constructa eſt* (prope Laodiceam ad Lycum) *ætate noſtra maxima Herophileorum Medicorum ſchola à Zeuxide, & poſtea ab Alexandro Philalethe: ut tempore patrum noſtrorum Eraſiſtrateorum Medicorum ſchola Smyrnæ ab Hiceſio.* Eraſiſtratei dicuntur Xenophon & poſt eum Apollo-

Apollonius Memphites Autori, qui alias Galenus fuiſſe creditur, libro *Medico* cap. x. Hujus Eraſiſtrati Medici diſcipulus fuit Chryſippus noſter, quem libri *de Braſſica* authorem facit Camerarius Catalogo Autorum R. R. annexo libro ejus de Re Ruſtica 12. Norib. MDXCVI. edito, ex Plinii xx. 9. *Braſſicæ laudes longum eſt exequi cum & Chryſippus Medicus privatim volumen ei dicaverit.* & Plinio Valeriano IV. 29. *nunc ad Medicos tranſeamus, ex quibus* Chryſippus *peculiarem braſſicæ librum dicavit, omnium morborum ex ea remedia continentem.* Chryſippum περὶ λαχάνων laudat Scholiaſtes Nicandri Ab hoc fortaſſe dicta Chryſippea herba apud Plin. XXXVI. 9.

Chryſippus quidam γεωργικῶν *de re Ruſtica librorum* author laudatur Laërtio lib. VII. 186. Non meminere ejus qui plures hujus argumenti recenſent Varro & Columella, ut vel junior vel minus nobilis fuerit.

Chryſippus quidam inter Medicos Veteres recenſetur à Cœlio Aurel. lib. I. cap. IV. tardarum paſſionum. Meminit ejus iterum alibi & lib. II. cap. V. *Aſclepiadeum* hunc nominat ejusdemque *de lumbricis* librum tertium citat idem lib. IV. cap. VIII. & libro II. cap. XII. de acutis paſſionibus laudatur Chryſippus *ſcribens de catalepticis.* Diverſus autem videtur à Chryſippo Cnidio, Eraſiſtrati præceptore. Aſclepiades enim hic (diverſus omnino ab Aſclepiade Medico illo Pompeji M. ætate apud Plinium XXVI. 3. quem craſſo errore confuſum videmus cum Aſclepiade Myrleano tempore Ptolemæi Evergetis apud Suidam Ἀσκλήπ.) Eraſiſtrato fuit æqualis & illius libros ad hunc ſcriptos citat Cœlius Aurel. Chron. lib. V. cap. II. ſed adverſus Eraſiſtratum potius ſcripti Aſclepiadis libri dici debent, ut ille Pompei æqualis Aſclepiades intelligatur, & forte ideo Aſclepiadeus dicitur, quod ab Æſculapio genus ducat, ut idem ſit cum Cnidio.

Laudat Galenus lib. II. *de diff. pulſuum* cap. X. *Chryſippum* Medicum Cilicem, autorem ſectæ Medicorum Pnevmaticæ, quam amplexi erant *Magnus* teſte eodem lib. III. *diff. pulſuum* cap. II. *Archigenes* ibidem cap. III. *Agathinus* & *Athenæus* Attalenſis ibidem cap. VI. & IV. X. quæque Stoicorum decreta probat teſte lib. II. cap. X.

Chryſippum medicum quendam laudat Rufus περὶ τῶν ἐν νεφροῖς cap. περὶ φλεβοτομίας. Idem autem fuerit hic cujus καταπλασμα Rufus refert cum

cum illo, cujus Tertullianus lib. *de anima* meminit, & cum quibusdam eorum, quos ſupra commemoravi, difficile erit affirmare. Malo hic diſtinguendo eosdem, inquit pag. 157. Jonſius, errare, quam diverſos confundendo.

Chryſippus quidam auctor Medicamenti quod Diocydon vocant, laudatur Plinio Valer. lib. IV. cap. XVIII. citatur etiam lib. IV. cap. XXI. ſed & hic forte idem cum aliquo ſuperiorum.

Chuzi, & Chuz, & Chuſi, & Cus, & Chus, niſi ſint diverſi, quod minime puto, Raſi lib. Continentis I. cap. V. & lib. II. cap. II. & lib. III. cap. II. non ſemel, & cap. III. etiam non ſemel, & cap. V. VI. & VII. Et hic, ni fallor, idem eſt cum Choſi, & Chozi, de quo ſupra.

Cienus, *qui & Pruſias dictus eſt Herodoto in Introductione ſive Medico, quem plerique Galeni eſſe putant.* Hæc Tiraquellus ex corrupto Galeni loco. Nam Aſclepiades ὁ Κιανὸς intelligitur, vide ſupra p. 87.

Cimon, Galeno Pharmacorum localium lib. III. cap. I.

Circe ſoror Medeæ, filia Æetæ & Hecates herbarum perita & venenorum, de qua Homerus Odyſſ. x. Diodorus Siculus lib. IV. p. 248. τὴν Κίρκην ἐς φαρμάκων παντοδαπῶν ἐπίνοιαν ἐκτραπεῖσαν ἐξευρεῖν ῥιζῶν παντοίων φύσεις καὶ βοτανῶν δυνάμεις ἀπιστουμένας. οὐκ ὀλίγα μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἑκάτης διδαχθῆναι, πολὺ δὲ πλείω διὰ τῆς ἰδίας ἐπιμελείας ἐξευροῦσαν, μηδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολιπεῖν ἑτέρᾳ πρὸς ἐπίνοιαν φαρμακείας. Plin. XXV. 2. Tibullus II. 4. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni.* & IV. I, 61. *Solum nec doctæ verterunt pocula Circes.* Vide Naudæum Apologia pro Magis pag. 275. Gronov. T. II. theſauri tabula VI.

Ciſadra, Raſi Continentis, lib. VI. cap. I.

Ciſſophontis malagma apud Aetium pag. 415. edit. H. Stephani.

Claudianus citatus Plinio Valeriano lib. Rei medicæ III. cap. XLV. Et hic forte eſt cujus amici ſui meminit Galenus lib. I. Pharmacorum localium cap. I. T. II. pag. 159. Claudianus Solon ad quem περὶ εὐπορίστων idem Galenus ſcripſit T. IV. pag. 438. Male Salomon T. II. pag. 484.

Claudius Agathemer, ſupra in Agathemero.

Claudius Agaternus in vita Perſii Poëtæ.

Claudius

Claudius Apollonius, Galeno lib. Antidotorum II.
Claudius Damonicus, eidem Pharmacorum localium lib. III. cap. I.
Claudius Julianus, infra in Juliano.
Imperatorem *Claudium* *) Medicis adſcribit vir doctus, quod edicto admonuit *nihil æque facere ad viperæ morſum quam taxi arboris ſuccum*, teſte Suetonio cap. XVI. & meditatus fuit edictum aliud *quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperiſſet.* id. cap. XXXII.
Claudius Philoxenus Chirurgus, Galeno Pharmacorum generalium libro ſecundo, T. II. p. 357. & pag. 340. 373. 385. vide Philoxenus.
Γ. Κλαύδιος Σειλανὸς, ἰατρὸς Ἐφέσιος. In veteri inſcriptione apud Gruterum pag. DCXXXIII. 6.
Claudius Sophiſta memoratus Epiphanio Cyprio, libro Hæreſeon II. cap. item II. hæreſi. LXVI.
Claudius, ſive unus ex illis, ſive alius ſimpliciter citatus Plinio lib. XXII. cap. XXIII.
Cleanthes. Plutarch. Catone minore pag. 793.
Cleemporus, & *Cleamporus* (utcunque enim legitur) cui plerique adſcripſere eum librum de vi effectu herbarum, quem tamen pertinax fama & antiquitas Pythagoræ vendicabat, ut ſcribit Plinius lib. XXIV. c. XVII. huncque etiam alibi citat idem Plinius.
Cleempus, niſi idem ſit, nam & id quoque nomen reperitur.
Clemens Sertorius, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, lib. VII.
Cleobulus, Galeno ejusdem operis lib. V. T. II. pag. 391.
Cleodemus Plutarcho in convivio ſeptem ſapientum, ubi ſcribit eum cucurbitulis frequentius quam quisquam alius medicorum ſuæ ætatis uti ſolitum, atque ejus opera factum ut id auxilium imprimis celebraretur, & in uſu frequentiſſimo eſſet.
Cleoderus apud eundem illo ipſo libro.
Cleomenes, apud Plutarchum Problematon Sympoſiacon, decade VI. cap. VIII.
Cleon ſive *Cleo*, Cornelio Celſo lib. VI. cap. item VI. & Galeno Pharmacorum localium lib. III. cap. I. Aetio Tetrab. II. Serm. II. cap. XCIII. & Ser. III. cap. XV. & XVIII. & XXVII. & Ser. IV. c. CVII. & Paulo

Q

*) Dan. Clericus Hiſt. Medicin. pag. 582.

& Paulo Aeginetæ lib. VII. cap. XVI. Opthalamicus Demoſthene oculario antiquior. vide Aetium pag. 689.

Cleopater Aetio Tetrab. IV. Ser. I. cap. XCVIII. & Paulo Aeginetæ, alicubi ex libris de arte curativa, & ſingulorum morborum curatione.

Cleopatra regina, quæcunque ea fuerit, ſive illa Ægypti regina celebratiſſima, ſive alia ab Aetio citata Tetrab. II. Serm. IV. cap. VI. Reginam autem, ſive hanc, ſive alteram citat Galenus lib. IV. Pharmacorum κτ̀ τόπȣς, cap. VII.

Cleopatra altera, quæ ex Coſmeticis citatur à Galeno in lib. I. de compoſitione Pharmacorum κτ̀ τόπȣς, cap. I. non ſemel, & cap. VIII. & in lib. de incantatione, ſi ipſius eſt, ubi illam quoque citat ex libro *κοσμητικῷ de concinnanda mulierum forma.* T. II. pag. 156. 161. 163. 170. Et hanc quoque allegat Paulus Ægineta lib. III. cap. II. Aetius Tetrab. II. Serm. II. cap. LVI. Cleopatræ περὶ μέτρων καὶ σαθμῶν Galen. T. IV. pag. 467. De *Epiſtolis* Latine editis ſub Cleopatræ nomine ad calcem Petronii & cum Priapeis, dixi in Bibl. Latina lib. IV. cap. I. §. 10.

Cleophanes, & *Cleophantes*, & *Cleophantas*, & *Cleophantus*, Plinio ſæpiſſime, & inter cætera lib. XXIV. cap. XVI. & lib. XXVI. cap. III. ubi ſcribit illum vini rationem illuſtraſſe apud priſcos, & Galeno Pharmacorum ſecundum genus lib. IX. cap. III. & cap. VI. T. II. pag. 303. 412. & Cornelio Celſo lib. III. cap. XIV. ubi eum dicit fuiſſe ex antiquioribus medicis: & Cælio Aureliano lib. Oxeon. II. cap. XXXIX. Alterius eodem nomine medici meminit Cicero in oratione pro Aulo Cluentio Avito cap. XVI. ubi eum vocat *ignobilem medicum, ſed ſpectatum hominem*, h. e. bonæ fidei. Prior autem nobilis ſane in arte ſua fuit, & Ciceronem ætate anteceſſit: nam auctor ſectæ Cleophantinæ, diſcipulos habuit Antigenem & Mnemonem Sidetem, claros tempore Ptolemæi Evergetæ. Confer Danielis Clerici Hiſtoriam Medicinæ pag. 328.

Cleopolemus, Plinio lib. XX. cap. XVII. niſi Theopolemus ſit ſcribendum.

Cleſipon Celſo lib. V. cap. XVIII. quamquam nonnulli ibi legunt Cteſiphon, de quo infra.

Cletius Abaſcantius, vide Abaſcantus.

Cliton, Raſi, Continentis lib. II. cap. VI.

Clodius, qui ſcripſit libellum de cura aſcaridum, Cœlio Aureliano lib. IV.

Chro-

Chronion cap. ult. Sed & eum citat lib. Oxeon. III. cap. VIII. ubi eum dicit Aſclepiadis ſectatorem.

L. Clodius Anconitanus, de quo Cicero pro Cluentio c. XIV. ubi eum pharmacopolam circumforaneum appellat.

Cloniacus, Galeno Pharmacorum κτ̀ γένη, lib. VII. Κλωνιακοῦ μάλαγμα. T. II. pag. 412.

Clymenus rex à quo Clymenon herbam appellatam notat Plinius XXV. 7.

Ex *Cochlacis* ſive *Conchlacis* ἐφιονίκοις libro nugace & commentitio, Pamphilus apud Galen. T. II. p. 68.

Codamus rex citatus à Galeno libro VI. κτ̀ γένη T. II. p. 403.

Codius Tuſcus, Galeno lib. Antidotorum II. cap. VIII. *Antidotus Codii* (an Clodii?) *Tuſci, qua & Craterus utebatur.*

Cointus præceptor Lyci Macedonis, Galeno in initio libri tertii Aphoriſmorum Hippocratis.

Comes Andreas, vide ſupra, Andreas.

Comon Philoſophus, Galeno laudatus lib. κτ̀ τόπους.

Complutus Rabi Moyſi, Aphoriſmorum parte XXI. ex Introductorio ipſius & iterum parte XXII. in princip.

Conradus Geſnerus, cujus extant multa opera & verſiones Latinæ optimorum Græcorum authorum medicorum, atque aliorum, quos ſi ſigillatim noſſe cupis, adeas ejus bibliothecam, & Epiſtolam quam de libris à ſe editis compoſuit. Imaginem ejus & elogium exhibet Jo. Sambucus in iconibus Medicorum ac Philoſophorum num. XXXIII. Natus Tiguri A. 1516. in eadem urbe extinctus eſt Dec. 1565. *morte* ut lib. XXXVIII. ſcripſit magnus Thuanus, *omnibus ſæculis deploranda, & eo magis, quod vix annum ætatis XLIX. attigerat vir longiſſima vita digniſſimus, & quam exegiſſe videbitur iis, qui ætatem ejus ex librorum quos plurimos ac utiliſſimos confecit, induſtria ſua illuſtravit & edidit, non ex annorum quos vixit numero metientur.*

Conradus Hejugater Tigurinus, Caroli VIII. Francorum regis medicus, qui inter cætera ſcripſit defenſionem Aſtronomiæ.

Conſodomus, Serapioni Simplicium cap. CCLXXI.

Conſtans, qui vocatus eſt *Romanus*, citatus à Simeone Setho, in libro de cibariorum facultate, quo loco loquitur de paguris, ſive cancris.

Conſtantinus Africanus laudatus Trithemio II. 70. de illuſtribus Benedictinis, & Arnoldo Wion V. 98. ligni Vitæ, Petro autem Diaco-

no judice cap. XXIII. de viris illuſtribus Caſinenſibus, *Philoſophicis ſtudiis pleniſſime eruditus, Orientis & Occidentis Magiſter, noviusque effulgens Hippocrates.* Hic tempore Deſiderii Abbatis Caſinenſis (qui deinde A. C. 1086. Victor III. Papa) factus Monachus Caſinenſis eſt, quem Leo Oſtienſis ſive potius idem Petrus Diaconus in auctario ad Leonis Chronicon Caſinenſe lib. III. cap. XXXV. (p. 455. T. IV. ſcriptorum Italiæ celeberr. Muratorii) refert *egreſſum e Carthagine, de qua oriundus erat, Babyloniam petiiſſe, in qua Grammatica, Dialectica, Geometria, Arithmetica, Mathematica, Aſtronomia, nec non & Phyſica, Chaldæorum,* *) *Arabum, Perſarum, Saracenorum, Ægyptiorum ac Indorum pleniſſime eruditus eſt: Completis autem in ediſcendis iſtiusmodi ſtudiis triginta & novem annorum curriculis, ad Africam reverſus eſt. Quem cum vidiſſent Afri ita ad plenum omnium gentium ſtudiis eruditum, cogitaverunt occidere eum. Quod Conſtantinus agnoſcens, clam navem ingreſſus, Salernum advenit, ibique ſub ſpecie inopis aliquamdiu latuit. Deinde a fratre Regis Babyloniorum, qui tunc eo advenerat, agnitus, ac in magna honorificentia apud Robertum Ducem habitus.* Inde Caſinenſe cœnobium petens atque à Deſiderio Abbate libentiſſime ſuſceptus, tranſtulit de diverſarum gentium linguis libros quam plurimos, in quibus ſunt hi præcipue:

Pantegnum (πάντεχνον) libris duodecim, in quo expoſuit quid Medicum ſcire oporteat. Meminit Conſtantinus ipſe Præfat. Vaitici. Et frequentius allegatur à Vincentio Bellovacenſi in ſpeculo naturali. Prodierunt Baſil. 1539. fol. cum Antonii Gaizonis de ſomno.

Practicam de conſervanda valetudine & morbis curandis, libris itidem duodecim. Citatur à Vincentio Bellov. XIV. p. 115. Inter opera autem Conſtantini edita Baſileæ apud Henricum Petri duobus volum. 1536. & 1539. fol. **) priore Tomo habentur de morborum cognitione & curatione libri VII. a capite ad pedes usque: nec non *liber aureus*, priorum compendium, de remediorum & ægritudinum cognitione.

Librum

*) Jo. Baptiſtam Marum ſi audimus, notis ad Petrum Diaconum, Conſtantinus Hebræam, Syram, Chaldaicam, Græcam, Latinam, Italicam, Perſicam, Arabicam, Ægyptiacam, Æthiopicam & Indicam linguam diſcere curavit.

**) Clariſſ. Maittairius T. 2. Annal. typograph. pag. 838. etiam editionem Baſileenſem in 8. his annis commemorat.

Librum duodecim graduum, ſive de gradibus ſimplicium medicamentorum. Inter Opera Baſil. 1536. fol. Sæpiſſime à Vincentio laudatur.

Diætam ciborum: Diætas univerſales libris v. & diætas particulares lib. III. Trithem. de Script. Eccleſ. cap. 286. De victus ratione variorum morborum parvus libellus inter opera T. I. legitur. *Iſaaci* quoque librum de diætis ex Hebraico Latine Conſtantinus vertit. Vide infra in Iſaaco.

Librum febrium, quem de Arabico tranſtulit. Extat in opere Veneto de febribus pag. 102. A. 1576. fol.

Librum de urinis qui exſtat inter opera Conſtantini T. I.

De interioribus membris.

De coitu librum quibus proſit aut obſit, quibus medicamentis & alimentis augeatur impediaturve. Inter Opera Baſil. 1536. fol.

Viaticum libris VII. 1. de morbis in capite naſcentibus 2. de morbis faciei 3. de morbis membrorum cordi miniſtrantium ac ſpiritus inſtrumentis. 4. de ſtomachi & inteſtinorum infirmitatibus. 5. de languore epatis, renum, veſicæ, ſplenis & fellis. 6. de ægritudinibus quæ in generativis membris, juncturisque. 7. de his, quæ in exteriore cute naſcuntur. Laudatur hoc viaticum à Vincentio Bellovacenſi XIX. p. 121. ſpeculi Nat. & prodiit cum Raſis variis ſcriptis Lugd. 1511. 8. Aliud Viaticum Pariſienſe, in quod Gerardi Cremonenſis & Gordonii Montipedenſis Commentarius MS. in Bibl. Menarſiana pag. 36.

Interpretationem Aphoriſmorum Hippocratis, quæ prodiit cum Jacobi Forolivienſis expoſitione Venet. 1495. fol. ac deinde ſæpius.

Librum Tegni, *Megategni*, *Microtegni.*

Antidotarium.

Diſputationem Platonis & Hippocratis in ſententiis, libros de dogmatibus Hippocratis & Platonis ſicut & alia Galeni Latine Conſtantinus tranſtulit, quæ vidiſſe ſe teſtatur Symphorianus Champerius.

De ſimplici medicamine citatur à Vincentio Bellovacenſi, ſpeculo naturali. IV. 85. V. 91. 93. 95.

Gynæcia, de membris ac corporibus fœminarum. Libellus de paſſionibus mulierum & matricis, exſtat T. I. Operum.

De pulſibus.

Prognoſtica.

De experimentis.

Gloſſas herbarum & ſpecierum.

Chirurgiam, inter Opera, T. I.

Librum de medicamine oculorum.

Præter iſta à Petro Diacono memorata, Trithemius cap. 286. laudat librum *de ponderibus medicinalibus.*

Liber de ſtomachi affectionibus naturalibus & præter naturam exſtat inter Opera T. I. dicatus Alfano Archiepiſcopo Salernitano. *Hunc libellum*, inquit Conſtantinus, *de multis & elegantioribus antiquorum dictis ſparſim collectum tuæ cauſa ſanitatis conſcripſi, & ſub tuo nomine in publicum edidi. Omnia etenim antiquorum volumina ſumma inquiſitionis cura perlegi, librum tamen ſtomachi proprium nullo modo invenire potui.*

De animæ & ſpiritus diſcrimine. T. I. Opp.

De humana natura & principalibus membris corporis humani, inter opera T. II. & cum Albucaſæ Chirurgia Baſil. 1541. fol.

De elephantia inter Opera T. II. & cum Albucaſa.

De melancholia libro duo. T. I. Opp.

De remediis ex animalibus. Inter Opera T. II. & cum Albucaſa nec non cum Georgii Pictorii ζωοτροφίῳ. Baſil. 1560. 8.

De incantationibus Epiſtola T. I. Opp. *Quæſiſti, fili chariſſime, de incantatione, adjuratione, colli ſuſpenſione, ſi quid poſſent prodeſſe: & an invenerim in libris Græcorum hoc, qualiter in Indorum eſt libris invenire* &c.

Liber de oblivione citatur à Vincentio Bellovacenſi XXVII. 12. ſpeculi Naturalis.

Liber de cerebro. id. XV. 49. 56.

Opera Medica & Anatomica MSS. in Bibl. Menarſiana pag. 35.

Conſtantinus, monachus Caſſinenſis, idem cum Africano.

Conſtantini Porphyrogeniti juſſu, qui CPoli ab A. C. 912. ad 959. geſſit imperium, *Geoponica* & *Hippiatrica* Græce collecta habemus, de quibus abunde dixi Volum. VI. hujus Bibl. pag. 500. ſq. & 493. ſq. Sed & *Nonus* Medicus in libro de morborum curatione, de quo Volum. XII. pag. 685. ſq. procemio teſtatur Conſtantini juſſu præceptiones medicas, auctorum tamen ſuppreſſis nominibus ſe collegiſſe. Similis argumenti liber *anonymo* auctore exſtat in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi περὶ διαίτης, de ciborum uſu ac facultate, cujus auctor

ctor in præfatione ejuſdem Conſtantini præcepto id ſe operis aggreſſum ſe profitetur, teſte Cangio pag. 102. ad Zonarum. Cæterum Serapio ex antiquioribus illis Arabibus, in ſuis Simplicibus cap. cxc. quo de apio loquitur, Conſtantinum citat ex libris de agricultura, in quibus lib. ſcilicet XII. cap. XXIII. quod & ipſum de apio eadem propemodum ſcribit, quæ ipſe ex eodem Serapio, ut intelligas à multis jam ſeculis eum librum Conſtantini titulum prætuliſſe. Et niſi admodum fallor, inquit pag. 273. Tiraquellus, is eſt quem Raſis nunc Fallahan, nunc Filahan vocat lib. Continentis III. cap. item III. & libro X. cap. ult. & lib. XI. cap. V. non ſemel, & iterum cap. LXXXVI. in quibus locis eadem omnino comperies ex eo citata, quæ & ſcripta ſunt in illo libro Agriculturæ Conſtantini.

Conſtantinus alter vetuſtior citatus Aetio, Quaternion II. Serm. II. cap. LIV. & Paulo Æginetæ lib. III. cap. XXIV. & XXVIII. ubi de curatione deſtillationis, in fi. & lib. VII. cap. XIII. ubi deſcribit ſaponem ipſius Conſtantini.

Copho, cujus eſt liber de arte medendi, cum operibus Joannis Meſue editus Venet. 1581. fol. & ejus Electuarium recenſet Nicolaus Antidotarius.

Cordus, vide infra Euricius.

Artemidorus Pergamenus, (Manutio Pergæus) poſt manmiſſionem *Cornelius* dictus, ex comitibus Verris in prætura Sicilienſi, cujus meminit Tullius libro tertio in Verrem, cap. XXI. XLIX.

Cornelius Celſus, cujus libros elegantiſſimos habemus, & de quo dixi in Bibl. Latina lib. II. cap. 4. Ac Medicam artem etiam exercuiſſe Celſum, probat Caſaubonus ex lib. III. cap. IV. & XIV. cui tria alia loca addit vir eruditiſſimus Jo. Baptiſta Morganus ex lib. VII. cap. VII. & lib. VIII. cap. II. & IV. Pluribus argumentis idem docet Jodocus Lommius præfat. ad commentarium lectu dignum & elegantem quo primum Celſi librum explicavit. Hos octo libros de Medicina in opere Celſi de artibus præcedebant *de agricultura quinque libri*, memorati Columellæ lib. 1. cap. 1. qui plures ex illis locos paſſim refert, & *non ſolum agricolationis*, *ſed univerſæ naturæ prudentem virum* appellat Celſum lib. II. cap. II. Cæterum de arte dicendi libellus qui ſub Celſi nomine vulgatus à Sixto Popma, atque ex ejus editione à me in ſupplemento Bibl. Latinæ exhibitus eſt, *Julium Severianum* potius videtur habere autorem, ut recte vidit Petrus

trus Pithœus notis ad Moſaicarum & Romanarum legum Collationem tit. IX. p. 160. Opp. Sub Severiani nomine certe integriorem, & emendatiorem etiam plerumque, ediderat Lucas Fruterius, atque inde in Rhetorum Latinorum collectione Franciſcus Pithœus, licet pauca quædam apud Popmam etiam meliora. Caſtigationes clariſſimi Heumanni audaciores mihi interdum & parum neceſſariæ viſæ ſunt, cujus tamen ingenium atque eruditionem laude & plauſu digna judico.

Cornelius, quisquis is eſt, ſimpliciter citatus Galeno lib. Pharmacorum localium II. cap. V. T. II. pag. 301. ubi ejus medicamentum recenſet, niſi idem ſit Cornelius ille Celſus, quod minime opinor: neque enim ullum tale eſt medicamentum apud Celſum, neque Galenus ſolet citare Latinos ſcriptores. Sed & Cornelius vel ille, vel alius citatur ſæpe Octavio Horatiano, aut ut aliis placet, Theodoro Priſciano, libro quarto, de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium.

Recentioris ætatis, Cornelius a Baersdorp, Goſenſis, cujus eſt methodus univerſalis artis Medicæ.

Cornelius Mechelingenſis, cujus eſt liber de puerorum, infantiumve morborum dignotione & cura.

Cornutus in veteri inſcript. apud Fulv. Urſinum pag. 98. & Gruterum p. DCXXXIII. 9. *Κουρνούτου ἰατροῦ καὶ Ῥουφίνης θυγατρός.*

Coſmas & Damianus famigerabiles Medici & eo nomine à Chirurgicis præcipue culti, qui ambo martyrio in Diocletiani perſecutione vitam finiverunt. Ab his inventum medicamen Opopira nuncupatum, ab Arnaldo deſcriptum in ſuo Antidotario. Hi *ἀνάργυροι* à Græcis ſcriptoribus paſſim nuncupati ſunt, quod ſine mercede ægrotos curarint. Vide Baronium ad Martyrolog. Rom. XXVII. Sept. & quæ notavi Volum. IX. hujus Bibl. pag. 68. ſeq. Habeo ineditam in hos Andreæ Cretenſis homiliam quæ incipit: *ναὸς ὄντως τῆς Τριάδος ἡ δυὰς σήμερον.* Horum memoriæ dicata etiam Theophanis Ceramei homilia XLVII.

Coſmus, Marcello Burdegalenſi, cap. VII. & VIII. non ſemel, & XIIII. & XXX. libri medicamentorum. Sed & Coſmianam potionem, perticem quoque Coſmianam & antidotum item Coſmianum deſcribit idem Marcellus cap. XX. Coſmi autem meminit Martialis lib. I. Epigr. 88.

Paſtillos

Paſtillos Coſmi luxurioſa vorax.

Et libro III. Epigr. 55.

Quod quacunque venis Coſmum migrare pũtamus.

Et libro XI. Epigr. 50.

Profertur Coſmi *nunc mihi ſiccus onyx.*

Coſmianæ ampullæ unguentariæ mentio III. p. 82. XIV. 110. Coſmi alabaſtra XI. p. 9. Vide & XI. 16. XII. 55. 66.

Coſſus, Κόσσος, Galen. T. II. p. 270.

Coſta, & *Coſtes*, & *Coſtus*, & *Coſtim*, Serapioni Simplicium cap. XCVII. & CLXXIII. & CCL. ex libro de Agricultura, & Raſi lib. Continentis cap. I. non ſemel, & cap. VIII. ex libro de Cholera. Et lib. XII. cap. I. ex libro de Alteratione humoris.

Corſus, Galeno lib. VII. Pharmacorum localium cap. V.

Cratejas, ſive *Cratevas* (utrunque enim nomen reperio) Herbarius ſæpe Dioſcoridi & Plinio citatus, & qui de herbis ſcripſit, ut dicit ipſe Dioſcorides in præfatione, & Plinius lib. XXV. cap. II. ubi illum nuncupat Rhizotomum, id eſt, radiciſecam, & Epiphanius Cyprius ſtatim in initio lib. I. Hæreſeon. Cratevam in ῥιζοτομικῷ laudant ſcholia Græca ad Neandrum. Et ex illo ſcripto petita eſſe fragmenta Cratevæ quæ in vetuſtiſſ. Codice Bibl. Cæſareæ exſtant non dubitat Lambecius II. p. 556. 593. Idem notat in Bibl. CPolitana inter libros Antonii Cantacuzeni fuiſſe magnum Volumen Medicum, inter alia continens partem *Crateja Riſotomi in materiam Medicam:* nec non inter libros Michaelis Cantacuzeni, *Medicinale Cratia Riſotomi de materia Medica. In ipſo autem* inquit Lambecius, *contextu Græco, quem ex Auguſtiſſimæ Bibl. Cæſareæ* Codice *MSto inter Hiſtoricos Græcos quadrageſimo nono, in ſupplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ alias integrum publicabo, ſcriptum reperi:* ἰατροσόφιον Κρατέυου τοῦ ῥιζοτόμου περὶ ὕλης ἰατρικῆς. Fuit Cratevas tempore Hippocratis, qui ad eum ſcripſit epiſtolam, qua eum rogavit, ut optimas herbas ad curationem Democriti colligeret, appellatque eum optimum herbarium. Illam Epiſtolam ſæpius editam inter Hippocratis Epiſtolus Græce & Latine exhibet etiam Lambecius II. p. 552. ſq. occaſione iconis Cratevæ inter alios veteres medicos expreſſæ ex veteri Codice Dioſcoridis Bibl. Cæſareæ.

De avo *Crateva*, infra in Creitas.

Cratevas alius, qui fuit longo poſt tempore, ut qui nonnullas herbas adſcripſit Mithridati apud Plinium lib. xxv. cap. vi. in princip.

Craterus, optinatiſſimus Medicus, veteri Scholiaſtæ Horatii. Citatur à Galeno lib. Pharmacorum localium vii. cap. v. T. ii. p. 270. & lib. ii. Antidotorum. Sed de hoc ſatis fuerit ſubjungere quæ notavit accuratæ & elegantis doctrinæ vir Petrus Victorius lib. ix. Var. Lect. c. xii. *Crateri*, ſummi medici, meminit *Cicero in epiſtola quadam ad Atticum* de Attica, tunc ægrota, loquens. xii. 13. *Commovet me Attica: etſi aſſentior Cratero.* Nec multo poſt iterum, totidem verbis in alia epiſtola xii. 14. *De Attica doleo: credo tamen Cratro.* Præterea *Horatius in Satyra III. ſecundi lib. verſ. 161. Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato, Hic æger.* Sed & Perſius iii. 65. *Sed quid opus Cratero magnos promittere montes.* Hic autem *Craterus* ille videtur, cujus ſervus in novum inauditumque morbum incidit: idemque admirabili quadam curatione ſanatus eſt, ut memoriæ prodidit *Porphyrius Tyrius in primo libro* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. pag. 36. Κρατεροῦ τοῦ ἰατροῦ οἰκέτης ξένῳ περιπεσὼν νοσήματι, τῶν σαρκῶν ἀπόστασιν λαβουσῶν ἐκ τῶν ὀστῶν, τοῖς μὲν φαρμάκοις ὠφέληται οὐδέν: ἰχθύος δὲ τρόπῳ ἔχει σκευαθέντι, καὶ βρωθέντι διεσώθη, τῆς σαρκὸς συγκολληθείσης. *Cum igitur caro diſceſſiſſet oſſibus, nec medicamentis quicquam profici potuiſſet, narrat, vipera piſcis in morem conformata, devorataque ab eo liberatum ipſum eo morbo. Ita namqae carnem oſſibus hærere cœpiſſe, ac conglutinatam eſſe.* Hæc Porphyrius ex Claudio Neapolitano. Non hujus Medici ſed aliorum quatuor Craterorum mentionem Plinius facit, pictoris xxxv. 2. ſtatuarii xxxvi. 5. atque Crateri cognomento Monocerotis, qui corvorum opera venabatur x. cap. 43. Denique Crateri Macedonis, ex Alexandri Magni ducibus xxxv. c. 13. de cujus ſcriptis dixi lib. iii. cap. viii.

Cratippus, quem Heraclides Tarentinus ad Antiochidem, & poſt eum Galenus Pharmacorum localium lib. vi. cap. i. & iterum ii. in fi. T. ii. pag. 247. citant in libro cui titulus νάρθηξ, hoc eſt *) *unguento-*

*) Vide quæ de Iliade ἐκ τῆς νάρθηκος dixi lib. 2. c. 2. §. 12. Igitur falluntur quibus νάρθηξ in his eſt *ferula*.

guentorum ſcrinium, quam quidem libri inſcriptionem etiam Heras Cappadox ſuis medicamentorum libris impoſuit, ut poſtea in eo dicemus. Atque etiam Soranus, ut videre licet apud Aetium, qui ipſius νάρθηκα citat lib. VIII. c. XLIV. Græcis enim, ut id obiter dicam, eum morem conſtat fuiſſe, ut libros ſuos medicamentarios νάρθηκας & ναρθήκια inſcriberent. Ex quo illud Ciceronis libro ſecundo de Finibus, *jam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de Narthecio promant, ſi gravis, brevis: ſi longus, lenis.* De Narthecio igitur, id eſt, veluti de capſula medicamentaria. Martialis quoque in Apophoretis, qui hujusmodi Narthecia capſulis eboreis conſtantia deſcribit, Epigr. LXXVIII.

Artis ebur medicæ Narthecia cernis habere,
Munera quæ cuperet Pactius eſſe ſua.

Cratiſtus, quem laudat Democrates apud Galen. T. II. pag. 405.
Craton Celſo citatus, lib. VI. cap. VII. & cap. XVIII.

Creitas Herbarius, proavus Cratevæ, qui à Tiraquello memoratur, in Hippocratis ad quam provocat Epiſtola non Creitas ſed & ipſe Cratevas appellatur. ἐπίσταμαί σε ῥιζοτόμον ἄριστον, ἑταῖρε, καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν καὶ διὰ τὸ προγόνων κλέος, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε τοῦ προπάτορος Κρατεύα.

Creon Agrigentinus, ſunt enim qui ita vocant Acronem, de quo ſupra.

Cride Pandionis, à quo Minoa circa pudenda morbo laborantem curatum ferunt. Hæc neſcio quo auctore Tiraquellus.

Criambulus, Galeno lib. VI. Simplicium.

Crinas, Maſſilienſis, Neronis ætate iatromathematicus, qui ut ait Plinius XXIX. I. *arte geminata, ut cautior religioſiorque ad ſiderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando horasque obſervando, auctoritate* Theſſalum *præceſſit.*

Criſpus, Galeno Pharmacorum localium lib. V. c. VII. Κρίσπου τοῦ φίλου T. II. pag. 226. an φιλοσόφου.

Criſpus Libertus, Galeno lib. VII. ejusdem operis cap. III. Tom. II. pag. 265.

Criſpus ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius, eidem Pharmacorum

 ſecun-

ſecundum genera lib. v. & lib. VII. & ſecundum locos lib. v. cap. VII. & iterum lib. IX. cap. IV. T. II. pag. 298. 389. 412.

Chriſtades, Raſi lib. I. Continentis cap. I.

Chriſtophorus Horoſcius ſive Oroſcius, cujus ſunt Caſtigationes in Aetium. Baſil. 1540. 4. apud Rob. Winterum. Thomæ Reineſii animadverſiones ad Horoſcium & plura Aëtii loca leguntur in illius viri docti Epiſtolis ad Chriſtianum Daumium pag. 336. ſq.

Critias ἐν τῷ περὶ φύσεως ἔρωτος καὶ ἀρετῆς. Galen. in Gloſſis.

Critias, Maſſilienſis, vide ſupra, Crinas.

Crito Empiricus Eraſiſtrati ætate Galen. Tom. IV. edit. Baſil. pag. 8. 10. T. II. edit. Pariſ. p. 340.

Crito vel *Criton* Gortyniates Cretenſis, Galeno Pharmacorum localium lib. IX. cap. I. T. II. pag. 294. edit. Baſil. quamvis Cornarius putat legendum *Tryphonem* pro *Critone*, de quo poſtea dicemus.

Crito alter junior, Trajani ætate claruit, quem domus Imperatoriæ Medicum fuiſſe teſtatur Galenus T. II. pag. 163. atque toties ſimpliciter citat ibid lib. I. cap. I. & III. & lib. v. cap. I. & alibi ſæpe, T. II. p. 162. 164. 169. ſq. 186. 226. 234. 243. 246. 252. 253. 257. 260. 261. 262. 295. 331. 335. 357. 380. 382. 384. 392. 394. 395. 396. 420. atque etiam Generalium lib. I. T. II. pag. 163. 164 165. 156. 223. 224. 225. 420. Aetio & Paulo Æginetæ ex IV. libris *Coſmeticorum*, quibus Heraclidæ Tarentini, Cleopatræ & aliorum κοσμητικὰ redegit in compendium. Vide quæ dixi Volum. XII. hujus Bibl. pag. 689. Sed & ex libris *de medendis morbis*, & ex libris *Pharmacorum*. Galen. T. II. pag. 328. ἐν τετάρτῳ τῶν φαρμάκων T. II. pag. 337. 368. ἐν τῇ φαρμακίτιδι βίβλῳ pag. 396. diligentius quam Andromachus adjunxit compoſitiones & præparationes medicamentorum. T. II. pag. 399. Poſt Aſclepiadem utrumque de medicamentis ſcripſit. T. II. pag. 352. τῷ Κρίτωνι μέμψαιτ' ἄν τις εἰκότως, ὅπερ τοῖς ἄλλοις ἀεὶ μέμφομαι, καταλέγουσιν ἐφεξῆς ἀδιορίστως βοηθήματα. Galen. T. II. pag. 253. De altero autem illorum eſt illud Martialis XI. libro. Epigr. 62.

Quod ſanare Criton, non qaod Hygea poteſt.

Ad Critonem Medicum hunc ut ſuſpicor Apollonii Tyanenſis Epiſtola XXIII.

XXIII. Neſcio an idem Crito ſcriptor ὀψαρτυτικῶν quorum apud Athenæum mentio.

Critobulus, qui ut ſcribit Plinius lib. VII. cap. XXXVII. magnam ſibi famam comparavit extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis. Hujusque etiam meminit Q. Curtius lib. IX. cap. V. ubi illum appellat Critobolum, dicitque illum fuiſſe inter medicos artisque eximiæ, & Alexandrum eum curaſſe ex admodum periculoſo vulnere.

Critodemus Cous τὸ γένος τῶν Ἀσκληπιαδῶν vocatur Arriano lib. VI. pag. 397. qui Curtio Critobulus.

Critopuli Medici Palæologorum meminit Beſſario Epiſt. quam Meurſius ad calcem Heſychii Mileſiii edidit.

Crucianus Florentinus, vide infra Druſianus.

Cteſias medicus idem & hiſtoricus, ut qui res Aſſyriacas & Perſicas ſcripſit, & Artaxerxem (Mnemonem) medicatus eſt, ut refert Strabo libro XIV. p. 656. Et ejus quoque meminit Plutarchus in Artaxerxe. p. 1014. & Diodorus Siculus libro tertio, p. 118. teſtatus eum fuiſſe *Cnidium*, & captum in expeditione adverſus fratrem Regis Cyrum, & ob Medicam artem annis XVII. cum rege Artaxerxe ſummo cum honore fuiſſe. Eum citat Stobæus Ser. XCVIII. quo tractat de morbis. De hoc Cteſia, qui & ipſe ex familia Aſclepiadarum fuit Hippocratis cognatus teſte Galeno T. 5. p. 652. de illo ejusque ſcritis dixi lib. 2. hujus Bibl. c. 25. § 16.

Cteſiphon, cujus compoſitiones citat Cornelius Celſus lib. V. cap. XVIII. Galenus ſive Herodotus in Introductione, ſive Medico: & idem Galenus lib. Medicamentorum κατὰ γένη, VI. Vitioſe alii Cleſipon.

Cureus, Aetio & Paulo Aeginetæ lib. III. cap. XVIII. & lib. VII. cap. XVIII. Hunc Bithynum fuiſſe memini me legiſſe apud Galenum. τοῦ Κουρέως ἀπὸ Βιθυνίας tonſoris Bithyni σπληνικὴ, ὑδρωπικὴ. lib. IX. κατὰ τόπους T. 2. p. 296.

Κουρνοῦτου ἰατροῦ καὶ Ῥουφίνης θυγατρός. Vet. inſcriptio Romana apud Gruterum p. DCXXXIII. 9.

Cus, vide ſupra *Chuz*.

Cybele Phrygia quæ pecorum & infantium morbis remedia inveniſſe traditur, inde dicta ὀρεία μήτηρ. Vide Diodorum Siculum lib. IV. pag. 191.

191. ſq. & apud Euſeb. II. 2. præparat. Evangel. p. 58. Orpheo μήτηρ μέντε Θεῶν ἠδὲ θνητῶν, ἀνθρώπων.

Cyrillus Archiepiſcopus, Aetio Quaternion. III. Ser. I. c. XXIV.

Cyrillus ſimpliciter, ſive ille, ſive alius, eidem ejusdem Ser. c. I. Nicolao Myrepſo. X. 33.

Curianus ſupra Abbas.

Cyrtus Galeno Phar. κτ̄ γένη, lib. VI.

Cyrus Alexandrinus arte medicus ex philoſopho monachus, apud Gennadium, in viris illuſtribus. c. 81. aliis *Syrus*.

Cyrus Alex. & Joannes Medici ἀνάργυροι, de quibus Bollandus d. I. Januarii.

Cyrus Archiater Edeſſæ, Aetio Tetrab. II. Ser. II. c. XCI.

Cyrus Lampſacenus, de qua hæc vetus Inſcriptio reperta Lampſaci, apud Sponium in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis p. 142. & Jo. Bernierium in hiſtoria Chronologica Medicinæ p. 79. ἡ Γερȣσία Κῦρον Ἀπολλωνίȣ ἀρχίατρον, ἄριςον πολίτην ἐπίσημον πρὸς πολλοῖς εὐεργήμασιν εἰς αὐτὴν ἀλείψαντα λαμπρῶς καὶ πολυδαπάνως, καὶ ἀποχαρισάμενον χιλίας Ἀττικὰς τῇ Γερȣσίᾳ. *Senatus Cyrum Apollonii filium Archiatrum Civemque inſignem veneratur ob multa beneficia ſibi collata, cum celebritate & multis expenſis, donumque Senatui ab ipſo factum drachmarum mille Atticarum.*

Cyrus, *Liviæ Druſi Cæſaris, quæ poſtea Auguſto nubſit, uxoris Medicus. Vetus lapis quem idem Sponius aut exſtare Florentiæ in villa Strozzi:* Cyrus Liviæ Druſi Cæſ. Medicus.

Cyrus Georgius Chryſococca clarus circa A. C. 1346. cujus liber eſt εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν, Γεωργίȣ τȣ̃ Χρυσοκόκκη τȣ̃ ἰατρȣ̃ Ἀςρονομικά. Vide Leonem Allatium de Georgiis Volum. X. hujus Bibl. pag. 693. ſeq.

Cytiſonus. Vetus inſcriptio apud Fulvium Urſinum p. 100. *Ti. Julius Auguſt. & Auguſtæ L. Cytiſonus Medicus ocularius hic ſitus eſt.*

D.

Dalion Medicus Plin. VI. 29. herbarius, id. lib. XX. cap. XVII. & libr. XXI. cap. IX.

Dama-

Damaſcenus, Serapioni Simplicium cap. CCLVI. vide Joannes Damaſcenus.

Damaſcus, ibi cap. CVII. & alibi ſæpe.

Damegeron, Conſtantino Cæſari, aut alteri, li. Geoponicon XII. ſæpe in re medica citatus.

Damianus, vide ſupra, in Coſma.

Damion, Plinio lib. XX. c. IX. & lib. XXI. XXIV. 19.

Democrates, ſive ut Plinio XXV. 8. Servilius Democrates è primis medentium, qui Conſidiam M. Servilii Conſularis filiam (fuit is autem Conſul A. u. C. 755. CHriſti tertio) lacte caprarum quas lentiſco paſcebat curavit, teſte eodem Plinio XXIV. 7. Hic plurimos libros verſibus Jambicis trimetris de emplaſtris Græce ſcripſit, teſte Galeno T. 2. p. 289. 290. poſt Andromachum & Menecratem. T. 2. p. 402. 414. Inter alia Damocrates compoſuit librum qui *Clinicus* inſcribitur, ex quo ampla fragmenta apud Galenum T. 2. p. 310. 327. 355. ſqq. 401. ſqq. 405. ſq. 412. ſq. 414. ſq. 421. 422. 423. & librum qui *Pythius* appellatur, de quo infra, in Pythio, & alium qui *Philiatrus*, id eſt, rerum medicarum ſtudioſus T. 2. p. 281. ex quibus ſæpe illum citat Galenus in libris de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, & in libris de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, T. 2. p. 132. 169. 189. 311. 357. 382. & libro de commoditatibus Theriacæ ad Cæſarem, in quo illum dicit optimum medicum, & Plinius lib. XXIV. capite ſeptimo, ex quo intelliges illum ejus tempore vixiſſe: & libro vigeſimo quinto, capite octavo, & Aetius Tetrabibl. IV. Sermo I. cap. CXI.

Damon, Plinio Valeriano lib. III. cap. XX. Et fortè is eſt ille Damion. Citatur etiam à ſeniore Plinio Damon. VII. 2.

Damonicus Galen. T. 2. p. 372.

Damoſtratus, infra, Demoſtratus.

Danaus, Aetio Tetrabibli II. Ser. III. c. XCIX.

Daniel Vlierdenus Bruxellanus, cujus extat libellus, ſive Epiſtola ad fratrem Guilielmum, qua oſtendit medicum non corpori ſolum, ſed & animæ ſuppetias ferre, Baſil. 1544. 8.

Daphnus Epheſius unus è Diphnoſophiſtis, quorum colloquia deſcribit Athenæus.

Darius,

Darius, Galeno Phar. κτ̀ τόπους, libro ſeptimo, capite tertio, & κτ̀ γένη lib. v. T. 2. p. 266. ubi Darii ληξοπύρετος, & Avicennæ in Antidotis.

Daſii, Medici apud Martialem VI. 70. mentio cum Alconte & Symmacho.

Dation, ſive *Detion* apud Plinium ſæpe, ſi Tiraquellum audimus. Sed in Plinii codicibus *Dalion* legitur de quo ſupra.

Davidis Regis oleum Avicenna commemorat.

David filius Serapionis, Serapioni tract. VII. c. XVII.

Debigorus & *Debigoras*, Avicennæ lib. v. ſumma II. tract. 2.

P. Decimius P. L. Heros Merula Medicus clinicus Chirurgus Ocularius VI. Vir. Hic pro libertate dedit HS. IↃↃ. Hic pro ſeviratu in Remp. dedit HS. CIↃ CIↃ. Hic in ſtatuas ponendas in ædem Herculis dedit. HS. CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ. Hic in vias ſternendas in publicum dedit CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ IↃↃ CIↃ CIↃ. Hic pridie quam mortuus eſt reliquit patrimonii CIↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ. Ita vetus lapis apud Fulvium Urſinum. pag. 99.

Deſilaba, Raſi Continentis lib. IX. c. VI.

Deſindus, Raſi ejusdem operis lib. VI. c. I.

Deileon ſive *Deleon*, Galeno Phar. κτ̀ γένη, lib. II. Tom. 2. pag. 341. 373.

Deletius Epagathus Galeno Pharmac. κτ̀ τόπους lib. IX. cap. v. Tom. 2. pag. 302.

Delphinus Acronis diſcipulus empiricus apud Galenum. *Tiraquell.*

Demarchus Cœlio Aureliano lib. I. Chroniôn c. IV.

Demetrius Apameus, qui libros Interiorum ſcripſit, fuitque ex *Herophili* ſectatoribus, Cœlio Aureliano libro Chronion II. cap. x. & libro III. cap. VIII. & lib. quinto, capite nono, ex libro Signorum, περὶ σημείων, atque etiam libro 2. Oxeon. cap. XXXIII. ubi Aponicus ſcribitur pro Apameus. Demetrius Herophileus libro duodecimo de paſſionibus, id. lib. 2. c. 25.

Demetrius Attaleus & ipſe Herophileus, eidem Aureliano lib. Chroniôn II. cap. II. & lib. Oxeôn II. cap. I. & iterum lib. III. c. XIIX.

Demetrius Archiater, niſi unus ſit ex illis, Galeno lib. Antidotorum I. cap. I. Hic eſt, ut opinor, qui fuit Antonini Imperatoris medicus

dicus primarius, de quo idem Galenus, in libro de Theriaca ad Piſonem.

Demetrius Bithynus, ſive unus ex illis, ſive alter, eidem Pharmacor. κτ̀ γένη lib. IV. T. II. p. 369. Fuit & Demetrius Bithynus, Panætii Stoici diſcipulus. Laërt. V. 84.

Demetrius Chlorus, Nicandri Scholiaſtæ in Theriaca, & Sexto Empirico I. contra Grammaticos ſect. 84.

Demetrius Nigrinus, quem ex Galeno Pharmacorum κτ̀ γένη, lib. VII. Tiraquellus producit, nullus eſt, nam apud Galenum T. II. p. 414. Domitium Nigrinum reperio.

Demetrius Pepagomenus de cujus libro de Podagra ad Mich. Palæologum dixi Volum. X. p. 398.

Demetrius Phyſicus Plin. VIII. 17. XXVIII. XXXVI. 12. Per hunc Scepſius ab aliis, ab Harduino Phalereus intelligitur quod neutrum mihi probabile.

Demetrius ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius, Cœlio Aureliano in præfatione lib. Oxeon, ex libris de Paſſionibus.

Demionem quem à Plinio ſæpe laudari Tiraquellus ſcribit, ne ſemel quidem ab eo citatum memini. Sed videtur in memoria ei fuiſſe Damion de quo ſupra.

Democedes Calliphontis F. Crotonienſis, qui primus apud ſuos præclariſſime omnium hanc artem exercuit, poſtea eum Æginetæ uno anno talento conduxerunt: Athenienſes ſequenti anno centum minis: Policrates poſtea talentis duobus, quæ ſumma eſt mille ac quingentorum thalerorum, ut conſtat ex Budæi libro de Aſſe, aliisque. Deniq; cum Dario Hiſtaſpis filio tantam conſuetudinem habuit, ab eoque in tanto honore habitus eſt, ut cum eo communi menſa uteretur, quæ omnia retulit Herodotus libro tertio, ubi & alia pleraque de eo recenſet capite. CXXIV. ſeq. De ratione qua luxationem oſſis Darii & inſomniam curavit, inquirit Hieron. Mercurialis lib. IV. Var. Lect. cap. III. Quod autem Dio Chryſoſtomus de eo refert Diſſ. I. de invidia pag. 652. ſeq. non eſt omittendum. Ait enim Medicos Ægyptios quod Dario mederi fruſtra fuiſſent conati, conjectos in carcerem, ut torti interficerentur: Democedem autem quem Dionis Chryſoſtomi codices perperam Demodocum appellavit, cum Regem paucis diebus ſanaſſet, & ab eo juſ-

ſus eſſet quæ vellet petere, nihil aliud rogaſſe quam ut Medici illi in libertatem reſtituerentur. Eundem tradit Suidas ſcripſiſſe *ἰατρικὸν βιβλίον, librum de medicina.* De Democede quoque Joannes Tzetzes hiſtoria IX. cap. III. Laudatur tanquam præſtantiſſimus Medicus apud Dionem Caſſium XXXVIII. p. 71. etiam (ſi Harduinum audimus) à Plinio in indice libri XII. & XIII. ubi codices alii *Democlides.* Et citatur etiam Democlides apud Athenæum: ubi apud Plinium lib. XII. & XXXV. Democles, ſed ambo Hiſtorici. Atoſſam Darii uxorem a Democede curatam memorat Suidas in Ἄτοσσα.

Democrates, vide ſupra. Damocrates.

Democritus philoſophus, de cujus ſcriptis Medicis Phyſicisque dixi lib. II. hujus Bibl. cap. XXIII. & Vol. XII. p. 776.

Demodocus Crotoniates. Vide ſupra in Democede.

Demoſthenes Maſſaliota, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη, lib. V. T. II. pag. 391. Idem cum Philalethe de quo mox.

Demoſthenes Philalethes Alexandri Philalethis, de quo ſupra, non præceptor ut Tiraquello traditum, ſed diſcipulus, clarus Neronis temporibus, reliquit *tres libros de oculis* apud multos commendatos, τὰ τρία περὶ ὀφθαλμῶν συγγράμματα παρὰ πολλοῖς εὐδοκιμοῦντα. Galeno teſte lib. IV. De differentiis pulſuum. T. III. p. 46. Gerberto Epiſt. IX. & CXXX. Georgio Vallæ lib. XXVIII. de rebus expetend. & fugiendis. Hunc Demoſthenem à quibusdam male confundi cum Bithyno, notavit Menagius cap. XX. anti-Bailleti.

Demoſthenes, idem ut videtur, ſimpliciter citatus Galeno Pharmacorum localium lib. III. cap. VII. & lib. V. cap. VII. T. II. pag. 228. & Aetio Tetrab. II. Serm. III. cap. XII. & XVI. & XLIV. & alibi ſæpe, & Paulo Aeginetæ lib. III. cap. XXII. Oribaſio de machinamentis. &c.

Demoſthenes ἐπὶ τῶν ὄψων τεταγμένος ſub Valente. Vide Gregorium Nyſſenum lib. I. contra Eunomium T. II. Opp. 314.

Demoſtratus ſive *Damoſtratus* Apameenſis, qui teſte Suida in Δαμόστρ. ſcripſit ἁλιευτικῶν libros viginti, laudatur ab Æliano de animal. XVII. ult. ἀνὴρ ἁλιευτικῆς σοφίας ἐπιστήμων, καὶ μὰ Δία, καὶ ἑρμηνεῦσαι χρηστόν XV. 4. 9. Senator Romanus XV. 19. ἐν λόγοις ἁλιευτικοῖς XIII. 21. Ex iisdem Sopater etiam in eclogas ſuas retulerat apud Photium Cod. 161.

161. Citatur à Plinio xxxvi. 6. idem ut videtur cujus librum ſecundum περὶ ποταμῶν laudat Plutarchus de fluviis.

Deſignatianus, Marcello Burdeg. in præfatione, vide *Scribonius Largus.*

Detion, vide Dation.

Dexippus Cous, qui aliis Doxippus, & Dioxippus vocatur, Hippocratis diſcipulus, ut dicit Eraſiſtratus lib. I. De febribus, & ejus autoritate Galenus lib. I. itemque III. & IV. Commentariorum Hippocratis περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, id eſt, de ratione victus in morbis acutis. T. v. p. 47. 89. T. I. p. 22. T. IV. 6. Hic de medicina librum ſcripſit, & de prognoſticis, ut tradit Suidas. Ejusque meminit Plutarchus in Sympoſiacis, & Gellius libro XVII. cap. XII. Nullum tamen ejus oſtendi poſſe ſcriptum teſtatus Galenus Tom. v. pag. 83.

Dexius, Cornelio Celſo lib. v. cap. XVIII.

C. Cæcilius Diætus. In veteri inſcript. apud Fulv. Urſinum pag. 100. & Gruterum p. DCXXXIII. 2. *Dis Manibus. C. Cæcilii C. F. Sab. Aquilæ, Cæciliæ C. L. Moſchidi* C. *Cæcilius Diætus Medicus Filio & Lib. Conjugi ſuæ piiſſimis.*

Diagoras Medicus ſæpe laudatus à Plinio in indice libri XII. XIII. XX. XXI. XXXV. & lib. XX. cap. XVIII. ſed & Eraſiſtrato apud Dioſcoridem lib. IV. cap. LXIII. unde de herbarum viribus ſcripſiſſe cognoſcitur, Serapione item & Aetio Tetrabili II. Serm. III. cap. CVIII. Hunc dubito eundem facere cum Diagora Melio atheo, ſervo Democriti, de quo Suidas, is enim alia ſtudia ſectatus eſt & carminibus lyricis pangendis operam dedit.

Dianam illam Deam ab Ethnicis habitam, hoc loco etiam par eſt memorare, à qua Artemiſiam herbam & inventam & nuncupatam videri poteſt, quod ea ἄρτεμις dicitur, cum antea *Parthenis* id eſt, virginalis vocaretur, quod ei Diana virgo Dea nomen dederit. Nam & Apulejus Celſus de viribus herbarum c. XIII. *Tres*, ait, *Artemiſiæ herbæ ſpecies Diana dicitur inveniſſe, & virtutes earum & medicinas Chironi Centauro tradidiſſe, qui primus de his herbis medicamen inſtituit.* Et ſubdit, *has autem herbas ex nomine Dianæ Artemiſias nuncupant.* Plinius autem lib. XXV. c. 7. dicit nonnullos eſſe qui putent eam herbam ab Artemide cognominatam, quoniam privatim medicatur fœminarum malis, quibus ſcilicet, ut id illi addas, Artemis, id eſt,

Diana præeſt. Nam & hanc herbam Vegetius in Mulomedica *Dianariam* vocat, quod plane indicat illam fuiſſe hujus artis peritam, quod & hinc quoque ſatis declaratur, quod eam Siculi *Lyen* appellant, teſtibus Diomede & Probo, ἀπὸ τȣ λύω, id eſt ſolvo, quaſi ſcilicet ſolutricem malorum, quod ea placata laborantes morbis finem malis invenerunt. Sunt & qui eam ita dicunt vocatam à Siculis, quoniam ea Siculos lienis morbo laborantes liberavit. Cornutus quoque, qui & Phurnutus dicitur, in lib. περὶ τῆς τῶν Θεῶν φύσεως, id eſt, de natura Deorum, tradit Dianam Artemida dictam ἀπὸ τῶν ἀρτεμεῖς ποιεῖν, id eſt, quod ſanos & integros efficiat. Sed & apud Pauſaniam in Atticis Diana ipſa σώτειρα ſoſpita ſive ſalutifera, vel ſalutaris cognominata eſt, quod quidem cognomentum forte etiam illi tributum eſt ob hujusmodi artis peritiam, quod ſcilicet ſalutem daret. Idem Pauſanias in Achaicis tradit apud Aegienſes ad forum fuiſſe Apollinis medicinæ inventoris, ut diximus, & Dianæ commune templum. Homerus autem, qui nihil ignoraſſe videtur, aperte oſtendit Dianam ipſam rei medicæ fuiſſe peritam, cum ſcribit lib. v. Iliados, 447. hanc & Latonam medicaſſe Æneam à Diomede vulneratum.

Η τοι τὸν Λητώ τε, καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
Εν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντό τε, κύδαινόν τε.

Quamvis ſint qui dicant eam herbam, de qua locuti ſumus ab Artemiſia illa Mauſoli regis Cariæ uxore inventam & nominatam, ut tradit Plinius illo c. VII. lib. XXV. Ex quo etiam intelligi poteſt Artemiſiam quoque ipſam fuiſſe hujus artis non imperitam. Reginæ autem cujuſpiam medicæ, ſive hujus, ſive alterius meminit Galen. lib. IV. Pharm. localium c. VII. & Avicenna aliter eam non nominans lib. V. *Hæc Tirnquellus* p. 406.

Diaphantes, vide Diophantes.

Diaulus Chirurgus de quo Martialis lib. I. Epigr. 31.

Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus.
Cœpit, quod poterat, Clinicus eſſe modo. Et rurſum. 48.
Nuper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus,
Quod veſpillo facit, fecerat & medicus.

Didymus,

Didymus, Aetio Quatern. II. Ser. II. c. XV. & authori Collectaneorum Geoponicorum ſæpe, præſertim lib. XII. ex quo poteris agnoſcere illum virium herbarum fuiſſe peritiſſimum, & Alexandro Tralliano lib. VII. cap. XV. ubi eum citat ex libro qui Octatomus vocatur. Suidas hunc aut alterum ejus nominis Alexandrinum teſtatur libros XV. Georgicorum ſcripſiſſe. Didymum de plantis ex Italia exſpectavit Salmaſius, ut in eis vita Epiſtolis præmiſſa p. 39. traditur. Didymi Alexandrini περὶ τῶν μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων μετρήσεως ex Anatolio MSto. in Codice Bavarico 238.

Dieuches, Plinio ſæpe, & inter cætera lib. XXIV. c. XVI. & Galeno lib. II. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, & lib. VI. Simplicium, & lib. I. Therapeuticæ, & Athenæo lib. I. Dipnoſophiſtarum, ubi dicit hujus diſcipulum fuiſſe *Numenium* Heracleotam, de quo infra dicemus. Dieuchis ſcripta memorantur apud veteres non tantum θεραπευτικὰ ſed & ἀνατομικὰ Galen. T. V. p. 1. *de braſſica* Plin. XX. 9. *de parandis alimentis.* Oribas. lib. 4. collectan. Medic. Dogmaticum fuiſſe tradit Galenus T. 4. p. 3. quem vide etiam p. 38. 107.

Dinus de Garbo, Bruni Chirurgi filius Florentinus poſt A. C. 1300. (diſcipulus Thadei,) qui primum Bononiæ, deinde Senis hanc artem profeſſus, multos libros in medicina reliquit, & inter cætera Commentaria in quosdam Hippocratis, Galeni & Avicennæ libros. Vide Trithemium de viris illuſtribus c. 532. Bibl. Jatricam Jo. Georgii Schenckii. Pater Thomæ de Garbo, Medici Florentini.

Diochetes, quem nonnulli credunt eſſe Dieuchem illum de quo jam ſupra diximus.

Diocles Caryſtius, alter quidam Hipocrates: de hoc ejusque ſcriptis abunde dixi Volum. XII. pag. 583. ſqq. ubi & Epiſtolam ejus ad Antigonum Regem exhibui. Vide & Volum. III. p. 569.

Diocles Chalcedonius, Galeno Pharmacor. localium lib. VII. c. IV. T. 2. p. 268. Unus ex illis citatur Aureliano lib. Chronion IV. c. IIX. ex Prognoſticis.

L. L. *Diocles* Medicus, in veteri inſcriptione Narbonenſi apud Gruterum p. DC XXXIII. 10.

Diodorus, qui ut tradit Plin. lib. XX. c. XII. ſcripſit *de Emitericis*, aut ut alii

legunt, ***Hemitrtteis***, aut item ut alii, ***Empiricis.*** Eum citat idem Plin. lib. xxix. c. ult. Galenus Pharmacor. κτ̀ τόπους lib. v. c. vii. & lib. ix. c. ii. & lib. x. in fin. & κτ̀ γένη lib. v. T. 2. p. 226. 294. 392. Diodorus Empiricus eidem Tom. 4. pag. 57.

Diodotus, qui ut ſcribit Dioſcorides in præfatione, & Epiphanius Cyprius lib. Hæreſeon 1. ſtatim poſt prin. ſcripſit de herbis. Sed & ἀντιλεγόμενα, id eſt, Contradictioni obnoxia, ſcripſit, teſte Plinio lib. xx. c. iix. ad fin. Harduinus ex MSS. legit ἀνθολογούμενα, flores delectos. Falli mihi videntur qui ***Diodotum Petronium*** ingerunt, cum apud Dioſcoridem ſatis tanquam diverſi, diſtinguantur, Πετρώνιος, Νίγερτε καὶ Διόδοτος. Itaque apud Plinium xx. 8. malim legere ***Petronius & Diodotus***, quam cum Lambecio II. p. 546. & 591. Dioſcoridis lectioni vim afferre, cum Epiphanii Codicibus confirmentur.

Diogenes, Cornelio Celſo lib. v. Galeno lib. Medicamentorum localium iii. c. iii. & lib. ix. c. vii. T. 2. p. 304. 312. & Aetio Tetrab. 1. Ser. iii. c. cix. qui ejus Catharticum recenſet. Diverſus hic mihi videtur ſicut à Diogene Babylonio Stoico, ſic etiam à Diogene Apolloniata Phyſico, cujus meminit Laertius in Diogene Synopeo ad fin. & cujus δεύτερον περὶ φύσεως citat Galenus T. 5. p. 473.

Diogenianus ad quem περὶ ἀντεμβαλλομένων ſcripſit Galenus T. 13. edit. Pariſ. p. 965.

Diogeſus, Cornelio Celſo lib. v. c. xxvii. ſed & ibi Diogenem habent alii Codices.

Diomedes, Galeno Medicamentorum localium libr. iv. cap. vii. non ſemel.

Diomedes, Tarſenſis Martyr, ut Diocletiano, de quo Martyrologia 16 Auguſti.

Dion iatraliptes qui perſtringitur in Græco epigrammate Lucilii libr. ii. Antholog. p. 213.

Dion, Aetio Tetrabibli ii. Ser. iii. cap. xxiix. Galeno qui eum citat ex lib. ad Theonem, niſi hic alius ſit, lib. iii. Simplicium Medicamentorum c. ii.

Dion Colophonius inter ſcriptores rei ruſticæ laudatus à Varrone, Columella, Plinio.

Dionus, Galeno lib. vi. Simplicium.

Dionyſiodorus Galen. T. 2. p. 157.

Dionyſius

Dionyſius Chirurgicus, Scribonio Largo.

D*ionyſius* Medicus methodicus T. 4. p. 42. 28. 29. Galeni ætate: ejus συμμαθητὴς T. 2. p. 227. 374. meminit in exordio libelli de puero epileptico ad Cæcilianum.

D*ionyſius Cyrtus.* Stephanus Byz. in Κύρτος.

D*ionyſius* Mileſius, Galeno Pharmac. localium lib. IV. c. VII. & lib. II. Antidotorum.

D*ionyſius* Samius, Galeno Pharmacorum ſecundum genera lib. IV. c. XIII. T. 2. pag. 373. edit. Baſil.

D*ionyſius*, ſive unus ex illis, ſive alius ſimpliciter citatus Cornelio Celſo libro VI. c. VI. Plinio lib. XX. c. XI. & XX. & alias ſæpe. Galeno Pharmacorum localium lib. IV. c. VII. & in Comment. Aphoriſm. Hippocr. lib. IV. c. LXIX. Aetio ſæpe, Plinio Valeriano lib. IV. c. XXXIV. & Cœlio Aurel. lib. Chronion II. c. XIII. Etiam *Salluſtii* cujusdam Dionyſii nomen occurrit apud Plin. indice libri XXXI. & XXXII. 7.

D*ionyſius*, ſive item unus ex illis fuit, qui ut ſcribit Plinius lib. XXV. cap. II. ſcripſit de herbis.

Caſſius D*ionyſius*, Uticenſis item qui ſcripſit περὶ φυτῶν & qui teſte eodem Plinio Magonem de re ruſtica ex Punico Græce transtulit. D*ionyſii Ituc.ei* ſive Uticenſis liber quartus γεωργικῶν laudatur etiam ab Athenæo XIV. p. 648. ῥιζοτομικὰ Steph. Byz. in Ἰτύκη & Schol. Nicandri.

D*ionyſius*, quisquis etiam is fuit, condiſcipulus Heraclidis Tarentini, Galeno Pharmacorum localium lib. V. c. VII.

M. *Junius* D*ionyſius* de quo vetus inſcriptio apud Fulvium Urſinum p. 99. & Jo. Rhodium ad Scribonium Largum pag. 297. D. M. *M. Junio* D*ionyſio Medico de Lucillianis*, *Titilena Juſta Conjugi B. M. & ſibi & ſuis Lib. Libertabusque*, *poſterisque eorum.* Habet & Gruterus pag. DCXXXIV. 6.

D*ionyſius* Diaconus & Medicus de quo infra in Elpidio.

D*ionyſia*, medicamenti nomen apud Galen. T. 2. p. 404.

D*ionyſidorus*, Galeno Pharmacorum localium lib. I. c. I. T. 2. p. 157.

D*iophanes* in re medica citatus ſcriptori Geoponicon lib. XIII. c. IX. & alibi ſæpe. Is forte eſt qui Nicæenſis dictus eſt, citatus Plinio ſæpius

ſæpius qui eum ex Dionyſio Magonis interprete teſtatur epitomen operis de re ruſtica compoſuiſſe, & Varroni qui eum numeravit inter ſcriptores rei ruſticæ, lib. I. c. I. ſive etiam alter Bithynus, niſi & hic idem ſit (nam Nicæa civitas Bithyniæ) eidem Varroni memoratus, ejusdem lib. c. IX.

D*iophantus* Chirurgus, qui Andromachum & Aſclepiadem ætate anteceſſit apud Galenum Phar. κτ̀ γένη lib. 2. c. 7. & lib. v. c. 4. T. 2. pag. 383. & κτ̀ τόπȣς lib. v. c. VII.

D*iophantes* Medicus patria Lycius Galeno κτ̀ γένη lib. II. T. 2. p. 228. lib. IX. κτ̀ τόπȣς c. IV. T. 2. p. 299.

Dioſcorides Alexandrinus, Galeno in lib. cui titulus eſt, Linguarum Hippocratis expoſitio, & Paulo Æginetæ lib. IV. c. XXIV.

Pedanius D*ioſcorides* Anazarbeus, cujus ſcripta habemus, ſingulare veterum in tractandæ rei herbariæ ſtudio documentum. De illis dixi lib. IV. hujus Bibl. c. 3. Vide & indicem ſcriptorum à Galeno citatorum in eodem volum. p. 570.

D*ioſcorides* qui tempore Hadriani Imperatoris fuit, & cum Artemidoro Capitone, cognato ſuo Hippocratis ſcripta recenſuit, ut dicit Galen. lib. I. Commentariorum Hipppcratis de natura hominis, T. v. pag. 4. illumque etiam citat in lib. Medicamentorum κτ̀ γένη, IV. & V. & VII. & Aetius Tetrab. II. Serm. I. cap. LXXXIII. & cap. CXIX. & Serm. II. cap. XVI. Quod autem T. II. edit. Baſil. pag. 392. memoratur Διοσκȣρίδης ὁ Ταρσεὺς, unde *Tarſenſem* Dioſcoridem protulere viri docti, nusquam alibi commemoratum, videtur eſſe corruptum ὁ Ταρσεὺς pro Ἀναζαρβεὺς, ſimul enim à Galeno fit mentio *Arii* Aſclepiadei, cui Dioſcorides Anazarbenſis libros ſuos dedicavit.

Dioſcorides, quisquis is eſt, quem Athenæus lib. I. Dipnoſophiſtarum, Hippocratis diſcipulum vocat.

Dioſcorides Alexandrinus cognomento φακᾶς Herophileus, Galen. T. III. pag. 705. quem ab Anarzarbeo diſtinguendum eſſe notavi lib. IV. cap. III. §. 2.

Dioſcorides ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius Galeno κτ̀ τόπȣς lib. VII. cap. II.

D*ioſcorus*, qui de herbis ſcripſit, Oribaſio in præfatione Euporiſton, niſi Dioſcorides illud ſcribendum ſit. Dioſcorus autem citatur Galeno κτ̀ τόπȣς lib. VIII. cap. VII. T. II. pag. 287.

Dioſcorus

Dioſcorus alter medicinæ peritiſſimus Juſtiniani tempore apud Agathiam lib. v. de bello Gothorum p. 144. frater Alexandri Tralliani. Fallitur enim vir doctiſſ. Jo. Bernierius qui in Hiſt. Chronologica Medicinæ p. 120. Dioſcorum hunc patrem Alexandri ſcribit.

Dioſcurorum natos ab inventis herbarum & incantationum viribus ad ſanitatem laudat Sanchoniathon apud Euſebium lib. I. præparat. Evangel. cap. VII. p. 36. Διόσκουροι Καβειροὶ, ἢ Κορύβαντες ἢ Σαμοθρᾶκες. οὗτοί φησι πρῶτοι πλοῖον εὗρον. ἐκ τούτων γεγόνασιν ἕτεροι. οἳ καὶ βοτάνας εὗρον, καὶ τὴν τῶν δακετῶν ἴασιν καὶ ἐπῳδάς.

Diotas Jatraliptes, Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους, lib. VII. cap. V. T. II. pag. 271.

Diotimus Thebanus, Plinio lib. XXVIII. cap. VII.

Dioxippus, vide Dexippus.

Diphilus Caryſtius, apud Athenæum lib. III. pag. 74.

Diphilus Laodicenſis, cujus liber de Nicandri Theriacis citatur ab Athenæo VII. pag. 314.

Diphilus Siphnius, apud eundem ſæpius ex libris de Alimentis quæ ſanis & ægris offeruntur. περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι. Galen. T. VI. edit. Pariſ. p. 498.

Diſarius, apud Macrobium in Saturnalibus.

Doarus epiſcopus, Aetio Tetrab. III. Serm. IV. cap. XLVIII.

Doles, Paulo Æginetæ lib. IX. cap. XVI.

Domitius Nigrinus, Galeno Pharmacorum κατὰ γένη lib. VII. T. 2. p. 417.

Dominicus Blondius apud Lilium Gregorium Gyraldum Dialog. Annotationum XIII.

Dominicus Maſſaria Vincentinus qui ſcripſit de ponderibus & menſuris medicinalibus Papiæ 1516. fol.

Dominicus Sennus Patavinus.

Domnus, qui teſte Galeno & Oribaſio ſcripſit Commentarios in Aphoriſmos Hippocratis.

Alius *Domnus* Medicus CPolitanus, Peſte extinctus, de quo S. Ephræm fol. 86. edit. latinæ Gerhardi Voſſii.

Domnus Judæus Geſii Medici præceptor, de quo Suidas in Γέσιος.

Dorionis γεωργικὸς citatur ab Athenæo lib. III. p. 78. & libri de Piſcibus, pluribus locis.

Dorotheus quem de herbis carmine ſcripſiſſe Plinius XXII. 22. innuit.

Dorothei medici commentarios, ὑπομνήματα laudat Phlegon Trallianus de mirabilibus cap. XXVI. incertum idemne Dorotheus *Athenienſis*, Plinio ſæpius laudatus.

Dorotheus Helias, Galeno lib. Antidotorum II.

Ad *Dorotheum* Diaconum & Medicum Epiſtola Iſidori Peluſ. lib. V. 191.

Dorus Scutariorum medicus, apud Ammianum Marcellinum lib. XVI. cap. VI. ad quem locum Valeſius annotat ſingulas legiones ac ſcholas ſuos Medicos habuiſſe. Medici II. Legionis Adjutricis mentio fit in Codice Juſtinianeo lege I. de Profeſſoribus & Medicis, & in veteri Inſcriptione memoratur *Medicus Cohortis V. Prætorian.* Plura in Goltzii theſauro Antiquitatt. & Gruteri, Reineſiique Inſcript.

Doſitheus, Aetio Tetrab. II. Serm. IV. cap. LXIII. & Paulo Æginetæ libri VII. cap. XI. Quem vero Doſitheum Medicum à Vulcatio Gallicano in vita Avidii Caſſii memorari ait Tiraquellus, is in Vulcatii editionibus univerſis quas vidi, c. X. vocatur *Piſitheus.* Paſtillus Doſithei apud Georg. Vallam XXIX. 83. de expetendis & fugiendis.

Doxippus, vide ſupra Dexippus.

Draco medicus vetuſtiſſimus, de quo Palæphatus in libro de non credendis fabuloſis narrationibus, quo loco de Glauco Minois loquitur, cap. XXVII.

Draco Hippocratis F. cui nonnulli tribuunt προῤῥητικόν. Galen. Tom. V. pag. 187

Draducus, Raſi lib. III. Continentis cap. III.

Druidas artis Medicæ peritos fuiſſe ſatis conſtat ex Plinio lib. XXIV. c. XI. ubi de herbis, ſelagine loquitur & de ſamolo.

Druſianus Thadei diſcipulus circa A. C. 1300. quem Trittenhemius Abbas cap. 543. *Cruſianum* vocat alii *Crucianum*, Tiraquellus alibi *Truſianum.* Cujus ſunt Commentarii in artem Galeni.

Dyuridus, Raſi lib. V. Continentis cap. II.

E.

Ealiem.

Ebn Beithar Arabs, auctor theſauri medicamentorum ſimplicium, obiit anno Hegiræ 646. (CHriſti 1248.) collectis in illo opere quæ de hoc argumento ante eum ſcripſere non tantum Græci, ſed Arabes quoque *Ebn Cobouri* alio nomine Raſchideddin Abu Manſur, defun-

ctus

ctus A. C. 1241. *Ebn Samgiun*, *Ebn Sina* ſive Avicenna, *Ebn Vabed Moſſik Eddin*, *Abulfadhl*, & *Abul Maslat* defunctus A. C. 1034. Vide Herbelotum pag. 64.

Ebenzegar, Meſue in cura Catharri. Is eſt, ut opinor, qui alibi dicitur filius Zear.

Eberhaldus Schluſinger, qui ſcripſit tractatum Iſagogicum in Aſtrologiam, præſertim ad electiones medicas.

Ebibule pater Maruen, filius Zoe, Rabbi Moyſi Aphoriſmorum parte XXII.

Ebugarech, Raſi lib. I. Continentis cap. I.

Ebugeraret, niſi idem ſit, ejusdem libri cap. III.

Ebunaſar Alfarabii, Rabbi Moyſi, Aphoriſmorum parte XXV. ex lib. Elementorum.

Edigoras, Raſi libro I. Continentis cap. III. non ſemel. Et is forte Bedigoras de quo ſupra.

Edoardus Vuottnous Oxonienſis, qui elegantiſſime ſimul & doctiſſime ſcripſit de animalium differentiis. Pariſ. 1552. fol.

Eichus.

Elcahamen, & *Elcalbamen*, Raſi ejusdem operis lib. VI. cap. I. & lib. VII. cap. I. & lib. IX. cap. V. niſi duo ſint, quod minime opinor.

Elcaymuſia, Raſi lib. X. ejusdem operis cap. I.

Elcheis, ſive *Elchus*, ſive etiam *Elchuz*, niſi diverſi ſint, ejusdem operis libri XII. cap. V. & alibi ſæpe.

Eleotates, Garioponto, lib. de Febribus cap. VII.

Elephantis, apud Plin. XXVIII. 7. ſive *Elephantine*, apud Suid. in ἀϛυάνασσα. Ejus περὶ κοσμητικῶν laudat Galenus lib. I. c. I. de medicamentis κατὰ τόπους. Emplaſtrum Elephantinum incertum an ab hac apud Celſum V. 19. De laſcivis ejus libellis dictum Volum. VI. hujus Bibl. c. 6. p. 827.

Sentia Elis Medica in veteri Inſcriptione Veronenſi apud Gruter. pag. DCXXXVI. 3.

Eliſæus Propheta, Medicis à Tiraquello p. 262. accenſetur propter ea quæ de eo referuntur 4. Regum II. 20. & IV. 14. & V. 10. Conf. Hegeſippum IV. 17. & è recentioribus Franciſcum Valleſium Philoſophiæ ſacræ c. 34. & 36. Stephani Morini diſſ. p. 126. ſeq. Godfridi Jungſtii diſſ. de aquis Hierichuntinis, Brem. 1725. 4. & Hermanni van der Hardt de intybo ſilveſtri. Helmſtad. 1719. 4.

Elium apud Arabes, vide infra Exlion.

Elkindus, vide ſupra Alchindus.

Ellucbaſem Elemithar medicus de Baldath (hic enim eſt ejus titulus) filius Nahadum, filii Ducellam, cujus ſunt tabulæ ſanitatis tuendæ, juxta ordinem ſcilicet rerum naturalium, quæ quidem tabulæ *Tacuini* ſunt dictæ.

Elmiſiam, Raſi Continentis lib. VII. c. IV.

Elmongeb, ſive *Elmougib*, Raſi ejusdem lib. VII. c. I. & iterum lib. VIII cap. I.

Elpidius Theodorici Gothorum regis medicus, de quo hæc Sirmondus ad Ennodii l. VIII. Ep. 8. *Helpidio Diacono*) Medicum fuiſſe, extrema epiſt. ſignificat. Itaque dubium non eſt, quin hic ſit Elpidius Medicus Theodorici regis, cujus ad ipſum extat epiſtola quæ Helpidio item diacono inſcribitur, apud Caſſiodorum lib. IV. Variarum, Epiſt. 24. in qua cum impenſi ab eo ſervitii ſedulitatem commendat, hoc ipſum medicinæ obſequium intelligit. Procopius lib. I. belli Gothici, p. 311. *μετὰ δὲ ἅπαντα εἰς Ἐλπίδιον τὸν ἰατρὸν τὰ ξυμπεσόντα ἐξενεγκὼν, τὴν εἰς Σύμμαχόν τε καὶ Βοέτιον ἁμαρτάδα ἔκλαιεν.* *Poſtea vero*, inquit, *Elpidio medico cuncta quæ acciderant commemorans, admiſſum in Symmachum ac Boëtium facinus deflere cœpit.* Mediolanenſem fuiſſe indicat Ennodius epiſt. XXI. lib. IX. Sunt qui putent eundem eſſe cum Ruſtico Helpidio V. C. & INL. ex Quæſtore, cujus Carmina leguntur in Collectione ſacrorum Poëtarum. Cæterum vel hoc exemplo patet clericos à medicinæ uſu primis illis ſæculis non abſtinuiſſe. Quod ipſum etiam teſtatur Dionyſii alterius Diaconi & medici, qui Romæ urbe à Gothis capta floruit, Epitaphium inter Chriſtiana monumenta, cujus hoc eſt initium:

Hic Levita jacet Dionyſius, artis honeſtæ
Functus & officio, quod medicina dedit.

Emba, Serapioni Simplicium c. CLXXIII.

Embularchus, Aetio Tetrab. IV. Ser. IV. cap. CXXII.

Emmaſuy, Raſi Continentis lib. IV. c. I. Opinor eſſe Bimaſui de quo ſupra, ſive filius Maſui, de quo ſuo loco.

Empe-

Emram de quo Johannes Leo Africanus c. XXVII.. infra in *Joannes.*

Empedocles, Pythagoræ, ut Timæus dicit, auditor, fœminam ἄπνουν *) iterum ad vitam revocaſſe traditur apud Laërtium VIII. 67. & Pauſaniæ dictaſſe quæ de hac ille ſcripſit. id. 60. Etiam illud præterea legimus, quod qvum ſedaſſet peſtilentiam Empedocles apud Selenuntios, Siciliæ populos, exortam ex propinqui fluminis fœtore & graveolentia, ei Selenuntii divinos honores detulerunt, ut tradit Diodorus Epheſius, & poſt eum Laertius VIII. 70. qui & VIII. 77. illum teſtatur multis millibus verſuum ſcripſiſſe *de Natura*, ad Pauſanium Medicum, & λόγον ἰατρικὸν, εἰς ἔπη ἑξακόσια, ſive *de medicina* verſibus ſexcentis: profeſſumque fuiſſe (ex Satyri authoritate) ibid. VIII. 59. pharmaca, quibus & morbi & ſenectus arcerentur, ut jam mirum videri non debeat, quod adeo medicos laudaret, ut ſcriberet,

Εἰς δὲ τέλος μάντεις τε, καὶ ὑμνοπόλοι, καὶ ἰητροί, &c.

Hymnidici vates, artis medicque periti
Mortales cunctos primi poſt terga relinqvunt,
Sunt ubi dii ſuperi magnis in honoribus aucti.

Cujus ſententiæ mentionem fecit Theodoritus de martyribus. Eum inter cæteros citat Cœlius Aurelianus lib. Chronion I. c. V. *Hæc Tiraquellus* pag. 292. Alia de Empedocle notavi libri I. hujus Bibl. cap. XII.

Entylus Chirurgus apud Georgium Vallam in libris expetendorum & fugiendorum, & medicinæ lib. VI. c. CXII.

Epænetus, cujus liber fuit περὶ λαχάνων *de oleribus*, cujus meminit Scholiaſtes Nicandri in Theriacis.

Epagathus, vide Deletius.

Epaphroditus de quo vetus inſcriptio Saluntiana apud Reineſ. p. 638. *Cn. Vergilius Epaphroditus Magiſter odorarius à Minerva Medica vixit annos ſeptuaginta &* - - - De templo ſive ſigno Minervæ Medicæ

T 3

*) De hac muliere ſeptem diebus exanimi & ad vitam ab Empedocle revocata, volumen Heraclidis memorat Plinius VII. 52.

dicæ mentio iterum apud Reineſium pag. 643. & Gruterum pag. M LXIX. 3. Odorarii ſive myrobrecharii etiam apud Reineſ. claſſ. XI. 78. 82.

Epicharmus Cous teſte Laërtio VIII.78. Commentarios reliquit ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ.

Epicharmus Demolochi Comici Syracuſani pater, teſte Suida in Δημολ.

Epictetus archiater Theodoſii magni, cujus mentio apud Symmachum lib. x. Epiſt. 47.

Epicurus magni nominis Philoſophus. Hunc, inquit Tiraquellus p. 298. fuiſſe Medicinæ peritum, ſatis conſtat ex eo quod Galenus in parva arte illum citat ubi tractat de concubitu. Et Epicurum Medicum lib. v. medicamentor, κατὰ γένη. T. 2. p. 383. Confer lib. IV. hujus Bibl. cap. 17. p. 571. Inter Epicuri ſcripta apud Laërtium X. 27. περὶ φύσεως, & πρὸς τοὺς φυσικοὺς, & 28. περὶ νόσων δόξαι.

Epidaurus Galeno lib. VII. Phar. κατὰ γένη. T. 2. p. 412.

Epigenes Galeno amicus T. 3. p. 461. cui inſcripſit librum περὶ τοῦ προγινώσκειν T. 3. p. 451. & de parvæ pilæ ludo T. 4. p. 301.

Epigonus, Galeno in lib. de ratione curandi ad Glauconem, & Phar. κατὰ γένη lib. v. & Aetio Tetrab. IV. Ser. III. c. 12.

Epimenidem Cretenſem, inter Medicæ artis peritos non injuria retuleris propter ἐπιμενίδειον ſcillam quam herbam commendat Theophraſtus VII. 11. hiſtor. plantar. & qua adverſus epilepticos uſum ſe teſtatur Galenus T. 4. p. 31. Tum propter Epimenedeos trochiſcos ſive paſtillos in obſidionibus deficiente alio cibo oportune adhibitos, de quibus Plutarchus convivio VII. ſapientum p. 157. & de facie in orbe lunæ p. 940. Philo in βελοποιϊκοῖς p. 88. Dio p. 866 E. Hero lib. de machinis bellicis, Pſellus libro inedito περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. Lambec. VII. p. 221. ſeq. Confer Portam IV. 20. Magiæ naturalis & Gabr. Naudæum de ſtudio militari p. 586. ſeq. Matthiæ Berneggeri Obſ. Miſcell. p. 255. Joachimum Schuppium à Geilhauſen in ancora famis Francof. 1574. De ſcythica herba, quam tenentes ore Scythæ per undecim vel duodecim dies valent ſitim tolerare, memorat Theophraſtus XI. 12. hiſt. plantar.

Eraſiſtra-

Eraſiſtratus Ceus *) dogmaticus Galeno T. 4. p. 372. ex Julide urbe, (ut Strabo x. p. 486. & Suidas ἐρασίςρ.) aut Sicyonius, ut Galenus Pharmacorum localium, lib. x. cap. 111. T. 2. p. 311. & alii malunt, Ariſtotelis filia genitus, Chryſippi Cnidii **) ut ipſe & Plinius xxix. 5. teſtatur, & ut plerisque placuit, Theophraſti diſcipulus. Hic veterum medicorum nobiliſſimus (ita illum appellat Macrobius lib. ult. Saturnal. c. xv.) primus miro novoque modo deprehendit morbum †) Antiochi ex amore Stratonices novercæ, quam Seleucus I. Pater ſuperinduxerat, prodeuntem. Ad introitum enim Stratonices tantam repente animadvertit perturbationem Antiochum occupare, ut defectum vocis, ruborem vultus, ſubſultum oculorum, ſudores acutos, motum incredibilem venæ, cunctaque alia quæ à Sapphone de amatoribus referuntur, intueri in adoleſcente liceret. Statimque poſt hæc, dum videlicet Stratonice diſcederet, deficiente pedetentim ſenſu, ingens pallor toto corpore diffundebatur, fiebatque anhelitus liberior. Ex quibus deprehendit nullius amore, quam Stratonices captum eſſe Antiochum. Cui morbo ut mederetur, hac arte uſum ferunt, ut Seleuco patri dixerit illum novo morbo implicitum, videlicet nimio amoris incendio, quo niſi expleretur, ſanari non poſſe. At ejus quidem mulieris amore correptum, quam conſequi minime poſſet. Stupefactus Seleucus, Cur, inquit, ſi hujus ægritudinis amor cauſſa eſt, languenti filio opitulari non poſſumus? ingenium nobis, an facultates deſunt? Quænam quæſo tanta cupiditas, aut qualis amor adoleſcentem corripuit, qui omnes nobis deliberandi rationes excludat? At vero Eraſiſtratus, Meam, inquit, uxorem adoleſcens ardet. Tum rex multis cum lachrymis & precibus, mirisque pollicitationibus rogat Eraſiſtratum, ut illam in conjugium filio daret, cui tantum regnum deberetur. Cui reſpondens Eraſiſtratus, hoc facile tu pater nobis enarras, verum forte aliter ſentias, ſi Stratonicem

*) Non Cous ut Stephanus Byz. in κῶς, nec Chius ut Galen. T. 4. p. 372. Samius autem dicitur à Juliano quod in vicinia Sami ſepultus eſt, ut à Suida traditur.

**) Vide ſupra pag. 115. ſeq.

†) Seleuci primi, Nicatoris filius Antiochus primus, Syriæ poſtea Rex cognomento Soter intelligitur. Contigit hæc res Olympiad. CXXI. 4. Seleucidarum 20. ante CHriſtum 293. Vide Jo. Foy Vaillant Hiſtoriam Regum Syriæ ex numis p. 20. ſeq.

tonicem tuam amaret Antiochus. Utinam inquit Seleucus, aut Dii, aut homines facultatem darent, ut hunc amorem permutare meo arbitratu poſſem. Deos enim obteſtor, quod ſi ea quæ mihi chariſſima ſunt, in unum conferrentur, omnia libenter abjicerem pro tuenda unius Antiochi vita. Hæc vehementi affectu multisque cum lachrymis dicente Seleuco, Eraſiſtratus non amplius cunctandum ratus, apprehenſa illius dextera, nihil eſſe dixit, cur Eraſiſtrato amplius indigeret. Non enim conjugem ſuam, ſed Stratonicem filium deperire, & quemadmodum id deprehendiſſet, declaravit. Qua re cognita, Seleucus chariſſimam ſibi conjugem filio cedere non dubitavit, ut narrant Plutarchus in Demetrio pag. 907. & Valerius Max. lib. v. cap. VII. & Appianus in Syriaco p. 204. Julianus Imp. in miſopogone p. 347. 348. edit. Spanhemianæ: Suidas in ἐρασίστρατος, & tacito Eraſiſtrati nomine Lucianus de Dea Syria T. 2. p. 664. edit. Amſt. Meminit & Galenus lib. I. Prognoſticorum Hippocratis c. VII. & rurſum c. x. aut ut alii ſecant, XI. & iterum, in lib. ſuorum ipſius Prognoſticorum cap. VI. ubi & ſimile quippiam à ſe deprehenſum feſtiviſſime ſcribit de muliere, quæ Pyladem ſaltatorem deperibat, poſſetque credi Plinius de hujusmodi morbo, iſtoque Antiocho intellexiſſe, cum ſcribit lib. XXIX. cap. I. *Eraſiſtratus Antiocho rege ſanato, centum talentis donatus à rege Ptolemæo filio ejus.* Niſi tum fuiſſet Antiochus ætate minor, quam ut filium jam grandiorem natu, quique intelligeret beneficium in patrem collatum, habere potuiſſet. Sed quem Plinius (ut hæc obiter dixerim) hic Eraſiſtratum vocat, alibi Theombrotum idem appellat, videlicet lib. VII. c. LV. cum inquit, Medicinæ ſcientiam in Theombroto Ptolemæus rex Megalenſibus ſacris donavit centum talentis, ſervato Antiocho rege. Ideoque vel Eraſiſtratus, alio nomine Theombrotus vocabatur, vel Plinius non eundem in ea re authorem utrobique fuit ſecutus. Illud tamen non prætermiſerim, Soranum Coum *) in hiſtoria tradidiſſe, Hippocratem multo ante tempore ſimilie quippiam feciſſe, videlicet deprehendiſſe amorem, quo Perdiccas Macedonum rex miſere deperibat Philam Alexandri patris

*) Soranum Epheſium in Hippocratis vita. Vide Tom. XII. hujus Bibl. pag. 677.

patris pellicem. Idem in Charicle Polyclis filio ſactum à Medico *Panacio* ſive narrat ſive fingit Ariſtænetus lib. 1. Epiſt. 13. Multa Eraſiſtrati ſcripta laudat Galenus, ut diſces ex indice quem dedi lib. IV. cap. XVII. pag. 571. ſeq. Idem ex φιλονεικία adverſus Hippocratem pugnantia ſecum ſcripſiſſe teſtatur Eraſiſtratum Tom. III. pag. 361. Et frequenter ejus opiniones refellit, ut videre licet in multis locis, præſertim vero in libris de naturalibus facultatibus: illum maximum medicum vocat Plin. lib. XIV. c. VII. Idem Cœlio Aureliano lib. II. cap. VII. citatur ex libris Salutarium præceptorum, & lib. IV. cap. III. ex libris de ventre. Et lib. V. cap. I. ex lib. de Hydrope. Et cap. II. ex libro de Podagra. Et lib. I. Oxeon. cap. XIII. ex lib. de Febribus. Βιβλία Eraſiſtrati ἰατρικὰ novem apud Suidam commemorantur. Eraſiſtrateorum Medicorum ſecta ab Eraſiſtrato. Tertull. cap. III. Apologet. ſupra pag. 118. ſeq. Poſt Herophili obitum floruit notante Galeno T. III. pag. 44. τὰς λογικὰς μεθόδους aſpernata T. III. pag. 225. Lucæ Antonii Porzii Eraſiſtratus ſive de ſanguinis miſſione Rom. 1682. 8. Jo. Baptiſtæ Vulpini hæmophobiæ triumphus, ſive Eraſiſtratus vindicatus, ubi veterum phlebotomiæ ad trutinam revocantur. Lugd. 1697. De Anatomico ſtudio per Eraſiſtratum exculto vide ſis Danielis Clerici Hiſt. Medicinæ part. 2. lib. I. cap. III.

Eras, vide Heras Cappadox.

Eraſmus Stella Libanothanus, cujus extat libellus de Gemmis.

Eratoſthenes, quem fuiſſe medicum conſtat ex eo quod ſupra diximus in Andrea.

Eribotes Teleontis filius, qui Oilei vulnus à Stymphalidibus illatum ſanavit apud Apollonium in Argonauticis, lib. II. verſ. 1032. & Hyginum. Vide Clariſſ. Burmanni Catalogum Argonautarum Valerio Flacco præmiſſum.

Eriſippus, Garioponto lib. de Febribus cap. VII.

Erophon, cujus ſunt nonnulli libri qui Hippocrati tribuuntur, ut dicit Galenus in lib. de Diſpnœa. Ita Tiraquellus. Sed legendum *Euryphon.* Nam apud Galenum lib. II. cap. X. de difficili reſpiratione Erophon eſt nomen ægroti repetitum ex Hippocratis I. Epidemior. De Euryphronte infra.

L. Appulejus L. L. Eros Medicus L. Appulejus L. F. Philumenus L. Appulejus L. L. Januarius. Vetus inſcriptio Romana apud Sponium pag. 142.

Miſc. eruditæ Antiquitatis. E*ros Auguſtæ Medicus Spoſianus*, in veteri lapide apud Fulv. Urſinum p. 99.

E*rotianus* ſive *Herodianus* potius, auctor gloſſarum in Hippocratem, de quo dixi Volum. IV. hujus Bibl. cap. XXXVI. pag. 571. ſeq.

Iſaac filius E*rram* Iſraëlitæ, vide Joannem Leonem Africanum cap. XXVI. infra in *Joannes.*

E*ryximachus*, Platoni in Sympoſio memoratus.

E*ſaias* Propheta Ezechiam regem Judæ, morbo laborantem arte medica curavit, ut ſcribitur IV. Regum XX. & Eſaiæ XXXVIII. quo quidem loco Divus Hieronymus ex eo notat ſpernendam non eſſe medicinam, quæ uſu conſtet & experimento, quia & hanc fecerit Deus. Et de hac re loquens Tertullianus in lib. de corona militis, Memini, ait, Eſaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandaſſe. Porro Serapio Eſaiam, aut ut nonnulli ſcribunt, Iſaiam medicum citat, Antidotorum cap. XVII. ſive hic ſit, ſive alius. Hunc autem fuiſſe medicum teſtatur & Chryſoſtomus in illa in Marcum Homilia VI. *Hæc Tiraquellus* p. 262.

Eſculanus. Vide Saladinus Eſculanus.

E*ſdras*, ſæpius citatus ab Aetio, Paulo Ægineta, Nicolao Myrepſo & Avicenna. Eſdram Prophetam & doctorem vocant Aëtius pag. 657. & Myrepſus XXI. I. XXXI. 6.

E*ſlimon*, vide ſupra Aslimon.

E*ſſæi* Θεραπευταὶ ſive Medici apud Philonem dicuntur, ab animorum potius quam corporum curatione. Tamen de illis etiam Joſephus II. 12. de bello Jud. hoc retulit quod ex veterum ſcriptis etiam remedia corporis & vires medicamentorum diligenter ſunt rimati. σπουδάζουσι δὲ ἐκτόπως περὶ τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.

E*ſſeriph* E*ſſachalli* de quo Joannes Leo Africanus cap. XIV.

E*ttabarani* de quo Joannes Leo Africanus cap. X. infra, in *Joannes.*

E*vangeus*, Galeno lib. V. Medicamentorum κατὰ γένη. T. II. pag. 383.

E*vax*, rex Arabum, quem Græce ad (Tiberium) Neronem de effectibus ſimplicium ſcripſiſſe referunt Codices quidam Plinii XXV. 2. Nam in melioribus ille locus deſideratur, ut Salmaſius prolegom. ad homonyma

monyma hyles iatricæ p. 15. & Harduinus in emendationibus ad Plinium annotavit. Qui vero libellus de gemmis exſtat ſub Evacis nomine, carmine Latino hexametro ſcriptus, Marbodei Rhedonenſis eſt, qui A.C. 1123. ætatis 88. obiit, de quo dixi lib. IV. Bibl. Latinæ cap. XII. Hic libellus intelligitur, quoties verſus ex *Lapidario* afferuntur in Vincentii Bellovacenſis ſpeculo Naturali libro VIII.

Eubulus, Galeno Pharmacorum ſecundum genera lib. III. atque etiam ſecundum locos lib. IX. cap. V.

Eucharius Rhodion, qui Germanice ſcripſit librum de partu hominis, & obſtetricatu, & Herbarium Germanicum.

Euclides Palatianus, ſive Palantinus, Galeno Antidotorum lib. II. & Pharmacorum ſecundum locos lib. VII. cap. II. T. II. pag. 260. At in Græco exemplari legitur, ὡς εὐκλείδης, ὁ παλαντῖνος: tametſi Cornarius dubitat mendumne ſit, ut pro eo Heraclides Tarentinus legendum ſit, & ita quoque vertit.

Eudamus, qui apud Ariſtophanem in Pluto verſ. 885. annulos contra venena & ſerpentium morſus conficiebat. Ad quem locum ſcholiaſtes: ὁ δ' Εὔδαμος φαρμακοπώλης ἢ χρυσοπώλης, τετελεσμένους δακτυλίους πωλῶν, φιλόσοφος δ' ἦν οὗτος ὁ Εὔδαμος φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαίμονα (fortaſſe δήγματα) καὶ ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα.

Eudemus qui verſibus tradidit de antidotis, teſte Galeno libro ſecundo ejusdem argumenti.

Eudemum alius, qui alterum ut opinor ætate anteceſſit, ac primus cum Herophilo poſt Hippocratem de nervorum Anatomia bene ſcripſit, ut tradit Galen. lib. III. de locis affectis c. X. T. I. p. 246. 318. T. 5. p. 20.

Eudemus Medicus Methodicus. id. T. 4. p. 42. T. 5. p. 301.

Eudemum τὸν πρεσβύτερον citat idem in lib. IX. De compoſitione Medicamentorum ſecundum locos c. V. T. 2. p. 300.

Alius ni fallor *Eudemus* ὁ πρεσβύτης Galeni ætate T. 4. p. 106.

Eudemus ὁ φαρμακοπώλης εὐδοκιμῶν σφόδρα περὶ τὴν τέχνην, cujus mentio apud Theophraſtum IX. 18. hiſtoriæ plantarum, ubi etiam mentio *Eudemi* alterius Chii.

Eudemus quoque alius in adulterio Liviæ Druſi Cæſaris deprehenſus, ut tradit Plin. lib. XIX. c. I. Cujus etiam meminit Tacitus lib. IV. Hiſt. c. III. & XI. Horum unum citat Athenæus lib. IX. ex lib. de Oleribus. Et Cœlius Aurelianus, qui eum dicit Themiſonis ſectatorem, Oxeon lib. III. cap. XI. & XII. & XV. & XVI. & Galenus lib. I. Therapeuticæ, & iterum lib. VI. ad fin.

Eudoxius de quo Tiro Proſper in Chron. Pithœano ad An. XXV. Theodoſii jun. apud Labbeum T. I. Bibl. novæ MSS. p. 59. *Eudoxius arte Medicus pravi ſed exercitati ingenii, in Bagauda id temporis mota delatus ad Chunnos confugit.*

Eudoxus Cnidius philoſophus quem in Medicina Philiſtione Siculo doctore uſum ſcribit Laërtius VIII. 86.

Eudoxus, alter, etiam Cnidius Medicus priore antiquior, memoratus Laërtio in vita ipſius philoſophi. VIII. 90.

Euelpides, ſive *Euelpidius*, ſive *Euelpiſtes*, ſive item *Euelpiſtus*, ſive denique vitioſe *Euelpectus* (hæc enim omnia nomina reperio) maximus medicus ocularius, ſæpe Cornelio Celſo, lib. VI. c. item VI. & Galeno citatus. Quanquam Euelpiſtus eidem Celſo, lib. VII. in princip. non ocularius privatim medicus eſſe videatur. Evelpiſti emplaſtrum apud Scribonium Largum cap. CCXIII.

Evemerus, Galeno medicamentorum localium lib. IV. cap. VII. Tom. II. pag. 217. 219. Is forte eſt, quem Ceum fuiſſe dicit Athenæus libri XIII. p. 658. & eum citat ex tertio libro περὶ ἱερᾶς ἀναγραφῆς.

Evenor, qui apud Cœlium Aurelianum lib. III. cap. VIII. citatur ex libris V. Curationum: & eundem Cœlium lib. Oxeon. I. cap. XVI. Citatur & à Plinio lib. XXI. cap. XXXI. Galeno T. V. pag. 653.

Eugamius Octavio Horatiano citatus, aut, ut aliis placet, Theodoro Priſciano, libr. IV. ad Euſebium filium de Phyſica ſcientia.

Eugenianus cum Galeno Romæ verſatus T. IV. p. 119. Cui librum ſeptimum & ſequentes de methodo medendi Galenus inſcripſit T. IV. pag. 106. 129. 139. & libellum de ordine librorum ſuorum. T. IV. pag. 368.

Eugenius Galeno Pharmacorum localium lib. VII. cap. VI. ad fin. & Garioponto, in lib. de Febribus cap. VII.

Eugeraſias, Galeno κατὰ τόπους lib. IX. cap. II. non ſemel.

Eugnomonius cui gratias agit Libanius lib. I. Epiſt. III.

Euno-

Eunomus, Aſclepiadeus Galeno κτ̀ γένη lib. v. T. II. pag. 391.
Eunomus alius, deriſus Auſonio epigr. LXXV.
Eupator rex â quo Eupatoria herba celebrata Dioſcoridi IV. 38. & Plinio XXV. 6.
Euphorbus frater Antonii Muſæ, de quo ſupra, Jubæ Regis Medicus teſte Plinio XII. 14. & XXV. 7. ſed Euphorbiam herbam ante hunc Euphorbum notam illo nomine fuiſſe contendit Salmaſius ex Meleagri epigrammate in quo εὐφόρβης ἀκάνθης mentio. Vide Prolegomena ad homonyma hyles Iatricæ p. 4. ſeq. Alii tamen & Salmaſius ipſe alibi pro εὐφόρβης legunt rectius ἐκ φοβερῆς. Vide T. III. hujus Bibl. pag. 685.
Euphranor, Galeno κτ̀ γένη, lib. II.
Euphrates Catholicus, eidem lib. I. Antidotorum.
Euricius Cordus Simeſuſius, cujus Botanologicon, ſive colloquium de variis herbis habemus. Isque vertit verſibus Theriaca & Alexipharmaca Nicandri.
Euryphon Cnidius Hippocratis contemporaneus, ſed eo natu major, ut ſcribit Soranus Cous *) in hiſtoria: & hunc citat Galen. lib. II. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, & in lib. I. de Alimentorum facultatibus, & lib. Simplicium medicamentorum VI. in præfatione, & in Commentariis in librum de ratione victus in morbis acutis, in XVIII. ſectione, & lib. III. de difficili reſpiratione cap. I. T. III. pag. 181. ubi nominatur cum Theſſalo & Polybo, quorum ſcripta quædam ſub Hippocratis nomine feruntur. Nonnulli per Κνιδίας δόξας ab Hippocrate περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων Euryphontis placita tangi non dubitant. Vide quæ notavi lib. IV. hujus Bibl. cap. XVII. pag. 573. Laudat & Plato Comicus apud Galen. lib. VII. in Aphoriſmos T. V. pag. 322. & Cœlius Aurelianus lib. Chronicon II. cap. X. & lib. V. cap. I. ubi illum dicit antiquiſſimum, & lib. Oxeon. II. c. XVI. & iterum lib. III. cap. XVII. ubi Cnidium illum appellat.
Euſchemus Spado, Galeno lib. IX. Pharmacorum localium cap. III. T. II. pag. 300.
Euſebius Papa, A. C. 310. martyrium paſſus ſub Maxentio, medici filius & ipſe quoque medicus. Vide Baronium ad Martyrolog. Roman. 26. Sept.

*) Soranus junior in vita Hippocratis. Volum. XII. hujus Bibl. p. 676.

Euſebius, Octavio Horatiano, ſive Theodoro Priſciano citatus lib. IV. de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium.
Euſiſtradas, Raſi lib. VI. cap. I.
Euſtathius Quercetanus, recentis ætatis ſcriptor qui edidit Acroamaton in librum Hippocratis de natura hominis commentarium, & ſcholia in Galeni libros tres de temperamentis, Baſil. 1549. 8.
Euſtathius medicus, ad quem extant epiſtolæ D. Baſilii. LXXX. LXXXI.
Euſtochius Alexandrinus in vita Plotini à Porphyrio ſcripta.
Eutecnius Sophiſta, cujus eſt Græca paraphraſis in Alexipharmaca & Theriaca Nicandri, & in libros Oppiani de piſcatione & venatione, & de aucipio, ut dixi lib. III. 26. & lib. IV. c. 20.
Euthycleus, Celſo lib. V. c. XIIX.
Eutropius Marcello Burdegalenſi citatus, in præfatione.
Eutychianus archiater eidem citatus c. XIV.
M. Livius *Eutychus* Archiater in veteri inſcriptione apud Hieron. Mercurial. IV. I. Var. Lect.
Eütychus Aug. Lib. *Neronianus Medicus ludi matutini fecit ſibi & Irenæ* Lib. *Conjugi cariſſimæ bene meritæ & libertis libertabusque poſteriſque eorum.* Vetus lapis apud Fulv. Urſinum. p. 99.
Euthydemus Athenienſis, cujus Athenæus citat ὀψαρτυτικὰ Opſartytica, quaſi dicas, de re, ſive arte culinaria condiendi cibaria.
Exlion, Raſi lib. I. Continentis c. VI. niſi ſit *Elium* de quo ſupra, utrunque enim reperio apud Arabes.
Experimentator, vide Agazo.
Ezarbaragui de quo Leo Africanus c. VIII. infra, in Joannes.
Ezechiam quoque regem illum Judæ librum ſcripſiſſe medicamentorum, inquit pag. 269. Tiraquellus, videri poteſt ex Rabi Moyſe, lib. Perplexorum III. c. XXXIIX. Sed apud Maimonidem c. 37. p. 451. edit. Buxtorfii, tantum fit mentio libri quem Ezechias abſconderit, de quo infra in Salomone. Hic eſt Ezechias, quem Eſaias Propheta curavit. 4 Reg. XX. & Paralipom. XXXII. 24. Eſaiæ XXXIIX. 2. ad quæ loca præter interpretes, conſules Thomam Bartholinum libro de morbis Biblicis.

F.

Fabianus Cretenſis, Galeno Pharm. ſecundum locos lib. VII. c. III.
Fabilla Galen. T. 2. p. 294. 309.

Fabius Clemens Plinio Valeriano citatus lib. rei Medicæ III. cap. XIV.

Falgaricus Raſi lib. I. Continentis c. V. ex lib. Medicamentorum laxantium.

Fallaba Perſes, Raſi ejusdem operis lib. III. c. item III. & lib. X. c. ult. vide Filaha.

Appii Faſci emplaſtrum. Ἀπῖȣ Φάσκȣ. Galen. T. II. pag. 228.

Farabius, Alfarabius de quo Joannes Leo Africanus cap. 5. infra in Joanne.

Faveligoris, Avicennæ lib. Antidotorum tract. II.

Fauſtinus, Galeno, Aetio Tetrab. III. Ser. I. cap. XIV. & XIIX. & Tetrab. IV. Ser. II. c. 50. Paulo Æginetæ lib. VII. c. XII. & Alexandro Tralliano.

Faik, Raſi lib. IV. Continentis c. I. & lib. VIII. cap. I. & alibi ſæpe. Et hic eſt, ut puto, quem *Fair* vocat idem Raſis lib. VIII. ejusdem operis, paulo ante fin. & *Faik* lib. XI. ejusdem operis cap. VII.

Fauſtus. ἔκλειγμα Φαυςιανόν. Galen. T. 2. p. 261. ἔνεμα p. 301.

Feldius Alexandrinus, Conſtantino Africano, ſive Alexandrino citatus lib. V. c. XII. de cognitione & curatione morborum, ubi de ſplene: vide an ſit ille de re ruſtica.

Fenon, apud Meſue in Antidotis.

Ferdinandus Balamius Siculus, qui Galenum de Oſſibus Latine tranſtulit.

Ferdinandus Nonius Pincianus, cujus cum magna laude meminit Chriſtophorus Oroſcius in Aetii Caſtigationibus. De ejus præclaris in Plinium obſervationibus, ſcriptisque aliis vide Nic. Antonium in Bibliotheca Hiſpana.

Fernellus Piſanus.

De Joanne Fernelio, Ambianate Gallo, Galeno ſuæ ætatis, qui An. 1558. d. 26 April. Pariſiis obiit, Guilelmus Plantius in ejus vita & Petrus Bælius in Lexico.

Ficianus corrupte pro Ephiciano vel Iphiciano Galeni præceptore.

Filagrius, apud Serapionem tract. VII. cap. IX. & cap. XVII. vid. infra Philagrius;

Filaba, Raſi lib. XI. Continentis c. V. non ſemel, & c. VI. vide num ſit *Fallaba*, de quo ſupra, quod opinor: vide etiam quæ diximus in Conſtantino Imperatore.

C. Julius Filetio. Vetus inſcriptio reperta Budæ in Pannonia inferiore, quam refert Apianus & p. DCXXXIV. 5. Gruterus: D. M. *C. Juli File-*

li Filetionis domo Africa. Medici qui vixit ann. XXXV. C. Julius Filetus & Scil. Euthenia, *parentes filio cariſſimo F. C.*

Filimon, Meſue, in fluxu ſanguinis ab ore.

Filius Albarith, ſive *Alkarith*, ſive etiam *Allarith*, niſi diverſi ſint. Nam hæc tria nomina reperio apud Avicennam, lib. v. tract. ix. & alios Arabes: credo tamen unum eſſe.

Filius Amaran.

Filius Bacrich, Raſi lib. iii. Continentis c. i.

Filius Genid, Raſi lib. ii. Continentis c. i.

Filius Hilgeben. Avicennæ lib. v. tract. ix.

Filius Hubeire, ſive *Huberre*, vel *Hubare*, niſi diverſi ſint, apud Avicennam lib. v. tract. ix. & alios Arabes.

Filius Humain, Meſue in ægritudinibus gutturis, niſi ſit qui alibi Humain ſimpliciter citatur.

Filius Hychie, vide Abdala.

Filius Jubeyr, vide Sapiens.

Filius Ligileg, Raſi lib. i. Continentis.

Filius Manu, ſive Main.

Filius Maginſui, Raſi lib. iii. Continentis c. iii. non ſemel.

Filius Maſuy, Raſi lib. iii. Continentis c. iii. non ſemel.

Filius Meſague, Serapioni Antidotorum cap. xxxii. Vide Gabriel filius Meſague.

Filius Meſue, Raſi lib. i. Continentis c. ix.

Filius Meſuey, niſi idem ſit, apud eundem ejusdem operis lib. ii. cap. iv. ubi illum citat ex lib. Medicamentorum mundificantium.

Filius Muſney, eidem Raſi ejusdem operis lib. ii. c. i. & cap. ii.

Filius Muſey, niſi & idem ſit, qui ex libro de Complemento & Fine citatur Raſi d. c. ii. lib. ii. Continentis.

Filius Patriarchæ, Raſi lib. Conti. i. c. iii. ex lib. Topicorum, & iterum c. ix. & c. v. & lib. ii. ejusdem operis c. ii.

Filius Rodoan, Rabbi Moyſi Aphoriſmorum parte xxiii.

Filius Serapionis, vide Joannes filius Serapionis.

Filius Talaus, Raſi lib. ii. Continentis c. item ii. non ſemel, & c. v.

Filius Thelaus, niſi idem ſit, eidem ejusdem operis lib. ii. c. iv.

Filius Zezar, Meſue in medicinis ſolutivis, & in ægritudinibus cerebri, vid. Hamech.

Filius

Filius Zor, Rabbi Moyſi Aphoriſmorum parte VII. non ſemel, & XXI. vide ſupra Ebibule, & infra Maren.

Filodeſiſis, Avicennæ lib. v. ſumma II. tract. II.

Filigorus, Raſi lib. III. Continentis c. item III. & iterum c. VI.

Filogoriſius, eidem ejusdem operis lib. v. c. I. ex lib. de dolore ventris.

Filogorus, ſive Filogorius, niſi idem ſit cum præcedente, Raſi lib. III. Continentis c. I. non ſemel, & lib. III. c. VI. & VII. & lib. VI. c. I. ubi eum laudat ex lib. de morbis curandis, & lib. X. c. II. ubi eum citat ex lib. de lapidibus ad Georgium, & lib. XII. cap. I. ubi ex epiſtola ad Fidiſium, de podagra.

Firmus ſcriptos κηπȣρικῶν Plin. indice libri XIX.

Flavius Clemens, Galen 7. Pharmacor. κτ̃ γένη. vide Fabius.

Flavius Grammaticus, cujus de medicinalibus libri verſibus ſcripti exſtabant tempore Hieronymi, ut ipſe teſtatur c. 80. de ſcriptoribus Eccleſ.

Flavius ὁ πύκτης, id eſt, pugil, Galeno Pharmacorum localium lib. IX. cap. v. T. II. p. 301.

Florentinus, ſcriptor Γεωργικῶν frequentiſſime citatus in Geoponicis, etiam in re medica, ut lib. XII. cap. XX. & multis aliis locis: & Didymo rei Veterinariæ II. cap. LXXXV.

Floris, Avicennæ lib. v. ſumma II. tract. II.

Florus, ni idem ſit, Galeno, lib. IV. Pharmacorum ſecundum locos, c. VII. & Aëtio Tetrab. II. Serm. cap. CVIII.

Foabitus, Raſi lib. v. Continentis cap. I. ſtatim poſt princip.

Fontejus Fortis è gente Aſclepiadarum de quo Græca Inſcriptio apud Fulv. Urſinum, Boiſſardum T. IV. 136. & Gruter. p. DCXXXIV. I. quam dedi ſupra p. 90. ubi verſu quarto legendum ὡς ἐπέπλλε φίλοις.

Manius Fontejus Nicander Medicus in veteri inſcriptione Romana apud Sponium pag. 142. Miſc. eruditæ Antiquitatis.

Recentioris ætatis Franciſcus Bencius, Ugonis Senenſis filius, & Joannis Manardi præceptor.

Franciſcus Bobius Ticinenſis.

Franciſcus Caballus Brixienſis, cujus eſt liber de animali paſtillos Theriacos ingredienti.

Franciſcus Catalanus.

Franciſcus Emericus Oppavianus, qui ſcripſit libros de medicorum auxiliorum dextero uſu.

Franciſcus de Pedemontium, cujus ſunt Commentaria in Meſue, & alia.
Franciſcus Victorius Bergomas, qui multa in philoſophia & medicina ſcripſit.
Fronto citatus in Geoponicis VII. 12. 22. XII. 10. XIX. 2.
Fulam, Serapioni Simplicium cap. CCCL.
Fulukeſanus, ſive Fulukeſanis, Avicennæ lib. V. Fen. II. tract. II.

G.

Gabriel Avernus.
Gabriel filius Bactiſoh, Raſi lib. VIII. Continentis cap. I. Alibi autem ſcilicet lib. XI. cap. I. dicitur Gabriel Binhahtiſuh.
Gabriel ſimpliciter Meſue, & Serapioni, & Raſi lib. tertio Continentis cap. tertio non ſemel.
Gabriel Humelbergius Ravensburgenſis, cujus extant Commentarii non indocti in Q. Serenum Sammoniacum, & Scholia in librum Sexti philoſophi Platonici de medicinis ex animantibus, Apicium, Muſam, Apulejum de herbis, & alia quædam opera.
Gabriel filius Meſague, aut ut alii ſcribunt Meſaugue, apud Serapionem Antidotorum cap. XVII.
Gabriel Bachtishuæ filius, Medicus Caliphæ Alrashid de quo hæc Abulpharajus hiſtor. dynaſtiarum pag. 153. „Anno (hegiræ) centeſimo ſeptuageſimo quinto (CHriſti 791.) ægrotante *Jaafaro Ebn Yahya Ebn Chaled Ebn Barmac*, juſſit *Al Raſhidus Bachtiſhuam* ipſi inſervire; *Jaafar* vero cum a morbo revaluiſſet, dixit *Bachtiſhuæ*, Volo ut mihi Medicum peritum eligas quem honore afficiam, ac beneficiis ornem. Reſpondente *Bachtiſhua*, non alium inter medicos iſtos peritiorem novi filio meo *Gabriele*. Dixit *Jaafar*, mihi ipſum ſiſtas: cumque eum ad ipſum adduxiſſet de morbo quem clam habuit ipſi queſtus, eo ad triduum ipſi manus medicas adhibente, ſanatus eſt: unde eum ut animam ſuam amavit. Quodam autem die *AlRaſhidi* concubina cum inter pandiculandum manum ſuſtuliſſet, manſit ea extenſa, adeo ut retrahere ipſam nequiret; cui cum Medici lenimento, & unguentis adhibendis nihil proficerent, *AlJaafar* ipſi *Gabrielem* ejusque peritiam laudavit: ei ergo accerſito quomodo ſe haberet puella indicavit. Si mihi, inquit *Gabriel*, non ſuccenſebit Imperator Fidelium, eſt mihi ad eam (ſanandam) commen-

mentum. Quodnam eſt illud, inquit *AlRaſbid?* Ille, Prodeat,„ inquit, huc puella in omnium conſpectum, ut quod velim faci-„ am; tu autem patiaris me, nec ſubito iraſcaris. Jubente ergo„ *Al Raſbido* prodiit illa, quam conſpicatus *Gabriel* ad ipſam accurrit,„ & inclinato capite fimbriam ipſius prehendit quaſi ipſam denuda-„ turus; puella vero commota, præ conturbationis & pudoris ve-„ hementia membra ſua demittens, manu deorſum extenſa fimbri-„ am ſuam prehendit. *Gabriel* autem, ſanata eſt, inquit, O Fi-„ delium Imperator. Dicente ergo *Al Raſbido* puellæ, Extende„ dextrorſum & ſiniſtrorſum manum tuam, cum feciſſet illa, mira-„ tus ille cum adſtantibus omnibus, ſtatim *Gabrieli* (dari) juſſit„ quingenties mille nummos, ipſumque charum habuit. Interro-„ gatus autem de morbi cauſa reſpondit, Profudit ſe in puellæ iſti-„ us membra inter venerem humor tenuis præ motu & caloris dif-„ fuſione, & cum ſubito à motu coitus quieſceret, congelatus eſt„ in interiori parte nervorum, adeo ut niſi a motu conſimili ſolvi„ non poſſet: uſus ſum ergo commento, quo dilatato calore ſolu-„ tus eſt humor ſuperfluus, ipſaque ſanitati reſtituta.„

Gabriel filius *Maginſui*, Raſi lib. III. cap. item III. niſi idem cum filio Meſague, de quo ſupra.

Gabriel Zerbus Veronenſis, qui Theoricam medicinam compoſuit, & Anatomiam corporis humani. De eo Joannes Neander in ſyntagmate de Medicinæ laudibus p. 151.

Gabrios Salube filius, Arabibus citatus.

Antonius Gaizo, cujus de ſomno & ejus neceſſitate libellus excuſus cum Conſtantino Africano.

Gajus Ocularius, Galeno Pharmacorum localium lib. IV. cap. VII. vide ſupra *Cajus.*

Galaricon, Raſi lib. I. Continentis cap. III.

Galeacius de S. Sophia, qui in IX. tractatum Raſis ad Almanſorem Commentarios edidit, atque etiam Practicam compoſuit.

Claudius Galenus Pergamenus, Niconis viri docti & inſignis Mathematici filius, reliquos omnes ſuperiores medicos (Hippocratem ſemper excipio) & ingenii magnitudine, & doctrina, & diligentia facile ſuperavit. Præceptores ipſe laudat Ælianum, *) Heraclianum, Iphicianum,

*) De hoc Æliano Abulpharajus hiſtor. dynaſtiar. pag. 77. *Galeni præceptor in Medicina Medicus quidam fuit nomine Ælianus, qui Antiochiam urbem pervenit anno quo*

cianum, Lucium, Numeſianum, Pelopem, Satyrum, Stratonicum. Nonnulli perhibent centum & quadraginta annos vixiſſe, tantaque in cibo & potu abſtinentia uſum, ut ad ſatietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam unquam guſtarit, unde ſit factum, ut odorificum ſemper anhelitum ſpiraret. Sed quod longe mirabilius eſt, citra ullam omnino affectionem ſola defecerit ſenectute. Quod in humanis, ut dicit Cælius Rhodiginus lib. Antiquarum Lectionum xxx. c. xii. ex poſteriore editione, eſt rariſſimum in tanta ſubblandientis gulæ laſcivia. Utcunque tamen res habeat, hinc quibusdam obrepſit Adagium, ut *Galeni valetudinem* dicamus, pro ea quæ ultra humanum captum nimis ſit proſpera, nimisque inoffenſa. Sed ſunt, ut ille ſubdit, plurima quæ adverſus hanc aſtructionem proferri poſſunt, tum ex Galeno ipſo, tum ex ſcriptoribus aliis. Abulpharajus pag. 78. ſcribit annos LXXXVIII. natum obiiſſe in Inſula Sicilia. Suidas teſtatur Galenum ſeptuaginta tantum annos vixiſſe, arte medica celebrem Romæ, Marci & Commodi, & Pertinacis Imperatorum, addere poterat etiam Severi temporibus. Ipſe refert ſe quam plurimis cum morbis conflictatum, in adoleſcentla præſertim ac juventute lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, lib. v. de ſanitate tuenda, lib. 2. de locis affectis atq; alibi. Galeni effigies ex vetuſtisſimo Codice Dioſcoridis qui exſtat in Bibl. Cæſarea Vindobonenſi, poſt Lambecium II. p. 551. Neſſelium ac Bellorium dat Jac. Gronovius T. 3. theſauri antiquitatum Græcarum lit. kkkk. Alia **) in iconibus Sambuci n. 19. Galenus (per anagramma *Angelus*) ex Græcæ linguæ proprietate quietum tranquillumque ſignat. Apud ſequioris ætatis ſcriptores *Galienus* frequenter appellatur, ut notavit G. Colvenerius notis ad Joannis Nideri formicarium p. 51. Vitam illius ſcripſere

Joan

morbus lethalis ipſius incolas invaſerat; theriacam præſtantiſſimam ſecum afferens, quam quisquis antequam ægrotaret bibit, evaſit.

**) Galeni effigiem hoc elogio olim ornavit Magnus Medicus lib. IV. Anthologiæ p. 485.

Ἦν χρόνος ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνὲ,
Δέικνυε μὲν θνητοὺς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτους.
Χήρευσεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
Σῇ παιηονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

Joannes Martinus Euſtachius, Neapoli 1577. *Philippus Labbeus* Pariſ. 1660. cujus lucubrationem libro quarto hujus Bibl. c. 17. exhibui, eique ſubjunxi uberiorem de ſcriptis Galeni notitiam: *Renatus Charterius* & alii operum ejus editores, *Jo. Henricus Acker*, ante librum Galeni de dignoſcendis animi affectibus, & in opuſculis eloquentiæ, faſcic. 3. Jen. 1717. 8. *Jacobus Milichius* Orat. de Galeni Vita &c. Romani ſermonis non fuiſſe imperitum notat Jo. Rhodius ad Scribonium Largum p.6. De Critico Galeni ſtudio Jo. Woweranus lib. de polymathia & Tho. Reineſius Epiſtolis ad Neſteros p.67. Idem p. 64. & Caſpar Hofmannus non ſine cauſa diſſentiunt à Veſalio & Amato, qui Galenum ſecuiſſe humana corpora negant, licet partes animalium interdum pro partibus corporis humani deſcribere videtur accuratioribus anatomicis. De placitis Galeni Daniel Clericus, Jo. Conradus Barchuſen & alii viri docti qui hiſtoriam artis Medicæ tradiderunt.

Ipſe de ſe lib. III. De affectis locis, cap. III. *Ego vero reipſa, & publice & privatim* (apud eos videlicet, qui ſectam quamlibet ab eo diſcere cupiebant,) *oſtendi in omnium ſectarum ſcientia (ne majus quicquam dixero) me eſſe poſtponendum nemini.* Et paulo poſt, *Itaque medicinam profeſſus usque ad ſenectutem, nullam omnino ad hanc diem calumniam ſubivi, vel curando, vel præſagiendo: id quod celeberrimis medicorum quibusdam obtigiſſe memini.* Non temere credere ſe aliorum teſtimoniis ſine proprio experimento, profitetur T. I. p. 226. Divus autem Hieronymus in Decretis Canonicis de conſec. diſtin. V. cap. *ne tales*, illum *virum doctiſſimum* appellat: & in Amos, c. V. *medicorum diſertiſſimum atque doctiſſimum.* Gregorius Nyſſenus lib. de anima cap. IX. in princip. & Paulus Aegineta lib. V. cap. XXIX. in fin. illum vocant *admirabilem*, ſive mavis, *admirandum medicum.* In quodam convivio ad quod multi docti viri convenerant, ait inter cæteros adfuiſſe Galenum Pergamenum medicum, qui neminem habuerat usque ad ſuæ ætatis tempora philoſophandi ſcientia, vel dicendi facultate ſuperiorem. Alexandro autem Tralliano vix citatur, niſi cum eo epitheto ut appelletur θειότατος, id eſt *diviniſſimus.* Averrois lib. V. Colliget. c. XXXI. ita illum celebrat, ut experientia præcellentem prædicet, ac veridicum imprimis, & cui comparari non poſſit alius, *niſi forſan is* (inquit) *qui clamat quidem, ſed quid clamet non percipit ſatis*, Avicennam, ut opinor,

intelligens. Qui ſe tamen, lib. I. Fen. I. cap. II. Galeni fatetur interpretem, ac illum ſummum quandoque vocat artis medicæ. Halyabbas in primo Theoricæ, *Galenus*, inquit, *ſapiens & prior inter cæteros, ac probus, & in medicina eminentis ſcientiæ.* Rabbi Moyſes, in xxv. particula ſuorum Aphoriſmorum, ſcribit Galenum in medicina plus ſciviſſe, quam alium cujus famam audiverit, aut ſcripta legerit. Raſis alicubi hunc ſcribit intelligendi & dicendi graviſſimum fuiſſe authorem. Arnaldus à Villa Nova circa initium lib. de diverſis intentionibus medicorum, dicit Galenum gravi pondere, recti judicii perpendiculo, exquiſitaque perſcrutatione, prout artis exigit neceſſitas, omnia præ cunctis medicinæ doctoribus glorioſius expreſſiſſe. Et idem in prologo libri de conſiderationibus operis medicinæ, dicit medicinam Divina conceſſione veraciter & perfecte Galeno, ſicuti & Hippocrati fuiſſe revelatam. Et in lib. de graduationibus medicinarum, cap. xxxvi. aſſerit Averroem in omnibus erraſſe, in quibus Galeno contradicit. Euſebius Cæſarienſis, libri Eccleſiaſticæ hiſtoriæ v. cap. ult. tradit authoritate aliorum, Galenum à nonnullis pro Deo coli. E JCtis Angelus conſil. cx. incip. *ſanctiſſima & illuſtriſſima Regina*, col. IV. principem medicorum appellat. Sed & ipſe multa de ſe ſcripſit lib. VIII. & IX. Methodi & de morbis curandis, lib. V. VI. VII. & X. ex quibus intelliges eum minime fuiſſe detrectatorem laudum ſuarum, alioqui dignum qui ab omnibus, omnibus laudum præconiis celebretur. *Hæc Tiraquellus* pag. 259.

Galenus alter cognomento Halieus, quem Galenus ipſe citat in libris de compoſitione Medicamentorum. Ita Tiraquellus p. 361. Sed licet varia à Galeno medicamenta afferuntur τοῦ ἁλιέως T. II. edit. Græcæ Baſil. pag. 357. 380. 382. 418. 419. Galenum tamen ἁλιέα ſive piſcatorem ab eo citari non memini.

Galenus item alius, ut puto Menodoti filius, cujus dicunt eſſe eam doctiſſimam orationem ſuaſoriam ad bonas artes, quæ inter Galeni illius Pergamenſis opera reperitur.

Galenus quoque alius, qui poſt Galenum fuit, & nonnullos libros Græce compoſuit, qui Galeno illi magno aſſignati ſunt, ut ſcribit Rabbi Moyſes, Aphoriſmorum parte XXIII.

Galenus Medicus & Philoſophus CPoli ob Aſtrologicas prædictiones â Zenone Imp. ſublatus, de quo in Originibus CPol. Cumbefiſii p. 18.

quan-

quanquam V. C. Anſelmus Bandurius in Imperio Oriental T. II. pag. 501. ſuſpicatur Galenum illum confictum ex inſcitia recentium Græculorum, uti Apollonium Tyanenſem Conſtantini ævo Magum, de quo idem pag. 499. Similiter *Galenum* quæſtorem pag. 495. 496. obſervat irrepſiſſe pro Gallo.

Gallio Ocularius, Galeno Medicamentorum ſecundum locos lib. IV. cap. VII.

Gallus, vide ſupra Ælius Gallus.

Gallus Marcus Aſclepiadeus, Galen. lib. Pharmacorum localium VIII. cap. IV. T. II. pag. 283.

Gallus ſive unus ex illis, ſive alius, Galeno lib. Medicamentorum κτ̀ γένη, I. & lib. IV. κτ̀ τόπȣς, cap. VII. & libri VII. cap. II. & lib. VIII. cap. VI. T. II. pag. 218. 259. 267. 276. 286. 303. 330. 343. & Aetio Tetrab. IV. Serm. I. cap. CIII. ſimpliciter citatus.

Gamalielus Patriarcha, Marcello cap. XXIII.

Games, Galeno ſive Garioponto de Medicinis expertis pag. CXI. H. edit. Junt. inter ſpuria.

Gariopontus Medicus Chriſtianus Sec. XII. *) cujus ſunt libri VII. de Morborum particularium & febrium cauſis, accidentibus & curationibus, qui in editionibus *paſſionarius Galeni* inſcribuntur. De eo dixi lib. IV. Bibl. Latinæ cap. XII. ubi etiam ex Reineſii III. 12. Variar. Lect. notavi eundem videri auctorem ſcripti de medicinis expertis quod inter Galeni opera legitur.

Gaſpar Torella Valentinus, qui de pudendagra ſcripſit.

Gatinaria, vide Martinns Gatinaria.

Gemellus, Galeno lib. Medicamentorum localium IX. cap. V. Tom. II. pag. 302.

Gemma Friſius medicus & mathematicus, ſed qui multo plura in matheſi, quam in medicina compoſuit.

Hieron. Gemuſæus, cui meliorem Græcam Pauli Æginetæ editionem debemus.

Gennadius, Galeno libri Medicamentorum ſecundum locos IV. cap. VII. In hunc, aut alium potius ejus nominis Chirurgum imperitum eſt epigramma Palladæ, lib. II. Anthologiæ p. 217.

βέλτιζον

*) Non octavi ſeculi, ut ſcribit Jo. Bernierius Hiſt. Chronologique de la Medicine pag. 126.

Βέλτερον ἡγεμόνος λῃστοκτόνου ἐς κρίσιν ἐλθεῖν
Ἢ τοῦ χειρουργοῦ Γενναδίου παλάμας.
Ὃς μὲν γὰρ φονέας ὁσίως συγέων κατατέμνει,
Ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς εἰς ἀΐδην κατάγει.

Gennadius Medicus Chriſtianus de quo S. Auguſtinus Epiſt. 100. (novæ edit. 159.) ad Evodium. *Frater noſter Gennadius notiſſimus fere omnibus nobisque cariſſimus Medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ artis ſuæ exercitatione prapolluit* &c. Idem cujus ſomnium ex Auguſtino narrat Julianus Toletanus lib. II. prognoſticon c. XXXIII. T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd.

Gennadius CPol. de quo Menologia 25. Auguſt.

Gentis, ſive *Gentius* rex Illyriorum, à quo Gentianam herbam dictam teſtantur Plinius XXV. 7. & Dioſcorides III. 3. Illius Regis mentio apud Florum epitome Livii lib. XLIII. ſeq. Livium XL. 42. XLII. 26. XLIII. 11. XLIV. 23. 27. 30. 31. XLV. 43. Eutropium IV. 6. & 8. &c.

Gentilis Fulgineas, clarus circa A. C. 1310. cujus ſunt plurima & ingentia opera. De quo è JCtis loquitur Cynus in l. Septimo menſe. ff. De ſtatu hominibus & Angelus in §. ult. in authenticam de reſtitutione & ea quæ parit. & Socinus qui illum inſignem medicum vocat, conſil. LXV. ſuper propoſita, col. 1. lib. III. Laudat & Trithemius cap. 545. de viris illuſtribus.

Georgius Agricola, cujus extant libri non indocti de metallicis, de ortu & cauſis ſubterraneorum, de natura eorum quæ effluunt ex terra de natura foſſilium, & alii.

Georgius Byzantinus qui ex Arabico Græce tranſtulit librum medicinalem Beekzeber Ebi, ſeptem diſtinctum ſectionibus, ut notavit Allatius de Georgiis Volum. X. hujus Bibl. pag. 679.

Georgius Choniata, qui Antidota Perſica in Græcam linguam tranſtulit. Vide Allatium loco laudato p. 681.

Georgius Chryſococces. ſupra in Chryſococe.

Georgius Curio, cujus eſt quædam diſputatio brevis Vuittenbergæ edita.

Georgius Kraut, qui practicam Galeacii à Sophia correxit, & alia quædam opuſcula edidit.

Georgius Pilander Germanus, qui IV. libros Hippocratis de morbis tranſtulit. Pariſ. 1540. 4.

Georgius Stertius, cujus Georgius Agricola mentionem facit in illo libro Metallicorum.

Georgius Tifernas, quem & Medicinæ operam impendiſſe videre licet ex Lilio Gyraldo lib. I. poetarum noſtri temporis.

Georgius Valla Placentinus, de quo Jovius in elogiis, Geſnerus in Bibl. & Jo. Matthæus Toſcanus in peplo Italiæ cap. XXII. ultra multa alia, in philoſophia & medicina, edidit libros ſeptem medicinæ, quibus ſimplicia tractat, & alia multa. Exſtant in ejus opere *) de expetendis & fugiendis rebus, excuſo Venetiis in ædibus Aldi Manutii Romani 1501. forma majoris folii, quod opus ſpiſſum diſtinctum in hebdomades librorum ſeptem, libros XLIX. & ex ſcriptoribus priſcis Latinis & Græcis ſæpe parum feliciter verſis partim etiam ineditis orbem diſciplinarum exponit. Lib. I. de philoſophia univerſe & de diſciplinis Mathematicis Lib. II. III. IV. Arithmetica ex Nicomacho & Boëthio. lib. V. VI. VII. VIII. IX. Muſica ex Nicomacho, Ariſtoxeno, Ptolemæo &c. lib. X--XV. Geometria ex Euclide, Archimede, Theone &c. XVI. XVII. XVIII. XIX. Aſtrologia ex Ptolemæo, Doſitheo, Demophilo, Porphyrio. XX--XXIII. Phyſica ex Plutarcho, Ariſtotele, Plinio &c. XXIV--XXX. Medicina ex Hippocrate, Galeno, Plinio, Dioſcoride &c. XXXI. cap. I. de divinatione: cætera libri pars usque ad librum XXXIV. perſequitur Grammaticam, Liber XXXV. ad XXXVII. Dialecticam: XXXVIII. Poëticam, XXXIX. & XL. Rhetoricem, XLI. Moralem diſciplinam & XLII. XLIII. XLIV. Oeconomicam: XLV. Civilem doctrinam: XLVI. tractat de anima. XLVII. & XLVIII. de corporis commodis & incommodis: XLIX. Denique de variis rebus quas Valla quidem externas vocat, ut, non eſſe duo principia, de invito & ultroneo, de aſſenſione,

Y conſul-

*) Siniſtrum de hoc opere poſtumo, quod filius Jo. Petrus Valla in lucem edidit, judicium Marci Meibomii ad Ariſtidem Quintilianum p. 204. b. & Bernardi Monetæ T. III. Menagianor. pag. 450.

Quem de expetendis atque fugiendis librum
Valla edidiſti rebus, ingentem librum,
Non otioſa pervolutavi manu.
Quid ergo poſthac expetiturus ſiem
Quidve fugiturus, ſi rogas, verbo accipe.
Libros ego bonos expetam, fugiam tuum.

conſultatione, fato, libero arbitrio, Providentia, fortuna, gloria, potentia, magiſtratibus, amicitia, rerum expetendarum fugiendarumque finibus.

Georgius Zegabenus, Græcus ſcriptor de herbis, apud Allatium de Georgiis T. x. hujus Bibl. p. 680.

Georgius quiſpiam his antiquior, ut qui Raſi citatur lib. Continentis I. cap. IV. & cap. V. & VI. & alibi ſæpe.

Georgonius, Raſi lib. 1. Continentis cap. II.

Geraldus Bientus Parthienſis, qui Commentarios ſcripſit in viaticum Conſtantini.

Geraldus ſive Gerhardus Subvoletanus Cremonenſis, ſive Carmonenſis potius *) ex Carmona Bæticæ Hiſpanicæ, præter artem medicam linguæ Arabicæ cognitione clarus, qui Avicennæ, Raſis, Serapionis, Joannis Damaſceni, Abenguefit & aliorum libros in Latinum, licet non admodum elegantem ſermonem vertit. Hujusque eſt Introductorium medicinæ, & alia opera.

Geraldus de Solo Gallus, cujus ſunt Commentarii in IX. librum Raſis ad Almanſorem, & alia quædam.

Gereon Græcus, Galeno in medicinis expertis, ſi ejus eſt p. 110. G. edit. Junt.

Gerontius ἰατρικὴν ἐξεπιστάμενος ἄριστα Niceph. XIII. 9. Hiſt. Eccleſ.

Geſius Γέσιος, ὁ περιφανέστατος ἰατροσοφιστὴς apud Steph. Byz. in Γέα. Alexandriæ docuit artemque ſuam exercuit, de quo Damaſcius apud Photium Cod. CCXLII. ex Damaſcio Suidas in Γέσιος. Laudat & Zacharias Mytilenæus in dialogo contra Mundi æternitatem p. 162. & 179. edit. Barthii. Quod autem Jo. Bernierius in hiſtoria Chronologica Medicinæ p. 122. ſcribit ab hoc Geſſio Judæos ad Chriſtianam religionem perductos, ex male accepto Suidæ loco accidit. Ex illo enim nihil aliud petas, quam Geſſium, Ethnicum utique hominem, tempore Zenonis Imp. clarum, Domni Judæi, præceptoris in arte Medica ſui, diſcipulos ab illo avertiſſe & ad ſe transduxiſſe. Neque illorum mihi probatur conjectura, qui Geſio huic ſive Geſſio tribuunt problemata, quæ ſub Caſſii nomine ſæpius Græce edita & Latine verſa habemus.

Gilbertus

*) Vide Nic. Antonium Bibl. vet. Hiſpanæ pag. 263.

Gilbertus Anglicus, qui de morbis particularibus ſcripſit, ediditque librum qui Theſaurus pauperum inſcribitur.

Gilbertus Sichaldus, cujus eſt viaticum.

Giptianus citatus in Tacuinis Elluchaſem.

Magiſtri *Giraldi* practica MS. in Bibl. Roſtgaardiana p. 523.

Glaricon, Raſi lib. VII. Continentis cap. II.

Glaucias, Empiricus Heraclidis Tarentini Magiſter & Apollonii. Galen. T. IV. pag. 57. Tom. V. pag. 442. 471. 488. Commentarios edidit in lib. VI. Epidemiorum Hippocratis, ut dicit Galen. ibid. in princip. & in omnia fere Hippocratis ſcripſiſſe teſtatur T. V. p. 535. Glauciam ſimpliciter citat Plin. lib. XXII. cap. XXIII. & lib. XXIV. cap. XVI. Galenus κτ̃ γένη lib. V. & κτ̃ τόπȣς, lib. IV. cap. VII. non ſemel. T. pag. II. p. 388.

Glaucon laudatus Plinio lib. XXII. cap. item XXII. & Raſi lib. I. Continentis cap. VI. non ſemel, & lib. IV. cap. I. ubi illum citat ex Summa ipſius, & alibi ſæpe, niſi ſit alius, quam qui à Plinio allegatur.

Glaucus, cui mortem Hephæſtionis imputans Alexander ita indignatus eſt ut in crucem agi juſſerit teſte Plutarcho in Alexandro p. 704. Danieli Clerico hic minus bene. Glaucias.

Glaucus alter, cujus idem Plutarchus meminit in initio libelli, cui titulus eſt περὶ ὑγιείας. pag. 122. In Græco Γλαῦκα eſt non Γλαῦκον.

Glaucum quempiam medicum qui Cleopatatræ inſidias Dellio hiſtorico prodidit, memorat idem Plutarchus in Antonio p. 943.

Glaucum unum ex illis, aut alium citat Galenus ſecundum locos lib. IV. cap. VII. Glaucum Philoſophum T. III. p. 306.

Glenaſii, Meletii & Jo. Zachariæ Medica opera è tenebris eruenda ſuadet Hadr. Junius Epiſt. ad Joannem Berſozam p. 9.

Gleucinus qui ante Heram de medicamentis ſcripſit. Galen. T. II. pag. 420. 421.

Glycon Panſæ Conſulis medicus, memoratus M. Bruto in epiſtola X. epiſtolarum Ciceronis ad Brutum, ubi refellitur calumnia de veneno vulneri Panſæ affuſo: memoratur idem & Suetonio in Auguſto, c. XI. & Plinio lib. XXII. cap. item XXII.

Glyconem Chirurgum citat Scribonius Largus in Libro de compoſitione medicamentorum.

Gnoſidicus Nebri F. proavus Hippocratis, cujus Gnoſidici filius, qui Hippocrates & ipſe appellabatur, ſcripſit librum de luxationibus & fra-

 ĉturis

fracturis membrorum teſte Galeno in Hippocr. de victus ratione in morbis acutis. T. v. p. 43. Quod de Gnoſidico nonnulli perperam tradunt, ut Jo. Bernierius in Hiſtor. Chronologica Medicinæ pag. 50.

Gordonius, vide ſupra Bernardus Gordonius.

Gorgaſus Machaonis F. de quo Pauſanias in Meſſenicis p. 353. ſeq. etiam poſt mortem à Pharaitis divino cultu cum fratre Nicomacho affectum referens, quod crederent illorum opera ſe a morbis levari.

Gorgias de quo honorifice loquitur Cornelius Celſus libro ſeptimo in princip. & capite decimo quarto.

Gorgias Medicus, Galeni æqualis T. III. p. 306. idem cui librum de cauſis procatarcticis dedicavit.

Græcus quisquis is eſt, quem ſimpliciter citat Meſue, qui forte eſt Gereon, de quo ſupra.

Grammaticus ſæpe Serapioni, eo tantum nomine citatus.

Granius, Plinio lib. XXVIII. cap. IV.

Gratianus, vide ſupra Chryſanthus.

Gregorius, citatus Raſi lib. I. Continentis cap. III. ex lib. de humoribus.

Grynas Maſſilienſis. vide Crinas.

Gualerius qui Tiraquello eſt, ſcribendum Valerius, de quo infra in Paulino.

Gvalterus Hermenius Riffus, Argentinenſis, qni Germanico ſermone multa in medicina ſcripſit.

Guido de Calliaco, ſive Cauliacro Gallus, qui Chirurgiæ tractatum admodum laudatum edidit, vide num ſit is qui ſequitur.

Guido de Calvicantibus, cujus extat practica in chirurgia in primis commendata.

Guillérmus Anglicus, qui ſcripſit de urina non viſa, & alia nonnulla.

Guillermus Brixienſis.

Guillermus Chriſtianus Aurelius, cujus eſt liber Gallicus, cui titulus eſt Philalethes, de erroribus anatomicis partium corporis humani.

Guillermus Copus, archiater, dum vixit, regis Galliæ Franciſci, qui multos Hippocratis, Galeni & Pauli Æginetæ libros elegantiſſime tranſtulit.

Guillermus Inſulanus Menapius Gremburgenſis, cujus extat liber de ratione victus ſalubris.

Guil-

Guillermus Morbekius, Dominicanus, qui primus aliquot Galeni libros non admodum eleganter vertit, ut ejus tempora ferebant.

Guillermus Oſterrodus Moguntinenſis medicus.

Guillermus Placentinus de Salyceto, qui ſcripſit de univerſali medicina libros IV.

Guillernus Puteanus Blangiacus, Gratianopolitanus, qui ſcripſit defenſionem Meſue, & de facultatibus medicamentorum purgantium ubi ſæpiſſime Galeno adverſatur.

Guillermus Turnerus, Anglus, cujus eſt liber de naturis herbarum.

Guillermus Virignana, ſive Varignana, cujus opus eſt hoc titulo, Secreta ſublimia ad curandos varios morbos.

Gyculus, Raſi lib. II. Continentis c. IV.

H.

Haamet, ſive *Habamech* Eben David, vide Ahamet.

Habdella filius Ychie, Raſi Continentis libro II. cap. II. ubi citatur ex libro de Breviationibus.

Habix, vide Abix.

Haboali, nam etiam ſic reperitur apud Meſue, vide Aboli.

Habohanifa, vide Abohanifa.

Habuarit, Raſi lib. II. Continentis c. II.

Hachion Eben Huvaim, Serapioni Simplicium c. VII. & ſeq. & DXXXV.

Hachi ſimpliciter ibi, cap. CCCXIX. qui idem eſt ut puto.

Hadrianus Imperator, ſupra in Adriano.

Hadrianus Junius Hornanus, qui Problemata medica Caſſii Jatrophiſtæ in Latinum vertit, atque etiam Problemata Sympoſiaca Plutarchi, quæ & ipſa ad medicinam magna ex parte pertinent.

Habamed, Serapioni Simplicium cap. CCCXCVI. qui, ut puto, eſt Haamet, de quo ſupra.

Habeſe, Serapioni Simplicium cap. CCCXXXVII.

Halachadite, Serapioni.

Halagi, Raſi lib. IV. Continentis c. I.

Halieus, (τȣ͂ ἁλιέως, *Piſcatoris*) Galeno Pharmacorum κτ̀ γένη lib. III. & VII. pluribus in locis.

Hallag, Raſi lib. V. Continentis c. I. niſi ſit ille Halagi.

Haly abbas, cujus ſunt multa opera in medicina. Is adeo inhæſit recitationibus dictorum Galeni, ut à poſteris ipſius Simia diceretur. Et eum fidum Galeni interpretem vocat Conciliator.

Haly Rodoan, aut ut aliis vocatur, *Rodan* Ægyptius, cujus ſunt Commentarii in artem Galeni.

Haly ſimpliciter citatus Meſue.

Hamech, alias *Mahemet* (utrumque enim reperitur) filius *Zachariæ Araſi*, quem & Meſue in Antidotis modo filium Zachariæ Araſi, modo filium Zachariæ ſimpliciter, modo Hamech Araſi, modo Mahemet Araſi, modo Hembenzezar, modo Hamech filium Zecar, vel Zezar vocat.

Hammonius Alexandrinus citatus Paulo Æginetæ, & memoratus Cornelio Celſo lib.VII. in prin. & Athenæo lib. III. Dipnoſophiſtarum, vide ſupra Ammonius.

Alius *Hamon* de quo Bzovius A. C. 1511. T. 19. p. 148.

Harcon, ſive *Harcez* diſcipulus Sotionis, apud Galenum in medicinis expertis, ſi ipſius eſt is liber, & non potius *Garioponti*.

Hartmannus Schedel Nurenburgenſis, Theutonicus.

Hargemen, ſive Hargemez diſcipulus quoque Sotionis, Pſeudo Galeno in medicinis expertis.

Harmocrates, aut ut alii legunt, *Hermocrates*, de quo Martialis lib. VI. Epigr. 53.

Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnavit, & idem
Inventus mane eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitæ mortis cauſam Fauſtine requiris?
In ſomnis medicum viderat Harmocratem.

Quod ſumpſit ex Græco epigrammate Lucilii lib. II. Anthologiæ, adverſus Hermogenem medicum, de quo poſtea dicemus.

Harmocration citatus Paulo Æginetæ, ut Tiraquellus annotat: locum non reperi.

Haron filius Senton de quo Joannes Leo Africanus cap. XXX. infra *Joannes.*

Harpalus & Herpalus, Galeno κτ̓ γένη, libro VII. & κτ̓ τόπους, lib. III. cap. I. & lib. II. Antidotorum.

Harpo-

Harpocras, ſive *Harpocrates*, ſive etiam *Harpocration*, nam hæc tria nomina reperio apud Galenum Pharmacorum ſecundum locos lib. III. c. I. & lib. VI. c. I. & lib. IX. c. V. & ſecundum genera, T. 2. p. 301. 388. 389. 411. niſi diverſi ſint, quod non opinor.

Harpocras iatraliptes, cui Plinius junior à Trajano petiit, & impetravit civitatem Romanam, & Alexandrinam lib. x. Ep. 6. ſq. ubi vide Rittershuſium, atque de unctoribus medicis infra in Leonta.

Harpocratio Mendeſius cujus ſcriptum de placentis laudat Athenæus XIV. pag. 648. Incertum hic ne an alius Harpocratio de quo Tertull. c. 7. de corona, & ſcriptor hujus nominis περὶ φυσικῶν δυνάμεων, de quo dixi lib. IV. c. 36. p. 588.

Hateroſcos, Raſi lib. Continentis II. c. IV.

Hayſe, Serapioni Simplicium CCCLVIII. cap. niſi ſit Haheſe, de quo ſupra.

Hebat allab qui de medicamentis compoſitis ſcripſit & ſpeciatim de antidotis. Vide Herbelotum p. 50.

Hebeme.

Heben Albatarich.

Heben Zezar, Meſue in Antidotis, id eſt, filius Zezar, de quo ſupra.

Heboſi, qui ex libris Antidotorum citatur Raſi lib. I. Cont. c. IX.

Hecatæus, apud Cornelium Celſum lib. V. c. XIX. & c. XXVI.

Flavia Hedones Medicæ mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DCXXXV. 9.

Hegeſias ex Maronea Thraciæ, laudatus Varroni, Vitruvio, Columellæ, Plinio.

Helchendi, Raſi lib. II. Continentis cap. item II.

H*eliades*, Aetio Quaternionis II. Ser. III. c. CX.

H*elias*, vide Dorotheus.

Heliodorus Athenienſis, poëta Tragicus de compoſitionibus Antidotorum verſibus ſcripſit, ex quibus nonnullos citat Galenus lib. II. Antidotorum. Sed & ἀπολυτικὰ id eſt, Reſolutoria ſcripſit ad Nicomachum, ut idem Galenus tradit, in quibus plane oſtendit quanta artis medicinæ religione teneretur, ne videlicet inquinatas manus haberet, quod & ſuo jurejurando Hippocrates præceperat. Eos verſus Gregor. Gyraldus ita vertit,

Non

Non per, qui DEUS eſt in Tricca, haud perque ferentem
Solem cœlicolis lucem mortalibus almam,
Non per ſceptra Deûm, quæ fert Saturnia proles,
Non quisquam me induxit donis, meve coëgit
Gratia amiticiæ cuiquam nocuiſſe medendo.
Sed ſanctas nunc clara manus ad ſydera tollo,
Impolluta mihi vitio ſuper omnia mens eſt.

Tricca autem, ut id intelligas, oppidum fuit Theſſaliæ, ubi Æſculapius Tricceus colitur, ut teſtis eſt Strabo XIV. p. 647.

Alius H*eliodorus* cujus carmen Jambicum de Chryſopœia ad Theodoſium M. Imperatorem edidi Volum. VI. hujus Bibl. p. 790. ſeq.

H*eliodorus* Chirurgus citatus Paulo Æginetæ, lib. IV. cap. XIIX. Hunc, vel alium ſimpliciter allegat Galenus κτ γένη, lib. V. Ex ejus libro de faſciis excerpta apud Oribaſium, & in veteri Chirurgicorum Græcorum collectione. De illo ni fallor accipiendus Juvenalis VI. 372. quem Medicum intelligi vetus ſcholiaſtes annotat.

P. Peregrinus H*eliodorus*. In veteri inſcriptione Moguntina apud Fulv. Urſinum p. 100. & Gruterum p. DCXXXIV. 4. *P. Peregrino* H*eliodoro, conſummatæ peritiæ Medico & miræ pietatis juveni. Cominia Fauſtina mater infeliciſſ.*

H*eliſæus* propheta, de quo ſupra in Eliſæo.

H*elpidius*, ſupra, Elpidius.

H*elpis Liviæ Ad. Valetudinar* (adjutrix valetudinaria, ſive clinica) in lapide Florentino apud Sponium pag. 144. Miſc. eruditæ Antiquitatis.

Cn. H*elvius*. vide *Jolla*.

Henricus Afinius Lyrenſis, ſcriptor quæſtionum medicarum.

Henricus Euticus, cujus ſunt quædam opuſcula in medicina.

H*ephestias* citatus Aetio, ſi Tiraquellum audimus. Sed H*ephæſtias*, emplaſtri nomen apud Aëtium occurrit pag. 539. 723. edit. H. Stephani.

Hepione Herculis medici filia, quam Senatus populusque Abderitanus Epiſt. ad Hippocratem cum Æſculapio, Hercule, Æſculapiique filiis celebrat.

H*eraclianus* quem Galenus Alexandriæ audivit, ſcriptor ἀνατομικῶν. Galen. T. 5. p. 21.

Hera-

Heraclides pater Hippocratis illius magni, illiusque præceptor, ut tradit Soranus in vita illius. Meminit & Stephanus Byz. in Κῶς, Svidas in Ἱπποκρ. & Joannes Tzetzes Chiliad. VIII. verſ. 946.

Heraclides Tarentinus, diſcipulus Mantiæ Herophilei, teſte Galeno T. II. pag. 328. 334. & 252. ubi Herophileum & ipſum initio, deinde empiricum fuiſſe teſtatur. Hic inter cætera ſua monumenta de herbis ſcripſit, ut tradit Epiphanius Cyprius lib. Hæreſeon I. poſt initium, & multa de medicamentis, περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων, Galen. T. II. p. 68. 251. 357. de pulſibus contra Herophilum T. III. p. 46. commentarios in Hippocratis aphoriſmos, T. V. pag. 328. imo in omnia Hippocratis. Galen. T. V. p. 662. & Commentarios ad Antiochidem, Galen. Tom. II. pag. 370. 384. 229. 247. 251. & adverſus Aſtydamantem, Galen. T. II. pag. 369. & librum quem ϛραλιώτην inſcripſit, idem Tom. pag. 370. De eo quoque apud ipſum Galenum lib. IV. de differentiis pulſuum, & alibi ſæpe, & lib. VI. pharmacorum κατὰ τόπους, cap. IV. ubi eum dicit fuiſſe optimum medicum, tum circa alias artis partes, tum plurimorum Pharmacorum expertum fuiſſe, tamen Empiricum. Icon ejus inter alios Medicos veteres in vetuiſſ. Codice Dioſcoridis Bibl. Cæſareæ, apud Lambecium, qui de hoc Heraclide videndus T. II. p. 548. ſeq. atque inde apud Neſſelium, Belloriumque & apud Gronovium T. III. theſauri Antiqu. Græcarum lit. ff.

Heraclides Heracleotes Ponticus, Philoſophus de quo ut de aliis ejus nomis dixi Volum. IX. pag. 20. Hujus ἄπνους ſive liber de exanima muliere in vitam revocata memoratur à Galeno T. III. pag. 169. 314.

Heraclides duo, alter *Hiceſii* Eraſiſtratei diſcipulus, alter *Tarentinus Empiricus*, quorum Laertius meminit in Heraclide Pontico: lib. V. c. LXIV & poſterioris quoque Dioſcorides in præfatione, & Celſus libri V. inter catapotia, & Galenus lib. I. Pharmacorum ſecundum locos c. I. & Cœlius Aurelianus Oxeon. lib. I. c. XVII. ex libris internarum paſſionum, & iterum lib. III. cap. XVII. ex libris de internis paſſionibus. Sed Tarentinus hic Empiricus non diverſus à Mantiæ diſcipulo, de quo jam dictum.

Heraclides Erythræus memoratus Galeno in ingreſſu Artis parvæ, & lib. IV. de differentiis pulſuum, ubi eum dicit fuiſſe diſcipulum Chryſermi Herophilei; & Straboni lib. XIV. ubi teſtatur eum fuiſſe contempora-

poraneum ſuum, Apollonii Muris συσχολαστήν. Ejus liber ſeptimus de ſecta Herophili citatur à Galeno T. III. pag. 49. Commentarius in ſecundum & ſextum Epidemicorum Hippocratis T. V. pag. 442.

Heraclides Cumanus cujus παρασκευαστικὸν de epulonum apparatu, & *Heraclides Syracuſanus*, cujus ὀψαρτυτικὸν laudatur ab Athenæo.

Heraclitus, ſive *Heracletus* citatus Paulo Æginetæ lib. VII. cap. XVII. De Heracliti antiqui Philoſophi libro περὶ φύσεως dixi lib. II. hujus Bibl. cap. XXIII. §. 4.

Heras Cappadox, Galeno T. 2. p. 239. 256. 166. 189. 224. 240. 242. 244. 251. 257. 303. 320. 321. 322. 323. 324. 326. 328. 331. 335. ubi viris rei medicamentariæ peritia inſignibus accenſetur, & 336. 337. 341. 342. 343. 344. 374. 377. 378. 379. 380. 381. 383. 384. 385. 393. 396. 401. 409. 410. 421. Paulo Æginetæ, Aetio & Nicolao Myrepſo memoratus, citatusque ab eodem Galeno, lib. I. & iterum V. Medicamentorum κατὰ γένη, ex libro Medicamentorum, quem nonnulli inſcribunt νάρθηκα, id eſt, capſulam medicamentariam (vide ſupra in Cratero) Galen. T. 2. p. 155. 156. 160. 376. alibi τῶν δυνάμενων. id. T. 2. p. 321. puto leg. τῶν δυνάμεων ut p. 325. ἐν φαρμακίτιδι βίβλῳ, T. II. p. 186. 239. 421. περὶ συνθέσεως φαρμάκων. 421. T. 2. p. 252. T. 5. p. 647. Ex libro ſingulari de medicamento contra iſchiadicos, Galen. T. 2. p. 308. Hic fuit diſcipulus Heraclidis Tarentini, ut dicit Galenus, id. p. 384. Eundem ſuſpicatur Tiraquellus eum eſſe qui Cornelio Celſo lib. V. & VI. *Hieras* dicitur, aliis ut eodem lib. VII. in princip. *Hieron*, aliis *Hyron*.

Heras Frontini medicus, Aetio lib. XII. c. V.

Herculanus Veronenſis, vide infra, Joannes Arculanus.

Hercules à Chirone Medicinam edoctus teſte Philoſtrato in Heroicis. Atque ipſum rei medicæ fuiſſe peritiſſimum conſtat ex multis herbis ab eo inventis & cognominatis. Eſt enim herba Heraclium, ſive Herculanum dicta, ex genere papaverum, de qua Theophraſtus lib. IX. plantarum c. XIII. Dioſcorides lib. IV. c. LXI. & Plin. lib. XX. cap. XIX. & Galenus lib. VII. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, & Paulus Ægineta in pharmacis ſimplicibus. Et

alia

aſia Heraclion, de qua multa Plinius eod. lib. xx. cap. xvii. Et Nymphea Heraclia dicta, de qua & Dioſcorides lib. iv. cap. cxlix, & ipſe Plinius, lib. xxv. cap. vii. ubi & illud inter cætera dicit: eam herbam natam Nympha zelotypia erga Herculem mortua e quare (inquit) Heracleon vocant aliqui, alii Rhopalon à radic. ſimili clavæ Herculeæ. Sed & Theophraſtus eod. libro ix. cap. xii & Plinius lib. xxv. cap. iv. tradunt ſpeciem unam Panacis dictam Herculanam ſive Heracleam, ut aliam Chironiam, aliam item Aeſculapiam, ut proinde intelligas eam ab Herrule inventam; ut alias illas à Chirone & Aeſculapio, quos ſatis conſtat medicos fuiſſe peritiſſimos. Et alias quoque herbas Heraclias dictas videbis apud ipſum Dioſcoridem libro iii. cap. xxvii. ubi de Abrotono. Et cap. cl. ubi de Lithoſpermo. Et lib. iv. cap. item iv. ubi de Polygono. Et cap. xxxv. ubi de Helxine. Et cap. clxii. ubi de Chamelæa. Sed & Caniam quæ eſt ſpecies Urticæ, Herculaneam vocatam ſcribit Plinius libro xxi. cap. xv. Et Galenus lib. v. de compoſitione Pharmacorum κτ̀ γένη, ad fin. deſcribit medicamentum quod Herculis, alterum quod Heraclidæ appellatur, & alterum ex his Aetius Tetrab. iv. Ser. ii. cap. xxxvi. & lv. Denique ut nihil de ea re dubites, Plutarchus in libro cui titulus eſt. Ut oporteat adoleſcentem audire poemata, dicit Herculem peritum medicinæ fuiſſe. Et hinc Alexicacos, id eſt, expellens mala dictus videri poſſet, ita enim appellari, authores ſunt Lactantius libro v. cap. iii. & Heſychius, qui illum eo nomine in Melita coli tradit. Nam & ita quoque conſtat vocatum fuiſſe Apollinem medicinæ inventorem. *Hæc Tiraquellus* p. 266.

H*ercules* Erythræus, interpres Hippocratis citatus à Galeno in Commentario libri vi. Epidemiorum Hippocratis, vide num ſit H*eraclius* aut H*eraclides* Erythræus, de quo ſupra diximus.

H*eres* Raſi citatus, niſi ſit H*eras* de quo ſupra.

Hermannus Cruſerius Campenſis, quem familiarem ſuum Tiraquellus appellat, laudatque quod plurimos Galeni libros ſicut & Vitas à Plutarcho ſcriptas feliciter è Græco Latine vertit.

Hermannus, aut alii ſcribunt, Heremannus Comes à Nuenare, qui ſcripſit de herbis, & Octavianum Horatianum cum Albucaſi edidit.

H*ermes* triſmegiſtus, qui artem Medicam dicitur docuiſſe Æſculapium, & artem reperiſſe Chemicam, de quo copioſe Hermannus Conringius

us & Olaus Borrichius. De ſcriptis Medicis ac Chemicis quæ ſub Hermetis nomine feruntur, dictum à me eſt lib. 1. hujus Bibl. cap. 9. & 10.

Hermes cognomento Alciptus Galeno lib. VI. *Simplicium.* Ita Tiraquellus p. 365. Sed legendum *Hermes Ægyptius*, reſpicitur enim locus Galeni T. 2. p. 68. ἀλλ᾽ ἔν τινι τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων περιέχοντι τὰς λά τῶν ὡροσκόπων ἱερὰς βοτάνας.

Hermes ſimpliciter citatus Avicennæ, lib. v. tract. 1. & Serapioni tract. VII. c. LIX. ad fin. & Meſue in medicinis ſolutivis, & ægritudinibus, & alias ſæpe. Et de altero forte intelligit Martialis lib. x. 56.

Enterocelarum fertur Podalirius Hermes,
Qui ſanet ruptos.

Cn. Arrius Hermes, de quo vetus lapis apud Fulv. Urſinum pag. 99. D. M. *Cn. Arrius Cn. Lib.* Hermes *Medicus Juliæ Chreſtæ collacticiæ ſuæ cariſſimæ fecit & Arriæ* Helpidi *Conjug. cariſſimæ bene merenti & ſibi & ſuis poſterisque eorum.*

Hermias Ophthalmicus, id eſt Ocularius, Galeno Pharmacorum localium lib. IV. c. 7. & IIX.

Hermias Medicus apud Maderum de Bibliothecis p. 133. non alius eſt ab Hermia Philoſopho Platonico, diſcipulo Syriani & auctore Commentariorum in Phædrum Platonis, qui MSti fuere in Bibl. Scorialenſi.

Hermocrates, vide ſupra, Harmocrates.

Hermogenes Adriani Imperatoris medicus apud Dionem Caſſium ſive Xiphilinum p. 797. in vita ipſius Adriani. *Archigenem* legit vir doctus Hieron. Mercurialis lib. 1. c. 5. Var. Lect. ſine magna cauſa & contra Codicum conſenſum ac fidem.

Hermogenes Eraſiſtratius, ſive ille, ſive alius, apud Galenum ſimplicium medicamentorum lib. 1. cap. XXIX. T. 2. p. 13. Adverſus hunc aut alterum ejus nominis medicum extat epigramma Lucilii, lib. 2. Anthologiæ Epigrammatum Græcorum, p. 217.

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις
Οὐκ ἔτ᾽ ἀνηγέρθη, καί περ ἴαμα φέρων.

Ab

Ab quo accepit Martialis illud ſuum epigramma, de quo ſupra in Harmocrate. Aliud in eundem Hermogenem Lucilii Epigramma ibid. p. 214.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος
Εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν,
Κἀκεῖνος γελάσας Τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν
Φησὶ, λέγει, σὺ νόει τ' ἀμὰ δὲ σύντομά σοι.
Εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο, καὶ Διόφαντος
Ἄλλον ἀπελπίζων αὐτὸς ἀπεσκάρισεν.

Ad *Hermogenem* Eraſiſtrateum recte ſpectare etiam viſa eſt eruditiſſimis viris *) Richardo Mead, & Danieli Clerico, Inſcriptio vetus Smyrnæ reperta miſſaque ad Nobiliſſimum Cuperum, in qua Hermogenes Medicus Charidemi filius celebratur: nam & Charidemum Eraſiſtrateum fuiſſe, ſupra ex Cœlii Aureliani III. 15. de morbis acutis jam notavi. Inſcriptio autem quam erudita ad Huetium Epiſtola illuſtravit V. C. Ludolphus Kuſterus **) ita ſe habet:

Ἑρμογένεης χαριδήμου ἰητρειὴν ἀναγράψας
Ἑπτὰ ἐπὶ ἑβδομήκοντ' ἔτεσιν καὶ ἴσαις ἐπὶ βίβλοις.

Συνέγραψε δὲ βυβλία, ἰατρικὰ μὲν οβ', ἱστορικὰ δὲ, περὶ Ζμύρνης αβ'. περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας ά, καὶ πατρίδος ά. Ἀσίας κτίσεων αβ'. Εὐρώπης κτίσεων αβγδ'. Νήσων ά. Ἀσίας σταδιασμῶν ά, καὶ Εὐρώπης ά. Στρατηγημάτων αβ'. πίναξ Ἰωνάιων, καὶ Ζμυρναίων διαδοχὴ κατὰ χρόνους.

Hermogenes Medicus, Charidemi filius, annos
Undecies ſeptem, libros totidemque peregit.

Conſcripſit autem libros medicos quidem LXXII. Hiſtoricos vero, de Smyrna, I. II. De Homeri *ſapientia I. & de patria ejus I. Originum Aſiæ I. II. & Europæ I. II. III. IV. Inſularum I. Aſiæ ſtadiaſmorum I. & Eu-*

*) Rich. Meadi Diſſ. de numis Smyrnæis Medicorum p. 71. & Dan. Clericus hiſt. Medicinæ p. 313.

**) Memoires de Trevoux An. 1715. Septembr. p. 1591. ſeq. Journal des Savans A. 1716. Mai p. 584. edit. Amſt.

& Europæ, l. Strategematum l. II. Tabula (celebrium) Jonenſium. Et ſucceſſio Smyrnæorum (Medicorum vel Philoſophorum, vel etiam Magiſtratuum) *ordine temporis digeſta.*

Laudatus Kuſterus hanc inſcriptionem refert ad Hermogenem de quo in numo Neronis apud Clariſſimum Vaillantum, ἐπὶ Ἑρμογένους Σμυρναίων.

Eſt & alius numus in quo leges: Σμυρναίων Ἑρμογένης Τρίκκας, quem de eodem Medico Eraſiſtrateo de quo inſcriptio, Richardus Mead accipit. Ita vero ille loco laudato:

"*Hermogenes* autem, *Triccæ* nomine adſcripto, natalitia ſua in „ea urbe notari voluit; ideo forte, quia urbs Tricca non ſolum „Æſculapio ſacra, ſed & eidem natalis fuit. Sic enim oraculum „ab ipſo Æſculapio editum:

„Τρίκκης ἐξ ἱερῆς ἥκω θεὸς, ὅς ποτε μήτηρ
„Φοίβῳ ὑπευνασθεῖσα κύει σοφίης βασιλῆα,
„Ἰδμονα ἰητορίης Ἀσκληπιόν. Euſeb. Præp. Evang. lib. III.
„cap. XIV.

„*Tricca* igitur urbs Theſſaliæ, & vicina ei *Ithome*, tanquam patria „& ditio Aſclepiadarum, hoc eſt Æſculapii filiorum, Podalirii „& Machaonis, ab Homero in Catalogo celebrantur, Il. β. verſ. „729.

„Οἳ δ᾽ εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν,
„Τῶν αὖθ᾽ ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε.

„*Hermogenem* autem medicum *Eraſiſtrateum* laudat Galenus. Item „*Hermogenis medici, Charidemi filii*, meminit inſcriptio lapidis *Sherardiani*, qui Smyrnæ prope lacum *Alco bonar* dictum, ubi gy- „mnaſium olim fuerat, & templum Æſculapii, reperiebatur.„

Hermolaus Barbarus, admirabili vir eruditione, & qui maximam ſibi gloriam ex Dioſcoridis traductione, Corolario opere doctiſſimo & ditiſſimo, & Plinii Gloſſematis comparavit.

Hermolaus multo vetuſtior, citatus Alexandro Tralliano, lib. I. c. XXIII.

Hermon Hierogrammateus, ἐκ τῶν ἀδύτων κατὰ τὸ Ἡφαιστεῖον ἐν Αἰγύπτῳ ἐν τῷ κατὰ Μέμφιν Ἡφαιστείῳ, Galeno, κατὰ γένη, lib. V. T. II. p. 378.

Hermon,

Hermon Sacerdos, Aetio Tetrab. IV. Serm. III. cap. XII. niſi idem ſit, quod magis puto.

Hermon ſimpliciter, Cornelio Celſo lib. VI. cap. item VI. non ſemel.

Hermophilus Galeno ſecundum locos lib. IV. cap. VII. T. II. p. 218. & Aetio Tetrab. II. Serm. III. capite centeſimodecimo.

Hermus, niſi idem ſit cum Hermone illo, Aetio citatus Tetrab. II. Serm. IV. cap. IV.

Hero medicus ophthalmicus ſive ocularius: Galeno κτ̃ τόπȣς, lib. IV. cap. VII.

Herones duo Chirurgi, quos inter ſcriptores præcipuos & qui ſinguli quædam repererunt, laudat Celſus præf. libri ſeptimi.

Hero ſcriptor Geoponicon, de quo Gyraldus lib. de re navali T. II. Opp. pag. 650.

Herodes Clinicus. Martial. IX. Epigr. 98.

Heros de quo idem Martialis X. 56. *triſtia ſaxorum ſtigmata delet* Heros.

Herodicus Selybrianus Thrax, Hippocratis præceptor, teſte Sorano in Hippocratis vita, Tzetze Chiliad. VIII. hiſt. 155. & Suida in ἱπποκράτης. Hic videtur quem reprehendit Hippocrates libro ſexto epidemion particula 3. Ἡρόδικ☉ τȣ̀ς πυρεταίνοντας ἔκτεινε περιόδοισι, πάλῃσι, δρόμοισι, πυρίῃ. Nam ita legit vetus interpres, & Leonardus Fuchſius, *) putatque hunc eſſe de quo loquitur Plato lib. III. de Repub. & Plutarchus in eo libello, de his qui tarde à Numine corripiuntur, qui & hunc Selybrianum vocat, ut idem cum illo videri poſſit. Tametſi exemplaria illius loci Hippocratis & Galeni, T. V. pag. 488. 489. *Prodici* nomen habent, non Herodici: uti etiam Plinii codices XXIX. I. ſed qui Hippocratis diſcipulum facit, Prodicum Selymbrianum Auctorem iatraliptices, ſive medicinæ unguentariæ fuiſſe teſtatus. Atque duos fuiſſe *Leontinum* & *Selymbrianum* Galenus T. V. pag. 488. innuit τίν☉ δὲ νῦν Προδίκȣ μνημονεύει, πότερον τȣ̃ Λεοντίνȣ ἢ τȣ̃ Σηλυβριανȣ̃, περιττὸν ζητεῖν. Hunc Leontinum dicunt nonnulli fuiſſe fratrem Gorgiæ Leontini.

Herodicus ſimpliciter citatus Aſclepiadi, deinde Cœlio Aureliano lib. V. Chro-

*) Ita etiam D. *Petrus Gerike*, cujus collegium Hiſtoriæ Medicæ MStum laudat D. Jo. Jacobus Baierus diſſ. de iatraliptice veterum, Altdorf 1723. 4.

Chronicon cap. 1. Sed & Herodicum quempiam memorat Ariſtoteles lib. II. Rhetoricorum ad Theodecten, ſive is fuit unus ex ſupradictis, ſive alius. Ceum potius illum Sophiſtam, cujus opus de bivio Herculis laudant Xenophon 2. ἀπομνημονευμάτων Socratis, & Stobæus. Vide lib. II. hujus Bibl. cap. XXIII. §. 41.

Herodotus Pneumaticus, diſcipulus *Athenæi* Attalenſis Cilicis, cum magna laude (tempore Adriani ut ſuſpicor) Medicinam Romæ exercuit teſte Galeno IV. de differentiis pulſuum T. II. p. 50. fallitur enim Tiraquellus qui *Menonis* diſcipulum facit, legitque Μένωνος μαθητῇ. Sed Galenus ait Athenæum pneumaticæ ſectæ autorem Herodoto diſcipulo ſuo ἑαυτοῦ ΜΕΝ ὌΝΤΙ μαθητῇ, πάνυ δ' ἐπιφανῶς ἰατρεύσαντι κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν, librum ſuum de pulſibus dedicaſſe. De eodem lib. I. de ſimplic. medicamentis T. 2. p. 13. ὡς Ἡρόδοτος μὲν ἁπάσας τὰς ἄλλας αἱρέσεις μοχθηρὰς ὑπολαμβάνων πλὴν τῆς πνευματικῆς. Meminit & pag. 12. 14. 32. & lib. V. Pharmacorum κατὰ γένη, T. 2. p. 380. Herodoti libri de vacuantibus remediis citantur ab Oribaſio.

Herodotus Ariei, Tarſenſis, Medici Aſclepiadei filius Empiricus, *Menodoti* diſcipulus, magiſter *Sexti* Empirici. Laërtius in Timone IX 116. & Suidas in Σέξτος, qui tamen non Tarſenſem facit, ut Laërtius, ſed Philadelphenſem.

Herodotus tertius, Georgio Hieronymo Welſchio diæteticus, qui ei *definitiones Medicinales*, quæ inter Galeni opera leguntur, attribuit in curationum ſuarum hiſtoria p. 420. & 372. ubi male *Herodicus* excuſum pro Herodoto, ſicut apud Menagium ad Laërtium p. 443. b. κατ' Πρόδοτον, pro κατ' Ἡρόδοτον. Ab Empirico etiam & Pneumatico diverſum eſſe obſervant viri docti *) Herodotum, ſi is ſit auctor libri qui itidem inter Galeni opera exſtat, atque *introductio* & *Medicus* inſcribitur. Simpliciter Herodotum libri hoc titulo ſcripti auctorem nominat ſive Galenus lib. II. in ſextum Epidemiorum T. 5. p. 472. καὶ ὑφ' Ἡροδότου γραφέντων ἔνια κατὰ τὸ βιβλίον ὃ ἐπέγραψεν αὐτὸς ἰατρόν. Cum Euryphonte citatur Herodotus a Galeno lib. 7. methodi therapeut. T. 4. pag. 109. & de bono & malo ſucco p. 355.

Pro

*) Dan. Clericus Hiſt. Medicinæ p. 507.

Pro *Herodoto* Lycio, cujus librum de ficubus laudat Athenæus III. p. 75. 78. viri docti malunt legere *Herodorum*, ſicut Herodotus Heracleotes apud eundem VI. p. 231. pro Herodoro obrepſit.

Herodotus ſimpliciter citatus, ſive Athenæi diſcipulus ſive alius, Galeno lib. IV. Simplicium Medicamentorum cap. XXVII. in fin. & c. XXVIII. & lib. III. cap. IX. & lib. IV. de differentiis pulſuum, & lib. V. Medicamentorum κατὰ γένη, T. II. & p. 380. & Aëtio Quaternionis I. Serm. III. cap. XLV. & XLVII. & Serm. IV. cap. XLV. & cap. XLVII & Quatern. II. Serm. I. cap. CXVI. & Quaternionis III. Serm. II. cap. XXIX. & alibi. Sed & de eo notat idem Galenus lib. III. Simplicium, quod ὑπὸ περιττῆς σοφίας, præ nimia philautia ſeipſum in multis fefellit T. II. p. 32.

De *Herophilo* antequam dicam, præmittam Galeni locum inſignem ex iſagoge ejus, ubi de ſectis Medicorum diſſerit, T. IV. pag. 372. de quibus præclare etiam Celſus, procemio, & Plinius XXVI. 2. ſeq.

Τίνες προέστησαν τῶν τριῶν αἱρέσεων.

Προέστησαν δὲ τῆς μὲν λογικῆς αἱρέσεως ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ Κῷος, ὃς καὶ αἱρεσιάρχης ἐγένετο, καὶ πρῶτος συνέστησε τὴν λογικὴν αἵρεσιν. Μετὰ δὲ τοῦτους ΔΙΟΚΛΗ͂Σ ὁ Καρύστιος, ΠΡΑΞΑΓΌΡΑΣ Κῷος, ἩΡΌΦΙΛΟΣ Χαλκηδόνιος a) ἘΡΑΣΊΣΤΡΑΤΟΣ Χῖος, ΜΝΗΣΊΘΕΟΣ Ἀθηναῖος, ἈΣΚΛΗΠΙΆΔΗΣ Βιθυνὸς Κιανὸς, ὃς καὶ Προυσιεὺς ἐκαλεῖτο.

Τῆς δὲ ἐμπειρικῆς προέστησεν ΦΙΛῖΝΟΣ Κῷος, ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως,

Qui trium ſectarum principes extiterint.

RATIONALIS ſectæ & auctor & princeps *Hippocrates* Cous fuit. Poſt hunc *Diocles* Caryſtius, *Praxagoras* Cous, *Herophilus* Chalcedonius, *Eraſiſtratus* Chius, *Mneſitheus* Athenienſis, *Aſclepiades* Bithynus Cianus qui & Pruſias dictus eſt.

EMPIRICÆ præfuit *Philinus* Cous, qui primus eam à Rationali ſeparavit, occaſione ab *Herophilo*

Aa τὰς

a) Apud Galenum I. de uſu partium T. I, p. 370. Καρχηδόνιος.

τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ ΗΡΟΦΙΛΟΥ οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο. b) Θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς, ἈΚΡΩΝΑ τὸν Ἀκραγαντῖνον φασὶν ἄρξασθαι αὐτῆς. Μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο ΣΕΡΑΠΙΩΝ Ἀλεξανδρεὺς, c) εἶτα ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΙ δύο, Πατήρ τε καὶ υἱὸς Ἀντιοχεῖς, μεθ' ὧν ΜΗΝΟΔΟΤΟΣ καὶ ΣΕΞΤΟΣ, οἳ καὶ ἀκριβῶς ἐκράτυναν αὐτήν.

ſuo præceptore accepta. Cum autem ſuam hæreſin ab antiquitate vellent commendare, ut eſſet Rationali vetuſtior, *Acronem* Agrigentinum ei dediſſe initium dixerunt. A Philino *Serapion* Alexandrinus ea ſecta floruit: Dein *Apollonii* duo pater & filius, Antiocheni. Hos ſecuti *Menodotus* & *Sextus* exacte eam corroborarunt.

Μεθοδικῆς δὲ ἦρξε μὲν ΘΕΜΙΣΟΝ ὁ Λαοδικεὺς τῆς Συρίας, παρ' Ἀσκληπιάδου τοῦ λογικοῦ ἐφοδιασθεὶς εἰς τὴν εὕρεσιν τῆς Μεθοδικῆς αἱρέσεως. ἐτελείωσε δὲ αὐτὴν ΘΕΣΣΑΛΟΣ ὁ Τραλλιανός. οἱ δὲ μετὰ τούτους ΜΝΑΣΕΑΣ, ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ, ΠΡΟΚΛΟΣ, ἈΝΤΙΠΑΤΡΟΣ. Διεστασίασαν δὲ περί τινων ἐν αὐτῇ ΟΛΥΜΠΙΑΚΟΣ ὁ Μιλήσιος καὶ ΜΕΝΕΜΑΧΟΣ ὁ Ἀφροδισιεὺς, καὶ ΣΩΡΑΝΟΣ ὁ Ἐφέσιος.

METHODICEN *Themiſon* Laodicenus Syrus incepit, qui ab *Aſclepiade* Rationali occaſionem nactus, ad Methodicæ ſectæ inventionem ſe contulit. *Theſſalus* Trallianus eam perfecit. Poſt hos *Mnaſeas*, *Dionyſius*, *Proclus*, *Antipater*. In ea autem de quibusdam diſſenſerunt *Olympiacus* Mileſius, *Menemachus* Aphrodiſienſis & *Soranus* Epheſius.

Ἐγένετο

b) Herophili ſectæ addicti laudantur apud Galenum & alios Alexander Philalethes, Andreas, Apollonius Mus & alter Byblas, Ariſtoxenus, Bacchius, Cajus, Callianax, Callimachus, Chryſermus, Demetrius, Demoſthenes Philalethes, Dioſcorides ὁ Φακᾶς, Heraclides Erythræus, Mantias, Philinus, Zeno, Zeuxis Tarentinus. Vide ſupra in Chryſippo, p. 117. ſeq. & Dan. Clericum Hiſt. Medicinæ p. 323. ſeq.

c) Præter Serapionem Empiricos memorat Celſus in præf. Glauciam & Heraclidem Tarentinum, quibus ex Galeno Dionyſium & Critonem, Calliclem, Diodorum, Lycum, Æſchrionem, Philippum aliosque & ex Diogene Laërtio Menodotum, Theudam, Herodotum Tarſenſem, Sextum & Saturninum Cythenatem licet addere.

Ἐγένοντο δέ τινες καὶ ἐπισυνθετικοὶ ὡς ΛΕΩΝΙΔΗΣ ὁ Ἀλεξανδρεύς. καὶ ἐκλεκτικοὶ ὡς ἈΡΧΙΓΕΝΗΣ ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας.

Fuerunt & nonnulli EPISYNTHETICI, quaſi *adjunctores* dixeris, ut *Leonides* Alexandrinus, & quidam ECLECTICI, ut *Archigenes* Apameenſis Syrus.

Herophilus, Paxagoræ diſcipulus vixit tempore Diodori Croni, dialectici adeoque ſubpar Ariſtoteli, ut notavi ad Sextum Empiricum 2. Pyrrhon. ſect. 245. ubi narrat eum Diodori argutiolas, qui brachium luxatum habebat, lepida inſtantia regarduiſſe. Medicus & Chirurgus celebratiſſimus. Idem arte miranda motus omnes & pulſus humani corporis in muſicos pedes diſcrevit per ætatum gradus: & venarum pulſus rythmis Muſicis aſſeruit moveri, teſte Plinio XI. 37. & XXIX. 1. Tangunt & Vitruvius lib. 1. cap. 1. & Varro apud Gellium III. 10. ubi per Medicos Muſicos Herophilus intelligitur, Cenſorimus de die natali c. XXI. Achilles Tatius in Aratum p. 89. Martianus Capella lib. IX. p. 314. Herophilum de pulſuum rythmis citat Galenus lib. I. de dyſpnoea c. 21. & lib. de pulſibus ſæpius. Ejus διαιτητικὸν Sextus Empiricus XI. contra Mathemat. c. 50. Ejusd. in Aphoriſmos Hippocratis, Galen. T. v. p. 329. Vid. lib. IV. hujus Bibl. c. XVII. p. 576. Galeno, Aetio, & Cœlio Aureliano lib. IV. Chronion c. VIII. ex lib. ad Hippocratis Prognoſticum, citatur. Eundem tamen Galenus lib. IV. De differentiis pulſuum, ubique obſcurum fuiſſe ſcribit. Is autem herbarum maxime fuit ſtudioſus, unde & ab eo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas prodeſſe, ut ſcribit Plinius lib. XXV. cap. II. ubi illum vocat clarum medicina. De quo & tu eundem vide lib. XXVI. cap. II. & Galenum lib. II. Therapeuticæ. Eidem plurimum debet Anatomice, adeo ut Anatomicorum Evangeliſta dicatur Gebrieli Fallopio. Tertullianus c. x. libri de anima: *Herophilus ille medicus aut lanius, qui ſexcentos exſecuit ut naturam ſcrutaretur, qui hominem odiit, ut noſſet.* Hic ἐν τρίτῳ ἀνατομῆς citatur à Galeno T. III. p. 238. & de nervorum anatome, T. v. p. 282. Illum quoque laudat Cœlius Aurelianus lib. Oxeon II. cap. XXV. ex lib. XII. de Paſſionibus, & in lib. item tertio Chronion cap. XIII. ex libris Curationum: & Aetius Tetrab. II. Sermone tertio capite, XLVI. ex libro de oculis.

Herophilum equarium medicum memorat Valerius Max. IX. 15.2.

Herpalus, vide Harpalus.

Heſiodum, uti Orpheum quoque, Muſæum & Homerum vatum ut antiquiſſimos, ita optimos, multa de herbarum vi & potentia curioſius prodidiſſe ſcribit Plinius lib. XXV. c. II. & vident ubique qui in eorum libris verſantur. Et *Orpheum* quoque tradit Galenus de antidotis lib. II. de antidotorum compoſitionibus ſcripſiſſe. Eumque in re medica citat Plinius lib. XXVIII. cap. IV. & alibi ſæpe. Sed & Pauſanias in Bœoticis ſcribit modum inveniſſe quo mortis medicamenta adhiberentur. Et de *Muſæo* & *Heſiodo* nonnihil Plinius lib. XXI. cap. VII. ubi de polio herba loquitur, & de *Heſiodo* idem Plin. lib. XXII. c. XXII. Sed & ipſum Heſiodum plurimum in medicina valuiſſe ſcribit Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum. Quod hinc (inquit) manifeſte apparet, quod non indiligenter nec perfunctorie de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de fœminis, de concubitus tempore, de infantium in cunis obligatione, & de cubitu differit. Hincque dicit ipſum Heſiodum in eo verſu,

Ὅσσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Quo ut videmus de malua & aſphodelo loquitur, ad rem medicam reſpexiſſe. Ut interim non prætermittam *Linum* Chalcidenſem, vel ut plures volunt, Thebanum & ipſum antiquiſſimum vatem, qui libros ſcripſit de fructuum & animalium natura. Sed *Homerus* præ cæteris omnem medicinæ diſciplinam probe ſe noviſſe palam oſtendit. Nam cum medicina bifariam dividatur, eſt enim alia theorica, id eſt, ſpeculativa, ſive contemplativa, alia practica, id eſt, activa: Rurſus ſpeculativæ ſunt partes duæ, una σημειωτική, id eſt, ſignificativa, quæ videlicet in ſignis ac notis contemplandis verſatur, ex hisque bonum aut malum ægrotantibus, aut etiam non ægrotantibus prædicit: altera αἰτιολογική, id eſt, cauſativa, quæ ſcilicet in cauſis conſiderandis vertitur. Activa vero quæ operationibus conſtat, plures habet partes, ſcilicet διαιτητικὴν, quæ victu medetur, χειρουργικὴν, quæ manu, φαρμακευτικὴν, quæ medicamentis. Has omnes Homerus in ſuis libris non leviter, nec obſcure attigit, ut pluribus oſtendit Tiraquellus p. 274. ſq.

Hiceſium

Hiceſium Strabo XII. p. 580. teſtatur patrum ſuorum ætate ſcholæ celebri Medicorum Eraſiſtrateorum Smyrnæ præfuiſſe, quæ Strabonis temporibus jam defecit. Idem Tertulliano c. 25. de anima & citatus Athenæo ſæpiuſcule & nominatim ex libro περὶ ὕλης ſive de *alimentorum materia* VII. p. 294. Laudat & Plinius tum alibi tum XXVI. 4. ubi non parvæ auctoritatis medicum appellat, ejus *de conditura vini*, XIV. 19. & indice libri XV. Binos in hunc Hiceſium numos refert Vir clariſſimus Richardus Mead p. 60. Ex his primus æreus, moduli tertio majoris. In adverſa area caput muliebre Iſidis laureatum, perinde ut in primo Zeuxidis numo. In averſa: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΚΕΣΙΟΣ; ut ſacerdos Aeſculapii hic inſcriptus. Adeſt enim, ut in primo *Zeuxidis* Herophilei nummo, *ſimulacrum Æſculapii* ſimili plane typo; niſi quod ante ſimulacrum non conſpicitur *aſtrum*, neque extat pone humerum *bacillus*; quæ non modo in *Zeuxidis*, ſed etiam in *Jatrodori*, & *Athenagoræ* nummis comparent. Deſunt autem, ut in hoc *Hiceſii*, ſic in illis quoque *Jaſonis*, *Paſicratis*, *Metrodori*, & *Hermogenis*. At in iis, *Apollophanis*, & *Sarapionis* nomine inſignitis, *bacillus* quidem, ſed non *aſtrum*, adſpicitur. Ea nimirum apud veteres fuit diverſitas in ſymbolis eidem Numini attributis. Ut Veneri in numis familiæ Juliæ apud Vaillantum n. 11. & 25. & in Æmiliæ n. 13. & 14. nec inauris adeſt nec monile: Hygiæ ſive Saluti in familiæ Juniæ numis inauris deeſt & corona, quibus in aliis ornatur. At quid ſi dicamus, Herophileos Aeſculapio ſuo aſtrum, ut ſectæ indicium, Eraſiſtrateos non item, adfinxiſſe? Mihi ſane, quantum ex nummis hactenus inſpectis obſervare potui, vero haud diſſimile videtur. Nihil autem certi de hac re in præſentia ſtatuo; ſed potius ut conjecturam deliciarum hujusmodi ſtudioſis propono, dum amplior nummorum copia magis exploratum aliquid, anſamque decernendi præbeat. *Hæc vir laudatiſſimus Richardus Mead.*

2. Nummus æreus moduli tertii. In adverſa area: *Caput turritum Matris Deorum Sipylenæ*, ut in ſecundo *Zeuxidis*.
In averſa: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΚΕΣΙΟΣ. Idem ille *Hiceſius* medicus, hic quoque ut ſacerdos *Iſidis*; cum *eadem*, ac in parili nummo Zeuxidiano, *ſtantis Iſidis figura.*

Hieras, vide Heras Cappadox.

Hieremias Thriverus Brachelius, Germanus, qui Commentarios in primum librum Aphoriſmorum Hippocratis, & alia ſcripſit.

Hieron, vide Heras Cappadox.

Hieronymus Accorombonus Eugubeus, qui ſcripſit librum de Catharro, & tractatum de uſu & natura lactis.

Hieronymus Baldungius Tigurinus, cujus extant quædam opera.

Hieronymus Brunſuigius.

Hieronymus Cardanus Caſtel. Mediol. defunctus A. 1576. vir certe multæ lectionis, & omnifariæ eruditionis, cujus eſt liber vagantium morborum, de re venerea, de medicinæ regulis, Contradicentium medicorum, in quo opere ſecutus eſt veſtigia Petri Aponenſis in Conciliatore: Et de malo recentium medicorum medendi uſu, & aliis multis, quos ipſe collegit in libro in id privatim edito, cui titulus eſt Ephemerus. Vita à Gabr. Naudæo ſcripta & Cardani liber de libris propriis ad Nicolaum Siccum præmittitur operibus ejus, junctim editis Lugd. 1663. fol. decem Voluminibus.

Hieronymus Caſtellus Ferrarienſis medicus, orator & poëta egregius, apud Lilium Gyraldum, poetarum noſtri temporis lib. 1.

Hieronymus Feroldus, ad quem extant multæ epiſtolæ medicinales Aloyſii Mundellæ.

Hieronymus Fracaſtorius, Veronenſis, vir ſummus, extinctus A. 1553. Opera ejus collecta à Paulo Rhamnuſio, editaque Venetiis 1555. 4. in quibus poëma Siphylis, de morbo Gallico, quod admiratus eſt Julius Cæſar Scaligr.

Hieronymus Gemuſæus, Helvetius, cujus extant Annotationes in Paulum Æginetam.

Hieronymus Manfredus, cujus eſt Centiloquium medicorum & infirmorum.

Hieronymus Montuus, cujus liber eſt de humorum differentiis.

Hieronymus Savonarola, qui de vermibus ſcripſit. Ita Tiraquellus. Sed liber de vermibus Venet. 1498. fol. editus, Joannem Michaëlem Savonarolam, Hieronymi avum, Ducis Ferrarienſis archiatrum habet auctorem, qui A. C. 1441. diem obiit.

Hieronymus Tragus, cujus extat Herbarium Germanicum.

Hierophilus de quo ſupra in Agnodice.

Hieſus

Hieſus, qui & Ieſus, & Ieſui, de quo infra.

Higinus, Plinio lib. XX. c. XI. & lib. XXI. c. IX.

Hilarus. vide in Calpurnio.

Hildegardis de Pinguia cujus quatuor libri Phyſicorum cum Trota ſive Trotula Salernitana & aliis Medicis antiquis Latinis prodiere Argent. 1533. 1544. fol. apud Clariſſ. Caveum male diſtinguitur ab Hildegardi Abbatiſſia Monaſterii S. Ruperti in monte *ad Bingiam* ſive *in Pingis*, prope Rhenum fluvium circa A. C. 1180. cujus Revelationes habemus. Vide Bibliothecam maximam Patrum edit. Lugd. T. 23. p. 590. F.

De *Hippocrate* illo magno, Coo, Medicorum principe ſatis multa dicere me memini lib. II. hujus Bibl. cap. XXIV. Quoniam autem noſtra ætate acris de ſummi illius Viri religione contentio agitata eſt à præclaris ingeniis, aliis ad Atheos eum audacter adſcribentibus,*) aliis, quibus non ſine cauſa adſentior, removentibus**) à tanto viro tam indignam mente bene ſana fœditatem: placet hoc loco cum lectore communicare, quæ nuper in manus meas incidit diatribam *Joannis Stephani*, Bellunenſis, Medici Veneti, illique quasdam notationes locorum Hippocratis, ad pietatem ejus confirmandam adſpergere.

*) Nic. Hieron. Gundlingius T. 2. Otiorum Germanice editorum c. 3. & in declaratione ſuæ de atheiſmo Hippocratis ſententiæ, neue Bibliothec XXIX. p. 802. ſq. contra Gœlikium, & in Gundlingianis, Germanice itidem vulgatis parte XXII. & XXIII.

**) Andreas Ottomannus Gœlike oratione inaugurali habita Duisburgi An. 1713. & in hiſt. Medicinæ univerſalis parte V. & D. Dan. Wilhelmus Trillerus in Hippocrate Atheiſmi falſo accuſato, Rudolſtadii 1719. 8. quam eruditam dietribam mihi pro benevolentia ſua inſcribere eſt dignatus, & in novis litterariis Lipſienſibus An. 1721. pag. 151. ſeq. ubi reſpondet ad objecta C. V. Joannis Clerici T. 15. Bibl. veteris & novæ. p. 428. ſq. D. Jo. Andreas Schmidius in diſſ. de Theologia Hippocratis, Helmſtadii edita in 4. Caroli Drelincurtii Orarionem Græce dictam Lugduni Batavorum, & verſam Gallice de Convenientia Hippocratis cum ſacris litteris, laudat Baſnagius Bellovallius in Hiſt. operum eruditorum An. 1689. Aprili p. 186. ſq.

HIPPOCRATIS COI THEOLOGIA,

IN QUA

PLATONIS, ARISTOTELIS, & GALENI placita Chriſtianæ Religioni conſentanea exponuntur.

AUCTORE

JOHANNE STEPHANO, JATROPHYSICO VENETO.

Ad editionem Venetam A. MDC XXXVIII. 4. apud Hæredes Johannis de Salis.

CAP. I.

Quod DEUS humanæ princeps ſit cauſſa Naturæ.

Egregie magnus ille Alexander, cum in Jovis Ammonis templo à Vate dictus eſſet Jovis filius, nihil mirum, inquit, nam Jupiter omnium quidem natura Pater eſt, at ex iis optimos quosque peculiariter ſuos facit. Nec inſcite Parmenides, unum eſſe id, quod eſt, conſtanter aſſeruit, ſi quidem teſtante Simplicio, quod vere per ſe, & maxime eſt, unum, nempe Deus eſt, cætera, quæ ſunt, haud ſimpliciter, ſed aliquid ſunt, qvum derivatam habeant ſubſtantiam. Et ſane quidquid in hac rerum immenſitate conſiſtit, triplici ordine diſtribui, compertum eſt; Quædam enim duntaxat exiſtunt, vt elementa, & inanimatorum genus omne: quædam vita, motuque fruuntur, quædam præterea intelligendi ſublimitate perficiuntur. Univerſa hæc natura quodam ordine continetur, ordo autem ad unum primum adſpirat, quare ſingula ad unum primum referri neceſſum eſt: Primum autem in aliquo genere reliquorum, quæ ſub illo genere coercentur, cauſſa eſt; hæc vero cum ſui ſimilitudinem, & characterem imprimat, par eſt, ut primo, maxime que ſit, vivat, & intelligat: Atqui hujusmodi Deus eſt, qvum ſua ſit Uſia, Vita, Intelligentia. Quamobrem ad Deum, utpote ad primum τὸ ὄν, primum

primum quod eſt, primam vitam, primam intelligentiam referuntur ſingula, ab eodemque pendent. Cui quidem ſententiæ ne Ariſtoteles a) quidem renititur, nec Author libri de cauſſis. b)

a) Lib. XII. Metaph.

b) Nec Hippocrates lib. de principiis, edit. Lindenii T. 1. pag. 112. cum dixiſſet, περὶ τῶν μετεώρων, de rebus Divinis ac cœleſtibus, non eſſe ſui inſtituti exponere, ſed tantum de hominis & animantium conſtitutione; ſubjungit de natura rerum ita ſe ſentire, ut (ſub primo ſummo motore) naturalia quatuor ponat principia, agens unum & ſpiritum veluti plaſticum præditum cognitione: tria cætera patientia. Agens ipſi eſt calidus *æther*. Pro cæteris tribus patientibus, alibi unum tantum, *aquam* appellat, ut lib. 1. de diæta. vide T. 1. p. 182, 185. 197. 201. 204. ſq. 263. ſeq. etſi quatuor iterum elementa ponit ex communi ſententia T. 1. p. 284. Ætherem ita deſcribit: δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοέειν πάντα καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα τὰ τε ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα. τοῦτο οὖν τὸ πλεῖστον, ὅτε ἐταράχθη πάντα, ἐξεχώρησεν ἐς τὴν ἀνωτάτω περιφορὴν, καὶ ὀνομῆναί μοι αὐτὸ δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα. *Videtur mihi quod calidum vocamus immortale eſſe, & cuncta*(quæ facit)*intelligere & videre & audire & ſcire omnia, tum quæ in præſentia ſunt tum quæ inde naſcitura ſunt. Hujus maxima pars cum Chaos univerſi*(à DEO primo motore) *agitaretur, in ſupernam circumferentiam ſeceſſit. Et videntur mihi ipſum veteres Æthera nominaſſe.* Quodque hæc neceſſario ita ſint intelligenda, conſtat vel exinde, quod paucis interjectis ſubjungit: κυκλεομένων δὲ τουτέων, ὅτε οὖν ἐταράχθη, ἀπεκλείσθη τοῦ θερμοῦ πουλὺ ἐν τῇ γῇ ἄλλοθι, ubi oportet cauſam ταραχῆς & ἀποκλείσεως moventem intelligere, æthere ipſo majorem ac ſublimiorem DEUM, quam in toto illo de principiis libello niſi præſupponas, rationesque motus & digeſtionis materiæ ſub motore aliquo ſapiente deſcribi ab Hippocrate niſi obſerves, ſcopas diſſolutas legere te exiſtimes. Hæc DEI primi motoris lex eſt, de qua initio libri de genitura T. 1. p. 124. νόμος μὲν πάντα κρατύνει. *Lex firmat omnia.* Itaque cum libro 1. de diæta T. 1. p. 182. ſeq. ſententiam de duobus principiis ſuiis naturalibus, igne & aqua, uberius expoſuiſſet; motusque eorum & mixtiones ac ſecretiones deſcripſiſſet, ſubjungit: καθ᾽ ἃ μὲν πρήσσουσιν, οὐκ οἴδασιν, ἃ δὲ πρήσσουσιν, δοκέουσιν εἰδέναι, καὶ θ᾽ ἃ μὲν ὁρῶσιν, οὐ γινώσκουσιν, ἀλλ᾽ ὅμως αὐτοῖσι πάντα γίνεται ΔΙ᾽ ἈΝΆΓΚΗΝ ΘΕΊΗΝ, καὶ ἃ βούλονται καὶ ἃ μὴ βούλονται. *Ad quod exemplar faciunt, non ſciunt: quæ faciunt, ſcire videntur, & quæ vident, non cognoſcunt.* (Unde patet illud νοέειν πάντα in lib. de principiis non ita univerſaliter intelligendum) *Attamen omnia ab ipſis fiunt PER NECESSITATEM DIVINITUS IMPOSITAM, & quæ volunt & quæ non volunt.* Solus hic locus ſuf-

2. Hoc autem intereſſe videtur, quod uti Deus ſingula creando ſuam cuique naturam communicat, ita vitam intelligentiamque formæ perficientis inſtar; quod ſane manifeſte conſtat, ſiquidem ſuam ſingulis ſubſtantiam nullo ſuppoſito impartitur, vitam autem, intelligentiamque præjacenti jam ſubſtantiæ inſinuat, inſeritque, quæ ideo actus perfectionisque ſunt inſtar, quod ſubſtratam inſtruunt, exornantque ſubſtantiam.

3. At Peripateticus aliquis ab Alexandreo Auditorio poſſit objicere: Deum hyperuſium Mundum movere, & regere uti finem (æquum enim eſt, ut nobilioris cauſſæ nomine dignetur) quare à mundano hoc opere facile vindicatur. Cui reſponſum volumus; dum cœlorum motrices Intelligentiæ in ſuum Creatorem intuentur, moventque ſingulæ ſuos orbes divinitatis radio colluſtratæ, ut illius imperio obſequantur, ſuasque actiones referunt ad primæ cauſſæ gloriam, movere quidem Deum, ceu finem: ut efficientem vero, quia illis vim movendi ſuos orbes, & motu univerſitatem gubernandi conceſſit. Id quod Simplicius plane aſſeruit, immo alios perſtrinxit, qui aliter ſenſiſſe Alexandrum arbitrati ſunt. Qua enim tenus, inquit, Deus movet cœleſte corpus, omnium, quæ ſub Luna ſunt, effectiva cauſſa exiſtit: quatenus vero Intelligentias ut appetibile & conſiderabile movet, finis eſt. Cæterum licet hæc mundi concinnitas, & ſpectata in ſingulis pulchritudo Authoris ſui immenſitatem, & ſapientim præclare demonſtrent, (ſcite enim Triſmegiſtus in Pœmandro, c) inquit, cum ſtatuam, & imaginem absque Fabro, & Pictore fieri, nullus audeat aſſeverare, miram Mundi hujus conſtitutionem ſine conditore conſtitiſſe putabimus?) Unum tantùm hominem Galenus contemplatus, ejusque ſtructuram, mirari primum, tum exclamare cœpit, à natura mortali tam admirablile opificium effingi non potuiſſe, ſed à Deo, aut ſapientiſſima Intelligentia: cum enim tam incredibili artificio omnia concinnata, atque connexa videret, non potuit non erigere oculos in cœlum, & divinius ſapere. Propterea ſcripſit, ſe Commentarios de humani corporis natura, ceu hymnos quosdam conditori ſuo compoſuiſſe, d) propterea quod ex his appareret, quænam ipſius Creatoris ſit ſapientia, quæ

ficit ad abſolvendum ab Atheiſmo Hippocratem, & ad demonſtrandum, quod ſupra illud θερμὸν ſuum ſive ignem, agnitus ab ipſo fuerit rector & motor univerſi DEUS. Sed exſtat locus alter etiam clarior qui afferetur infra ad §. 5. p. 196.

c) Cap. 5.

d) Lib. 3. de Uſu Partium, Cap. 10.

quæ bonitas, quæ virtus, ignoratio quorum ſumma eſt impietas. Quod enim, inquit ille, cultu convenienti exornarit omnia, nullique bona inviderit, id perfectiſſimæ bonitatis ſpecimen eſſe ſtatuo: Inveniſſe autem quo pacto omnia adornarentur, ſummæ ſapientiæ eſt: At effeciſſe omnia quæ voluit, virtutis & potentiæ eſt invictæ.

4. Poſſitne Moſes de Deo præſtantius quicquam effari? Poſſitne Theologus? Ecce ut ex viſibilibus inviſibilia Dei cognoſcit. Ut per creaturam Creatorem colligit, & colit? Potuitne Plato ab Ægyptiis divinius quippiam ediſcere? Ille Moſes Atticus perhibetur, quod ſcripſerit, per Ideam Deum effeciſſe Mundum: verùm materiam fingit Deo ſynchronam, & contemporaneam, quaſi ſine materia non potuerit Mundum procreare: Materiæ adjungit Ideam, ſive ſapientiam, ut in pondere, numero, & menſura opus tam perfectum conderetur; quam tametſi expungere conatur Ariſtoteles, quod ſapientia tota in contemplatione ſit poſita, contemplatio in ſe, & intra ſe vertatur, efficiens extra, & in alio: defendi tamen poteſt, & certa ratione ſtabiliri. Nam ſi ſublunaria omnia ad cœleſtia referuntur, hæc autem ad primum Motorem, qvum in habentibus ordinem ad unum primum ſit perveniendum, neceſſum eſt, ut quidquid ortum ſubit, naturam ſuam induat derivata à primo motore virtute, qui omnium Author eſt. Qvum vero unumquodque agat juxta naturæ ſuæ modum, & ingenium, Deus autem naturæ ſummæ intellectualis ſit, intelligendo agit, ſicut ignis, qui igneæ eſt naturæ, agit urendo. Atqui non poſſet Opifex rerum omnium productionem moliri, ni ſingulorum formas, & Ideas in ſe contineret . . . . . . *Pulchrum pulcherrimus ipſe*

Mundum mente gerens, ſimilique in imagine formans.

Quamobrem connatum exemplar eorum, quæ fiunt, Deum circumferre mente, non eſt abſurdum, connatum, inquam, non ſeparatum, quale Xenocrates finxiſſe creditur, quod ſibi Deus ob oculos ponat, aliquid in noſtrate hoc Mundo creaturus.

5. Sed ad Galenum revertamur, qui ſummi Opificis providentiam in humano corpore condendo concluſit earum rerum ſimilitudine, quæ ab hominibus fiunt. e) Nam, inquit, ſi fines ad quos fabrica hæc (loquitur de humano corpore) conſtituta eſt, connumeraveris, eosque omnes aſſecutum eſſe Opificem deprehenderis, quid aliud quam evidentem ejus

 magni-

e) Lib. 9. cap. 8. de Hippocrat. & Platonis placitis.

magnitudinem, potentiamqun cognoſces? Quocirca (paulo poſt infert) temerariam, ac fortuitam, neque artificialem cauſſam fabricæ noſtri corporis exiſtimare, abſurdum eſt. Quibus ſane veteres quosdam Phyſicos perſtringit, ut puta Democritum, qui omnia temerario quodam Atomorum congreſſu conflari credidit, carpit & Hippocratem, qui naturam noſtræ creationis opificem facit, non aſſurgit ad Deum. Sed ut libere dicam, negligenter admodum in hac re, alioquin oculatiſſimus, connixit. Hippocrates enim tam præclare de Deo, quam quivis alius. Ita enim ille. f) ***De fœminea vero natura hæc dico, ſentioque, maximam quidem cauſſam, & potiſſimum quid in hominibus eſſe divinum Numen***, &c. Unde ſcitiſſime colligit Calvus, Deum eſſe ex Hippocr. ſententia potiſſimum Authorem, & præcipuam cauſſam rerum humanarum. Cæterum lib. primo de victus ratione Deum tam conceptis verbis univerſæ naturæ conditorem efficit, ut nihil clarius. g) ***Naturam,*** inquit, ***omnium Dii ornaverunt, quæ vero homines fece-***

f) Lib. de Muliebri Natura. T. 2. pag. 358. μάλιστα μὲν τὸ θεῖον ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν αἴτιον εἶναι, ἔπειτα αἱ φύσιες &c. Et paucis interjectis: δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα χειρίζοντα πρῶτον μὲν ἐκ τῶν Θείων ἄρχεσθαι, ἔπειτα δὲ διαγινώσκειν τάς τε φύσιας τῶν γυναικῶν καὶ τὰς ἡλικίας. Vocare autem videtur τὸ Θεῖον Hippocrates, quæ divinitus immittitur temperiem aëris, τὴν τοῦ περιέχοντος ὑμᾶς, ἀέρος κατάστασιν, ut cum Galeno interpretantur Fernelius, Gorrhæus, Foëſius, Ramazinus, aliique. Ita lib. de morbo ſacro T. 2. p. 329. φύσιν δὲ τοῦτο καὶ πρόφασιν ἀπὸ ταὐτοῦ τὸ Θεῖον γίνεσθαι ἀφ᾽ ὅσου καὶ τ᾽ἄλλα πάντα (νουσήματα.) Et p. 344 diſerte nominat θεῖα illa à quibus morbi, ſolem, frigus, ventos. Naturam autem quam quisque habet in ſe, ſuoque corpore. Inde lib. I. de diæta T. 1. pag. 184. πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα. Lib. IV. de morbis c. 26. vocat τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. T. 2. p. 147.

g) Lib. I. de diæta T. 1. p. 190. Locus inſignis quem integrum adſcribam: Οἱ δὲ ἄνθρωποι &c. *At vero homines ex manifeſtis obſcura conſiderare non noverunt. Quum enim artibus utuntur ſimilibus, quibus humana quæ in ipſis eſt natura, id ipſum non intelligunt.* Θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑαυτῶν γινώσκοντας ἃ ποιέουσι, καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται. *Deorum enim mens edocuit ipſos ſua ipſorum imitari, ita ut cognoſcant quæ faciunt, & non cognoſcant quæ imitentur. Legem quidem poſuerunt ſibi homines, ipſimet non cognoſcentes de quibus tulerunt.* φύσιν δὲ πάντες (al. πάντως) Θεοὶ διεκόσμησαν. *Naturam vero omnes Dii exornaverunt. Quæ igitur homines ſanciverunt, non eodem modo ſe habent, ne*

fecerunt, nunquam ſimiliter ſemper recte, & non recte ſe habent, ſed quæ Dii, ſemper eodem modo, & rite habent, &c.

6. Proh Deum immortalem, & adhuc erit aliquis, qui ſenem inſimulet? Quis hinc vel ſingularem Dei providentiam non conjicit? Palam enim Deum ſingula juxta naturæ ſuæ meritum exornare, & perficere, quin in univerſo ordinis, & conſtantiæ, atque adeo naturæ authorem eſſe profitetur, ut niſi cœcus quilibet inſpiciat piam, præclaramque Hippocratis mentem erga Deum. Hinc Plato, Deus, inquit, omnium rerum gignendarum ideas continens, easdem menti confert, mens ex præſcripto Dei, animam Mundi docet, anima Mundi, ſemina, vegetalemque vim cum idoneis ſpiritibus parit, & condit, quam naturæ committ, per quam in materiem concinne paratam inſinuantur, atque infunduntur. Deum enim inſtar centri eſſe, credidit Plato, circa quod circuli quatuor, Mens quippe, Anima Mundi, Natura, Materia. Ad hanc ſententiam collineavit & Pergamenus, ubi ſcripſit, h) Deum ſcilicet inſtar ſummi Artificis, rerum ſeminibus agendi principium largitum fuiſſe, ut ex illius Mandato, atque præſcripto propria obeant munera. Avicenna autem Galeni aſſecla †) ait, virili ſemini plus ineſſe formæ juſſu Dei, quod hinc hominis formatio inchoatur. Formatricem vero, vocat unum ex Dei arcanis.

7. At vero naturam, dicet qnispiam, paſſim inculcat Hippocrates. Ita ſit ſane. At qui naturam dicit, Dei providentiam inſinuat, natura enim primum, & commune motus principium definitur, at quale hoc eſſe poſſit niſi a primo Motore? Ariſtoteli Natura modo ordo, modo ordinis cauſſa dicitur in univerſo, i) ſed quæ poteſt eſſe ordinis cauſſa præter ordinatorem Deum? Huc reſpexiſſe videtur etiam, quando ſcripſit, recte feciſſe naturam, quæ cœleſte corpus, ortus atque interitus futurum expers, exemit à contrariis: Item, naturam id ſemper omnibus velle, quod eſt melius.

Unde Vates ingenioſus. k)

Hanc DEUS, & melior litem Natura diremit.

Quibus locis natura ſumitur pro Deo. Lactantius Firmianus, Natura,

que recte ſemper, neque non recte: ὁκόσα δὲ Θεοὶ ἔθεσαν, αἰεὶ ὀρθῶς ἔχειν *Quæ vero Dii ſanciverunt, ſemper recte habent.* Ita ſcripſiſſe Atheum, nunquam crediderim.

h) Galen. lib. de format. fœt. cap. 6. lib. 3. p. 19. cap. 2.

†) Lib. 3. Fen 19. cap. 2.

i) Lib. 1. de Cælo text. 59.

k) Ovidius.

ra, inquit, remota providentia, & poteſtate divina prorſus nihil eſt, quia cum Natura naſcentiam quandam dicere videatur, neceſſe eſt mentem eſſe Divinam, quæ rebus omnibus ſua providentia naſcendi principium præbeat.

Huc acceſſere Mercurius ille ter maximus, Pythagoras, Plato: quos ſcimus naturam feciſſe univerſale principium, vimque a prima cauſſa per Cœli motum in alia corpora omnia diffuſam, quæ etſi una ſit, pro corporum tamen varietate ſuſcepta fiat diverſa.

Huc etiam Seneca, l) Plinius, Sextus Empiricus, & è recentioribus Scaliger conceſſere, naturam ſcilicet eſſe Deum ipſum, divinamque rationem toti Mundo, & ſingulis partibus inſitam, omnesque recto ordine gubernantem. Et me hercle cum univerſa hæc mundi natura omnia continens, & per cuncta rerum meabilis Solis, & Lunæ, cæterorumque Siderum curſuram, temporumque vices, & oceani reciprocos temperans æſtus, hancque rerum immenſitatem rato ordine regens tam ſapienter omnia gubernet, atque moderetur, fateri neceſſum eſt, Divina quadam mente architectatrice, & protectrice uti, quæ omnia recta ratione adminiſtret, & providenter tueatur; Hæc vero ipſius ratio lex eſt naturæ è ſumma mente, Deique numine profecta. Hinc Plato. Cum Deorum Sator, inquit, mundum, naturamque conderet, huic ſimul leges fatales indixit. m)

O qui perpetua Mundum ratione gubernas
Terrarum Cœlique Sator, qui tempus ab ævo
Ire jubes, ſtabilisque manens das cuncta moveri.

8. Abſit tamen, ut cum Stoicis naturam cum Deo confundam, qui perinde ea differre ſcio, ac ſervum à Domino: Natura enim addicta, & veluti jugata materiæ; non poteſt, quin ejus in agendo imploret auxilium: At Deus immateriatus omnino, ut eſt ſupra fatum, ita ſupra naturam, quia extra motum, locum, & tempus (quibus affectionibus rebus cauſſa materiæ inhærentibus continetur fatum, & natura) quare cum liberrimus ſit, nec materiæ inſitus, alius à natura eſſe videtur. Accedit, naturam patiendi potius, quam agendi principium ab Aphrodiſeo appellari, cui poſt Simplicium applauſit D. Thomas hoc vel in Cœlo verum eſſe aſſeve-

l) Lib. 4. de Benef. cap. 7. Plin. lib. 2. caap. 7. Scaliger exercit. adverſus Cardanum 1. 7, 17. 20. 278. 323. 339.
m) Boetius lib. 3. de conſ. Philoſoph.

aſſeverans, quod ſine piaculo de Deo dici non poteſt, cum ſit puriſſimus actus. Ad hæc natura eſt finita, & ad unum determinata potentia, utpote humani ſeminis ad hominem: at Dei indefinita, & infinita, agit enim liberrima non impedita, aut coacta voluntate. Denique Ariſt. ipſe prodidit, naturam ipſam ſemper, quod melius eſt, quantum poteſt, efficere: hæc autem limitatio impotentiam quandam arguit, quam in Deo concipere ſit nefas.

9. Ita tamen Stoicos rejicio, qui Jovem ſui fati compedibus alligant, ut univerſalem illam poteſtatem per ſingula meabilem, quam communem appellant naturam, h. e. effectricem, & directricem ſingularis naturæ, ſummam Dei rationem eſſe concedam. Etenim ubi multa conſpicamur in unum finem diſpoſita, atque coordinata, & in eum per ſua Munera absque cognitione, & cogitatione tendentia, aliquam neceſſe eſt cogitare Intelligentiam, quæ & finem cognoſcat, & ordinet omnia, ſiquidem ordinate diſponere, intelligentis & ſapientis eſt. Hinc Avenrhois n), atque Themiſtius non errantis Intelligentiæ, opera Naturæ nuncupabant. Quare & Plato o) de Divinis agens ad naturalia deſcendit, vicimſſique naturalia percurrens ad Divina pertexit, quum hæc naturalium ſint principia. Sed tempus eſt, ut huic diſputationi colophonem imponamus.

CAP. II.

Quod ſpiritus omnia replet.

Ab univerſali quadam natura in proprios fines ſingulorum opera dirigi, apud Philoſophos in confeſſo eſt: Illam Stoici ſpiritum nominatim appellarunt toti mundo infuſum, qui varias ſortitur appellationes pro varietate materiæ, cui ſe ſe inſinuat, de quo in præſentiarum paulo diligentius nobis eſt ediſſerendum, ut Hippocratis noſtri ſententia, & quantum cum ſacris litteris conveniat, conſtet.

2. Age ergo corpus cum Platonicis in ſolidum, & ſpiritale dividamus, hoc, quicquid oculorum aciem effugit, appellant, cujus quidem plures extant differentiæ: Nonnunquam pro anhelitu accipitur, ut apud Hippocratem p) ſpiritus frequentior dolorem, & accenſionem ſignificat in his, quæ

n) Lib. 12. Metaph. lib. 1. de Anima cap. 23.
o) In Parmenide. In Timæo.
p) Libro primo Prognoſticon. T. 1. pag. 477.

quæ ſunt ſupra diaphragma; Nonnunquam ſignificat Animam. Unde Epicureus Vates: q)

> *Spiritus eque feris humana in corpora tranſit*
> *Inque feras noſter:*

Medici pro ſuo uſu ſpiritum vocant ſubſtantiam æthercam, minimè conſpicuam caloris & facultatis ſedem, animæque cum corpore vinculum, primumque obeundæ functionis inſtrumentum.

3. Spiritum hunc transmundani Philoſophi multifariam, dum illud Geneſeos, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, interpretantur. Quidam enim arbitrantur, r) eo Moſem aëris elementum indicaſſe, aut ventum, cujus flatus, atque reflatus admirabilis eſt reciprocratio, cujus eſt ingenium ſuper aquas efferri, quod quidem verbum (ferebatur) indicat. Appellari autem Spiritum Domini volunt, vel quod à Deo immiſſus eſſet, tunc enim naturales cauſſæ, quæ flatus cierent, præſto nihil erant: ſeu quod ventus ille præpotens nimis, ac vehemens eſſet, Moſis enim mos eſt, ubi quippiam eximium ſignificare vult, Dei nomen adjicere, ut cum Cedrus Dei, vel Civitas Dei dicitur.

4. Quidam haud ventum, aut aerem, at vim quandam vitalem s) & energiam, impreſſamque aquis fœcunditatem intelligunt: Nec enim infrequenter myſticæ paginæ, cum ſubitam quandam vim, & efficaciam ad aliquid inſigne patrandum ſignificare volunt, Domini ſpiritu utuntur, ut cum dicitur, Spiritum Domini in Samſonem irruiſſe, & diſcerpſiſſe Leonem. Quo ſpectat & illud, Spiritum Domini ſuſtuliſſe Eliam, & rapuiſſe Philippum. Idem vero Moſes dicere voluit, in principio Deum vim indidiſſe aquis, ut intelligeretur, quæcunque poſtea facta fuiſſent, aliunde virtutem, nimirum à Deo ſuſcepiſſe.

5. Nec deſunt, t) qui per ſpiritus, Angelos notari autument, qui Cœlos, maxime primum mobile pernici celeritate cient. Quo ſignificatu apud Regium Vatem ſcribitur: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.* Aquarum autem nomine ſignificari Cœlum, non eſt novum, nec inſolens, ſiquidem Cœlum hebraice appellatur ſchamain, ab aquis deducto vocabulo.

q) Ovidius XV. Metamorphoſ.
r) Tertullianus adverſus Hermogenem, cui applaudit Theodoretus quæſt. 8. in Geneſim,
s) Chryſoſtomus Hom. 3.
t) Cajetanus.

lo. Quáre Cœlum cryſtallinum, quod primum mobile credunt, quum ſit pellucidum, & perquam diaphanum, aquæ nomine rite donari poterit.

6. Avicennæ Interpres u) Intelligentiam quandam comminiſcitur ſecundum Deum nobiliſſimam, quæ ſingulis aſſiſtit, noſtraque potiſſimum dirigit munera. Ab uno, inquit, (hoc ceu protritum axioma apud Poenos eſt) prout unum eſt, non provenit niſi unum, atqui uni Deo maxime congruit unum eſſe, quatenus unum, quum omnium Deus ſit ſimpliciſſimus, atque puriſſimus actus, quare à Deo non provenit niſi unum. Hoc autem non eſt niſi univerſalis Intelligentia cæteris Intelligentiis ſecundum Deum abſtractior, puriorque: quarum eſſentia, & energia non modo à Deo pendet, ſed etiam ab hac ſuperiore Intelligentia, quæ Deum proxime eſt, atque adeo nobiliſſima. Huic ſententiæ, Sacræ Geneſeos verba accommodat (*& ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas*) unde confici putat, atque concludi, ſpiritum hunc, quem Intelligentiam indigitat, ante terram, & aquam procreatum fuiſſe. Quod igitur à DEO, inquit, primum procreatum fuit, ſpiritus eſt, nempe ſpiritualis illa ſubſtantia à corpore abſtracta, quam Arabes Philoſophi à Deo primum emanaſſe, certo credunt. Peripatetici vero, qui mundum ſemper fuiſſe, & permanſurum arbitrantur, Intelligentiam hanc proximè à Deo pendere dictitarunt. Avicenna autem hanc ſimplicem Intelligentiam à Deo productam plurium effectricem agnoſcit, à qua cæteræ Intelligentiæ, mundanaque cuncta vim inſpirante Deo fiunt, & gubernantur. Præterea homini fœlicitatem, ſupremamque beatitudinem contingere ex animæ copulatione cum univerſali hac Intelligentia, quæ dum hîc agimus, humanæ aſſiſtit animæ, ceu lumen ſolis, viſui, exiſtimat. Quæ etſi ingenioſe proferuntur, digna tamen ſunt, in quæ fiat acrior animadverſio, neque enim Philoſophus, aut Theologus admitteret; ſed nobis, qui alio pergimus, parcere, temperareque viſum eſt.

7. Sunt denique, x) qui per ſpiritum tria intelligi volunt, nempe Spiritum Sanctum, ventum, ſive, aerem, aut vitalem quandam creaturam, qua univerſus orbis viſibilis commovetur, & continetur.

8. Platonici vero ſpiritum hunc animam Mundi nuncupant, queis adſenſit Maro. y)

x) Auguſtinus.
y) Virgil. 6. Aeneid.

Principio cœlum, & terram, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque Aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & Magno ſe corpore miſcet.
Hinc hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.

Boëthius vero z) eandem ſententiam his modis eleganter expreſſit:

Tu triplicis mediam naturæ cuncta moventem
Connectens animam per conſona membra reſoluis,
Quæ cum ſecta duos motum glomeravit in orbes,
In ſemet reditura meat, mentemque profundam
Circuit, & ſimili convertit imagine Cœlum.

Animam Mundi mediam appellat, quod inter DEUM & hominem media eſt; triplicis vero naturæ dicitur ob triplicem operationem, qua Deum, & ſemet ipſam cognoſcit, & orbem convertit.

9. Sive igitur ſpiritus iſte Deus ſit; tertia ſcilicet perſona Trinitatis, quemadmodum Græcorum, & Latinorum Patrum pars maxima credit, *) ſive vis, & poteſtas illius per totum orbem diffuſa, Hippocrates Platonicis, & Chriſtianis Theologis appoſite, & accommodate locutus eſt, ſcribens ab hoc repleri omnia, temporumque vices, & diſcrimina peti, Solemque, & Lunam perpetua vertigine circumferri. *Quid autem*, inquit, *ſine hoc ſit tandem? Aut cui rei non adeſt?* a) *Omne enim quod inter Cœlum, & terram eſt, ſpiritu repletum eſt, hic & hyemis, & æſtatis cauſſa eſt. Quin & Solis, & Lunæ, & aſtrorum omnium curſus per ſpiritum procedunt. Quare Solis perpetuum curſum Spirtus, & æther perennis, & tenuis eſſe facit,* &c. Hæc Hippocrates, quibus certe non aërem, qui nos ambit, & quem inſpiramus, non flatum ex terrena exhalatione manantem intellexit, ſed latentem præterea energiam per ſingula meabilem, quæ ut cœlorum motus moderatur, perpetuatque, ita temporum viciſſitudines parit.

10. Non

z) Lib. 3. Metro 9.

*) Plurimum quidem intereſt inter has duas ſententias, neutra tamen ita comparata, ut qui alterutram amplectatur ideo Atheiſmi ſit reus. Vis certe illa & poteſtas quantacunque quamætheri Hippocrates tribuit, tamen à DEO dependere, & *Divina lege* agere ponitur, perinde ut à Chriſtianis Philoſophis qui naturas plaſticas in Philoſophiam induxerunt.

a) Hippocrates Lib. de Flatib. cap. 5. T. 1. pag. 402.

10. Non defuere, b) qui difficili hac ſententia impliciti tamquam Dædali labirintho, librum hunc Hippocratis eſſe negarunt. At cum liber iſte multis aliis, ut de Arte, de Veteri Medicina, de ſemine, de Natura humana, de pueri natura, λέξει ſimilis ſit, neque quoad τάξιν Hippocrate indignus, omnino pro genuino agnoſcendus. Spiritum hic tandem vultuoſi, & indignabundi aërem interpretantur, verum è tanta difficultate tuti prius non enatant, quam multigenis atoporum fluctibus obruantur. Qui enim aër omnia replet? Ignis enim ſub Luna ſubeſt, qui cœlorum motu agitatus huc demittitur, ut cum cæteris elementis mixtus miſceat, & generationis fiat parens. Quî Solem, & Lunam perpetua vertigine motet? Nemo, niſi infantiſſimus, & qui dedita opera rerum ordinem turbet, aërem tantum habere virium, ut agat in cœleſtia, admittet. Scitum eſt, cœleſtia peregrinis impreſſionibus non eſſe opportuna, quod materia communicent, quæ viciſſim mutua pugna confligunt. Nefas ſit igitur, ſcitiſſimum ſenem tam ſupinæ ignorationis inſimulare, qui optime norit, aëri ſupereſſe ignem, ut docet lib. de Principiis, inferioremque hanc naturam ſupernis eſſe ſubditam lationibus. Impoſſibile eſt, ait Ariſtoteles c) Cœlum moveri ab aliquo in terra exiſtente. At vero Plato non decere, dixit, rem antiquiorem a poſtgenita regi. d) Audenter igitur aſſerendum hic pro ſpiritu divinum Numen per totum orbem diffuſum intelligi, quo tum fiunt, tum foventur omnia. Subeſt enim homonymia, ad quam non collimantes alii in ſcopulos offenderunt.

11. Ecce Jupiter, qui Cœlum, terramque replet, cujus omnia plena: In quo ſumus, vivimus, movemur. Jure igitur ſcripſit ſenex, ſine eo nihil fieri, & rebus omnibus adeſſe Quia enim quidquid eſt, primæ cauſſæ eſt participatio, quæ univerſa diſponit, & reliquis vim tribuit, rectiſſime Theologi Deum ubique eſſe per eſſentiam, præſentiam, & potentiam pronunciarunt. Quid quæris?

Deus ipſe apud Hieremiam; ***Numquid***, inquit, ***non Cœlum, & terram ego impleo?*** Ad hæc, ſpiritum Domini repleſſe orbem terrarum, ſacræ paginæ tonant. Scire tamen licet, generalem hanc cauſſam rebus hiſce, quæ moventur, externam eſſe, neque veluti partem intimam earum eſſentiam conſtituere, tametſi alio quodam intellectu dicatur Deum

Cc 2 per

b) Vallcriola comm. in lib. de Flatibus: Theod. Zwingerus comm. in lib. de Flatibus.

c) Lib. de Animal. motu.

(d In Timæo.

per eſſentiam in ſingulis eſſe, quatenus immenſitate ſua omnia replet, conſervat, datque, ut operentur. Deus eſt omnia, inquit Parmenides, quia omnia continet. Deſinant Platonici poſthac Præceptorem ſuum divinum appellare, ſuſpiciant, & admirentur Hippocratem Platone ut antiquiorem, ita diviniorem. Unde putas, animatum eſſe mundum, didiciſſe Platonem, niſi ab Hippocrate, quem ſæpe citat.

12. Sic enim libro primo de Diæta. e) *Ego tamen hæc ſecundum rationem exponam: Animalia enim ſunt & illa, & hæc, & neque Animal mori poteſt ſeorſum ab omnibus, totum enim moreretur* (nempe mundus) *neque quod non eſt generari, qvum non ſit, unde generetur. Sed augentur omnia, & minuuntur ad ſummum, ad minimum quantum ejus fieri poteſt.*

Quo loco Hippocrates non modo animatum eſſe Mundum, verum etiam nullum omnino corpus interire, neque fieri quod prius non erat, probat, cæterum permixta, & diſcreta effici, atque permoveri.

Nec perit f) *in toto quicquam, mihi credite, Mundo,*
Sed variat, faciemque mutat.

Quæ ſententia à Philoſopho ſubinde convellitur.

Galenus Hippocratis applauſor, mundum ab hoc ſpiritu gubernari habuit pro confeſſo.

13. *Propterea, quis,* inquit, *tam demens audeat negare, eſſe quandam mentem cujus vis ſit admirabilis, omnes terras permeantem, & in omnes partes diffuſam? Sed nulla eſt pars mundi terra ignobilior, igitur per univerſum diffuſum eſſe ſpiritum illum vivificum, ratum ſit, & conſtans.*

14. Non me præterit, ſpiritum hunc, quem Zeno ignem, Heſiodus Amorem, mundi totius opificem appellat, Peripateticos invitos audire, quia ſi natura ſit vis genitrix, & genitorum conſervatrix, quæ quotidie nova cœlitus influit, Aſtrorum, potiſſimum Solis motu excitata, quid opus eſt ſubſtantia permanente genitrice, & conſervatrice? Una poſita tollitur altera. At ſenſus quotidie novam influere demonſtrat. Quare non eſt, quod ſpiritus iſte feriatus introducatur. At nos ex ordine, & immutabili conſtantia una cum Hippocrate hunc ſpiritum arguimus, atque admittimus, quo univerſum rite gubernatur, & ſingula in proprios fines, quos ipſa non cognoſcunt, diriguntur. Nec tamen cum Platonicis Animam mundi, aut cum Avicenna, Colcodæam appellamus. Sane Ariſtoteles

e) Cap. 5. T. I. p. 184.
f) Lucretius.

teles g) ob eam potiſſimum cauſſam Thaletis opinionem rejecit, omnia Diis plena eſſe aſſerentis, quod crediderit, voluiſſe eum, Deum rebus omnibus eſſe permixtum, ceu animam, & formam quandam, quod ſane foret abſurdiſſimum, ſiquidem Divina natura parte aliqua mutilari nequit, neque ullius rei forma, & pars evadere, quod imperfectæ, & dimidiatæ eſſentiæ proprium hoc ſit. Ejus tamen Numen, atque poteſtatem per univerſum diffuſam non negavit, dum Heracliti retulit verba. Heraclitus enim in furnaria caſa, caloris cauſſa ſedens, ad illos, qui illuc acceſſerant ſui gratia, & ingredi temperabant, ſcite proclamavit; Accedite huc, inquit, confidenter, nam ne huic quidem loco Dii deſunt immortales. Qua de re præclare pronunciavit Simplicius, omnia, inquit, Deo plena ſunt, ut Creatore, benefactore, & omnia continente. Cujus quidem ſententia iis perpendenda eſt, qui Deum effectricem Mundi cauſſam, & ſublunarium curam, providentiamque gerere juxta Peripateticos inficiantur.

15. Diogenes Mulierem conſpicatus ad Deorum aras tam incurvato corpore incumbentem, ut obſcæna quædam apparerent, *non vereris*, inquit, *mulier, ne ſtante poſt terga Deo (cuncta enim plena Deorum ſunt) inhoneſte habeas.* Demonax autem, qvum ab amico admoneretur, ut ſecum in Æſculapii templum iret, Dominumque pro ſalute filii oraret; adeone, inquit, ſurdaſtrum exiſtimas Deum, ut nos niſi in templo non ſit auditurus? Sane hanc Dei præſentiam in omnibus rebus ſacri Doctores ex divinæ eſſentiæ immenſitate, atque infinitate colligunt, & argumentantur. Nam ſi aliquid eſſet extra Deum, infinitus non eſſet, ſed finem haberet, & limitem præfixum. Sed & neceſſaria oſtendit ratio, Deum in omnibus agere non modo creando, ſed & conſervando, & cooperando, nihilque agere, aut perfungi poſſe officio, ubi non eſt. Recte proin Triſmegiſtus in Aſclepio, Mentem, nempe Deum, ſeipſa ſtare conſervatricem omnium rerum, in eaque univerſa vivere, & conſiſtere. Item Author libri h) de ſecretiore ſapientia ſecundum Ægyptios, ſicut centrum circuli in ſe ipſo eſt, inquit, lineæ autem ab eo ductæ ad ambitum, ipſeque ambitus cum punctis in eodem centro exiſtunt, ſic quoque naturæ omnes in primo Agente conſiſtunt, & ab eo conſervantur, id appetunt, & ad id revocantur. Hinc Durandi i) error deprehenditur affirmantis, cauſſas ſecundas ita munera ſua obire, ut nulla ſuperiore cauſſa, ne quidem Deo

g) Lib. 1. de Anima text. 86.
h) Lib. 12. cap. 19. i) 2. Sent. d. 1. q. 5.

indigere adjuvante. Quadrifariam enim Deus in his inferioribus ſuam exercet efficientiam, primo quia cæteris cauſſis vim indit agendi, inſitamque conſervat virtutem, dein quia ſingula movet, Poſtremum quia ut Artifex per inſtrumenta ſuos promit effectus, & pro organorum diverſitate varia effinguntur opera, ita Deus per minores cauſſas agit. Hoc autem intereſt, quod Deus, cujus infinita eſt ſubſtantia, nihilo penitus intercedente attingit effectum, Artifex autem non niſi machinamento: Præterea inſtrumentum nullam ſe ipſo edit actionem, niſi aliunde moveatur: At inferiores cauſſæ à Deo profectæ vim ſuſcepere ingenitam, qua vere operantur, & ſibi congeneres proferunt effectus, homo hominem, Leo Leonem. Unde etiam Fracaſtorii erroneus lapſus eluceſcit, k) negantis Deum cum ſecundis cauſſis immediate cooperari.

16. Sed revertamur ad Ariſtotelem †) qui de Mundo differens, ſpiritum hunc divinum plane invexit. Spiritus, inquit, dicitur quædam tum in plantis, atque animalibus, tum per omnia commeans, animata, fœcundaque ſubſtantia. Hic ergo longe, lateque diffuſus omnia continet, omnia lætificat, vitalem mundi animam, ipſamque naturam ſecum afferens, quæcunque ſubierit, vitalia faciens.

17. Quidam melioris notæ Philoſophi l) mundi animam interpretati ſunt cœleſtium orbium motrices Intelligentias, præcipue vero Solis, quæ omnes mente, intellectuque ſummo bono, idealique menti imcumbunt; circulari autem ſphærarum motu perpetuo elaborant ad corruptibilem hunc mundum perficiendum, ſeminariam, vitalemque virtutem materiæ infundendo. Platonis opinionem de Anima Mundi difficillimam vocat D. Thomas, m) & modicæ utilitatis; propterea & ipſe dixit, animam Mundi eſſe Intelligentiam orbis motricem, quæ per motum, virtutem ſuam influit inferioribus.

18. At vero de hac ipſa re Galenus ita plane refert. n) Reliqui omnes, animam habere, providentiaque regi mundum arbitrantur: Democritus, Epicurus, & quotquot atomos, & caſum introducunt, neque animam habere ipſum, neque providentia regi inquiunt; ſed bruta quadam natura. Ariſt non anima, non ratione, non mente, non providentia præditum mundum omnibus ſuis partibus exiſtimat, ſed cœlum tantummo-

k) Lib. 2. de intell.
†) Lib. de Mundo.
l) Paparella Comm. in lib. Hippocratis, de Natura Human.
m) Comm. in Metrum 9. Boëthii lib. 3.
n) Lib. de Hiſtor. Phil.

tummodo, cœleſtes enim orbes ſingulos, & animam, & vitam habere. Reliqua vero infra cœlum poſita omnibus his carere. Quod ſi aliquo ordine frui videantur, non ex ſe illa ipſum habere, ſed incidenter, quatenus à cœleſtibus corporibus reguntur. Hæc Galenus. An vero prorſus ea fuerit mens Philoſophi, quam hic recitat Galenus, non contendo.

Illud certe affirmare non dubitarim, quod Cicero rerum ordinem, & conſtantiam ſuſpiciens, hæc fieri inter ſe mundi partibus continentibus non poſſe, ni ea uno continuatoque ſpiritu continerentur. Faceſſant igitur, qui Hippocrati abſurdas opiniones adſcribere maluerunt, quam veritati ſubſcribere; faceſſant, & poſthac Apollinis Oraculum conſulant, ut moniti meliora ſequantur.

Juppiter eſt, quodcunque vides o) *quocunque moveris.*
Quo fugis Encelade? Ad quascunque acceſſeris oras
Sub Jove ſemper eris.

CAP. III.

Quod Humana Anima cœlitus infundatur in corpus.

Tanta eſt non modo inter Philoſophos, verum & inter Chriſtianos de humanæ Animæ origine diſſenſio, ut quicquam decernere non opis eſſet noſtræ, ni jamdiu veritatem ipſam præmonſtraſſent Concilia ſacra. Nam, ut mittam Avenrhois futilitatem, qui Intelligentem Animam, in omnibus unam, & ab omni æternitate exiſtentem ſtatuit, neque Pythagoræ, neque Platonis fabellæ unquam mihi ſunt probatæ, qui certum animarum numerum ante corpora exiſtentium, earundemque in alia, atque alia corpora migrationem poſuere.

2. Inter Chriſtianos vero eorum maxime improbanda opinio, qui intelligentem animam p) ex Dei ſubſtantia eſſe contenderunt, inter quos & Ciceronem *) cenſere licet.

An dubium eſt q) *habitare Deum ſub pectore noſtro?*
Eſt Deus in nobis r) *agitante caleſcimus illo.*

Neque

o) Virgil.
p) Carpocrates, Gnoſtici, Manichæi.
*) Cicero Catone majore cap. 21.
q) Manilius. r) Ovidius.

Neque illi ſunt admittendi, s) qui humanas animas ab Angelis factas eſſe putarunt, quod credidit & Avicenna.

Præterea humanas omnes animas una cum cæteris beatis mentibus creatas fuiſſe, præter veritatem eſt, & Peripateticæ Philoſophiæ dogmata, quæ docent, formas id non anteire, cujus ſunt.

At Tertullianus, & Apollinaris ex traduce Animam procedere exiſtimarunt, quibus applaudunt quotquot ſingulis mundi partibus à prima origine ab Opifice inditas eſſe vires, & veluti digito Dei in re quaque inſculptas, ſecundum quas omnia naturæ ſuæ convenienter agunt, mordicus tuentur. Naturam qui ſequitur ducem, non errat, inquiunt, quia character eſt Dei, impreſſum divinitatis veſtigium.

3. Sed heus, o boni, ſiccine feriantem Deum fingitis, & mundi cura vindicatis? Siccine vel inviti Aſtrorum inutiles motus conceditis? Sed quorſum vitalis ille calor vectore ſpiritu tot ſtirpium, & animalculorum opifex huc cœlitus influit? Si poteſtas illa primis parentibus inſita ſatis ſit; Si primo Leoni vis procreandi ſimile ſucceſſione in ſubolem propagata per ſe ſola generat Leonem, cur Sol, & Leo generant Leonem? At Solis circumactu excitatus calor continenter ex quatuor elementis veluti ex communi materia vel ipſo ſenſuum teſtimonio mixta progignit minime mixtus (neque enim cœleſtia elementaribus miſceri poſſunt, cum ſint aſymbleta, differantque phyſico genere), Apage ergo tam veſanum commentum vel Philoſopho, nedum Chriſticola indignum.

4. Divinum hunc calorem tanti fecit Hippocrates t) præcipuum naturæ machinamentum, ut animam nonnunquam auſus ſit appellare, quam propterea usque ad mortem produci tradidit, quod omne calidum moderato frigido jugiter opus habeat, quo veluti enutriatur. Neque defuerunt apud antiquos, qui ignem nutritionis, & accretionis cauſſam dixere, quos redarguens Ariſtoteles u) animam præcipuam cauſſam, ignem concauſſam appellavit. Cæterum ſcire licet Hippocrati fuiſſe in more poſitum, inſtrumentariam cauſſam non raro pro efficiente primario uſurpare. Cum enim in medendo ad id primo ſit reſpiciendum, à quo perfecta editur actio, id autem ſit animati organi recta conſtitutio, quæ potiſſimum in certa calidi innati menſura conſiſtit, factum eſt hinc, ut ſenex, calorem unicum animæ miniſtrum pro anima uſurparit, quum medico

s) Hermias. Seleucus. Galatæ. Origenes.
t) Lib. 6. Epidem. ſect. 5. T. 1. p. 810.
u) Lib. 2. de anima.

medico in ſenſibilibus cauſſis ſit permanendum. Hinc libro de carnibus calorem hunc immortalem facit, omnia ſentire, audire, intelligere. Enim vero ſi aliqua lædatur actio, non licet animam cauſſari, ſed in intemperiem, aut caloris imbecillitatem cauſſa rejicienda eſt. Proin Galenus, parum refert, inquit, medico inter medendum noſſe, quæ, aut qualis ſit animæ ſubſtantia.

5. Ne quis tamen poſthac noſtrum Senem arguat, quod animam neſcierit eſſe materia multo præſtantiorem formam, ſubſtantialemque actum munerum nobilium Authorem, quæ ſane accidentium nullum primo obeat, audiat, quæ alibi ab ipſo Hippocrate x) ex Calui interpretatione ſcribuntur:

De cœleſtibus autem rebus, & ſublimibus mihi non ſcribendum videtur, niſi quatenus homines, cæteraque animalia, quæ in terris degunt, & gignuntur, natave ſunt, principium, & originem inde habere demonſtrabo, quodque anima de Cœlo eſt, quodque dolere, languere, & quidquid boni, aut mali in homine eſt, de cœlo proficiſcitur. &c.

Quam igitur in nos mentem extrinſecus advenire dixit Ariſtoteles, de Cœlo expreſſius derivat Hippocrates, teſte Fernelio, non quod prius extiterit Platonicorum more alicui accommodata ſyderi, ſed quod ejus Author cœleſtis ſit, qui eo momento in corpus apte diſpoſitum, organisque inſtructum infundit, quo eam creat.

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.

Atqui nulla Intelligentia creata poteſt aliquid de nihilo producere, quia vis deſideratur infinita, ſolus autem Deus inexhauſtas poſſidet vires, quare ſingulas animas à Deo emanare exiſtimaſſe Hippocratem, conſentaneum eſt.

6. Formæ, inquit D. Thomas, y) rerum tamquam in altiora principia in corporum cœleſtium virtutes referuntur, & adhuc altius in Subſtantias ſeparatas, ex talibus enim principiis derivantur formæ inferiorum corporum, excepta ſola rationali anima, quæ ita ab immateriali cauſſa proce-

 dit,

x) Lib. de Principiis ſive carnibus T. I. p. 112. Derivat ibi utique animas ab illo θερμῷ, de quo mox ſubjungit: δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατον, ἦναι, καὶ νοέειν πάντα &c. Hoc θερμὸν diverſum ab aëre, qui illius cibus eſt, & quo plena omnia inter cœlum & terram. Vide lib. de flatibus T. I, p. 402.

y) Lib. de occultis rerum operibus.

dit, nempe à Deo, ut nullo modo fiat à virtute corporum cœleſtium, alioquin functionem colere non poſſet à corpore prorſus abſolutam.

7. Quod ſpectat ad Ariſtotelem, ea de re nihil teſtatum; prorſusque promptum habemus, ejus tamen mens è tribus potiſſimum locis elicitur: E Metaphyſicis ſcilicet libro 12. z) ubi probat nullam formam conjuncto priorem eſſe, ne intelligentem quidem animam. E lib. primo de Anima, a) quo loco aſſerit, intellectum nobis innaſci, ſubſtantiam quandam exiſtentem, & non corrumpi. Innaſci, i.e. in nobis naſci, & denuo produci. Denique e lib. de Animal. ortu, b) ubi Philoſophus confeſſus eſt, mentem extrinſecus accedere, eamque ſolam divinam eſſe, quod cum ejus actione nihil commune habeat actio corporea.

8. Sed eo revertamur, unde digreſſa eſt oratio. Hippocrates cum bona tum mala hominibus de cœlo proficiſci aperte prodidit, id quod ab Ariſtotele, ut cætera fere c) cuncta, ſuſcipitur, profitetur enim propter obliqui circuli reciprocationem hæc inferiora naſci, atque denaſci, quod vel ſenſus teſtimonio probamus, dum enim Sol ingreſſus Arietem ad nos redit,

Prata virore novo rident, injuſſaque creſcunt
Gramina, & arborei fœtus, vigor omnia firmat.

Ingreſſus autem Libram, dum abſcedit,

Quæque effœta rigent, viduantur frondibus orni,
Squallida pallentes repetunt animalcula cryptas.

Hinc tempus omne, hinc vita omnis durationis ſumit initia, omnium enim ſublunarium ordo ex ſuperiorum ordine pendet, omnisque vita certâ definitur periodo. Propterea primo Meteωρων optabat Philoſophus, ut mundus hic inferior ſupernis lationibus eſſet contiguus, ut inde melius regeretur.

9. Conſtans igitur ſit, & ratum univerſam hanc inferiorem naturam à Cœlo gubernari, ut ſingula nil poſſint, ni Cœli virtute promota vigeſcant: Hanc autem virtutem nobis largiuntur cœleſtia corpora motu, & lumine intercedente. Propterea ſcripſit Plato d) protinus Univerſum ruiturum, ſi Sol momento conſiſteret, ſcite enim ab Homero Sol cor mundi

z) Text. 17. a) Text. 65.
b) Cap. 3. c) Lib. 2. de ortu.
d) In Thæteto.

di vocitatur, nam quemadmodum in nobis ſi cor momento pondere ſuo ſidat, nec moveatur, neceſſum eſt interire hominem, ita in Megacoſmo uſu veniat, oportet, cum univerſa vim, vitalemque fœcunditatem à Sole mutuentur, ut eſt melioris cauſſæ inſtrumentum.

10. Verum ad penſum redeamus. Hippocrates ad priorem ſententiam alludens lib. 1. de Diæta e) ſcripſit, *Animam in hominem irrepere, ignis & aquæ temperamentum habentem, humani corporis partem:* quod ut clarius evadat, ſciendum ex Platonicis Capricornum, & Cancrum à Phyſicis dici Solis portas, quia in utraque obviante Solſtitio, ulterius Solis inhibetur acceſſus, per has item portas animas de Cœlo meare in terras, rurſum de terris cœleſtia repetere, proin hominum unam dici, alteram Deorum: Hominibus dicari Cancrum, quia per hunc fiat ad ima defluxus: Diis vero Capricornum, quia illac poſtliminio cœleſtibus animæ reſtituantur ſedibus. Ex quo inter Pythagoræ placita cenſetur & illud, à lacteo circulo initia ſumere Ditis imperium, quia inde delabuntur animæ in mortalitatis naturam. Zodiacum vero lacteus circulus duobus interſecat

e) T. 1. pag. 186. & pag. 195. 204. ſq. Eodem judice ἡ μὲν ψυχὴ τωὐτὸ πᾶσι τοῖσιν ἐμψύχοισι. p. 197. εἰ δέ τις ἀπιςέει ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ, ἄφρων ἐςίν. p. 199. Et Lib. 6. Epidem. T. 1. p. 810. ἀνθρώπου ψυχὴ αἰεὶ φύεται μέχρι θανάτου. Lib. 1. de morbis, T. 2. p. 33. τὸ αἷμα τῷ ἀνθρώπῳ πλεῖστον ξυμβάλλεται μέρος συνέσιος, ἔνιοι δὲ λέγουσι τὸ πᾶν. Et lib. de flatibus T. 1. p. 410. ſeq. ἡγέομαι δὲ ἔμπροσθεν μηδὲν εἶναι μᾶλλον τῶν ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλομένων ἐς φρόνησιν ἂν ἢ τὸ αἷμα. In lib. de morbo ſacro autem T. 2. p. 333. docet hoc fieri aëre per pulmones intrante in venas. ὁ δὲ ἐς τὰς φλέβας ἀὴρ ξυμβάλλεται ἐς τὰς κοιλίας εἰσιὼν καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον, καὶ οὕτω τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει. tamen corde nos ſapere negat, totumque id cerebro tribuit lib de morbo ſacro T. 2. pag. 343. Contra lib. de corde T. 1. pag. 293. γνώμη γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίῃ (in ſiniſtro cordis ventriculo) καὶ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. & lib. de virginum morbis T. 2. pag. 356. ἐμωρώθη ἡ καρδίη. In ſomno vigilare animam, & corporis morbos per inſomnia præſignificare diſputat lib. de inſomniis T. 1. p. 633. Calore continetur anima qua vivimus T. 1. pag. 650. & ſanguis θερμότερόν ἐςι τὸ χωρίων τῶν ζώων. VI. Epidem. Tom. 1. pag. 803.

ſecat locis, qua Cancer, quaque Capricornus eſt, propterea & primam naſcentibus lactis offerri alimoniam. Cæterum quod ex intimo doctrinæ penu Author eruit Macrobius, acri dignum eſt perpenſione, quippe Plutonis, quod ajunt, galea opertum quadantenns ab impolitioribus, opinor, minus percipi valet. Quare falli nemo ita debet, ut aſcenſum, & deſcenſum hic accipiat ſecundum ſitum, ſed quia Luna Cancri domina generationi proxima eſt, Saturnus vero Capricorni dominus remotiſſimus, ideo per Cancrum, i. e. per lunarem, vegetalemque inſtinctum deſcendere animas dicunt; per Capricornum vero, i. e. per Saturnum, intellectualemque inſtinctum aſcendere, Saturnum enim priſci mentem vocarunt, qua ſola petuntur ſuperiora.

11. Hinc patet ſapienter, ſi quid aliud, ab Hippocrate dictum, animam in hominem repere ignis, & aquæ temperamento, quia generatio, & humana vita ut calido, humidoque ſuſtentatur, ita ab eodem initia ducit. Hoc innatum calidum tertium eſt Platonicorum vehiculum, per quod animæ corporibus junguntur, calor enim animæ cum corpore nexus rite perhibetur. Propterea Zeno naturam vocavit ignem artificioſum ad gignendum progredientem. Sed hæc hactenus.

12. Nos Patrum decretis ſancitam coquimus ſententiam, humanam animam à Deo creari. At Hippocrates ſola naturæ bonitate tam ſapuit alte, ut Chriſtianam veritatem pervadere potuerit, & nobis catholicum dogma *) relinquere.

Pudeat Chriſtianos Aſclepiadas, qui nodum in ſcirpo quærunt, f) & intelligendo næ faciunt, ut nihil intelligant. Pudeat, & ab Ethnico ſe doceri patiantur. Aſſerunt ii humanam animam nec per generationem ſimplicem fieri, quod perniciei, & internecioni eſſet obnoxia, nec per creationem occipere, quod homo non produceret hominem, quum corpus ſit ignobilior hominis pars. Malunt ab anima Matris. Divina intercedente operatione (ita enim loquuntur, quaſi vero ab ipſa veritate coacti divinum opus confiteantur) inſtar ſurculi ex trunco traduci in em-

brii

*) Neque Catholicum dogma eſt, animas quando junguntur corpori, recens à DEO demum creari ſingulas: nam multi Eccleſiæ doctores veteri ac recenti ætate probabilius eſſe duxerunt eas propagari per vim à Creatore illis inditam: neque Hippocrati in mentem venire potuit illa ſententia quos vocant Creatianorum, ut quilibet fatebitur qui loca illius de anima in unum locum paullo ante à me collecta conſideraverit.

f) Jacobus, & Gregorius Horſtius lib. 2. de Natur.

brii corpuſculum modo inconſpicuo, vectore vitali ſpiritu, qui conformatis particulis à matris corde per peculiarem ductum diſtribuitur, eoque modo derivari, communicarique animam, quo ſpiritus ipſe, quum ſeorſum absque anima vitalis ſpiritus conſiſtere non poſſit, eſt enim ejus individuus comes. Aſſumptum confirmant morum exemplo, quibus filii matres referunt. Addunt, fœtum in utero vivere ceu matris particulam, cui per venas, & arterias arctiſſime copulatur, atque adeo communi fruitur vita. Atqui cum anima peræque ſit in qualibet parte tota, atque in toto, conficiunt, ut tota quoque præſto ſit infantulo. Hoc luminis argumento declarant, quod uti uſtilem materiam ſibi admotam accendit, ita ſibi ſolidis ligamentis vinctum fœtus corpuſculum obanimat Matris animula. Metuunt ſibi, ſi aliter fiat, meticuloſiſſimi viri, ne Deus ſit Author originalis culpæ, quæ animæ, ceu proprio inhæret ſubjecto, quod vel dictu nefas eſt.

13. At ſi urgeantur, quod ſceleris labes Protoplaſtorum quidem animam primo fœdavit, ſed in ſocietatem ruinæ corpus quoque prolapſum fuit, à quo peccati fomes in ſingulos proſeminatur, propagaturque, nihil habent præterea, cui innitantur, præterquam Divo Auguſtino, cui durum, violentumque eſt viſum, hominum animas ex nihilo creari, quum doceant ſacræ litteræ, Deum creaſſe ſimul omnia, ſeptima die ceſſaſſe, quo conficitur, ut omnium hominum animæ in primi hominis anima ſint concreatæ. Quæ fuit etiam Nemeſii opinio, cui conſentiunt quotquot animas dixerunt ſimul eſſe conditas, inque corpora illabi non à Deo infuſas, ſed ſponte corporum deſiderio illectas. At canenti palinodiam Auguſtino g) fidem adhibeamus. D. Hieronymus huic teſtimonio ſcite illud oppoſuit Joannis: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Quod vero adjiciunt fore, ut homo hominem non gigneret, quum corpus ſit ignobilior corporis pars, facile diluitur. Homo concurſum facit, dum enim vim ſuam ſemini indit, quæ id concinne præparatum, & ad formam recipiendam idoneum reddit, ſimul efficit, ut illi forma concilietur, & in ſubjectum ita præparatum incurrat, qui incurſus, & cum ſubjecta materia formæ concentus quoniam eſt ipſius rei conſtitutio, eſt ortus; h) quisquis hanc effecit ſocietatem, & connexum, is utique procreationem fecit. Norit porro neque materiam, neque formam fieri, ſed compoſitum, ſphæra ærea fit, non æs, non ſphæra.

g) In Epiſtola ad Marcellinum.
h) Ariſt. in Metaph.

Tu cauſſis animas i) *paribus, vitasque minores*
Provehis, & levibus ſublimes curribus aptas,
In cœlum, terramque ſeris, quas lege benigna
Ad te converſus reduci facis igne reverti.

D. Thomas hic annotat, k) Philoſophiam ex noſtrarum animarum creatione, Dei commendare ſapientiam.

14. Sed quæret hic ſolertior aliquis, quandonam affundi animam cenſeamus? Cui reſponſum volumus, affundi conformato, inſtructoque organis corpore, ſive fæmina quadraginta duobus diebus, ſive mas triginta formetur, neque enim certo definiri poſſe tempus credo. Quare inſcite quidam ſcriptis mandarunt, poſteaquam ſemen intra formandi corporis monetam locatum eſt, quod à toto viri corpore defluere cum Hippocrate Platonici quoque decernunt, traxitque ſecum à viri anima formatricem vim, ejus potentia diebus fere quinque & quadraginta ſic affici, ut ſex primis diebus lac evadat folliculo genitivo circumjecto ex membrana tam tenui, qualis in ovo ab exteriori cluditur teſta, quod à Phyſicis deprehenſum eſt, nec tacuit in libro de Natura pueri Hippocrates: novem ſequentibus ſanguis: Duodecim aliis caro: Decem & octo aliis figuratum evadit, & tunc anima creatur, & infunditur.

15. Verum me judice talis fuerit procreationis modus. Comprehenſi ſeminis ſpirituoſæ, & efficaces particulæ ſe ſe in centrum colligunt, craſſiores, lentioresque in ſuperficie conſiſtunt, quibus reſiccatis fiunt membranæ; Partes igneas, & aëreas collectus ſpiritus in ſubſtantiam ſuæ ſimilem convertit, unde enaſcuntur enormώnta, h. e. impellentia, quorum miniſterio vis formatrix ex ſeminis craſſioris miniſterio partes ſpermaticas, ex ſanguine menſtruo ſanguineas efformat, ſpiritus iſte genitor per totum ſemen commeat, atque pervadit, ut agat contagione. An vero maneat ſpiritus abſoluto opere meliori formæ mancipatus, an diſpareat, non eſt hujus loci curioſius diſquirere.

16. Hæc ſane eſt totius procreationis ratio nullis figmentis obruta. Falſum eſt enim, quod à Cælio aſſeritur, ſemen primo in lacteam naturam faceſſere, deinde in ſanguinem, poſtremo in carnem converti; ex fœtifico enim lentore ſolæ ſpermaticæ partes, ceu prima totius operis lineamenta ducuntur, quibus ſubinde circumfuſus ſanguis paulatim in carneam

i) Boëtius.

k) Comm. in lib. 3. de conſ. Phil.

neam concreſcit naturam. Jampridem enim Medicorum evidens ratio Ariſtotelis opinionem convicit aſſerentis, ſeminis corporaturam evaneſcere, nec generationis opus ingredi, quemadmodum nec coagulum caſei ſubſtantiam conſtituit, ſed cogit modo, & format, cum materia, & efficiens nunquam coincidant. Sed medici duplicem in ſemine ſubſtantiam agnoſcunt, ſpiritalem, & lentorem, illi efficiendi vim concedunt, hanc in partium ſolidarum ſubſtantiam converti ſolide contendunt.

CAP. IV.

Quod naturalia media non ſint abdicanda Ægrotantibus.

Duobus modis univerſi opificem nobis conſulere, atque providere, conſtans eſt, & in confeſſo apud Platonicos, uno rato, & immutabili, quem appellant Adraſtiam, quod utraque firmamenti revolutione, lenta ſcilicet, à qua magnus annus Platonicorum procedit: altera vero celerrima, qua quotidie ab ortu ad occidentem ſecum diripit ſubditos orbes, mundo, mundaniſque omnibus ſortem diſtribuit ſuam. Adraſtiam appellant fatum, & immutabilem Dei voluntatem, cujus miniſtra natura, à qua ordinarii procedunt eventus, eſt enim natura ordinis cauſa, imo ordo ipſe in univerſo. Cæterum naturam hic appello vim genitricem, & conſervatricem per univerſum diffuſam, quæ procedit à primo illo motu, qui rebus omnibus eſt veluti vita quædam, quum hinc vivificus calor ſuſcitetur, rerum Author omnium. Ideoque Deus natura communi mundo proſpicere dicitur, quia cœlorum motu ſingulis vitæ, & durationis ſuæ periodum definit, illius miniſterio perficit, conſervatque omnia. Hanc ſolam generalem providentiam Ariſtotelem agnoviſſe nonnulli crediderunt, per quam mundus conſiſtit, & ſingulæ ſpecies perpetua ſucceſſione ſingulorum ſervantur. Juppiter omnibus idem: quia unicuique juxta naturæ ſuæ meritum retribuit.

Eſſe lapis, ſentire Leo, vegetare Cupreſſus,
Solus at ingenio vivere gaudet Homo.

2. At nos non poſſumus, qui in meliore ſchola ſumus inſtituti, quin præter communem illam, ſingularem quoque providentiam agnoſcamus, quæ ad ſingulos homines perveniat, quam Platonici fortunæ nomine appella-

pellarunt, cujus effectus indefiniti, perobſcurique videntur latente cauſſa, propterea ſapientiorum ſuſpendunt judicia, eosque cogunt admirabile Dei conſilium admirari ſimul & venerari. Huc ſpectant eventus omnes, quos Ariſtoteles appellat l) præter opinionem, & inconſtantes. Quis enim non admiretur ancipiti morbo implicitum nulla naturæ, nulla artis ope adjutum, augeſcente morbo, & furentibus ſymptomatis repente revaleſcere, ac ſi nullis laboraſſet languoribus? Hæc me hercle non niſi perraro, & ſecreto Dei conſilio boni gratia contingunt, quæ ideo nos in admirationem rapiunt, quod præter naturæ ordinem, & cauſſarum ſeriem eveniunt.

Cuncta hæc m) *Superûm demiſſa ſuprema*
Mente fluunt.

Hac de cauſſa Hippocrates n) in ordinariis cauſſis ſubſiſtendum eſſe docet, illuditque Scythis, qui protinus ad Deum recurrunt, naturalia negligentes. *Plurimi*, inquit, *in Scythia caſtrantur, muliebriaque exercent, loquunturque muliebriter, qui evirati dicuntur. Cauſſam vero hujus rei incolæ Deo tribuunt, hosque homines colunt ſibi caventes, ne talia patiantur, ſibique eveniant. Mihi vero hæc, & alia mala omnia divina eſſe videntur, nec ullum eſſe divinum magis, aut humanum quam aliud, ſed omnia peræque divina, nam horum unumquodque ſuam habet naturam, nec quicquam ſine natura*

l) 2. Phyſ.
m) Statius.
n) Lib. de Aere, locis, & Aquis. cap. 49. & 51. T. 1. p. 356. ſeq. & 358. In eandem ſententiam pluribus diſputat libro de morbo ſacro T. 2. p. 324. ſq. aitque febres quotidianas & tertianas & quartanas non minus ſacras eſſe & Divinitus immitti, ὀυδὲν ἧσσον δοκέουσι ἱεροὶ εἶναι καὶ ὑπὸ Θεοῦ γενέσθαι. Illos vero qui incantationibus non tantum morbo ſacro mederi, ſed etiam lunam de cœlo deducere, ſolem obſcurare, procellas vel ſerenitatem facere poſſe ſe ajunt, ſuffragari potius irreligioſitati, quod Divina humanis commentis diſſolvere & repellere ſe jactitant. οὐκ ἂν ἔγωγέ τι θεῖον νομίσαιμι τούτων εἶναι ἀλλ᾽ ἀνθρώπινον, εἰ δὴ τοῦ Θείου ἡ δύναμις ὑπὸ ἀνθρώπου γνώμης κρατέεται καὶ δεδούλωται. p. 327. Oportere potius qui morbo laborant adire templa & orare Deos, ἐχρῆν θύειν καὶ εὔχεσθαι, καὶ εἰς τὰ ἱερὰ φέροντας ἱκετεύειν Θεούς. p. 328. Non mali autem autores eſſe Deos & inquinationis, cum ipſi ἁγνότατοι ac puriſſimi ſint, ſed purificationis & liberationis hominibus p. 329. Inde p. 338. οὐχ ὁ Θεὸς σωμαλυμαίνεται ἀλλ᾽ ἡ νοῦσος.

natura gignitur, &c. Cur vero plurimi ſterileſcant, Hippocrates cauſſam rejicit non in Deum, ſed in vitæ deſidiam, jugem equitationem, crapulam, iſchiadicos dolores, quibus erant obnoxii, quod equitarent ſine ſtapedibus. (Hinc quæſivit Ariſtoteles o) cur iſchiadici ſint ſteriles.) Denique rejicit in largam ſanguinis miſſionem cæſa pone aures vena, & in ignaviſſimum ſomni torporem. Si à Deo hæc mala proficiſcantur, inquit, cur non peræque omnibus accidunt? Cur potentiſſimis potius, generoſiſſimisque Scytharum, qui Deos colunt, ſacrificia faciunt, quam paupercu-lis, & ex infima plebecula homuncionibus, & qui Deos temnunt, blaſphemique execrantur, hæc incommoda eveniunt? Nec Dii, inquit, ſunt incuſandi, nec naturalia abdicanda præſidia. Hortatur igitur, ut crapulas, & inertiam declinent, ut frugalem vitam, & labores ſtrenue ineant, ſic enim futurum, ut prolem, & quidem maſculam ſuſcipiant, & morbis defungantur. At vero, libello de Virginum morbis ſacrificulos arguit, quod credulas mulierculas deciperent jubentes, quam mox donaria Dianæ offerri, ut morbis p) expedirentur: Arguit jure maximo, quaſi vero Dii optimi naturalia remedia non inſtituerint, per quæ efficaces eſſe volunt. Hinc ſenex ipſe mandat, ut miſeræ Virgunculæ, quæ ab utero ut plurimum ægrotant, aut ſibi ſanguinem mitti patiantur, aut certe virum experiantur. Maritus enim non enervis, muliebrium malorum non infrequenter eſſe ſolet curatio ſuaviſſima.

3. Cæterum univerſa naturæ opera Hippocrates vocat Divina, quod Deus cum quovis naturali Agente cooperatur proxime (Philoſophi dicunt virtutis, & ſuppoſiti immediatione) quod ſane ex eo facile probatur, quoniam Divina virtus non eſt aliunde mutuata, quin potius omnis creatæ rei virtus à Deo effluxit, adeo ut creaturæ, ſit quoque Dei virtus. Dein quod nihil intercedit inter Deum & creatæ rei effectum, utcum Deus ſimiliter, atque ignis verbi gratia, dum calorem producunt, manui, dum caleſcit, proximus ſit. Verumtamen cauſſæ primæ actio ab actione cauſſæ ſecundæ ad certam ſpeciem deducitur, atque definitur, quia cum prima cauſſa indiſcriminatim quemcumque edere poſſit effectum, utpote hominem, aut eqvum, hominem vero definite producit, quod hominis congreſſu concurſus ejus diſtinguitur, atque definitur. Diſtincta tamen cauſſæ ſecundæ quoad gradum actio à Deo coercetur, & limi-

o) Sect. 4. Probl. 20.

p) T. 2. p. 356. ubi inter morbos illos refert ſi quæ videantur ſibi ὁρῆν δαίμονάς τινας ἐφ᾽ ἑαυτῶν δυσμενέας.

limitatur, etenim, exempli loco, Ignis ad certam numero calfactionem non eſt affectus, præfinitusve, quin plures potis eſt elicere, qvum natura ad ſingulare non collineet, ut docet Avicenna. Quare ut hanc definite calfactionem edat, aliunde limitari, determinarique debet: atqui in ſecundarum cauſſarum ſphæra nihil eſt, à quo terminari queat; quare ad primam cauſſam confugiendum eſt, quæ virtutis ſuæ efficacitate eam definiat, cujus certe eſt ordinaria, & ſtata lege hunc quaſi defectum ſupplere, neque enim cœleſtis influxus, cæteræve cauſſæ effectrices hoc præſtare valent.

4. Sed quiſpiam ex Peripatetico Lyceo q) nobis objiciat, Actiones eſſe ſingularium, Intelligentias eſſe cauſſas univerſales, neque cauſſas eſſe, quod ab illis novum quippiam proficiſceretur, quod eſt abſonum. Denique particulares cauſſas ſufficere, nec neceſſarias ideo eſſe univerſales. Verum tamen iis ſic obviam ire volumus. Ad actionem aliquid bipartito dicitur concurrere, nempe ut agendi rationem, & ut illud quod agit, univerſales cauſſæ confluunt in effecta uti rationes agendi, minus ut agentes. Et ſane Ariſtotelei ab univerſali cauſſa nullam actionem obiri arbitrantur, niſi ſingularis, & determinatæ cauſſæ congreſſu definiatur. Sunt, qui aſſerant, cauſſam univerſalem, & particularem ad eundem effectum convenire ſecundum diverſos gradus, ut homo hic ad hominem hunc: at univerſalis cauſſa ad hominem ut ens, ſiquidem effectus univerſalis in cauſſam univerſalem referendus. Univerſalis igitur cauſſa concurrit ad plures effectus, & ad eundem, ſecundum univerſalem rationem, ſicque concedunt, Deum concurrere ad hujus hominis productionem ſecundum gradum Entis, quoniam univerſalis cauſſa non concurrit ad effectum, ſecundum omnem gradum, ſed ſecundum univerſalem rationem, particularis vero concurrit ſecundum gradum particularem. Sunt, qui ſecius ſentiant r) aſſerentes, particularem cauſſam, & univerſalem, ſcilicet Deum ad eundem effectum confluere ſecundum eandem rationem, & gradum, ſed non ſecundum eundem ordinem, quoniam altera ut particularis, altera ut univerſalis convenit, neque interim altera ſupervacua eſt, qvum ambæ non conveniant, eodem ordine, & ratione.

5. Quidquid ſit tandem, Deum in omnem effectum confluere conſtans eſt, & ratum: hinc etiam à Deo omnem medelam emanare, s) dicitur, atque ejus inſtrumentum eſſe naturam, utriusque Miniſtrum Medicum.

q) Auguſtinus Niphus in Phyſ.
r) Gregorius Ariminenſis.
s) Eccleſiaſtici 38.

cum. Quæ media inſtituit Deus, ut in illis efficax eſſe videatur; propterea Sacræ paginæ in infirmitate adhibendum eſſe Medicum ſedulo jubent.

6. Ne credat tamen aliquis, Deum naturalibus mediis ita eſſe alligatum, ut ſine illis nihil queat efficere, quod putarunt Stoici, cum idem ſupra, & contra naturam efficaciter agere poſſit. Sic Moſes XL. dies absque alimento divinitus vixit, & quinque panibus, totidemque piſcibus CHriſto theanthropo diſtribuente, tot hominum millia expleta receſſere. Poſthac tamen non niſi temere quispiam hanc mirabilem, ominoſamque cuſtodiam expectarit, quin in officio ſe contineat, & manum cum Minerva, quod ajunt, moveat; Scriptum eſt enim, *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Quare ſi quis morboſo corporis languore corripiatur præ naturæ imbecillitate, Dei in primis opem imploret, eumque ardentibus invocet votis, ut remediis opportunis, & congruentibus, intercedente Divina benedictione excupitum largiatur eventum. Ut enim ſanitas benedicente Domino, quotidiano cibo ſervatur, ita præſidiorum beneficio, laborantibus, & morbo oppreſſis ſuccurritur.

Non abſimile ſymbolum in æternæ ſalutis myſterio eſt cernere, ubi DEUS Opt. Maxim. mandat, ut CHriſti verbis auſcultemus, & inſtituta adhibeamus Sacramenta, quibus in nobis efficaciam ſuam pollicetur, ubi non crepera, ſed firma fide Servatoris Jehovæh meritum comprehendimus nobisque corrogamus.

Suam itaque Omnipotentiam Deus tentari minime patiens ad media, naturalesque cauſſas nos ablegat, quibus dextre nos uti jubet cum ad ſanitatem ſervandam, tum ad profligandos morbos. *Mediis, quæ vocant,* inquit Oſeas, *legitimis utentes adjuvat Deus.*

7. Merito igitur Hippocrates væcordes inſimulat Scythas, quod mediis deſpicatis naturalibus ad Numen recurrrant, idque cauſſentur, ſive agnoſcenda ſit morbi cauſſa, ſive morbus curandus ſit. In natura, ait ſciſſime, nihil ſine natura, nempe ſine naturali cauſſa gignitur. Unde etiam ad Democritum ſcribens invehitur in impoſtores.

Artis Medicæ recta facta, o Democrite, t) inquit, *plerique è vulgo hominum non omnino laudant, verum Diis ſæpe attribuunt,* u) *ſi vero natura reluctata per-*

t) Tom. 2. pag. 933.

u) Θεοῖς δὲ πολλάκις προσαρτῶσιν. Similiter Epiſtola ad Damagetum T. 2. pag. 927. οἵ τε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην Θεοῖς ἢ τύχῃ προσνέμουσι. Adde Hippocratem de arte c. 5. Tom. 1. p. 3. & 4. & 6.

perdiderit eum, qui curatur, medicos reprehendunt, Numen x) *prætereuntes*, &c.

CAP. V.

Quod in profligandis morbis Divinum Auxilium ſit invocandum.

Epicurus, ut ſervaret hominis libertatem, y) negavit Dei providentia mundum gubernari: ſed quam inique, palam eſt, Deus enim non tantum communi, ſed etiam ſingulari providentia mundo, mundaniſque omnibus proſpicit, curat non tantum ut ſint, ſed & bene ſint omnia, cognoſcit individua non tantum ſub ratione ſpeciei, ſed etiam ſecundum individuas proprietates. Cum enim ea fecerit, poſſintne illi eſſe ignota? Cum abjectiſſimus Artifex opus ſuum cognoſcat, eſt ne veriſimile, Deum ignorare, quid agat? Nec refert, ſi ſingula ſint infinita, & caduca, quia ſub ratione finita cognoſcit. Deus eſſet Animal miſerrimum, ait Sophus, ni ſingula cognoſceret: Nec eſt, quod objiciat Avenrhois, fore, ut vileſceret, ſi hæc noſſet inferiora. Non eſt, inquam, nam cognitio omnis perficit, atque illud de voluntate potius, quam de intellectu diceretur, ſiquidem voluntate ad optata trahimur, illiſque ſimiles evadimus, at intellecta in intelligentem transferuntur, & ei ſimilia redduntur. Itaque ſi ullum ſit argumentum, Deum confieret non cognoſcere ex rebus ipſis accipiendo mortalium more cognitionem, ſed ſeipſum intelligendo omnia eminenter continentem. Illud tamen alta mente tenendum, res ſingulas â Deo quidem cognoſci, at per eſſentiam ſuam efficientem, aut conſervantem, adjecto ſcilicet divinæ voluntatis actu. Quoniam enim res ſingulæ præter eſſentiam obtinent exiſtentiam, qua ſingulares evadunt, & extra cauſſam ſubſiſtunt, ſi cognitæ eſſentiæ accedat voluntatis actus, quo Deus producere, aut conſervare decernat, cognoſcuntur extemplo ſingularia omnia, quæ ſub illa continentur eſſentia: Ad ſingularia namque productio illa terminatur.

Primum

x) *παρέντες τὸ Θεῖον.*

y) Notum eſt omnibus, longe majorem libertati vim Epicurum intuliſſe per ὑλικὴν quam ſtatuit ἀνάγκην atomorum, quamque mero deinde & arbitrario commento declinationis atomorum eludere iterum ac veluti deflectere fuit conatus.

Primum igitur eſſentiarum plurium plures Ideæ conjunguntur tum ſubſtantiæ, tum accidentium, quæ ſimul in rebus ſingulis continentur, tum accedente illa voluntatis determinatione, ſingula cognoſcuntur.

2. Hæc autem tam multa in unum effudimus Themiſtium, ne conniventibus hominis auctoritas imponeret, quum maxime ei Philoponus applaudat, qui mala à Deo non cognoſci, arbitrati ſunt, eo plane argumento, quoniam, ſi cognoſceret ea, etiam faceret, quod enim novit, id efficit, ſiquidem, ut intelliguntur res à Deo, ita ſunt. Quaſi vero innumerabilia poſſibilia non cognoſcat, quæ efficiet nunquam. Cognitio quippe ad intellectum ſpectat, effectio ad voluntatem. Sed nos nimis longum fecimus, qui ad probandam ſingularem Dei providentiam, Peripateticorum Principis patrocinio uti poteramus; ſic enim Ariſtoteles: *) At vero, inquit, qui mente operatur, & eam colit, disponitur optime, is & amantiſſimus Diis immortalibus eſt: nam ſi Dii curam rerum humanarum, ut exiſtimatur, aliquam habent, rationi ſane conſentaneum fuerit, ipſos eo gaudere, quod eſt optimum, ſibique maxime cognatum, hoc autem fuerit ipſa mens, & in eos, qui maxime hoc amant, & honorant, beneficia viciſſim conferre, tamquam curam iis, quæ ſibi ſunt chara, & diligentiam adhibentes, & recte, beneque agentes. At conſtat hæc omnia ſapienti ineſſe maxime, amiciſſimus igitur ſapiens Diis immortalibus eſt, eundem autem conveniens eſt, & fœliciſſimum eſſe, &c. Ex quo loco D. Thomas Deum rerum humanarum peculiarem curam gerere demonſtrat. Id quod etiam certa colligi poteſt apodixi ex Peripatetica Schola decerpta: Siquidem omne agens certo fine dirigitur, tantumque in finem itio, atque directio, quantum agentis efficientia ſe collatat, explicatque. At Dei efficientia ad univerſam rerum naturam pertinet, quare & unumquodque à Deo in finem ſuum dirigitur. Hæcque expreſſa eſt, & peculiaris providentiæ ratio, quam egregie nobis ſacerrimus ille Jacob per Scalam è terra in Cœlum usque aſſurgentem ſignificavit, ad quam David etiam reſpexit: z) *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cœlo, & in terra.* Quin & Homerus a) huc collineaſſe videtur, quando à Jove auream catenam è Cœlo in terram demitti omnia comprehendentem, vincientemque, nec non ad Jovem ipſum retrahentem, ſcriptis tradidit.

*) Lib. 10. Ethicor.
z) Pſalmo 112. a) Iliad.

3. Porro varii gradus Scalæ, multiplices & multiformes rationes, & modos ſignificant, quibus res à ſe conditas Deus regit pro varietate, ſcil. rerum ipſarum. Quippe rationis expertia per formas, & qualitates ab origine illis inſitas, atque per naturales propenſiones, & brutos, irrationalesque quosdam inſtinctus, qui tamen rationis, & prudentiæ inſtar illis ſunt, Deus gubernat, & ad ſuum quæque finem dirigit.

At vero hominem proprio arbitrio utentem non uno modo, ſed multifariam gubernat, & moderatur. Hunc pœnæ formidine, illum præmiorum ſpe ad frugem revocat, illum per cruciatus, & calamitates ad commoda deducit, hunc è fœlici dejicit ſtatu, & in pauperiem deprimit, quo vexatio det intellectum. Adhæc per hortatus, per monita, per exempla allicit, incitat, attrahit.

4. Cæterum ſi omnia ſunt Dei ſapientiſſimi, potentiſſimi, atque optimi ſubjecta providentiæ, unde tot in rebus vitia, defectus, flagitia cum in humanis, tum in naturalibus? Hoc vel maxime, inquit Boetius, b) eſt admirationis, & querimoniæ cauſſa, quod, cum rerum omnium bonus rector exiſtat, vel eſſe omnino mala poſſint, vel impunita prætereant. Etenim imperante, florenteque nequitia virtus non ſolum præmiis caret, verum etiam ſceleratorum pedibus ſubjecta calcatur, & in locum facinorum ſupplicia luit. Quæ fieri in Regno ſcientis omnia, potentis omnia, ſed bona tantummodo volentis Dei nemo ſatis poteſt nec admirari, nec conqueri. Verum hanc objectiunculam præclare diluit D. Thomas c) Corruptiones, inquit, & defectus, qui ſunt in rebus, dicuntur eſſe contra naturam particularem, ſunt tamen ſecundum intentionem naturæ univerſalis, qua ſcilicet tenus defectus unius cedit in bonum alterius, vel etiam totius univerſi, ſiquidem corruptio unius eſt generario alterius, per quam ſpecies conſervantur. Cum igitur Deus ſit univerſalis proviſor totius naturæ, ad ipſius providentiam ſpectat, ut permittat quosdam defectus eſſe in quibusdam, ne univerſum abſolutum bonum præpediatur: ſi enim omnia mala impedirentur, plurima deſiderarentur bona, neque enim eſſet vita Leonis, ni rabido dente laniata aliqua animalia cæſa fuiſſent, nec eſſet Martyrum patientia, ni Tyrannica, & immanis perſecutio præeſſet. Hinc D. Auguſtinus, d) Deus omnipotens nullo modo ſineret, ait, aliquid malum eſſe in operibus ſuis, niſi

usque

b) Lib. 4. de Conſol. Phil.
c) Prima Primæ Q. 22. art. 11.
d) In Enchiridio cap. 11.

uſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Propterea Boëtius, ſola eſt, inquit, divina vis, cui mala quoque bona ſint, qvum eis convenienter utendo alicujus boni effectum elicit. Ordo enim quidam cuncta complectitur, ut quod ab aſſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem, licet in alium, tamen in ordinem relabatur ne quid in regno providentiæ liceat temeritati.

5. Galenus de decretis Hippocratis & Platonis c. 7. Non enim, inquit, quemadmodum quæſtio illa de Mundo, factus ne, an minime ſit, inutilis eſt, ita quoque de providentia Dei indagare non confert, ſed utilis omnibus eſt, ut vim quandam eſſe in mundo hominibus & potentia, & ſapientia meliorem cognoſcamus, &c. Quidquid ſit tandem, Hippocrates noſter ſatis Divinam providentiam in confeſſo habuit, qui ſuadet, ut preces Diis effundamus, & divinam imploremus opem.

Ita enim ſenex: e) *Cum quid purum de Deo puro quis capere videtur, quoad ſanitatem optimum eſt, nam ſignificat, quæ corpus intrant, pura eſſe. Si quid autem contra, non bonum eſt, morbum enim in corpus veniſſe ſignificat.* Paullo autem poſt infert: *) *De ſignis autem cœleſtibus ſyderibusque, cum quis gnarus, perituſque fuerit, ſic provideto, & diætam ſtatuito Diisque ſupplicato, cum bona videris, Soli Jovi cœleſti,* &c. *cum vero contraria, Diis hæc avertentibus.*

Hinc

c) παρὰ Θεοῦ καθαρὸν Lib. de Inſomniis. T. 1. p. 639. In eodem libro p. 638. ὅ, τι ἂν τούτων οὐρανίοισιν ἐφέζεσθαι δόξει σοι, καθαρὸν καὶ ὑγρὸν ἐὸν, ὑγιαίνειν σημαίνει, διότι ἐκ τοῦ αἰθέρος εἰς τὸν ἄνθρωπον κατελθόν ἐστι τοιοῦτον δὲ ὁρῇ καὶ ἡ ψυχὴ οἷόνπερ ἐσέλθῃ. Idem p. 633. ſomnia Divina admittere & ſingulis hominibus vel integris civitatibus bonum aliquod vel malum præſignificantia non dubitat. ὁκόσα μὲν οὖν τῶν ἐνυπνίων θεῖά ἐστι, καὶ προσημαίνει τινὰ συμβησόμενα ἢ πόλεσιν ἢ ἰδιώτῃ λαῷ ἢ κακὰ ἢ ἀγαθὰ μὴ δι' αὐτῶν ἁμαρτίην, εἰσὶν οἳ κρίνουσιν περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβῆ τέχνην ἔχοντες.

*) p. 639. ſq. 642. In eod. lib. p. 634. redarguens illorum Medicorum inſcitiam qui inſomnia morbos præſignificantia dijudicare nequeunt, & nihil aliud jubent quam Deis ſupplicare, ſubjungit: καὶ τὸ μὲν εὔχεσθαι πρέπον, καὶ λίην ἐστὶν ἀγαθόν. δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ξυλλαμβάνοντα τοὺς θεοὺς ἐπικαλέεσθαι. *Et ſane Deos precari decet & valde bonum eſt. Sed oportet & ipſumetme manus admovere atque ita Deos implorare,* quod ſuadet etiam p. 635. & in fine libri p. 644. ait

ſe ra-

Hinc quoque lib. de Muliebri natura f) præcipit, ut in tractandis mulierum morbis ab ipſo Numine auſpicium ducamus. Cæterum libello de Elegantia g) tam pie de Deo loquitur, ut nullus Theologorum in hac re Hippocrati ſit præferendus. *Scientia*, inquit, *de Diis Medici animo penitiſſime implexa eſt, cum in aliis affectibus, & ſymptomatis medicina erga Deos valde reverenter ſe habere comperitur, tum vero Medici Diis locum dant, Numen enim omnia regens in medicina minime ocioſum eſſe animadvertunt, & in iis morbis, quos ipſimet aggrediuntur, & in iis, quos per ſe absque ſua opera ſuperari vident. Quot quot enim medicina vincit, Deorum ope vincit, nam & Medicinæ via ſecundum ſapientiam, Deorum munus eſt, & remediorum efficacia ab iisdem pendet.*

Numina ni faveant, nil Panacea poteſt.

6. Mitto volens, quæ in hanc rem alibi, h) ab Hippocrate ſcribuntur. Ecce ut non minus pie, quam vere, Chriſtianæque religioni congruenter medicinam eſſe donum Deorum, omnemque vim; & efficaciam ab eisdem pharmaca ſuſcipere, luculenter optimus ſenex profitetur. Quid

ſe rationes diætæ inveniſſe ὡς δυνατὸν εὑρεῖν ἄνθρωπον ὄντα ξὺν τοῖσι Θεοῖσιν. T. I. p. 55.

f) πρῶτον μὲν ἐκ τῶν Θείων ἄρχεσθαι T. 2. p. 558.

g) περὶ εὐσχημοσύνης ſive de decori ratione à Medico obſervanda T. I. p. 55. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ Θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὐτῇ (τῇ ἰητρικῇ) ἐμπλέκεται, ἐν γὰρ τοῖσιν ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐν συμπτώμασιν εὑρίσκεται τὰ πολλὰ πρὸς Θεῶν ἐντίμως κειμένη ἡ ἰητρική, οἱ δὲ ἰητροὶ Θεοῖσιν παρακεχωρήκασιν, οὐ γὰρ ἔνι περιττὸν ἐν αὐτέῃ τὸ δυναστεῦον, καὶ γὰρ οὗτοι πολλὰ μὲν μεταχειρέονται, πολλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτέοισι δι᾽ ἑωυτέων, ἃ δὲ κατὰπλεονεκτεῖ νῦν ἡ ἰητρική, ἐντεῦθεν παρέξει. Idem in præceptionibus quæ videntur pars eſſe ſcripti περὶ εὐσχημοσύνης T. I. p. 66. inter ea quæ Medicum dedecent, refert ſi non abſtineat temere ſuſceptis ὅρκοις παμμεγέθεσι Θεῶν. Ipſe viciſſim futuris Medicis non modo morum probitatem graviter ubique commendat, ſpeciatim in ſcripto περὶ ἰητροῦ p. 44. ſq. T. I. ſed & eos ad artem ſuam ἁγνῶς & ὁσίως exercendam ſancta jurisjurandi religione obligavit, ejusque formulam diligenter ab illis obſervandam præſcripſit T. I. pag. 42. in quam exſtat eruditus Jo. Henrici Meibomii commentarius Lugd. Bat. 1643. 4.

h) Lib. de veteri Medicina & in Epiſt. ad Abderitanos. Verba habes infra ad cap. VII.

Quid mirum igitur, ſi Zimarellus, i) teſtante Joanne Colle, Hippocratem Naturæ, & Chriſtianæ Theologiæ genium appellabat?

Hujus pium ſanctumque inſtitutum ſecuti ſunt Arabes; Quare Meſuæus Regis Damaſceni nepos ſuos ita exorditur Canones: *In nomine Dei Miſericordis, cujus nutu ſermo recipit gratiam.*

Affectuum vero curationem his aggreditur præfatis: *Sanat languores Deus, qui de frugalitatis ſolio produxit in largitate ſua medicinam benedictus, glorioſus, & excelſus.*

Quis hanc in Deum pietatem, & cultum non admiretur? Quis non æmuletur veritatis lumine excitatus? Deo igitur ſupplices preces feramus; ſcriptum eſt enim: *In tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te* &c. Nec magnum quicquam aggrediamur non invocato Numine, ſapienter enim Heraclitus ſacrificia, & preces medicamenta appellare ſolebat, quod præpotentis pharmaci vice à morbis purgent.

7. Sed hic ſe ingerit quæſtio Theologumena, an ſcilicet res divinas obeuntibus nobis Deo contingat affectio? Porphyrius ſuſpicabatur, non modo Dæmones, ſed etiam Deum affici, quoniam invocationibus moveantur.

Victa Hominum precibus celeſtia Numina terras
Coguntur petere, & caſus aperire futuros.

Jamblichus arbitratur, Deos, non quia invocentur, moveri ad communicanda hominibus bona, ſed ſponte nos ad bonum provocare, nobisque invocando converſis accurrere ultro quippiam monſtrantes, largientesve. Supplicationes porro animam Divino aptam influxui reddere, qui tum ultro, tum facile perveniat propter Divinam amicitiam omnia continentem. Quod ſi à benefica Deorum cura, ceu à clariſſimo Solis lumine abeamus longius, denſioribus nos ſtatim tenebris circumfundit, tuncque iratior nobis dicitur Deus, quem tunc demum credimus remollire, ſi ſuppliciter ad eundem convertamur: Lenimentum id genus affectionem Deo infert nullam, ait Cælius, immo à perturbationibus ſequeſtrat animam.

Porro Platonici mundanis Diis ſacra obeunt corporea, ſuperioribus diis ſegregatam putant dicandam eſſe ſanctimoniam. Principi vero ſegregatiſſimam.

i) Comm. in lib. Hippocratis de inſomniis.

8. Verum age quando in hæc incidimus, cur ſupplicationes quædam exaudiuntur, quædam obturatis deſpectantur auribùs? Reſpondeat doctus juxta, ac pius Avicennas. k) Cauſſa, inquit, propter quam exaudiuntur preces, eſt convenientia, ſeu aggregatio cauſſarum ſimul cum Sapientia Divina, & eſt, quod conveniant, ſive aggregentur hominis deprecantis cauſſa? Verbi gratia in eo, quod ipſe deprecatur, eſt cauſſa, cur res illa ſit ex Creatore. Quod ſi quispiam dicat, utrum fieri poſſit, ut citra Litanias illud evadat? Utique inficiabimur, quoniam eventus unica eſt cauſſa. Nempe altiſſimus opifex, qui interpoſitas preces ceu proximas, & peculiares cauſſas diſponit, quemadmodum ſanitatis alicujus laborantis, pharmaci hauſtus cauſſa perhibetur, quum vero medicamentum reſpuit, ſanitatem quoque negligit.

8. Pari modo preces ad vota obtinenda veluti accommodata media deſiderantur. Quamobrem duabus de cauſſis, quæ ſimul conveniunt, rogatus neceſſarii videntur, atque adeo ipſarum exauditio. Enimvero ſi ad ſupplicandum promòvemur, à Deo eſt, propterea deprecatio, cur exaudiamur, cauſſa eſt. Cur vero in congruum, & decens adſpiret ſupplicatio, unde optata cadunt ex voto, ab eodem repetendum, quare ambo ab una producuntur origine. Nonnunquam vero alterius cauſa eſt altera. Propterea quidam à terrenis cœleſtia affici, in animum induxerunt, quare preces noſtræ neceſſario exaudiuntur. Nos iis ſic iri obviam volumus; Naturalia nimirum hæc cœleſtium, & Divinorum effectus quosdam eſſe, qui, ni pervertatur ordo, in ſuas cauſas nullatenus queunt efficere, hinc etiam ad orandum excitamur. Cur vero preces non exaudiantur, ea potiſſimum eſt cauſſa, quod finis, cujus gratia obſecrat, vel non conducit juxta Univerſi ordinem, vel ratione deprecantis. At vero viris ſanctimonia delibutis inter precandum Prima cauſſa vim infundit per quam mirum in modum aliena movent, quare & elementa eorum voluntati confeſtim parent, qvum maxime elementa ſubjecta ſint animæ energiæ, nosque ipſi non ſemel fecimus periculum. Ubi enim res vehementius imaginari contingit, quam mox corpora noſtra alliofim, & affectionem ſubeunt pro animi varia diſpoſitione. Ad hæc neque abſonum, aut à veritate abhorrens eſt, quempiam imaginationis vi alienum ciere, & percellere poſſe corpus, id quod Indiæ inquilini ſæpius experiuntur. Itaque Deus omnium conditor exaudit deprecantem animam, ſi finis, ad

k) Libro de Anima Aphoriſm. 45.

ad quem preces diriguntur, in univerſi ordinem, & utilitatem relabatur.

9. Hæc eſt ipſiſſima Avicennæ ſententia, qua duo potiſſimum conſtituuntur veluti cardines, ſuper quibus impetrati voti ratio convertitur; divina ſcilicet afflatio, qua ad rogatus, & obteſtationes excitamur, juſta denique, & honeſta ſingulis, aut univerſæ naturæ conducens inter implorandum petitio. Et hæc eſt congreſſio, coitioque cauſſarum, quæ divinam movent ſapientiam ad efficiendum, quod efflagitatur precibus, quibus plane nulla afficiuntur paſſione Numina, ſed tantum in illis veluti ſymbolis volunt eſſe efficacia. Ut autem preces omnibus ſint abſolutæ numeris, quinque ſtipari oportet prærogativis: *) Securæ enim, rectæ, ordinatæ, devotæ, humileſque eſſe debent. Sed quando hæc altioris ſunt operis, mittimus, & ad Avicennam revertimur, cujus commendamus ſententiam, Deum Sanctis viris præſto eſſe, virtutemque communicare, per quam elementa, & quidquid ex elementis eſt concretum, illis audiunt, & protinus obtemperant. Mirabilis eſt enim Deus in Sanctis ſuis. Verum quod de Imaginatione ſubjicitur, & falſiſſimum, imaginatio namque immanens actus eſt, nec quicquam in noſtro corpore obire potis eſt, niſi alterius cauſſæ, quæ ejus ſubſit imperio, interceſſione, congreſſuque, multo minus in alieno corpore.

10. Hinc non inelegans quidam a) perperam plurimos, eosque admirabiles eventus in imaginationem rejicit, utpote quæ revera ſpiritus, & humores ciet morborum parentes. Nam ſi rogetur, cur appoſitis amuletis cum ſuſurro, aut ſeſquipedalibus verbis effutitis quiſpiam morbo defungatur? Reſpondet effectum eſſe ab imaginatione. Ubi namque certa ſpes ſalutis concipitur, calor, ſpiritusque quoquoverſum effuſi ad functionum munera acriores, aptioresque redduntur. Sic epileptici, dum ex Alcæa ungula concinnatum geſtant annulum, quia Periaptis certo credunt, & maxime fidunt, non corripiuntur, quod confidentiam ſpirituum quies, & tranquillitas excipiat: At ſubmoto annulo, quia invadit timor, turbantur ſpiritus, atque conſternantur, à quibus exciti humores cerebri obſtruunt ventriculos, membranulaſque vellicant, hinc ſacer ingruit morbus. Atque perinde illis accidit, ac qui demiſſo, humilique loco anguſtam trabem recti perambulant, at ſi paulo eminentiore loco ponatur, unde pe-

 riculum

*) Precum conditiones ex D. Thoma.

a) Alex. de Vicentinis.

riculum impendeat, ingreſſi quam mox præcipites delabuntur, quod præ metu ſpiritus in fontes recurrunt, & lacertos deſerunt. Qua cauſſa etiam ſomnambuli avia loca petunt, repetuntque, at experrecti, ſi diſcrimen agnoſcant, proni decidunt. Eodem modo & Quartanam fieri, & admoto Araneo propulſari credidit. Sed norit inprimis affectus ex prænotione Phantaſiæ, quæ vel læta, vel moleſta objiciat, ſuboriri quidem, circa cor tamen ſanguinis, ſpirituumque tumultuariam fieri commotionem, quare cordis potius, quam cerebri affectus ex phantaſiæ deliramentis emergere conſentaneum foret. Nam etſi affectus univerſum corpus moveant, in ipſo enim corde aut caloris, aut frigoris, ut ait Ariſtotelis facta alteratio, etſi in exigua, & non ſenſili particula, plurimam ſane in toto corpore parit differentiam cum ruboribus, & palloribus, cum horroribus, & tremoribus, aliisque hujusmodi; ut temone paululum translato magna fit proræ transpoſitio: Nihilominus tanti non ſunt, ut excitis ſpiritibus continenter aut morbos pariant, aut propellant (ni ſummus ſubſit apparatus.) Equidem multum conducere fidentiam ſcio, unde Avicenna dicebat, Medicum plures curare, cui plures fidunt, plurisque eſſe bonam, firmamque animi confiſionem, quam omnia Medicorum pharmaca. Propterea etiam Valleſius Medicos dehortatur, ne eorum curam ſuſcipiant, à quibus non æſtimarentur plurimi. Cujus rei cauſſam adjiciunt quidam, b) quod confidens animus non percellitur, ſed adquieſcit, quocum ſpiritus etiam conſiſtunt. Accedit, firmam erga Medicum fiduciam id agere, ut malorum obliviſcantur, & dolores converſo in Medicum animo aut non ſentiant, aut mitius ferant, neceſſario enim animadverſio deſideratur ad percipiendum dolorem. Unde Hippocrates qui dolentes parte aliqua corporis omnino dolorem non ſentiunt, iis mens ægrotat. Scio inquam ea de cauſſa plurimum prodeſſe fiduciam, ſed eam eſſe, quæ comitialem morbum admota Pæoniæ radice, aut annulo ex Alcæo ungue arceat, haud credo. Ecquis enim ea perniciè ſemel correptus fidenti, ratoque animo non ſperat, fore, ut de integro non invadat, cum interim credulis, & bene ſperantibus medio de fonte leporum ſuperveniat, & inceſſat? Cornelius Agrippa Magiæ Ceremonialis unum principium ſtatuit credulitatem firmam: qui non crediderit, inquit, non experietur, ſed tam futilem ſententiam jure Philoſophi rejiciunt. Exiſtimandum igitur cum tota elegantiorum Aſclepiadarum Schola ungulam ſylveſtris Aſelli cum cerebro Epileptico habere ſcheſim, & quandam analogam rationem,

b) Vegia, Mercurialis.

nem, adeo ut annulo apportato per occultum effluvium ita roboretur cerebrum, ut non poſſit à quavis morbifica cauſſa concuti. Araneolum vero frigidum, ſiccumque animal aut negarim ea vi pollere, aut certe non alia ratione, quam σχετικῶς, & mutuo conſenſu. Et, ne me quis credulitatis arguat, qui omnia ad temperationem velim reducere, Alex. Aphrodiſeum quærentem patienter audiat, cur quos Dipſas momorderit, ſitique ſunt intolerabili affecti, eis epota theriaca, quæ calida, ſiccaque eſt, ſitim ſedat, non autem magis incendit? Reſpondet non qualitatis ratione ſitim ſedare, ſed mutuo quodam conſenſu, & ratione naturali. Id eſt hujusmodi Antidotum, quod plurimis ex herbis componitur; quæ conſenſum aliquem cum ſingulis corporis partibus habent, velut Dictamnum proprietatem quandam erga cor habet, ipſumque confirmat, & ſervat, Eupatorium vero cum Jecore, Scolopendrium cum Liene, petroſelinum cum ventris orificio, Hyſſopus vero cum Septo, & pulmone, Helenium vero cum Renibus, Ruta cum collo, Gentiana cum cerebro, Seſeli autem cum veſica urinaria. Unumquodque igitur horum mellis dulcedine illectum trahit quod ſibi proprium ad tutelam eſt. Inter quæ omnia ſunt & viperarum immixtæ carnes, quæ naturalem quendam mutuum affectum habent, quam antipathiam vocant, adverſus quodvis venenoſum animal, corruptibilemque virtutem. In ſingulas igitur partes diſtributa affectum illum, qui corruptionem minetur, agere non ſinunt. Repugnant enim ceu legitimi quidam milites, qui pro ſua ipſorum patria, arma ceperint. Hactenus Alexander, qui tametſi ſententiam meam confirmat, & cauſſam elegantiſſime exprimit, in eo tamen falli videtur, quod ſingula ſimplicia in Theriace permanere putarit integra, qvum tamen poſt fermentationem corrumpantur, & ex corrupta ſingulorum ſpecie quinta quædam prodeat eſſentia virtute omnium vim continens. Nam quemadmodum in Mixtis corporibus virtutes ſubſunt, quæ in elementis deſiderantur, ita in Theriace virtus ea ineſt, quam in ſingulis non eſt invenire. Propterea Avicenna Theriacam non humano ingenio, ſed potius Divina inſpiratione concinnatam eſſe ratus eſt. Et utinam multa non deeſſent, quorum cauſſa ſuis privatur viribus.

11. Sed ne parergon, opus ipſum ſuperet, receptui canamus, & adhibitis opportune morbo remediis ad implorandum Divinum auxilium fidenter accedamus, quia & efficaciam Deus pharmacis ingerit, & quia mirandum in modum ipſe ſanitatem conferre poteſt: Quidquid enim Deus una cum ſecunda cauſſa poteſt efficere, ſe ſolo poteſt, in genere inquam

quam efficientis cauſſæ natura non de induſtria agentis. Argumento ſit Paralyticus ille, qui jubente Chriſto Theanthropo ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulavit. Similiter quod ad umbram Petri Apoſtoli ſanarentur infirmi, c) vel Sancti alicujus attactis reliquiis aliqua urgeatur ægritudo, non fit per formam aliquam his corporibus inditam, ſed ſolum per Divinam energiam, quæ ad hujusmodi effectus his corporibus utitur.

CAP. VI.

Quod quidam morbi Divinitus immittuntur.

DEUM olim inflixiſſe morbos, Sacræ teſtantur paginæ, & argumento eſt flagitioſus ille Pharao, qui Saræ captus pulchritudine, ejus violare tentavit pudicitiam, & adulterium committere, unde tentati ſceleris in pœnam perpetua laboravit gonorrhœa, uxoresque cum Regis, tum Aulicorum, vulvæ concluſionem perpeſſæ ſunt, ut deinceps parere non poſſent. Sed accedat Judæorum lepra, quæ non putrem, atramque bilem agnovit, ſed cauſſam longe ſuperiorem, Dei nimirum juſti vindicis iram. Quæ quidem lepra antiquitus ſæviebat pro patrati ſceleris conditione: quare ſi peccatum mitius eſſet, in parietibus domus maculæ pullularent: ſi gravius, in veſtibus labes ſeſe proderet; ſi graviſſimum, corpora ipſa fœdata temerarentur: qua ſane contage, pernicieque infecti XIV. diebus à Protomyſte judicabantur, num extra hominum conſortia, & Civitatis pomæria eſſent ablegandi, non enim ad eam profligandam humana ſatis erat manus, ſed Divina potius opus erat, cum nulla remedia illis adhibita conferrent, ſed ſola Dei Optimi Maximi voluntas. Quidam a) vitiliginis, aut lichenis ſpeciem extitiſſe, ſunt arbitrati, veſtibusque, & domibus accidiſſe duntaxat per analogiam, cum inanimata quoque ſimilem putrilaginem nanciſci poſſint. Nos tamen Theologis, & veritati congruentius dici exiſtimamus, ſi divinitus lepram illam immiſſam fuiſſe demus pro ſingulari ſupplicio ad plectendam Judæorum achariſtiam. Nam Deus, quemadmodum Iſraëliticum Populum ſingularibus cumulavit privilegiis, ita quoque turpem ingratitudinem inſolentibus, & valde atrocibus plexuit ſuppliciis.

2. Triſte ſpectaculum graſſantem, populantemque in humano corpore Lepram ſpectaſſe; Portento ſimile domum eadem colluvie fœdam, quæ

c) D. Thomas opuſculo de occultis rerum operibus.

a) Valleſius lib. de ſacra Philoſ. cap. 19.

quæ Herum cum familia, & ſupellectile pellat. Divorum plurimi portentoſum hoc morbi genus ſunt litteris teſtati, quibus reniti non dubitavit Galenus, eo fretus argumento, quod Hippocrates b) nusquam ægritudinis cauſſam rejecerit in Deos, quod omnes peræque Divinos profiteatur, quia à natura, hæc autem Dei miniſtra: quin eos ſugillat, & vellicat, qui in Deos morborum cauſſas referunt. Verumtamen depoſita diſcipuli perſona neceſſum eſt refragari Pergameno, qui, ut ait Otho Brusfelenſis, c) à ſola corporis, & humorum temperie morborum cauſſam trahens nullos à Deo infligi, aut curari impie fabulatur: Nec eſt, quod ſuæ culpæ Hippocratem prætendat, ille enim cum Homero, & Heſiodo nonnunquam morborum eſſe cauſſam divinum Numen, d) ideoque ab eodem exordiendam eſſe curationem liquido profitetur, cum Deum in medicina minime ocioſum eſſe cognoverit. Quid vero dilucidius, quam quod primo Prognoſticon? Conceptis ille verbis præcipit, ut ſedulo inſpiciamus, numquid aliquid divinum in morbis ſubſit. Quid per Deum τὸ Θεῖον illud, ni divinum ſupplicium, quod Deus morbis affligendo in ſcelerum vindictam ſumit? Hoc ut evitaret Galenus, divinum Aërem eſt interpretatus, eosque perſtrinxit, qui ob juſtam Dei vindicis iram morbos emergere animo duxerunt (Moſem autem, & Evangeliographos tangit, qui nulla ſuppoſita ratione hiſtorias ſcriptitarunt, quos alibi etiam ſine demonſtratione loquentes rejicit.) Præterea eos quoque reſpuit, qui decretorios dies in divinam regerunt cauſſam, quia incognita eſt, & inopinabilis. Jure autem hoc arguitur, quia non omnia, quæ arcanas, abditasque cauſſas habent, divina ſunt nuncupanda, ſed quæ prorſus admiranda. Accedit, dijudicantium dierum cauſſas non latuiſſe ſenem. Quare propriam ſubjicit ſententiam, intelligendam eſſe aëris conditionem, ſed quia prava hæc aëris conditio à Cœlo ſit, & declinari non poteſt, Divina dicenda eſt. Atque licet hæc ſententia Hippocrati accommodari poſſit, quia phraſi Latinis, Græcis, & Hebræis conſueta aër Cœlum dicitur, unde Diogenes aërem Deum appellebat, à veritate tamen abhorret, quoniam Galenus ipſe eorum opinionem de diebus criticis vellicans, qui ad divina recurrebant, non utique, ait, divinæ cauſſæ, quia nec incognitæ, nec inopinabiles, nec admirandæ, licet ex Cœli motu, maxime vero Lunæ deriventur. Præterea ſi propter Cœlum

b) Lib. de morbo ſacro. Lib. de Virg. morbis. Lib. de Aëre, Locis & Aquis ſupra p. 216.

c) Lib. Pharmacorum ſimplicium in Præfatione ad lect.

d) Lib. de muliebri Nat. & Lib. de Elegantia ſupra p. 196. 224.

Cœlum divina appellanda forent, quæ ab eo pendent, univerſum naturæ opificium eſſet divinum.

3. Sed mittamus jam Galenum, e) qui in hoc inferiori mundo nil immortale cognovit, nec divinum, quin ne animam quidem rationalem aliud eſſe putavit, quam temperamentum, aut innatum calidum, nec aliter à ſuo Platone *) doceri potuit. Faceſſat igitur parumper, quando nec à diſcipulis, ejus fovetur opinio. Sunt, qui pro aëre occultam, & deleteriam qualitatem è Cœlo derivatam ſufficiunt: f) Quæ ſententia nec rei naturæ, nec Hippocrati conſentanea videtur, Cœlum enim Catholica cauſſa eſt, & propter univerſi conſervationem movetur, non ad demolitionem. Verum cedo, cur à Cœlo maligna, & ſontica qualitas potius, quam benigna, & manifeſta dici divina debet? Hercules ſi qua divina appellanda foret, certe benefica, & vitalis, quum Cœlum boni ſtudio nobis moveatur. Atqui Hippocrates ipſe cum aëris, & ejusdem à Cœlo mutationum meminit, nihil interponit divini.

4. Neque eorum probatur opinio, qui g) τὸ Θεῖον formæ totiusque ſubſtantiæ morbos interpretantur, quod fortaſſis in Phyſicis Ariſtoteles ſemel formam nuncupavit divinam, nam eo modo unumquodque divinum eſſet, quum ſua exornetur ſpecie, & forma.

5. Multo minus cujusdam boni h) arridet opinio, qui divinam cauſſarum ſyndromen, atque concurſum intelligit. Homo pluſculum philautos putat cauſſarum colligantiam, & implexum eſſe illud divinum, de quo Prognoſticon primo fit mentio, quaſi dixeris fatale. Utpote ſi quis miſellus iter faciens magna repente tempeſtatum, imbriumque vi obrutus tecta requirat, quæ plurimo diſtent intervallo, cogatur madida ſub veſte pernoctare. Tandem redeunte die poſt longos viæ errores in diverſorium ſecedat omni copia vacans, ubi nec lecti, nec ignis, nec menſæ facultas fiat. Cogatur cedere fame, & frigore pulſus. Interim præ ſtegnoſi febribus corripiatur validis, deſiderentur Hoſpitia, Medici, pharmaca, ſoteria cuncta, fato moriatur.

6. Hoc putat ille divinum in morbis. Siccine per ambages divina procedunt? Emoriar, ſi quicquam audierim inconſultius. Fato enim morimur multa conſumpti ſenectute, & naturaliter, unde ignis urit fato.

e) Lib. quod Animi mores, &c.
*) Potuit, & edoctus eſt fortaſſe.
f) Marſilius Ficinus, Mercurialis, Valleriola.
g) Fernelius in Phyſ.
h) Neoterici (Hieron. Jordani) quid ſit divinum in morbis.

to. Quare merito queritur ſoror Anna de Didone, quod intempeſtive mortem oppeteret.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat
Sed miſera ante diem.

Cum Perſæ Græcorum templa incendiis abſumpſiſſent, & ſolo adæquaſſent, Jones inſtaurari vetuerunt, ut eorum ſpurca barbaries à ſingulis videretur. Ita mihi nefas, imaginoſam hanc ſolertiam deſtruere, qui cupio ab omnibus videri.

7. Riolanus Euchetarum arrogantiam proſcindens, qui primarum cauſſarum intelligentia, ſe tandem æquare poſſe Deum gloriabantur, modeſtius inquit, Socrates, cum diu, multumque in rerum humanarum, divinarumque cognitione deſudaſſet, hoc unum ſe ſcire confeſſus eſt, quod nil ſciret. Eadem modeſtia Hippocrates in morbis divinum quiddam ineſſe affirmabat, i) quod ſive occultum, ſive inexplicabile, ſive cœleſte, & à Deo profectum interpreteris, ut puta ſceleratorum flagellum, fortaſſis ad Authoris mentem, haud dubie ad rei ipſius veritatem apte, & accommodate dixeris.

8. Et quamvis perinde accidat in Hippocratis ſententiis, atque in Timantis opellis, in quibus pluſculum ſemper aliquid intelligebatur, quam pingeretur: à nobis tamen, qui Catholicam fidem, atque adeo

i) Prognoſtic. T. I. p. 448. vult Medicum ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῆσι νούσοισι, τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. Confer Hieronymum Jordanum de eo quod Divinum eſt in morbis, Francof. 1651. 4. & Morhofium τὸν μακαρίτην lib. I. Polyhiſtoris c. 12. Non tamen diſſimulandum eſt ab Hippocrate per τὸ θεῖον hoc quoque loco intelligi conſtitutionem divinitus immiſſam aëris, τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κατάστασιν, ut recte interpretatur Galenus T. V. p. 120. Nam ex illius temperie morbos etiam judicandos eſſe nemo dubitabit, quem μέγιστον ἐν ἅπασι τῶν συμπτωμάτων δυνάστην vocat Hippocrates lib. de flatibus T. I. p. 401. 413. Facit etiam huc quod lib. I. Epidemior. T. I. pag. 670. ait morbos dijudicari ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων, ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων καὶ χώρης ἑκάστης. & lib. 3. epidem. T. I. p. 729. δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἑκάστην καὶ τὸ νούσημα. Hæc tamen non repugnant ſed pulchre conſentiunt illis quæ de poteſtate Deorum etiam in morbis moderandis, & de precibus ac religioſo cultu qui Numini debetur, Hippocrates alibi diſerte agnoſcit & ſuadet in locis adductis ſupra p. 223. ſeq.

veritatem ipſam profitemur, ſine ambagibus divinum hocce, Dei eſſe voluntatem, credendum, quæ in ſcelerum vindictam, & alicujus ergo boni morbos incutit. Ac, ut privato utamur exemplo, mors Regis Joram, qui per immane nefas Populum à lege Dei averterat, & fratres ſæva morte necaverat, ita deſcribitur. Et ſuper hæc omnia percuſſit eum Dominus alui languore inſanabili, cumque diei ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur, duorum annorum expletus eſt circulus, & ſic longa conſumptus tabe, ita ut egereret etiam viſcera ſua, languore pariter, & vita caruit.

9. In hiſce affectibus tota medendi Ars nihil poteſt, quod Dei ope deſtituatur: Id quod etiam Aſſæ Regis eventus comprobat, qui podagra mortuus eſt intra triennium, neque exceſſit quadrageſimum primum ætatis annum, quia in infirmitate ſua Deum non quæſivit, ſed magis Medicorum confidit peritiæ. Contra vero Ezechias cum ad mortem ægrotaret, Deo jubente, leviſſimo medicamento, admota ſcilicet ficuum maſſa, ab Eſaia ſanatus eſt. Quare iſtorum maxime habenda providentia eſt cum Medico, tum ægroto Chriſtiano, qui primo quoque tempore, quæ ad morituros pertinent, ſancte compoſitis, ita Arti fidere debet, ut Dei opem enixe imploret, atque ita Deum obſecrare, ut Artem neceſſariam usque quaque ludibrio non habeat, quandoquidem & Sancti viri pharmacis utebantur, ut & Media adhiberent legitima ad ſanitatem, & Medicinam ſacerrimum Dei donum apud Homines commendarent.

CAP. VII.

Quod Deus ſervat, & purificat Homines.

Sapienter Proclus, ſi quid aliud, ſcripſit, omne divinum providere ſecundis, & ereptum eſſe ab iis, queis providetur; ſi quidem corporea ſubſtantia, quæ ſecunda eſt, ſpirituali, quæ prima merito dicitur, ſubjecta eſt: Hinc Ariſtoteles non ſemel à Deo Cœlum, & Naturam pendere palam eſt confeſſus, in quam ſententiam univerſi Ariſtotelis interpretes incidentes à Deo conſervante, non producente pendere teſtantur, quod putarit Philoſophus Mundum Deo fuiſſe coæternum (ni forte dicendum videatur, negaſſe quidem Ariſtotelem per generationem cœpiſſe, per ſimplicem vero emanationem, naturalemve proceſſum, non iſſe inficias.) Quidquid ſenſerit tandem Stagirita, res profecto poſtulat, ut duca-

dicamus, res univerſas à prima illa cauſſa dependere ſubſtantive, producente, & ad ipſam, ceu ultimum finem referri. Deus enim eſt Α, & Ω, ſeu principium, & finis. Hinc Academicæ Scholæ proceres: Quæ ſunt omnia ſunt, & ab uno, & in uno, & ad unum. Cuncta etenim in Deo ſunt ut in movente, gubernante, & conſervante, (neque tamen ab eo ut ſubſtentante materia, aut conſtituente forma pendent.) Cæterum quemadmodum res univerſæ in Deo ſunt, ita Deus viciſſim in omnibus, non ſane ſecundum inhærentem eſſentiam, ut ait Albertus, ſed per illapſum, influentiam, & poteſtatem. Deus, inquiunt ſapientiæ amatores, nulli mobili eſt extrinſecus per abſentiam, verum per inhærentiam: cum enim Deus ubique ſit, non poteſt non eſſe præſto. Qua de re quia præclare ſcripſit Author Libri de Mundo, age in medium ejus verba feramus. *Vetus ſermo eſt*, inquit, *à majoribusque proditus inter omnes homines, univerſa tum à Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe, atque coagmentata,* k) *nullamque naturam ſatis ad*

 ſalutem

k) Huic ſententiæ ſuffragatus Hippocrates ſive quisquis auctor lib. de ſeptimeſtri partu T. 1. p. 165. à Conditoris lege omnes rerum creatarum rationes temporaque omnia unice ſuſpendit. πάντα γὰρ καὶ ἴδιά ἐστι καιροῖς κραίνων καὶ σύγκρισις. κατὰ γὰρ τὴν ἀρχαίαν γένεσιν ὁκότε ἔκτιστο πάντα ζῶα, ἐρυσμοῦτο. καὶ νῦν γνῶθι διὰ ταῦτα κατὰ νόμους ῥυσμοῦσθαι. Hæ leges quæ niſi opificis ac rectoris cogitari poſſunt? Hunc agnoſcens etiam Democritus de natura hominis, inter Hipppocratis ſcripta T. 1. p. 282. ἐνδοχεῖα δὲ μύθων ὦτα δημιουργὸς ἀνέῳγεν. Eidem τόκου πρόνοιαν tribuit pag. 283. atque inde uterum mulieris ita conformatum. Ἡ δὲ ἀσώματος ἐν μυχοῖς φύσις ἐξέτευξε παντάμορφα σπλάγχνων γένη. Sic & Hippocrates περὶ ἀνατομῆς T. 1. p. 288. τὰ δὲ ἄλλα ἡ φύσις διετάξατο. Et de alimento T. 1. p. 594. φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν. - - μία φύσις ἐστὶ ταῦτα πάντα καὶ οὐ πολλαί. πολλαὶ φύσιές εἰσι ταῦτα πάντα, καὶ οὐ μία. p. 597. φύσιες πάντων ἀδίδακτοι & VI. Epidem. T. 1. p. 809. νούσων φύσιες ἰητροί. ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης. Ex lege Conditoris igitur. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, καὶ μαθοῦσα, τὰ δέοντα ποιέει. Idem Hippocrates cordis auriculas conſiderans fatetur eſſe præſtantiſſimi artificis opificium, lib. de corde T. 1. p. 291. ſeq. καίτοι δοκέω τὸ ποίημα χειρώνακτος ἀγαθοῦ. κατασκεψάμενος γὰρ &c. οἵ τε ξυνιέντες θαυμάζουσιν. Igitur non temere hæc

quæ

ſalutem inſtructam eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium ſuæ ipſa demum tutelæ permiſſa ſit. Quocirca veterum nonnulli eousque provecti ſunt, ut hæc omnia dictitarent, Deorum eſſe plena omnia, hauririque eorum ſpectra ab hominibus oculis, & auribus, reliquisque ſenſibus: Sententiæ illi quidem fundamenta jacientes Divinæ fortaſſe potentiæ, non item Divinæ naturæ congruenti; Et enim cunctorum, quæ rerum natura complectitur, cum ſervator eſt Deus, tum vero quæcunque in hoc mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium idem eſt genitor.

Non ſic tamen ipſe, ut opificis in morem, animalisque laſſitudinem ſentientis labore affici poſſit, ut qui ea facultate utatur, quæ nulli cedat difficultati, cujus ipſe vi facultatis omnia in poteſtate continet. Nec minus etiam, quæ longius ab eo videntur eſſe ſubmota. Summam igitur, & primam ſedem ſortitus ea de cauſſa ὕπατος, quaſi ſupremus appellatus eſt, & (ut inquit Poeta) in ſummo culmine univerſi Cœli ſuum ipſe habet domicilium ſitum, & collocatum. Maxime vero vim ejus ſentit, numineque ejus fruitur ante omnia id corpus, quod proxime eum ſitum eſt. Tum quod ſecundum ab hoc ſitum habet, & unumquodque deinceps, prout ſituum ordo ad noſtrum usque locum natura conſtitutus eſt: Quo fit, ut terra, & terrena omnia, qvum longiſſime ab Divinitatis adminiculatione abſcedant, tam infirmitate ſumma ſint ipſa, concinnitatisque ſibi conſentaneæ maxime expertia, atque ideo multo tumultu exagitata. Atqui cum ita ſit divinum Numen natura comparatum, quoquo ut verſus permeet, non mirum ea, in quibus ipſi verſamur, ac nobis ſuperiora, pro eo quantus eſt acceſſus ad Deum, vel abſceſſus ab eo, ejus opitulationem quoque ſentiunt. Proin id

præſta-

quæ videmus coaluiſſe, ſed ad certos uſus ac fines facta eſſe ab Opifice, ubique agnoſcit, unde & libro de articulis T. 2. p. 823. monet talia in homine ὁκόσα ἐπὶ χρήσει γέγονε, deteriora fieri niſi ad illos uſus adhibeantur. Inde medicam quoque artem lib. de veteri Medicina T. 1. p. 25. οὐκ ἀπὸ τύχης, ſed dignam Θεῷ προσθεῖναι ὡς καὶ νομίζεται pag. 27. Omitto quod in Epiſtola ad Abderitanos, T. 2. pag. 904. τέχνας ait eſſe Θεῶν χάριτας, ἀνθρώπους δὲ ἔργα φύσιος & ποίημα, opificium naturæ, legibus Divinis operantis: itaque ſe velle φύσει καὶ Θεοῖς, Naturæ & Diis obſecuturum ad eos accedere, ut Democrito opem ferat. Pecuniam autem ſoſtri loco recipere renuit, quod nec natura nec Deus facere ſuadeat. Et ad Philopœmenem T. 2. pag. 907. ait in animo ſapientis habitare τέχνας καὶ ἀρετὰς παντοίας καὶ Θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ βουλὰς καὶ γνώμας. In Epiſtola ad Damagetum pag. 912. vocat Θεομαχεῖν, cum duo ſint in mundo, gaudium & triſtitia, ſi quis alterum horum velit ex rebus humanis ejicere.

præſtabilius eſſe cenſemus, Deoque tum decentius; tum magis conſentaneum, ita de Deo opinari, ut dicamus poteſtatem illam in Cœlo ſedes habentem ſuas, incolumitatis cauſſam rebus univerſis præſtare, iis quoque quæ ab eo longius remota ſunt. Paulo autem inferius addit: *Quare auguſtius id, decentiusque exiſtimandum eſt, Deum ſummo in loco ita eſſe collocatum, Numinis ut tamen vis ejus per univerſum mundum pertinens tum Solem, Lunamque moveat, tum Cœlum omne circumagat, ſimulque cauſſam præbeat eorum, quæ in terris ſunt, ſalutis atque incolumitatis.*

2. Muſſet pudore ſuffuſus Rhois filius, qui à Deo ſingula individua regi denegavit, metuens ne bonitati Divinæ derogetur. Exiſtimavit enim divinum regimen cognationem habere cum humano in quo media adhibentur, per quæ rector rebus ſe ſe aptat regendis: hinc in plura diducitur virtus, hinc exhauritur, hinc vilet eorum, quæ gubernat, contagione. At prima cauſſa ſine virium detrimento ſuæ bonitatis influxu cuncta temperat, & moderatur, quem Solis inſtar radios emittentis in univerſum effundit, à quo ſingula pro naturæ ſuæ meritis perficiuntur. Nec rebus admiſcetur Deus agendis, quod ejus actio ſit intelligentia, hæc autem ſubſtantia, quæ ſupra univerſam eſt naturam: quare nec ejus detrahitur virtuti nec decori, quod putavit Averrhois, quemadmodum neque ſolaris radius: quia quoquo pervadit verſus, & diverſa permeat corpora, extenuatur, aut hebeteſcit. Hinc Avicenna, l) Divina inquit, manatio fit ſine avaritia, & diminutione.

Puro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus.
Qui tamen intima viſcera terræ,
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma pervadere luce:
Haud ſic magni Conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole reſiſtunt,
Nec nox atris nubibus obſtat.
Quæ ſint, quæ fuerint, venientque
Uno mentis cernit in ictu.
Quem quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere Solem.

 Hæc

l) Lib. de Viribus Cordis.

Hæc graphice Boëthius, m) qui ad concludendum Divinum regimen his progreditur. Mundus hic ex tam diverſis contrariis partibus in unam formam minime conveniſſet, niſi unus eſſet, qui tam diverſa conjungeret: conjuncta vero naturarum ipſa diverſitas invicem diſcors diſſociaret, atque divelleret, niſi eſſet unus, qui quod nexuit, contineret. Non tam vero naturæ ordo certo procederet, nec tam diſpoſitos motus locis, temporibus, efficientia, ſpatiis, qualitatibus explicaret, niſi unus eſſet, qui has mutationum varietates manens ipſe diſponeret. Hoc quid quid eſt, quo condita manent, atque agitantur, uſitato cunctis vocabulo Deum nomino.

3. Deus licet res omnes conſervet immediate ſuamet actione eas attingendo, quasdam tamen per ſe duntaxat, alias concurrentibus cauſis ſecundis in ſuo eſſe tuetur.

4. Divinum hoc imperium ante omnes ſoter ille Hippocrates agnovit ad ſingula pertinens. Proin lib. de Elegantia n) aperte fatetur; Numen eſſe cuncta gubernans, terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum. Sed quod libro de morbo ſacro o) ſcribitur, non ab Ethnico, verum à Chriſtiano Theologo, Divino ſpiritu afflato expreſſum videtur. Ubi enim ſenex ἔλιος eorum, qui à Deo morbum ſacrum proficiſci arbitrabantur (unde ſacrum dici putabant) rejecit opinionem, ſubjicit:

Non tamen ego puto hominis corpus à Deo inquinari, ſordidiſſimum ſcilicet à puriſſimo: Verum ſi contingat ab alio inquinari, aut quid perpeti, cupierit utique à Deo purgari, ac purificari magis, quam inquinari. Deus itaque eſt, qui maxima, & ſceleratiſſima peccata purgat, ac purificat, & liberatio noſtra exiſtit, ipſique terminos templorum, ac delubrum Diis deſignamus, ut nullus, qui non purus ſit, eos tranſcendat, & ingreſſi reſpergimur, non veluti qui inquinemur, ſed ſi quod etiam ſcelus prius habemus, purificemur.

5. Proh hominum, Deûmque fidem, potuitne mortalis, & caduca natura altius mentis aciem erigere, ſanctiora potuitne excogitare? ut Deum boni, pulchrique fontem, ut eum mala committere non poſſe, ut malorum curam gerere, & ſcelere temeratos expiare proteſtatur? ut ab eo ſoſpitatis noſtræ originem derivat? Quis Hippocratem vel entheaſti-

m) Lib. 3. Philoſ. conſolat.
n) Supra p. 224.
o) Supra p. 216.

theaſticum non dejeret? Miramur Platonicos divine de Deo loquentes, atqui maxima, & ſceleratiſſima peccata à Deo dilui, nemo Gentilium præter Hippocratem cum Iſraëliticis Vatibus cognovit. Si enim, inquit Paulus ad Rom. unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jeſu CHriſti in plures abundavit. Ad hæc Chriſtianas ceremonias, & ritus Eccleſiæ prorſus innuit, dum luſtralibus aquis ait reſpergi homines, antequam templa ſubeant, ut purificentur. Quid? Nonne in baptiſmate aquis abluimur? Nonne prope valuas expoſiti manent latices, ut his veluti piati à Diis gratiam ineamus immortalibus? O Hippocratem maximum, o ſacerrimum ſenem, qui non modo Artis Medicæ parangelmata nobis tradidit, verum & Divinæ pietatis ſemina jecit, quibus imbuti admiramur, ſimul & veneramur manes divinos.

6. Cæterum, antequam huic diſputationi colophonem imponam, ſciendum ſummum illum Plaſmatorem, univerſique opificem præordinaſſe quidem omnia in proprios fines, mediaque præfiniſſe, quibus unaquæque res ad finem ſuum commode perveniat, Mundi tamen gubernacula ad abſolvenda munera mediis cauſſis commiſiſſe. Inferiora enim corpora à ſuperioribus reguntur, hæc autem à ſeparatis Mentibus. Idque non ob Divinæ virtutis imbecillitatem, ſed ob bonitatis immenſitatem, cum rebus à ſe creatis efficientiæ dignitatem impartiri voluerit. Hinc Platonicorum deprehenditur error, qui putarunt providentiam triplicem eſſe, quarum prima eſt ſummi Dei præcipue ſpiritualibus, & cœleſtibus ſubſtantiis providentis, atque adeo toti Mundo ſolum tamen quoad genera, & ſpecies, & univerſales cauſſas. Secunda providetur rebus ſingularibus generabilibus, & corruptibilibus infra Lunæ orbem poſitis, quam ſane curam demandant ſecundis Diis, qui cœleſtia corpora cient. Tertia humanis conſulitur rebus, cui Dæmones præficiunt, quos medios inter Deos, & homines conſtituunt.

CAP. IIX.

Quod Fortuna magnam partem conferat ad bene, fœliciterque medendum.

Brutus, Philalethes, Euthymius.

BRUTUS. Quid hoc eſt tandem, quod fortunam tonatis, cui maxime Syri templa, araſque dicarunt? Itane ſine mente ſonus? Memini me legiſſe omnium primum Bupalum ejus ſimulachrum effinxiſſe polum in capite geſtans, & manuum altera Amaltheæ ſuſtinens cornu. Sed eadem pictoribus, quæ Phantaſiæ libertas, humano capiti cervicem jungere equinam, & varias inducere plumas ut poſſint. Eandem audio, (ita adolevit fingendi licentia) Sortem, Nemeſin, Tychen, Norciamue appellari, contrario ſemper fluibundam fluxu, & levitate pernicem deſultoria. Equidem ita tenuiter eam aſſequi mihi videor, ut verear prorſus, ne nomini quicquam ſubſit. *Phil.* Cave inanis phantaſiæ figmentum credas. Fortuna, quod temere, & ſine ratione feratur, dicta eſt, etenim accidentium rerum ſubitus, & inopinatus eſt eventus. Quis enim Hyſtaſpis filium Darium Pheretrophorum ad regiam dignitatem evectum conſpicatus, fortunam non profiteatur? Pone tibi ob oculos Archelaum Regem, Simache ancilla natum; Perſeum Argivum quidem, ſed è vulgo: Antigonum, Polyparchum, Raponem, Phocionem, Cleonem, quid aliud, putas, quam fortuna eluceſcet? Recte Agathocles apud Auſonium:

Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Non poſſumus Brute, non poſſumus, quin fortunæ manus demus, & quod ajunt, herbam porrigamus, magnum habet imperium. *Br.* Non ego ierim inficias ex libera loquendi libidine, quid quid præter ordinem, & opinionem accidit, id fortunæ acceptum ferri. At ſane cum univerſa ex certa cauſſa fiant, jure videntur mihi antiquorum quidam fortunam exterminaſſe, utpote quæ duntaxat verbo tenus exiſtit. Verum ſerio, ſi aliquid eſſe putas, in quo rerum genere collocas?

2. An ad actionem revocare placet, cum circa practica verſari dicatur? Ariſtoteles quippe eandem prope eſſe, quæ fœlicitas, opinatus eſt.

eſt, hæc autem eupraxia, ſive bona actio. *Phil.* Profecto Ariſtoteles inter efficientes cauſſas recenſet, (pulchre enim demonſtravit Alexander in alias cauſſas non eſſe derivandam) verum quæ per accidens: cum vero accidentiam hanc alicui inhæreſcere ſubſtantiæ ſit neceſſum, utique fortuna ad efficientem per ſe cauſſam reducenda eſt. Atqui cum efficientium tria ſint genera, Mens quippe, Ars, Natura, ſive facultas (quod enim in Phyſicis Philoſophus naturam, in Metaphyſicis facultatem appellat) horum alicui innitatur, oportet. Videtur autem practico intellectui, à quo non niſi rationis diſcerniculo diſtinguitur. Verum ut planius conſtet ejus vis, atque natura, à finitione ſumam initia. Plato fortunam definit cauſſam, quæ ſectetur, & incidat rebus, quas facere elegimus. Ariſtoteles vero, cauſſam, quæ hiſce rebus interveniat, quas alicujus gratia, & volentes facimus, obſcuram tamen, & inſtabilem, viden' ut fortuna electionem excipiat, hæc autem intellectum ſequatur. *Br.* Putas igitur fortunam à mente, & à conſilio non ſeparari. *Phil.* Cum circa ea duntaxat, quæ à nobis agi, gerique poſſunt, verſetur, à voluntate, & conſilio dirimi, divellique vix poſſit. Hocque intereſt inter alias cauſſas intercidentes, & fortunam, quod illæ ſingulæ cauſſis per ſe accidunt, in fortuna vero una, eademque actio alterius certa, & definita per ſe, alterius cauſſa per accidens evadit. *Br.* Quî fit igitur, ut fortuna minima ſit, ubi mens, & ratio multa? *Phil.* Quod præter agentis conſilium accidit, atqui maxime intelligenti, & ſapienti, qui ſagacitate plurima prævidet, perpauca præter opinionem eveniunt. *Br.* Videris profecto fortunæ aliquam objeciſſe imaginem, ut deinceps ad credendum inducat, nullo negotio. Cæterum ſi conſilium, & actiones noſtras ſequitur fortuna, unde unusquisque ſuæ fortunæ faber dicitur, cur non omnes peræque obſecundat, ſed illum opprimit, peſſundatque: hunc erigit, & extollit? Si peritia, ut ait Plato, efficit, ut vita noſtra per artes incedat, imperitia, ut temere circumvagetur, cur alogos, & inertes aliquot Medicos videas fortunatiſſimos? Si circa practica verſatur fortuna, quo quis agit conſultius, eo eſſe debet fortunatior. Non ſine tamen admiratione identidem contrarium eſt cernere. Quî fit hoc? *Phil.* grandem profecto mihi injicis ſcrupulum, quem ego niſi re mature expenſa non eximam. Eſt ſane dignus vindice nodus, cui ſuppar ego.

3. Sed ecce properantem video Euthymium illum jatronicem, ipſe ſatis belle faciet. Te ſalvere jubemus, & opportune, ita vivam, ades

nobis Euthymi doctiſſime. *Euth.* Hujus diei exortum vobis quoque fœliciſſimum peropto, elegantiſſimi juvenes. Sed quæ vos tenet ſollicitos anxietas? Exprimite, ſi quid eſt, quod conſilium, aut operam meam deſideret. *Phil.* Eſt profecto, &, ni quam primum huc concedebas, me exercebat impenſius, quæ & Claudianum pæne tranſuerſum egit, ambiguitas, Cur improborum (inſcitia enim comitem ſemper habet malitiam) potius, quam meliorum fortuna rationem habeat?

Sed cum res hominum a) *tanta caligine volui*
Aſpicerem, lætosque diu florere nocentes,
Vexarique pios, rurſus labefacta cadebat
Relligio, cauſſaque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu
Affirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte regi.

Cur ſcilicet impii inſipientes, ſuper bonos, & ſapientes efferantur? Non me præterit, quid afferant ex Peripatetico Auditorio nonnulli, b) ſed neque recte difficultatem diluunt, neque probantur mihi. *Euth.* Ad magna me evocatis myſteria, quæ ſacrum potius deſiderent Philoſophum, quam Apollinis diſcipulum. Dicam tamen miſſo tantiſper Ariſtotele, ut vobis morem geram, à Platonicis fortunam à ſingulari Dei providentia non diſtingui: Quare cum ejus obtutum nihil poſſit effugere, eorum quoque curam gerit, qui nauci ſint faciendi, ut vel bonorum omnium perfuſi delitiis Authorem ſuum agnoſcant, & ad frugem redeant, vel certe ſtudioſa eorum aliqua actio prætereunte, & evanido rependatur commodo: Nullum enim bonum irremuneratum relinquit Deus. Sed video vos aliquid amplius deſiderare; Sciendum itaque fortunam interdum voluntatem, & intellectum ſignificare, qui præcipua, & proxima perhibetur cauſſa fortunæ inopinati eventus ratione, hinc Ariſtoteles fortunam & caſum dixit Intellectum, & Naturam. Dein fortuna accipitur pro diſpoſitione, & illice, quo agens ad agendum proritatur, unde ſuccedit actioni non intenta effectio, & hoc pacto deſiderium, illicium, cognitio dici poſſunt fortuna, quæ à Proclo ita finitur, ut ſit vis dæmoniaca cauſſas inordinatas invicem connectens.

4. Non-

a) Claudianus.

b) Jo. Huartes lib. I. Scrut. ingeniorum.

4. Nonnunquam fortuna de Cœlo dicitur, quod euſortunii, aut infortunii his mortalibus ſit cauſſa, propterea globo inſidens effingitur. Accipitur denique pro influentia, ut apud Albertum Magnum, Fortuna, inquit, eſt qualitas à Cœlo profecta juxta nativitatis periodum, à qua quispiam aptus, aut ineptus ad fœlices ſucceſſus redditur.

Hinc D. Thomas Aſtra, inquit, vim animis noſtris imprimunt, per quam operamur, quod melius eſt, qua vi dicimur fortunati, ut Medicus medendo, Imperator pugnando: Hanc Ariſtoteles in Rhet. vocat nobilitatem divinæ potentiæ. *Br.* Partim Theologica, partim Phyſica nobis obtrudens dubii attuliſti ſolutionem. Sed non vides quam refractarium tuum habeas Hippocratem, qui lib. de locis in homine: c) *Si morborum certa ſunt medicamenta*, inquit, *ut ſunt, quorſum fortuna opus eſt? Aut ſi in exhibitione medicamentorum fortuna aliquid confert, non magis perfecte medicamenta, quam non medicamenta cum fortuna exhibita morbis proderunt. Quare concludit; Qui medicinam perfecte callet, minime fortunam reſpicit, aut expectat.*

Hæc Hippocrates & recte ædepol, ubi namque ratio viget, nullum fortuna videtur habere poſſe locum, Ars vero mentis habitus eſt recta cum ratione effectivus. *Euth.* Itane objicis Hippocratem ab Arte medica fortunam amandantem? Ego vero tibi inducam palam admittentem.

Ita enim ille libro de arte: d) *At neque ego fortunam ab operibus ul-*

c) Cap. 58. T. 1. p. 398. ſeq. Confer Meibomium cap. 20. p. 198. ſeq. in jusjurandum Hippocratis. Salva tamen naturæ neceſſitate qua ὁ θάνατος διὰ τὴν μοίρην ἔλαχεν, ut ait lib. de ſeptimeſtri partu T. 1. p. 174. In oratione ad aram T. 2. p. 935. πᾶσιν ἀνθρώποισι πικρὴ ἀνάγκη τὰ μεμοιραμένα φέρειν, καρτερεῖ γὰρ βιάζεσθαι ἃ βούληται. Interim eodem Hippocrate judice ἐπιτυγχάνειν τοῦτ' ἐστὶ τὸ καλῶς ποιέειν, *fortuna uti, eſt recte facere.* Ac certum eſt in multis artem Medicam præbere ἀκεσίας ἀναμαρτήτους curationes certas, neutiquamque fortuitas. id. de arte T. 1. pag. 9.

d) Cap. 5. T. 1. p. 3. Sic Epiſtola ad Cratevam T. 2. p. 930. *Et fere ſemper ad duos fines militamus, alterum hominis, alterum artis: quorum alter obſcurus eſt, alter ſcientiæ determinatus.* δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισι τουτέοισι καὶ τύχης. *Opus eſt autem in utrisque his etiam fortuna.* & pag. 931. εἶθ' ἡ τέχνη διὰ τὸ ξύμπτωμα τῆς τύχης, τοῦ κατορθώσιος ἀφήμαρτε. *Deinde ipſa ars propter fortunæ*

lis excludo. Quin potius exiſtimo morbis, qui male curantur, ut plurimum infortunium accidere; Qui bene, eos bonam fortunam nanciſci. Paullo autem poſt ſubdit: e) *Cæterum dicet hic adverſarius, multos jam ægros citra Medicorum uſum ſanatos fuiſſe, & ego id dicentibus credo. Videtur autem mihi omnino fieri poſſe, ut qui medicis non utuntur, in medicinam incidant, non quidem ut ſciant, quid in ipſa rectum ſit, quid non ſit, ſed quia fortuito genus illud curationis offertur, quo uſi fuiſſent, ſi Medicos adhibuiſſent.* Hæc Hippocrates.

5. Videtur ne tibi fortunam agnoviſſe Hippocrates? Certe non potes ire inficias, quum tam explicate mentem prodiderit ſuam. Verum, ut hoc amplius conſtet, repetendum, curationem univerſam per contrarium fieri, (quamquam hoc temere auſus eſt infringere pernicioſiſſimus Paracelſus) hoc autem duplex eſt, intrinſecum unum, alterum extrarium; illud natura ipſa eſt, virtus quippe rectrix omnium naturalium virium aggregatione coagmentata, ut docuit Galenus, quæ functionum omnium opifex eſt: Hinc Hippocrates f) naturam morborum omnium medicatricem nuncupavit. Quo reſpexit & Meſuæus g) animadvertens actionem ſolventis medicamenti fieri diſcernente, & limitante natura, humorumque expulſionem ipſius eſſe naturæ opus, pharmacum vero ejusdem machinamentum. Operatur vero natura, ceu per inteſtina inſtrumenta, per calorem, ſpiritum, & temperamentum. Extrarium vero contrarium eſt præſidium à Diæta, Chirurgia & Pharmacia petitum, quod ſane per fortunam, medicum, & aſſiſtentes adhiberi debet, tamquam per ſanitatis efficientes cauſſas. Propterea Galenus ipſe prodidit, fortunam quidem, artem, & artificem materierum interventu agere.

6. Ex hoc conficitur, ut fortuna non minimam partem conferat ad bene medendum.

Unde Galenus, h) At vero, ait, cum cauſſæ ſanitatis ſint omnia, quæ ſanitatem efficiunt, una certe earum eſt, quod auxilium vocatur, quod pro variis notionibus & ultima, & prima ſanitatis cauſſa rectè dicitur,

tunæ caſum à recte faciendi propoſito aberrat. Quæ fiant à Medico per ἐπιτυχίην, vel ἀτυχίην, nonnulla commemorat lib. 1. de morbis T. 2. p. 8. ſeq.

e) Tom. 1. pag. 4.

f) Epid. 6.

g) In Principio ſuorum Canonum.

h) Meth. 11. cap. 1.

citur. Quippe tempore ultima erit, propterea quod tempore Natura, & ars, & Fortuna priores ſanitatis cauſſæ ſunt.

Alibi vero idem Galenus, i) ait: Sæpe fortuna non contemnendam adipiſcendæ laudis anſam Medico ſuggerit, ea tamen vulgus Medicorum ob imperitiam uti neſcit.

Hinc etiam fortunam viam præbuiſſe Galeno, k) legere eſt, & bonam fortunam ſecutam eſſe Galenum. Deſinat poſthac igitur Bettus l) ille deblaterare, & Medicos vulgares & ſuperficiales vocitare, qui Medicum oportere eſſe fortunatum dictitant. Perquam neceſſaria videtur mihi fortuua.

Verum ſunt, m) qui in contraria Hippocratis loca incidentes ex parte ægri, & ex parte medentis fortunam admittunt in arte. Ex parte quidem Ægri, ſi peritum, & fidelem Medicum nanciſcatur, propterea Galenus languentes illos fortunatos appellabat, qui in præſtantem Medicum inciderent; infortunatos, qui in pravos & inſcitos. Ex parte vero medentis, ſi curatu faciles, & ſalubres morbi occurrant, ægrique, & aſſidentes opportuna facientes. *Br.* Platonis in mentem venit, qui à Deo, & fortuna, humana omnia gubernari aſſeruit. *Euth.* Profecto Hippocrates n) fortunam ab arte Medica non excludit, utpote qui alibi Numen in Medicina minime ocioſum eſſe dixit, pharmacaque, & omnes Medici conatus inde agendi vim ſuſcipere. Propterea hanc fortunam o) nonnulli interpretati ſunt Divinam benedictionem, qua medendi ſcientia delibuta fœliciſſimos gerit effectus, cum univerſa à Deo pendeant, qui omnia in omnibus, ut ait Paulus, operatur. Mentis igitur, & moris bonitatem quærat, qui fortunæ ſtudio profrui concupiſcit: Recte, enim, & prudenter agendo Diis gratum facimus, à quibus bona fortuna. Propterea antiquitus infortunati declinabantur tamquam Diis inviſi.

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed nos
Te facimus fortuna Deam, cœloque locamus.

i) 3. de Loc. aff. cap. 7.
k) 5. de loc. Aff. & de Præcognitione.
l) Comm. in Avicenn. lib. 1.
m) Capivaccus lib. de Method. Doctrin. cap. 9.
n) Lib. de Elegant.
o) Sennertus. lib. Inſtitutionum Medic.

8. Quod vulgo fortunæ tribuitur, ſacræ paginæ in Deum referunt Exod. 21. 14. Fortuito nihil accidit Exod. 21. 13. Deut. 19. 1.

Hæc ſunt eruditiſſimi Juvenes, quæ mihi ex tempore inter ambulandum in mentem venere, quibus ſcio, me non feciſſe ſatis, quod major ſit difficultas, quam ut à me protinus enodari, atque reſolui queat. Æqui igitur, bonique faciatis, dum meliora ſuccurrant.

Hactenus *) JOANNES STEPHANUS.

Joannes Ludovicus Apinus, Medicus Altdorfinus diſſertationem nuper edidit de περιεργίᾳ Hippocratica magno ad faciendos in arte Medica progreſſus impedimento. Fortaſſe majori etiam impedimento ſunt neglecta vel non confirmata & exculta à recentioribus, quæ Hippocrates vere ac præclare obſervavit. Itaque inſignis doctrina ac medendi arte vir Hermannus Boerhave etiamnum non dubitavit ſtudium Hippocratis noviſſime ſingulari Oratione commendare. Lugd. Batav. 1721. 4. Nam licet in extollendo illo vel etiam parum utilibus conſectandis minutiis poſſunt nonnulli modum excedere, tamen magna dignum laude Virum & attentam ac diligentem ſcriptorum ejus lectionem experimentis adhibitis & ſagaci meditatione accedente utiliſſimam eſſe peritiſſimus quisq; libenter fatetur. De doctrina Hippocratis & methodo copioſe præter laudatum Bœrhavium Daniel Clericus, Johannes Conradus Barchuſen, & parte quinta hiſtoriæ Medicinæ univerſalis Andreas Ottomarus Gœlike, Francof. 1719. 8. Jo. Danielis Horſtii Phyſica Hippocratica publici juris facta eſt Darmſt. 1662. 8. Francof. 1682. 8. Ottonis Tachenii Hippocrates Chymicus, Brunſvici 1668. 12. Pompeji Sacci, Patricii Parmenſis Medicina rationalis practica Hippocratis, ſanioribus recentiorum doctrinis illuſtrata, Parmæ 1717. fol. Mich. Marcelli Boix Hippocrates defenſus, libro Hiſpanice edito Madriti 1711. 4. &c.

Judicium de Hippocratis editionibus dedit nuper, celeberrimus Vir Joannes Friend, qui Charterianam parum emendatam notat præfatione ad libros de morbis epidemicis nova cura recenſitos editosque Oxonii 1717. 8. & ingenii ac doctrinæ laude cumulatus Daniel Wilhelmus Trillerus Epiſtola ad Friendum Medico critica, qua & ipſe novam & caſtigatiorem Hippocratis operum editionem pollicetur. Rudolſtad. 1720. 8. Hippocratis effigiem ex vetuſto Codice Bibliothecæ Regiæ, expreſſam ære

& paullo

*) Dicavit diſſertationem ſuam Sereniſſimo Venetorum Principi *Franciſco Erizzio.*

& paullo diverſam ab illis quas dedere alii, exhibet V. C. Johannes Boivinus in notis ad Nicephorum Gregoram p. 777.

Alios Hippocrates præter magnum retuli lib. 2. hujus Bibl. c. 24. § 1. Medici fuere *unus* Gnoſidici filius, avus Magni illius Hippocratis: *alter* nepos ex Theſſalo illius filio. *Tertius* & ejusdem nepos ex Dracone, cujus meminit & Galenus lib. II. de Dyſpnœa ſive difficultate reſpirationis, c. VIII. & in Commentariis Hippocratis de natura hominis, cap. II. poſt princip. *Quartus* & *Quintus* Tymbræo geniti. *Sextus*, filius Praxianactis, omnes, ut teſtatur Suidas, medici, & ejus artis ſcriptores, omnesque Coi, eodem genere, & familia nati ex his qui *Nebridæ* vocantur: clariſſima proſapia. *Nebrus* enim fuit nobiliſſimus Aſclepiadarum. Nam ut id quoque ſcias ex Sorano, Hippocrates ille magnus ad Herculem & Aeſculapium originem generis ſui referebat, ab alteroque ſe vigeſimum, ab altero decimum nonum ſe numerabat. Cujus etiam genealogiæ Eratoſthenes, Pherecydes, Apollodorus, Arius Tarſenſis, & Joannes Tzetzes mentionem fecerunt. Quibus Tiraquellus addit *Septimum* Hippocratis magni proavum, de quo ipſe Hippocrates ſcribit ad Philopœmenem: *Proavus noſter præſentes & futuros morbos prædicebat, & affectos & afficiendos curabat.* Sed ille Gnoſidici non Hippocratis venit nomine. Addit & *octavum*, ſub cujus nomine extat Epiſtola ad Mæcenatem, apud Marcellum medicum, in qua etiam mentionem facit Cæſaris & Auguſti, ut hinc poſſis intelligere hunc multo cæteris poſteriorem. Hippocratem nonum denique, quem memorat Martialis lib. IX. epig. XCVI.

Santonicâ medicata dedit mihi pocula virgâ.
Os hominis, mulſum me rogat Hippocrates.

Et cætera quæ ſeqvuntur, ex quibus intelligi poteſt, & hunc fuiſſe medicum.

Hippocrates veterinarius ad quem Abſyrti Epiſtola in Hippiatricis p. 70. unde tempore Conſtantini Magni vixiſſe cognoſcitur. Abſyrtum enim ſub illo Imperatore in Scythia ad Iſtrum militaſſe, ex Eudociæ Auguſtæ Joniis MSS. notat præclarus Cangius. Abſyrti vero libros in Bibliotheca principis Mantuani MStos aſſervari, jam pridem ſcripſit Georgius Agricola libro de menſuris.

Hippa-

Hippolochus Cous ex Aſclepiadarum genere, cujus meminit Theſſalus legatione ad Athenienſes, inter Hippocratis opera T. 2. p. 944.

Hippolytus Bryllus, qui de vermibus ſcripſit.

Hirenæus ſive *Irenæus*, Celſo citatus lib. v. cap. ult.

Hiſmahimel, Raſi lib. x I I. Continentis cap. I.

Hobays, ſive *Hobeys*, ſive *Hobes*, hæc enim tria reperio apud Raſim lib. Continentis v I I. cap. ult. ex Antidotario, & lib. x. cap. I.

Homerus, quem ut aliarum ſcientiarum, ſic Medicæ etiam peritiæ veſtigia in poëmatis ſuis reliquiſſe notarunt Tiraquellus p. 274 -- 289. & alii lib. 2. hujus Bibl. cap. 6. §. 13. à me laudati. Quanquam Medicæ Homeri peritiæ non multum tribuit Alexander Taſſonus in variis ſuis cogitatis, Italico idiomate editis lib. IX. c. X. Laudat Homerum Hippocrates ſemel libro de articulis T. I I. pag. 763.

Homerus alter Chius, qui tempore Melanthi regis Athenarum floruit, ſi credimus Archilocho commentitio in lib. de temporibus, ubi & hunc reponit inter octo Homeros, & arte medicinæ floruiſſe tradit.

Honain ben Iſaac. vide infra, *Humain*, & Herbelotum p. 49. b.

Horatius Limanus, qui librum Galeni de tumoribus præter naturam, & alium librum cui titulus eſt, An animal id ſit, quod in utero eſt, in linguam Latinam vertit.

Hores, Raſi lib. I. Continentis cap. I I. ubi illum dicit plurimum ſagacem.

Horus Mendeſius, Aetio Tetrab. I V. Serm. I I I. cap. XXI I I.

Horus ſimpliciter, Plinio in Nomenclatura medicorum, lib. XXIX. nec non Aetio Tetrab. I I. Serm. I I I. cap. XXXI I I. De Horo Iſidis filio, infra in *Orus*.

Hoſtanes, infra *Oſtanes*.

Hubertus Barlandus, qui librum Galeni de medicamentis paratu facilibus transtulit.

Hudas, Raſi lib. I I I. Continentis cap. I.

Hugo Bentius, Senenſis, cujus in medicina multa opera habemus omnibus nota. Hic in Concilio Ferrariæ A.C. 1438. invitatos ad cœnam Græcos & Latinos philoſophos, Theologosque monuit uti proponerent quicquid vellent, eorumque doctrinis omnibus reſponſurum, ac partes, ſive Platonis, ſive Ariſtotelis defenſurum.

Humain, aut ut alii vocant *Human* Arabs Andromachi interpres, quique Commentarios in quædam opera Hippocratis & Galeni edidit. Meſue

ſue citat Humain & filium ejus. Vide ſupra Filius Humain. Serapio Tract. VII. ſæpe Humain. Hunc nonnulli eſſe exiſtimant qui Joannitius dicitur, de quo dicemus infra. Nam ita Avicennæ Canoni, præmittuntur in edit. Latina Veneta 1608. fol. Tabulæ Iſagogicæ in univerſam Medicinam ex arte Humain, id eſt Joannitii Arabis, auctore Fabio Paulino, Utinenſi collectæ & editæ à Fabricio Raſpano D. Chirurgico.

Humain (rectius *Honain*) *filius Yſaac*, Chriſtianus, clarus poſt medium ſæculi noni, de quo multa Abalpharajus hiſt. Dynaſtiarum p. 171. ſq. Hic ſapientiam Græcorum in linguam Arabum *) & Euclidem etiam explicavit & Almageſtum Ptolemæi. Vertit etiam Arabice Pauli Æginetæ libros novem teſte Abulpharajo p. 115. & Syriace librum Nicolai, qui Juliani Imp. temporibus vixit, de ſumma philoſophiæ Ariſtotelicæ. id. pag. 88. Ut Medicus citatur Serapioni Simplicium cap. CLXXIX. in fin. ex lib. Theriaces. Ejusdem Paraphraſis Arabica librorum Galeni de valetudine conſervanda, de medicamentis ſimplicibus nec non in Hippocratem de natura hominis & de ſemine MS. in Bibl. Medicea. Vide Amœnitates literarias V. C. Jo. Georgii Schelhornii T. 3. p. 194. 196. 209.

Huna.

Hunaym ſive *Hunain* citatur ex lib. Theriacæ, Serapioni Simplicium cap. LXXVIII. & XCIV. & CCXCIV. Idem cum ſuperiore.

Hunabin.

Hubertus Barlandus Philiatrius qui transtulit librum Galeni de remediis paratu facilibus.

Hybriſtus Oxyrynchitus citatus Galeno in libro de facile parabilibus, & lib. II. Antidotorum.

Hygias, Aetio citatus.

Hygea, Æſculapii filia. Vide ſupra in Ægle. Et Meibomium commentario ad jusjurandum Hippocratis capite VI. Inter Deas culta Hygea ſive *Salus*, ut ex veteribus inſcriptionibus & numis conſtat docuitque multis V. C. Guil. Muſgrave diſſ. de Dea Salute, Lond. 1717. 4. Martial. XI. 61. *quod ſanare Criton non quod Hygea poteſt.*

Hygienus Hipparchus Mantiæ diſcipulus, ut tradit Galenus lib. Medicamentorum κατὰ γένη, etiam eidem κατὰ τόπους, lib. I. c. IIX. & lib. IV. c. VII.

Ii

*) Hottinger. pag. 299. Almageſt.

c. VII. & lib. x. cap. I. & II. & Aetio Tetrab. II. Serm. II. cap. cx. citatus.

Hygienus ſimpliciter, Gal. lib. II. Medicament. κτ γένη, & lib. IV. κτ τόπȣς, c. VII. T. II. pag. 169. 219. 374. & Aëtio Tetrab. II. Serm. III. c. cx.

Hyginus, Plinio lib. xx. c. XI. & lib. XXI. c. IX.

Hyinus, Galeno citatus in libris de compoſitione Medicamentorum ſecundum locos.

Fr. Claudius Hymenæus. Inſcriptio vet. apud Fulv. Urſinum p. 99. *DIS Manibus. Claudiæ Eutychiæ conjugi ſanctiſſim. bene merenti, & Q. Domitio Helici, Ti. Claudius Aug. Lib. Hymeneus Medicus, à Bibliothecis, & Domitia Pannychis ſibi & ſuis, poſterisque eorum.*

Hymetius ſive *Hymnetius* archiater ad quem Epiſtolæ Joan. Chryſoſtomi XXXVIII. & LXXXI.

Hyras, vitioſe, pro Heras Cappadox.

I.

Jachen, ἰαχὴν Ægyptius, de quo Suidas.

Jabes Arabs in Tacuinis Elluchaſem citatus.

Jaciſſuba, Medorum (al. Medicorum) rex citatus Serapioni, antidotorum c. 17.

Jacobus Medicus cujus meminit Suidas in Σωρανός.

Jacob filius *Marzoch*, ſive ut alibi ſcribitur, *Marzue.*

Jacobus Alaxinus, cujus ſunt medicæ diſceptationes.

Jocobus Alkindus, cujus eſt liber de gradibus Medicamentorum compoſitorum, contra quem ſcripſit Averrois in v. Colliget, ad fin. vide Alkindus.

Jacobus Carpus, qui Iſagogen in humani corporis Anatomen ſcripſit.

Jacobus Chriſtus Alexandro Tralliano lib. II. citatus, quo loco de tuſſi loquitur, qui dicit ita vocatum fuiſſe, quod in curatione morborum frequenter humectantibus cibis uteretur. Chriſtus igitur (ait) dictus tanquam unctus, ita etiam vertit Albanus Torinus, ſed vide infra *Jacobus Pſychreſtus.*

Jacobus Dondus, qui Aggregator Patavinus dictus eſt, ob librum Aggregationum in medicina.

Jacobus Forlivienſis, cujus ſunt Commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, & in Artem parvam Galeni, & in primum Canonem Avicennæ: & quæſtiones plurimæ in medicina, & alia opera omnibus nota.

Jaco-

Jacobus Goupylus Pictavienſis, vir Græce & Latine eruditiſſimus, cujus extat libellus Galeni de ludo pilæ in Latinum eleganter converſus, id quod etiam ludi & animi cauſa fecit, dum multa magnaque in medicina meditatur. Nam & Alexandrum Trallianum è Bibliotheca Regia depromptum jam in vulgus edendum curavit, in eumque caſtigationes ſcripſit. De quo plura dicerem, inquit Tiraquellus, niſi affinis & amicus meus eſſet.

Jacobus Hollerius Stempanus, Pariſienſis medicus, vir certe Medicinæ, & omnium bonarum artium peritiſſimus, cujus extat liber de materia chirurgica.

Jacobus Mantineas Hebræus, qui IV. Fen. I. libri Avicennæ fœliciter & eleganter, ut materia ipſa ferebat, tranſtulit: utinam & reliqua ejusdem autoris opera vertiſſet.

Jacobus de Partibus Gallicus, cujus Commentarios habemus in Avicennam, & alia multa. Dictus eſt *de Partibus*, per jocum, quod nimis crebris partitionibus lectores offendit, ut notatur in Melanchthonianis pag. 433.

Jacobus Pſychreſtus Aetio citatus Tetrab. III. Serm. IV. cap. XLIII. & Alexandro Tralliano lib. V. cap. IV. ubi eum dicit virum magnificum, & in arte, Dei obſervatiſſimum, & iterum lib. XI. non ſemel, qui is eſt, ut opinor, qui Jacobus Chriſtus dictus eſt, de quo ſupra diximus. Suidas Pſychochriſtum vocat, dicitque eum Heſychii filium medicum doctiſſimum. De eodem Jacobo Cilice Pſychriſto, qui ſub Leone I. Imp. floruit, vide Chron. Paſchale p. 322. Chronicon Marcellini Comitis ad A. C. 462.

Jacobus Reginus.

Jacobus Rueff Tigurinus, cujus extant libri IV. de conceptu & generatione hominis, & libellus de tumoribus phlegmaticis quibusdam non naturalibus.

Jacobus Schill, Argentinus, qui vulgarem medicinæ faſciculum, ut vocat, Theſes aliquot rei medicæ ſimplicioris breviſſime complectentem integritati aſtronomiæ reſtituit, ut præ ſe fert titulus operis.

Jacobus Solineus, cujus tumulus eſt Pontani lib. Tumulorum II.

Jacobus Sylvius Ambianus, fama gloriaque maxima, ſed eruditione & doctrina major, publice Medicam artem in Pariſiorum urbe profeſſus, qui multos, & eos quidem eruditiſſimos & elegantiſſimos libros

edidit, Hippocratisque & Galeni & Joannis Meſue ſcripta illuſtravit, defunctus Pariſ. A. 1555.

Jacobus antiqvus Medicus qui ex Damaſco genus duxit, medicæ artis usque adeo peritus, ut eum nunquam ſigna ſalutis, aut mortis fefellerint. Erat enim, ut Suidas ſcribit διαγνωστικὸς καὶ προγνωστικὸς, id eſt, morborum cauſas tenebat, & ſalutem vel mortem certiſſime prædicebat. Hunc, aut alium ejus nominis ſimpliciter citat Trallianus lib. IV. cap. IV. ubi ejus potionem medicam deſcribit.

Jagmiſus, Raſi lib. III. Continentis cap. VII.

Jamblichus Medicus, in cujus imaginem hoc Leontii ſcholaſtici Epigramma refertur lib. IV. Anthologiæ pag. 485.

Ὁ γλυκὺς ἐν πάντεσσιν Ἰάμβλιχος ὅς ποτὶ γῆρας
Ἤλυθεν ἁγνὸς ἐὼν κυπριδίων ὀάρων.
Ἔργα δ' ἀκεστορίης ἐφέπων σοφίην τε διδάσκων
Κέρδεσιν οὐθ' ὁσίοις χεῖρας ὑπεστόρεσεν.

Mentio hujus ut opinor Jamblichi apud Aëtium p. 463. edit. H. Stephani.

Januarius, Marcello Medicamentorum cap. XXIII.

Janus Cornarius Zuiccavienſis, cujus multa opera in re medica, multasque atque eas optimas verſiones habemus Hippocratis, Aëtii, Pauli Æginetæ, Dioſcoridis, Geoponicorum, Adamantii Phyſiognomonis & quorundam Galeni ſcriptorum, Artemidori item & Epiphanii.

Japis Jaſides Æneæ medicus, apud Virgilium lib. XII. Æneidos, 391. ſeq. de eoque ſive alio ejusdem nominis Auſonius in Meroen Epigr. II. ubi oſtendit illum ita à ſanitate vocatum. Nam & Servius in Ænedios lib. XII. ſcribit id nomen aptum eſſe medico.

Jaſius, qui de odoribus ſcripſit, citatus Hermolao Barbaro de unguentorum ratione.

Jaſo Æſculapii filia. Vide Conſtantii Landi numiſmata p. 15.

Jaſon cum Medea peritus Pharmacorum miſcendorum de quo Poëtæ Pindarus IV. Pythionic. Euripides Medea, Apollonius & alii. Vide etiam Philoſtratum in iconibus, & ex recentioribus ſpicilegium Laur. Begeri p. 118. ſeq.

Jaſon Jaſonis F. Inter nummos à Smyrnæis in honorem Medicorum cuſos quos illuſtravit vir celeberrimus Richardus Meadus p. 65. eſt etiam unus cum hac inſcriptione: Σμυρναίων, ἰάσων ἰάσον☉. Jaſonem Menecratis Nyſæi filium Poſidonii Phloſophi Stoici, quem Cicero Rhodi teſte Plutarcho audivit, è filia nepotem, diſcipulum & in ſchola Rhodenſi ſucceſſorem memorat Suidas in ἰάσων eumque ait vitas illuſtrium virorum, Philoſophorum ſucceſſiones & alia ſcripſiſſe. Verum alius is fortaſſe fuerit.

Jaſon Pratenſis Zyricæus, cujus liber eſt de Sterilitate arcenda.

Jatrodorus de quo numus apud laudatum virum doctiſſ. Richardum Mead: Σμυρναίων ἰατρόδωρ☉.

Ibnu Elebatib de quo Joannes Leo Africanus cap. XXII. infra in Joannes.

Ibnu Telmid, de quo idem cap. IV.

Iccus Tarentinus de quo Plato, Stephanus in Τάρας, Euſtathius ad Dionyſ. verſ. 376. Ab eo proverbium ἴκκȣ δεῖπνον. Vide Scheferum & Perizonium ad Æliani XI. 3. Var.

Iceſius laudatus Plinio, Galeno, Paulo Æginetæ lib. III. cap. LXIV. & Aëtio Tetrab. IV. Serm. III. cap. XIII. & LXIV. qui illum Iceſium magnum vocat. Vide ſupra, *Hiceſius*. Ejus diſcipulus Heraclides.

Icetidas, Plinio lib. XXVIII. cap. VII. alii vocant Icacidam.

Icbæus citatus in Tacuinis Elluchaſen.

Icodotus Galeno citatus in compoſitionibus Medicamentorum localium lib. IX. cap. VI.

Idiotas Galeno citatus in compoſitionibus Medicamentorum ſecundum locos lib. IX. cap. II. ἰδιώτȣ φάρμακον T. II. edit. Baſil. p. 293.

Idius, ejuſdem lib. cap. V.

Jemidue, Raſi lib. IV. Continentis cap. I.

Jeſu filius *Haly*, cujus eſt tractatus de oculis.

Jeſu Iribe citatus Meſue, niſi ſit præcedens, vide *Hieſus*.

Jeſus, niſi ſit unus ex illis, Serapioni Antidotorum cap. XXXIII.

Jeſus filius Sirach, auctor Eccleſiaſtici, medicinæ ut amans ita peritus fuiſſe â Tiraquello p. 263. colligitur ex iis quæ ſcripſit XXXI. verſ. 22--24. XXXVII. 32--36. & XVIII. 23. & cap. XXXVIII. ad quod conferendus Goldaſtus de honore Medicorum. Francof. 1620. 4.

Ignotus, quiſquis eſt, quem eo nomine vocat Serapion Simplicium cap. CXCIV. & cap. CCXX. & CCXLI. & alibi ſæpe.

Ilambo, Paulo Æginetæ lib. VII. cap. XVI.

Indus ſimpliciter citatus Aëtio Quaternionis III. Serm. I. cap. XLIX. ſive ſit proprium nomen Gentis. Nam presbyterum Indum citat ejusdem Quaternion. Serm. III. cap. XI. & Galenus etiam laudat Urbanum Indum, & *Zarchan* Indum Joan. Serapio, & *Xarchan Indum* idem Serapio, & *Sarek Indum* Raſis, & *Sarac Indum*, niſi ſit ille Sarek, de quibus infra.

Joachimus Egellius Ravenſpurgenſis.

Joachimus Martinus, Gaudanus, qui libros Galeni de Alimentorum facultatibus Latine tranſtulit.

Joachimus Schillerus Herderenſis, cujus liber eſt de peſte Britannica.

Joaches Martyropolites, Galen. de medicamentis facile parabilibus T. 4. pag. 459.

Joannes Abioſus Neapolitanus, cujus ſunt quædam opera.

Joannes Actuarius, de cujus ſcriptis Vol. XII. hujus Bibl. p. 635. ſeq.

Joannes Agricola Hammonius, qui ſcripſit ſcholia in Therapeuticen Galeni, & alia quædam opera,

Joannes Alexandrinus, cujus ſunt non indocti Commentarii in librum ſectarum Galeni, quos plerique putant eſſe ipſius Galeni. Sed & ſunt ejusdem, aut alterius ejusdem nominis Commentarii, in libros Epidemion ipſius Galeni. Hunc tamen non multi facit Romanus medicus in ſuo Antiſophiſta.

Joannes Almenar Hiſpanus, qui de morbo Gallico ſcripſit.

Joannes de S. Aegidio Anglus, qui ſcripſit Practicarum medicinalium lib. I. & rerum futurarum prognoſtica lib. I.

Joannes de S. Amando Gallus, qui ſcripſit ſuper Antidotarium Nicolai.

Ioannes inter Archiatros Theodoſii Magni ſe ingerens, de quo vide ſis Symmachi lib. X. Epiſt. 47.

Joannes Gadesder, Anglicus, qui in re medica ſcripſit librum, qui Roſa Anglica inſcribitur, & alium cui titulum fecit, Practica medicinæ.

Joannes Aquilanus, Patavinus, qui de ſanguinis miſſione in plevritide ſcripſit.

Joannes Arculanus, aut ut alii vocant, Herculanus Veronenſis, qui Commentarios ſcripſit in librum quartum Fen, Avicennæ, & in librum nonum Raſis ad Almanſorem.

Joan-

Joannes Argenterius Caſtellonenſis, cujus ſunt libri non minus docti, quam elegantes, de morbi generibus, de morbi differentiis, de cauſis morborum, de Symptomatis, de temporibus morborum. De ſignis medicis, de officiis medici, ſed quos veluti ex profeſſo & de induſtria adverſus Galenum ſcripſit.

Joannes Atrocianus Germanus, qui ſcripſit Commentarios in librum, qui Æmilii Macri nomine circumfertur, de viribus herbarum. Friburgi Briſgoiæ 1530. 8.

Joannes Baptiſta Confalonerius, Veronenſis, qui ſcripſit libros de vini natura, ejusque alendi & medendi facultate. Venet. 1535. 8.

Joannes Baptiſta Gyraldus, apud Lilium Gyraldum, de poëtis ſui temporis lib. I.

Joannes Baptiſta Montanus & ipſe Veronenſis, qui aliquot libros Aëtii tranſtulit, aliaque ſcripſit cumplura, quæ apud Lindenium ac Merklinum videantur.

Joannes Baptiſta Pigna, apud Gyraldum lib. II. de poëtis ſui temporis.

Joannes Ebn Batrik circa A. C. 830. Almamunis libertus, fidus in libris Medicis vertendis, felix in ſenſu reddendo, & Arabice minus eleganter loquens, Philoſophiæ quam Medicinæ major ipſi peritia, judice Abulpharajo pag. 162. Hiſtoriæ dynaſtiarum.

Joannes Bernardus Felicianus, Venetus, qui aliquot libros Galeni, Pauli Æginetæ, & Alexandri Aphrodiſei vertit, & Porphyrium de abſtinendo ab animantibus.

Joannes Cajus Anglus, qui ſcripſit lib. II. de medendi methodo.

Joannes Caſamizula.

Joannes Caſinenſis Monachus, diſcipulus Conſtantini Africani. Ejus peritiam in Medica arte laudans Petrus Diaconus de viris illuſtribus Caſinenſibus, addit eum poſt tranſitum ſive obitum *Magiſtri ſui edidiſſe aphoriſmum Phyſicis ſatis neceſſarium. Obiit apud Neapolim, ubi omnes libros Conſtantini ſui Magiſtri reliquit.* Clarus circa A.C. 1070.

Joannes Clemens Anglus.

Joannes Conchoregius, Mediolanenſis, circa A. C. 1438. defunctus, cujus eſt Lucidarium, & Flos florum medicinæ nuncupatum, & Summa de curis febrium.

Joannes Criſpus, Marcello Burdegalenſi citatus, vide Criſpus.

Joan-

Joannes Damaſcenus Medicus, quem à presbytero, ſcriptore Græco Eccleſiaſtico celebri Joanne Damaſceno Manſur probe diſtinguendum notavi Vol. VIII. hujus Bibl. p. 772. ſcripſit varia quæ Latine prodierunt, ut *librum aphoriſmorum CLX* ad filium, quem in extremo ſcripti laudat, quod artem magnam Galeni Latine vertendam in ſe ſuſceperit. *Librum de febrium curatione*, & alios *de medendis varii corporis humani paſſionibus*, ex Galeno magnam partem expreſſos. Horum ſeptem librorum tres poſteriores interprete Gerhardo Cremonenſi, quatuor priores Albano Torino, Vitodurano interprete ſive paraphraſte prodierunt Baſileæ 1543. fol. ſubjunctum habentes libellum Galeni de ſuccedaneis medicamentis ex ejusdem Torini verſione. Aphoriſmorum alias editiones apud Lindenium licet videre qui perperam eum facit monachum Benedictinum, & Græce ſcripſerit an Arabice dubitat. Sed Arabice ſcripſiſſe certisſimum eſt, licet ſcripta ejus alia in Græcum, alia in Latinam linguam verſa fuiſſe conſtat. Sæpe citatur à Conſtantino Africano. Chriſtianum autem fuiſſe docet Gregorius Abulpharajus circa A.C. 791. eum floruiſſe teſtatus, ſiquidem idem hic eſt de quo in hiſtoria dynaſtiarum p. 153. *E. Medicis etiam al Rhaſidi fuit Joannes filius Maſawaibi* (Meſuæ) *Chriſtianus, Syrus, cui commiſit al Raſhid, interpretandos libros Medicos antiquos, qui al Rhaſido ejusque ſucceſſoribus inſervivit usque ad tempora al Motawaccelli.* (A. C. 841.) *Magni habitus fuit Bagdadi, ſummaque autoritatis. Libros compoſuit elegantes. Scholam inſtituit diſceptandi gratia, in qua de omni ſcientiarum antiquarum genere optime eas explicans diſſeruit. Prælegebat etiam, & ad ipſum congregati ſunt diſcipuli quam plurimi. Erat autem Joannes valde joculatorius &c.* Hoc *Joanne* Meſue *Damaſceno* juniorem faciunt *Joannem Meſuem* alterum itidem Damaſcenum, filium Hamech, filium Abdela, Regis Damaſci, qui claru erit circa A. C. 1160. Hujus feruntur Latine ex Arabico verſa, *libri duo de medicamentorum purgantium delectu caſtigatione & uſu*, *Canones univerſales & de ſimplicibus:* & *libri duo compendii ſecretorum medicamentorum, andotorum & de appropriatis.* Vide Lindenium. Mundinus tamen de Lentiis Joannem Meſuem à nepote Regis Damaſci diſtinguit, titulum enim verſionis antiquæ Canonum univerſalium ita interpretatur: *quod licet verba hujus libri fuerint Joannis filii Meſue, tamen fuerint intitulata filio Hamech, filii Hely qui erat filius Abdelæ Regis Damaſci.*

Damaſci. Joannis Damaſceni de pharmacis ad purgandum idoneis, Græce ex Arabico verſa MS. in Bibl. Cæſarea. Jacobus Sylvius in præf. ad libros tres Joannis Meſue, unum theorematum ac canonum, alterum de medicamentis ſimplicibus purgantibus & tertium de antidotis, verſos Latine à ſe & cum ſcholis editos. Lugd. 1550. 8. *Meſuæ præterea vitio datur ab ætatis hujus medicis, quod Dioſcoridi & Galeno quædam adſcribat, in ſimplicibus præſertim & antidotis, quæ ipſis ignomta aut ſaltem indicta fuerunt. Sed ab hac calumnia Meſuen vindicare non fuerit difficile, ſi recipiamus, quod veriſſimum putem, ipſius ætate, ut nunc quoque libros non paucos pro Galenicis receptos, quomodo in aliorum doctorum prope omnium ſcripta, libri aliquot ſpurii irrepſerunt. Hos autem ſua lingua verſos ut credi poteſt, habuit Meſues, ex his deſcripta quædam Galeno adſcripſit, quorum pars bona in ſpuriis illis Galeni libris, verſione veteri, etiam hodie legitur. Et nos Dioſcoridem aliquando vidimus cui primarum qualitatum ordines paſſim erant inſcripti, cujus diligentia neſcio. At certum eſt Meſuen in ſuo Dioſcoride, & ſuo Galeno hæc legiſſe. Toties enim memoria labi non potuit, ſed omnia hæc, ſive ex horum alterutro, ut dixi, ſuppoſititio deſcripſerit, ſive ex alio quovis, quid attinet accuſare, cum vera ſint omnia? Quæ tamen ex his & aliis quibusdam parum recte, ab eo ſcripta clamantur mitiora quædam, alia autem vera oſtendimus noſtris in Meſuen ſcholiis. Sed quid tempus occupo calumniis in Meſuen diluendis, cum ſatius fuerit, merita laude hominem illuſtrare? An quæſo* Manardus *ætate noſtra medicus longe doctiſſimus obſcuram & ſordidam Meſuæ verſionem verius quam Meſuen emaculare alicubi, paſſim clariorem reddere tentaſſet, niſi eximium aliquem illum ſcriptorem exiſtimaſſet? Manardi gravem ſententiam* Joannes Tagaultius *mihi in re medica præceptor undequaque abſolutus confirmat, commentariis duobus eruditiſſimis, priore in Meſuæ canones, poſteriore in ſimplicia, haud ita pridem editis. Quid quod* Petrum Brissotium, *omnium qui poſt Galenum floruerunt medicorum clariſſimum, non piguit pharmacopœis Meſuen publice interpretari.* Hæc ille.

De *Joanne* Damaſceno, Serapionis filio, infra in Serapione.

Joannes Dantzius Aſtenſis, cujus ſunt tabulæ Simplicium Medicamentorum, & de illorum facultatibus dialogi quatuor. Baſil. 1543. fol.

Joannes Dryander Germanus, Medicus Marpurgenſis cujus eſt diſputatio quædam medica, quique Abrahami Judæi libellos emendavit.

Joannes Fernelius Ambianus, Medicus Pariſienſis, vir certe doctiſſimus, ut plane conſtat ex libris ſeptem quos de Naturali parte medicinæ ad Henricum tunc Franciſci Galliæ regis filium, poſtea regem. Idem de abditis rerum cauſis commentatus eſt, in quibus viris eruditione & judicio exquiſito præditis ſeipſum ſuperaſſe fuit viſus. Supra in Fernelio.

Joannes Fichardus Francofordianus, cujus ſunt multa opera & verſiones ſcriptorum quorundam Galeni.

Joannes filius Serapionis, vide infra, Joannes Serapio.

Joannes Franciſcus Branchaleon, Neapolitanus, cujus eſt dialogus de balneorum utilitate. Pariſ. 1536. 8.

Joannes Gorræus Pariſienſis medicus, linguæ utriusque eruditiſſimus, qui convertit in Latinum ſermonem, & expoſuit Hippocratis libros de natura fœtus, & de Genitura. Juſiurandum, de Arte, de Antiqua medicina, de Medico: nec non Galeni libros ſex in prognoſtica Hippocratis. Legimus & ab eo elegantiſſime converſa Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, & annotationibus illuſtrata; 1557 4. Obiit Pariſ. A. 1577.

Joannes Grammaticus Alexandrinus cognomento *Philoponus*, cujus præter multa opera in Philoſophia & Theologia, liber eſt de Pulſibus. Vide tamen quæ notavi Volum. IX. hujus Bibl. p. 368.

Joannes Gravius, Pariſienſis medicus, hujus artis experitiſſimus, quem vicinum, amicum, familiarem ſuum, opem ejus medicam ſæpe expertus laudat Tiraquellus.

Joannes Guinterius, Andernacus, qui & ſe alicubi vocat Janum Antonianum, cujus ſunt multa opera, & verſiones Latinæ Alexandri Tralliani, Pauli Æginetæ, Polybi de diæta ſalubri, & quorundam Galeni ſcriptorum. Obiit Argentorati A. 1574. æt. 87.

Joannes Hasfurtus, Virdungus, cujus eſt nova medicinæ Methodus ex Mathematica curandi morbos ratione, & tractatus de judicandis urinis.

Joannes Horologius, Paduanus, cujus ſunt nonnulla opera. Vixit tempore Eugenii quarti, ante ſeculi decimi quinti medium.

Joannes Jacobus cognomento Manlius de Boſco Alexandrinus, cujus eſt Interpretatio in Antidotarium Meſue, & aliorum, quam Luminare majus vocavit. Venet. 1517.

Joan-

Joannes Jacobi, Gallus, Montiſpeſſulani Cancellarius, cujus Theſaurarium medicinæ habemus, in quo tractat de morbis particularibus.

Joannis iatroſophiſtæ de morbis eorumque curationibus liber capitibus CCLII. diſtinctus, MS. Græce in Bibl. Regia Pariſ. Vide Volum. XII. hujus Bibl. p. 781.

Joannes Itrenſis, qui de peſte ſcripſit.

Joannes de Karthan, aut ut alii appellant, Kethan ſive Ketam Alemannus, qui Faſciculum medicinæ, & alia quædam ſcripſit. Venet. 1495.

Joannes Kueſnerus Trochereus, cujus eſt pharmacopoliterion, Ingolſtad. 1542. 8. & liber de vitanda & profliganda Epidemica contagione, & Tabula curativa.

Joannes Meſue, de quo Joannes Leo Africanus cap. I. cujus libellum de Medicis nonnullis *) Arabibus (brevis enim eſt) locis quibusdam meliorem & illuſtratum hoc loco inſerere juvat. Alius Meſue junior de quo idem Leo cap. XI. Vide ſupra in Joanne Damaſceno.

*) Hottingerus primus Latinam ex Arabico verſionem edidit è Codice Mediceo in Bibliothecario quadripartit. pag. 246. ſeq. Tiguri 1664. 4. De hoc Afro qui ex captivo Muhamedano Chriſtianus nomen Joannis Leonis accepit à Leone X. Pontifice, & A. 1513. iter ſuſcepit in Africam, quam poſtea deſcripſit, Tunetemque migrans Muhamediſmum iterum profeſſus eſt, videndus Nicolaus Antonius T. I. Bibl. Hiſpanæ novæ pag. 548. ſeq. & Paulus Colomeſius in Miſcellaneis hiſtoricis Gallice editis pag. 79. ſeq. (pag. 838. Operum, edit. à me curatæ.)

DE VIRIS QUIBUSDAM ILLUSTRIBUS APUD ARABES, LIBELLUS JOHANNIS LEONIS, AFFRICANI.

CAP. I.

De Meſuach Medico, ſub Calipha Raſchido.

JOANNA, filius *Meſuach*, fuit natione Chaldæus, & fide Chriſtianus Neſtorianorum ſecta; natusque eſt in quadam villa, Ninive propinqua.

qua. Exivit de Patria ſua ad Civitatem *Bagdad*, *) ut inveniret eorum *Patriarcham*, ab eoque volebat fieri Clericus. Cum igitur introiret civitatem prædictam, videbatur ſibi novum inveniſſe Mundum, cum multos Chriſticolas, Muhamedanosque *liberalibus artibus* operam dantes animadverteret; qui tunc decrevit ſtudii gratia ibi conſiſtere. Cognoſcebat enim, vile eſſe in propria morari Patria, ob ſuæ gentis ſimplicitatem. Eoque illic moratus eſt brevi tempore, addiſcens quicquid floruit in Medicina, Philoſophia, & Aſtrologia. Hoc tempore Aaron *Raſid*, Calipha (vigeſimus tertius non nominis, ſed à Pontificum **) principio) Muhamedanus volebat tunc mittere filium ſuum a) in Locum tenentem, atque Legatum ad Chorazanum. Provincia quidem maxima, & civilis eo tempore extitit, plena divitiis, hominibusque ſapientiſſimis, cui filio nomen erat *Ebdullach*, cognomine *Mamon*. Cum autem dictus *Mamon* vellet diſcedere, præcipit ei frater ſuus, ut ſecum duceret homines virtutibus deditos. Tunc *Mamon* vocavit Secretarium ſuum, ut tales homines inquireret, ſtipendiaque eis deſtinaret ſecundum eorum ſufficientiam: adeoque plurimi homines tum in una ſcientia, tum in alia ducti ſunt diverſarum, & regionum & linguarum. *Nam aliqui eorum litteris Græcis ſtudebant; alii Perſicis, nonnulli vero Chaldaicis litteris operam dederant.* Cumque Conſiliarius, ſive Oeconomus ingentem numerum Gentium vidiſſet, dixit Domino ſuo: Domine mi, hæc nunquam gens conveniet ob eorum diverſitatem morum, linguarum, ſcientiarum, & fidei. Si excellentia veſtra unum voluerit hominem, qui hæc omnia adipiſcatur, ego inveniam. *Reſpondit* Mamon, non ſine admiratione: Si hoc erit poſſibile, facito. Tunc œconomus prædictus convocavit hunc *Joannam*, filium Meſuach, ſibi notum, & familiariſſimum, eumque ante *Almamonem* duxit. Quando autem ingreſſus eſt ad Mamonem, ſalutavit eum, tanquam. Virum circumſpectum, prudentem, & ſapientem: de eoque periculum fecit Mamon, atque invenit eum hominem ſcien-

*) De hac Hottingerus p. 297. Analect.

**) h. e. Calipharum. Denotat autem Khaliſa vicarium & ſucceſſorem Muhamedis, adeoque ſummæ dignitatis & auctoritatis eſt apud Muhamedanos appellatio. Vide Herbelotum, pag. 985.

a) Sub hoc Almamone literas potiſſimum floruiſſe, notavit Hottingerus Hiſt. Eccleſ. Sec. 9. pag. 645. 654. & in Analectis p. 348. Euſebius Renaudotus Epiſtola de verſionibus Syriacis & Arabicis Hippocratis, quam dedi lib. 2. hujus Bibl. cap. 24. Claudius Salmaſius præf. ad Arabicam tabulæ Cebetis verſionem, Simon Ockely Præf. ad librum Anglice editum de Syria, Perſia & Ægypto occupatis per Saracenos Lond. 1708. 8. Herbelotus Bibl. Oriental. in voce *Mamon*, &c.

ſcientiarum plenum; & ut dicam, *ſufficientiſſimum;* tunc Mamon hono ravit ipſum, præcepitque, ut ei providerentur neceſſaria pro itinere eo; ſic ſecum ivit ad Chorazanum. Horon autem Raſid, Calipha, hoc novum intelligens, ductum iri juſſit ad ſe filium: *Quomodo Chriſtianum hunc in curia tenes tua, & ſuffers?* Reſpondit Mamon: Pater mi Reverende, *mecum enim eum in Cappellanum non duxi, ſed in artificem, & Excellentia veſtra videt, quod major pars artificum in ſtatu veſtro Chriſtiani ſunt, & Judæi,* textores videlicet, tonſores, ſutores, & hujusmodi. Tunc Raſid tacuit. Poſt mortem vero Raſid, electus fuit filius major natu in Caliphan, cui nomen erat *Elamin*, homo quidem Idiota, & mali regiminis; adeoque populus Bagdad, atque regni Principes ad prædictum legaverunt *Mamonem*, ut veniret ipſe ad Bagdad; dicentes; Frater tuus talem non meretur dignitatem. Tunc *Mamon* receſſit ex Chorazano, magno comitante exercitu, brevique pervenit ad Bagdad; ibique ſex menſibus obſedit; qua obſidione in eam ingreſſus eſt, & Elamin eo impetu interfectus eſt, & tunc *Mamon* deſiderio immortali deſiderabat *intelligere antiquorum ſcientias*, quoniam tunc nulla erat ſcientia Arabice deſcripta; adeoque dictus *Mamon congregavit ingentem numerum Doctorum diverſarum linguarum, & interrogavit Auctorum nomina, atque librorum, quæ ſcripta fuerunt in artibus lingua Græca, Perſica, Chaldæa, atque Ægyptia, adeoque multa eorum nominata ſunt volumina.* Miſit tunc multos ex familiaribus ſuis in *Syriam*, *Armeniam*, atque *Ægyptum*, ut illos emerent libros, de quibus ſarcinas infinitas & tulerunt, & conduxerunt. Tunc ſegregati ſunt boni, & utiles, ſicut in Medicina, in Phyſica, in Aſtronomia, in Muſica, in Coſmographia, & Chronica, deſcripti, & poſuit ſupra traductionem *Linguæ Græcæ* Joannem, filium Meſuah prædictum, quoniam in illo tempore *Chriſticolæ Græcis ſtudebant literis.* Poſuit etiam ſupra traductionem Græcam alios quam plures ſub eodem Joanna, & ſupra *Linguam Perſicam* Mahan, dictumque Meſuah; qui traduxerunt Librum *Galeni* in Medicina; poſt quæ omnia opera Ariſtotelis Arabice traduxerunt, multis etiam aliis magiſtris auxiliantibus. At dictum fuit Mamoni; quare confidis hoc opus *uni Chriſtiano?* Reſpondit Mamon; ſiquidem committo ei gubernationem corporis mei, quo inhabitat Spiritus & anima; quomodo ei non confidam aliquorum ad aliquos verba, in eo maxime, quod neque ad noſtram, neque ad ſuam pertinent fidem? dixit *Geuzi* Hiſtoriographus de civitate Bagdad; quod, cum fuerunt traducti libri, ad eos pertinentes; reſidui, decreto Mamonis, combuſti fuerunt. Dixit etiam

iam *Ibnu Giulgiul* in vita Philoſophorum, quod Mamon erat vir virtutibus plenus, ipſarumque amator. Iſte autem *Joanna* effectus eſt magnæ venerationis Vir, & multi etiam Curiales ei inviderant, ex eo. Denique Mamon eum duxit in carcerem, nonnullorum invidia. Poſt multa facta, centum millibus aureis, brevi eidem Mamoni perſolutis in debitum, liberatus eſt. Cui poſtea dixit Mamon; quomodo tam brevi inveniſti tantam pecuniarum quantitatem? Reſpondit, Domine, ſi me ſecure dicere permiſeris, dicam. Dixit, ſecurus ſis. Reſpondit, neque domos, neque vineas vendidi; ſed hoc totum provenit ex Magiſtratu, qui meo nomine magiſtratum aſſecuti ſunt. Dixit tunc Mamon, ſi ego centum mille aureos à te accepi, ero in cauſa, ut in duplam lucraberis. Mortuus eſt autem Joanna Meſuah, ætatis ſuæ anno octogeſimo, & teſtatus eſt, poſt mortem ſuam corpus ſuum in villa, in qua natus erat, ſepeliri; quod conſecutum eſt. Teſtamentum vero anno ducenteſimo quarto de Elhegira, (hoc eſt, ſecundum a) milleſimum) Maumedanorum; & nota quod *Joanna* nomen eſt Hebræum; Joannes ſcil. dicitur apud Latinos; & Meſuah, qui dicitur *Moſes*, b) ſecundum regulam diminutivorum Chaldæorum.

CAP. II.
De Eſciari Philoſopho.

Iſte *Eſciari* fuit maximus Philoſophus, ſecundum opinionem Ariſtotelis; poſtea effectus eſt Catholicus ſecundum legem, qui non ſolum fuit c) Theologus, verum etiam *Eſciaritarum* opinionis caput, & Princeps: qui à ſuo nomine originem ſumpſerunt; quam opinionem tam *Africani*, quam *Aſiani* retinent, regnis, atque d) regionibus exceptis e) *à Zophi* nomi-

a) Annus Hegiræ 204. reſpondet An. CHriſti non milleſimo nec 826. ſed 819. Abulpharajus autem p. 154. teſtatur Joannem Meſue vixiſſe usque ad tempora Motauacceli, quem pag. 169. refert inauguratum Chalifam poſt annum Hegiræ 231. hoc eſt CHriſti 845.

b) Dubito, inquit Hottingerus, nam Moſen Arabes Muſa appellant. Puto ergo Meſuah eſſe Meſchichojo, ut Chriſtianus ſignificetur. Amant enim Syri ejusmodi agnomina.

c) Abulhaſen AſchArienſis, de quo breviter, his affinia Hottingerus Comp. Theat. Orient. pag. 25. & Herbelotus in voce *Caſchiri* pag. 261. & *Aſchári* pag. 133.

d) Fuit Arabia Sectarum ſemper ferax, tam in Muhammediſmo (qui brevi temporis ſpatio protulit diſtinctas 72.) quam Chriſtianiſmo: vide Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 26. & 40.

e) De Zophitis, vel Sophitis: Vide Analecta Hottingeri P. I. pag. 190.

nominatis & dominatis; ac etiam aliquibus locis *Africæ;* prout inſula *Gerbes;* & quibusdam montibus. Tempore hujus omnes Maumedani inter eos, & ſecundum fidem Maumedanorum, maxime diſcordes fuerunt, videl. *in rebus divinis*, *& in ſcripturis Alcorani.* Adeoque iſte Eſciari, ſeparatus ab una parte, declaravit ſcripturam divinam, divinus, addendo f) *rationes naturales cum argumentis* reſolutis. Confudit etiam omnes alias rationes, apparentes opiniones, & ſectas, eo usque, ut omnes opiniones, ſua excepta, usque nunc hæreticæ vocarentur; quibusdam temporibus exceptis; quibus proſtrata fuit, ob ſchiſmata exſiſtentia in *Ægypto*, & in *Aſia.* Poſtea omnes opiniones depreſſæ ſunt, ſua vero innovata eſt, quæ adhuc floret & ex illa ſecta fuerunt multi *Doctores Theologi*, adeoque talis opinio ſummopere magnificata eſt, & ad hoc venit, quia ſi quis dixerit opinionem *Eſciari* non eſſe veram, *damnabatur ad mortem*, *ſecundum Maumedanos.* Dixit Interpres, quod ſi non eſſet cauſa prolongationis hujus operis, oſtenderet nobis ejus opinionem, eamque nos doceret, licet non intelligeretur, absque aliarum opinionum interpretatione, & à quo provenerit cauſa diverſitatum, differentiarumque in Theologia; *ſed eſſet magni voluminis liber.* Multa opera & commentaria hujus opinionis reperiuntur, quæ etiam *pueris in Scholis leguntur*, cujus Epiſtolæ quædam tum proſa, tum carmine de hac opinione extant compoſitæ, quas etiam *memoriæ mandare* faciunt. *Elatir Alabbari* compoſuit magnum volumen in vita Theologorum hujus opinionis, ſex voluminibus abſolutum. Mortuus eſt autem iſte Eſciari anno tercenteſimo trigeſimo primo de Elhegira, g) in civitate Baſre, Arabiæ felicis, in confinibus Perſiæ.

CAP. III.

De Abulhuſein Eſſophi.

Abulhuſein Eſophi, de Civitate Bagdad, maximus & Philoſophus, & Aſtrologus extitit. Compoſuit enim librum in Theoricam Aſtrologiæ; primusque fuit, *qui ſigna & ſtellas cum planetis pinxerit;* eoque inter Aſtrologos & tenebatur, & dicebatur. (De quo dictum eſt, intellexiſſe magis iſtum cœleſtia, quam *Ptolemeus* terrena;) qui mortuus eſt in civitate Bagdad, An. 383. h) de Elhegira.

CAP.

f) De fundamentis Muhammediſmi ib. 291.
g) An. CHriſti 941.
h) An. CHriſti 993.

CAP. IV.
De Abulhuſen Ibnu Telmid.

Abulhuſen Ibnu Telmid, id eſt, filius Diſcipuli, qui fuit *Chriſtianus*, religione Jacobitarum, natus eſt in civitate Bagdad, cujus Pater ejusdem maximi Pontificis extitit: & hic *Abulhuſen* applicuit animum ſtudiis adeoque tempore brevi floruit in Medicina, & compoſuit librum in ea, ordiens ipſam ſecundum hominis membra à capite ad pedes usque deſcendens, in quo narrat accidentia omnia, atque infirmitates cunctas dictis membris occurrentia: cui titulum impoſuit *Elmalibi*, hoc eſt: Ipſa Realitas; eumque dono dedit Soldano ejus temporis. Ob quam operam ingreſſus eſt in Soldani prædicti familiares, & effectus eſt *Medicus* generalis Curiæ Bagdad. Et ille liber eſt *famoſiſſimus inter gentes ejus Linguæ, credo in Latinum fuiſſe interpretatum.* Et iſte *Ibnu Telmid*, divitias, honores, famam & gloriam acquiſivit. Nunquam enim à pauperibus hominibus pecuniam accepit, neque ab artificibus medicinæ præmium; dicente eo, hanc artem nobiliorem vendere non poſſe denariis. At multo magis receperat Principum, Nobilium, atque Divitum munera: eratque multum gloriæ cupidus, ac ſuperbus: eo maxime, quando æger contra regulam medicinæ operabatur, quam ipſe ordinarat, & nunquam poſtea redibat, neque conſulebat: etiam *ſi Soldanus fuiſſet talis æger.* Eo tempore ægrotavit *Hadod Daula* Soldanus; ſtatim omnes Medici, ut eum viderent, ad curiam acceſſerunt, præſertim *Ibnu Telmid;* quibus omnibus oſtenſa fuit urina, ut videbatur, & nullus eorum cauſam ægrotationis cognovit, neque quæ fuerit infirmitas. Poſtea autem domeſtici dictorum Medicorum ſermonem fecerunt de Poëtis Curiæ, circaque eorum carmina: & de eo, qui in laudem præſentis Soldani ſermonem fecerunt; & quidam Medicus dixit: Talis Poëta bene dixit: Quidam, alius melius ait. Soldanus autem facete reſpondit: Vos alii intelligitis Medicinæ artem; nullus eſt, qui me laudaverit, ſicut ego memetipſum laudavi hodie. Cui quilibet eorum inquit, quonam modo dixerat Majeſtas veſtra? Tunc Arabice reſpondit, dicens:

Hadadu (reliqua verba vitioſe ſatis ſunt ſcripta, alia occaſione examinanda) id eſt, *ſum inſtrumentum Regni, ac tectum ejus, & gladius ſuus acutus Victor fortunæ.* Omnes fatebantur eum eſſe magnum Regem; & elegantem.

Cum-

Cumque foris eſſent dicti Medici, *Ibnu Telmid* ad eum advertens dicebat: *ſi vos non cognoviſtis infirmitatem ejus, ego eam cognoſco.* Dixitque ſubjungens: Victor ſit fortunæ, nec aliud deeſt, niſi ut dicatur, fuiſſe Deum, *) pro eo: quod omnipotens oſtendere vult potentiam ſuam, dicti ejus comparatione. Qua propter dedit ei infirmitatem incognitam, ut non mederetur, neque juvanda juvarent. Vidiſtis enim quomodo dire atque immaniter lamentetur; nec ſi quid aliquid urinæ ejus conſpicitur, neque quid ſignificet, apparet. Et quilibet eorum tacebat: Soldanus autem curabatur, prout urina medicis fuerat. At *Ibnu Telmid* non amplius erat reverſus: Soldanus vero mortuus eſt poſt dies octo ab ejus infirmitate. *Abulhaſen Ibnu Telmid* mortuus eſt anno tercenteſimo octuageſimo quarto de Elhegeria. h)

CAP. V.
De Farabio.

Abunaſra Al-Farabi, qui in Latino dicitur *Farabius*, fuit ex Farab Provincia Aſiæ minoris: natus eſt in civitate Balch, ex nobili genere & progenie. Iſte in principio ſuæ juventutis, devius à ſuis, perrexit ad Bagdad, ibique i) Philoſophiæ operam dedit; adeoque maximus evaſit Philoſophus, & tunc domum ſuam reverſus eſt. Dixit *Ibnu Giulgiul* Chroniſta in Philoſophorum vita; Quod infiniti Aſiæ principes miſerunt pro eo, ut ad Curiam veniret, mercede quoque & ſtipendio, quo homines docti providebantur, potiretur, præſertim homines ſicut ipſe, notiſſimi, & famoſiſſimi. Ille autem renuit ſemper, & eo magis patrimonio ſuo contentabatur. Et dixit prædictus *Ibnu Giulgiul*, quod *Farabius* multum ſpernebat ſeipſum; & quod continue tempore hiemis cum quibusdam ſuper paleam dormiebat; & ſemper viſus eſt contriſtari & lugere: non pro mundi aliquo (i. e. re mundana) at ſolum pro eo, quod inveſtigabat. Solum, quomodo poſſet homo majorem intellectum, ac ſcientiam acquirere; ut valeret mundum agnoſcere, magisque cognitus ſit: dubitans cum illo perfectionem

*) Simile illud de Herode Actor. XII. 23.

h) Anno CHriſti 994.

i) De hoc, Gabriel Sionita de moribus Oriental. p. 16. & Hottingeri Analecta P. I. pag. 308. Sed præcipue Herbelotus p. 337. Traditur Arabice vertiſſe Analytica Ariſtotelis, & libros LXX. compoſuiſſe in ejusdem Rhetorica, teſtatus ſe ea legiſſe ducenties, & tamen iteratam ad huc ejus deſiderare lectionem.

ctionem habere humanam; non poſſe, dicebat. Fuerunt autem ex eo inventi duo Verſus:

Panis hordeaceus, & aqua putei, & habitus lanæ in pace
Meliores ſunt, quam lætitia terminata in pœnitentia.

Mortuus eſt autem *Farabius* ætatis ſuæ anno octuageſimo, de Elhegira vero, anno k) tercenteſimo octuageſimo octavo.

CAP. VI.
De Raſi.

A*bubachar*, & *Raſi* Perſianus, à civitate Rai, l) hic Mercatoris filius fuit, qui cum Patre Bagdad, hoc eſt in civitatem Bagdad profectus eſt: ibique, mortuo Patre, ſtudii cauſa remanſit. Et tandem in Medicina & Philoſophia *ſingulariſſimus* effectus eſt. Poſt hoc profectus eſt ad *Chairum*, ubi per aliquot annos ægrotavit. Cujus famam cum intellexiſſet *Elmanſor*, ſecretarius major Pontificis Cordubæ; qui in omni facultate & ſcientia doctiſſimus erat; vocari juſſit hunc *Raſim*, promittens ei mercedem magnam. Cum autem *Raſis* recepit literas, profectus eſt; & navim in Alexandria ingreſſus, ad Cordubam tandem pervenit. *Elmanſor* vero lætatus eſt, dictumque Raſim magno affecit honore, eique habitationem, poſſeſſionem, ac ſervitores, ac famulos tradidit. Eo tempore *Raſis* famoſum librum compoſuit, quem *Elmanſor* nominavit; Et usque nunc vocatur *Almanſoris* liber. m) Dixit *Ibnu Hayan*, Luſitaniæ Chroniſta, quod Raſis in ſuis cauſſis nimis fortunatus extiterat, adeoque permultas acquiſivit facultates. Quadam autem die, per plateam Cordubæ tranſiens, magnam gentium multitudinem congregatam aſpexit; & hujus rei cauſſam interrogavit: Reſponſum fuit, quod quidam concivis ejus illuc ſpatiabatur, & ſtatim cecidit mortuus. *Raſis* autem ut hominem videret, acceſſit, tunc cum furore præcepit, *ut ſtatim virgultorum manipulus portaretur, quibus ipſe non tantum, verum etiam circumſtantes poſſent ipſum percutere & verbe-*

k) Anno CHriſti 998. Sed Herbelotus mortem Alfarabii refert ad annum Hegiræ 343 CHriſti 954.

l) Supra pag. 46. in *Albubecar.*

m) Etiam librum de Chymia dedicaſſe Almanſori, & mille denarios ab eo præmii loco tuliſſe, ſed cum quæ ſcripſerat, opere exequi & in actum deducere nequiret, verberibus & exilio affectum narrat Ibn Chalicam apud Hottingerum in Analectis p. 296. ſeq.

verberare per omnia corporis membra, præſertim pedis plantas, & tota gens eum deridere cœpit, dicens, quod Raſis inſanivit. Non adhuc præterierat quarta horæ unius pars, quod ille homo ſe movere cœpit; tunc Raſis mulum ejus aſcendit, & domum ſuam perrexit. Populus autem, qui acta cernebat, exclamare cœpit. *Miraculum! Miraculum!* Tale novum, auditum ab *Elmanſore*, fecit vocare *Raſim*: cumque vidiſſet eum *Elmanſor*, dixit; Excellentem Medicum te eſſe novimus, *mortuorum autem vivificatorem te eſſe ignoravimus.* Reſpondit Raſis: Medicum me eſſe fateor, reſurrexiſſe autem mortuos neſcio; quoniam *Deus ſolus eſt*, *qui reſurgere facit è mortuis.* Quod autem per me actum eſt hodie, non inveni in aliquo libro Medicinæ, neque à Magiſtro didici. Sed cum à civitate Bagdad diſceſſi, ut in Ægyptum iremus, viam deſerti fecimus. Cumque nobiſcum aliqui nobiles Arabi veniſſent, quadam die, equitantibus nobis, quidam eorum tanquam mortuus cecidit in terram: alius vero ex iis ſenex ſtatim deſcendit, & accepit plurimos baculos, & ſingulis dedit: & fecerunt ei, ſicut hodie ego huic homini feci in platea; & ille Arabs ſanatus fuit, prout viderunt hodie hunc hominem. Dubitavi, quod infirmitas, quæ Arabi erat, eſſet & huic, adeoque cura mea ob tuam felicitatem illi profuit. Tunc *Elmanſor* gaviſus eſt, & benedixit ei dicens: *Terra*, *quam inhabitas*, *Galienum ei ineſſe in medium*, *dicere valet & poteſt.* Cui Raſis reſpondit: *Experientia magis*, *quam Medicus prodeſt.* Et mortuus eſt Raſis anno quadringenteſimo primo n) in Civitate Cordubæ, ætatis ſuæ circa nonageſimum.

CAP. VII.
De Bachillani Philoſopho, & Theologo.

Natus eſt in Bagdad ex patre ignobili, qui pater fabam elixam ſeu alio modo coctam vendebat, ſecundum ejus regionis morem. At filius ingenue ac tempeſtive Philoſophiæ operam dabat; Theologiæ ac Legibus poſtea vacavit. Adeo ut in judicem civitatis Bagdad electus eſſet, multos compoſuit libros, ſecundum opinionem *Eſciari*, operas ejus excellentiſſimas narrando & declarando, ſed ſunt longi ſermones ad inſtar commenti. Iſte autem *Bachillani* miſſus fuit in Nuncium à Soldano Civitatis Bagdad ad *Imperatorem Conſtantinopolitanum*, o) qui Imperator beni-

n) Anno CHriſti 1010.

o) Conſtantinum Romani junioris filium.

gne & gratioſe eum accepit, eundemque precatus eſt, ut cum *ſuis Theologis diſputaret*, videlicet cum Chriſtianis, ſecundum Græcorum opinionem. Quæ Diſputatio coram Imperatore, Patriarcha, Archiepiſcopis & Epiſcopis cum pompa atque (ut ita dicam) nimis ſuperbe, quadam die habita eſt, & per totum diem diſcuſſa & diſputata; ſed nondum perfecta per ipſius *Bacbillani* ægritudinem, quapropter rediit in patriam ſuam. De qua *Diſputatione narratur in vita Theologorum:* Semperque dum viveret contra Hæreticos, eorundemque fidei Schiſmaticos diſputabat, tum voce, tum Literis, quorum ſcripta adhuc reperiuntur. Dixit interpres, ſe vidiſſe diſputationem ejus, ab aliis operibus ſeparatam, & multarum ejus quæſtionum recordari. Obiit autem *Bacbillani* in Civitate Bagdad, ætatis ſuæ anno nonageſimo quinto, de Elhegira vero anno quadringenteſimo quinto. p)

CAP. VIII.

De Ezarharagui Medico.

E*zaharagui* fuit Medicus *Manſoris*, Cordubæ Conſiliarii, & proximus Raſis, qui compoſuit Librum, ſicut *Canon* Avicennæ in arte Medicinæ, utiliſſimum quidem: quo etiam adhuc Maumedani Medici utuntur. Vixit autem *annos centum & unum*. Qui obiit anno *Belli Cordubæ*, de Elhegira anno quadringenteſimo quarto. q)

CAP. IX.

De Avicenna.

A*bubali Elbuſen*, Ibnu Sina, Elhamadani, in Latino dicitur *Avicenna*. r) Fuit autem *Abubali* cognomen ejus, & *Elbuſen* nomen ejus proprium, & *Sina* nomen proprium fuit Patris. *Errabis* eſt in Arabico vocabulum commune, vel æquivocum; & imprimis ſignificat *ſuperiorem, nobilem,*

p) Anno CHriſti 1014.

q) Anno CHriſti 1013. vide Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hiſpan. p. 247. ſeq.

r) Confer quæ de Avicenna ſupra p. 96. & Hottingerus in Analectis P. I. pag. 295. & Hiſt. Eccleſ. Secul. XI. p. 461. & Herbelotus tum alibi tum p. 812. ſeq. Dicitur *Abu Hali*, quia filius ejus primogenitus Hali, nomen & ipſum inter Medicos celebre, *Alhaſen* eſt proprium Avicennæ nomen. *Eben Hali* appellatur, quia pater ejus Hali dictus fuit. *Eben Sina* denique, quod avi nomen fuit Sina, & pater Avicennæ Hali, patrem habuit qui Sina eſt nuncupatus.

bilem, *ducem*, ac *principem*, & provenit ab hac dictione *Raſe*, quæ in Arabico eſt idem, quod apud nos *Caput*. Avicenna autem vocatus fuit *Rabis*, quia erat nobilis, & honoratus apud Dominos & Populos virtutibus ſuis. Eoque Medicorum maxima Pars, quando eum, in Medicina, aut citare aut advocare volunt, dicunt: *Medicorum Princeps hoc dixit*, *absque alio Aliquo Epitheto*, *& intelligitur de Avicenna dixiſſe:* & quod dicitur inter Latina lambentes, quod *Rex Cordubæ* fuerit, mendacium eſt, quoniam non invenitur inter Scriptores ejus vitæ Latina Lingua. Non enim extendiſſem in hoc ſermonem meum, niſi vidiſſem, quod ſcripſerat Jacobus *de Foro Livio*, qui multa tandem dicens nihil dixit; & tamen ei inerat ratio incognita. In culpa magis eſt, qui Librum Avicennæ in Latinum tranſtulit, & interpretatus eſt: quia conſideravit hanc dictionem *Rabis* nihil aliud, niſi *Principem* ſignificare. Et ille, ut dicam, *miſer*, ac *neſcius Arabicæ Grammaticæ*, *vocabulo communia non intelligebat*, *neque cognoſcebat*. Sed jam ad propoſitum redeamus. Iſte *Avicenna* fuit de Civitate *Hamadan* *) in Perſia natus ex nobili progenie. Cujus pater fuit ex nobilibus dictæ civitatis, ac multarum divitiarum: quapropter pater ejus Scriba indiguit, qui eſſet Geometra; & Mathematicus; eo quod cupiebat filium ſuum has easdem virtutes ac ſcientias addiſcere, ut ad minus ratiocinari; ſin autem, eas intelligere ſciret. Quadam die, in principio ſuæ juventutis, miſit eum ad civitatem Bagdad, ſtudii cauſſa, & Abuhali eam ingreſſus eſt, & dictis virtutibus ſtudens profecit, adeo ut eidem ſcientiæ illæ viles viderentur, poſtquam Philoſophiæ ac Medicinæ operam dedit. Sicque pluribus annis moratus ibi eſt: donec *magni nominis excellentiſſimique Medici atque Philoſophi extitit*. Illo autem tempore accidit, quod Soldanus Jaſochbagh volebat in Locumtenentem, ad Civitatem Avicennæ, nepotem ſuum mittere; dictusque nepos rogabat Soldanum, ut Avicennam ſecum ire ſuaderet, & tandem Avicenna cum ipſo perrexit. Dixit *Ibnu Giulgiul* in vita Philoſophorum, & Medicorum; quod Avicenna fuerit vir acutus ac benignus, ac in ſuis reſponſionibus gratus: haberetque Filium, & doctum, & acuti ingenii, Medicinæ ſectatorem maximum: qui quadam die per plateam tranſiens ex equo deſcendit, & in medio ejusdem plateæ minxit. Omnes vero adſtantes inſaniæ adſcribebant: adeoque nonnulli patris amici hanc ei hiſtoriam narrarunt. At Pater ejus, filium blaſphemavit,

LI 3 dicens:

*) Andreas de Alpago negans Avicennam fuiſſe Hiſpanum, *imo* inquit, *fuit Perſicus ex Civitate dicta Bochora, ſicut in hiſtoria Arabica de vita Philoſophorum & Medicorum Arabum & Græcorum per me ex Arabica lingua in Græcam traducta apparet.*

dicens: *Inverecundus iſte, filius meus non eſt; qui ſi fuiſſet, non deſcendiſſet de equo: ſed ſupra eum minxiſſet.* Numquid vobis tamdiu urinam retinendam eſſe videtur? At omnes tacentes tantum reſponſum mirabantur. Etiam dixit *Ibnu Giulgiul*, quod quodam die acceſſit ad Avicennam mulier quædam dicens: O magnifice! eſt mihi dolor in corpore, & quidam Medicus ordinavit, ut acciperem Medicinam: Precor vos, ut me doceatis aliam, qua ter tantum, nec plus, minusve receſſum expurgem. Reſpondit Avicenna: Si chorda tribus nodis contexta πρωκτῷ fuerit, faciam forte: & omnes adſtantes riſerunt: Illa vero pudore affecta diſceſſit. Quodam etiam alio die Dominus ſuus Abuhali, interrogans eum dixit: Quis levior paſtus eſſet Phaſiani, an Coturnices? Reſpondit Avicenna: Domine mi, jam ſcit veſtra excellentia, quod in articulis *noſtræ Maumedanæ Legis tenemus, Judicem, abſentibus partibus, judicare non poſſe.* Dixit Dominus ejus: Bene vos intelligo, hora cœnæ accedetis, & inventis ibi partibus, quæ certe adfuerint, judicabitis. Reſpondit Avicenna: Dominationi veſtræ primus articulus notus eſt, ſed ignorat Prophetam dicentem: *In domo judicis judicatur.* Tunc Dominus ſuus magnam quantitatem dictarum avium domum dicti Avicennæ miſit. Mane autem, appropinquante eo domui Domini, interrogare incepit Dominus, cujus eſſet ſententiæ? Reſpondit Avicenna: Nunquam vidi ſimiles hoſtes, & adverſarios. Inter ſententiandum enim quilibet illorum interpoſuit ſuas legales rationes ac dilationes ad probandum, eoque ſine expeditione, & ſententia receſſerunt, habito prius termino ad probandum. At ſi Dominatio veſtra voluerit, ſummarie expedientur; & quolibet ſero deſtinabit aves illas per hebdomadam, & citius expediam. Reſpondit Dominus. Videtur mihi, te eſſe judicem tyrannum; alteri enim committere volo. Reſpondit Avicenna, ad pejus ducemini, ſi alteri quam mihi hanc rem commendaveritis: ſed conſulo potius, ut ſibi ipſi, & commendet & committat.

Dixit *Ibnu Giulgiul*, quod Soldanus Civitatis Bagdad intellexit, nepotem ſuum, videlicet Avicennæ Dominum, cum alio fratre ipſius Soldani rebellare à ſe velle: adeoque decreverat ei venenum præbere, & commiſit hoc ſecretum Avicennæ, ut hoc idem exigeret, & perficeret. Quod quidem renuit Avicenna, nec etiam ſuo Domino indicavit, neque ſcelus hoc detexit. Transactis igitur plurimis diebus res decreta eſt per alium, Domino ſuo: adeoque contra Avicennam iratus eſt, & *duxit eum*

in

in carcerem, ibique per duos annos moratus eſt. Et tandem accidit ei fluxus infirmitas, quo fortiter laborabat; ex qua denique infirmitate obiit. Dixit etiam *Ibnu Giulgiul*, quod quadam die major pars nobilium civitatis ingreſſi ſunt, ut Avicennam in carcere viderent, inter loquendum autem dicebant: *O Avicenna, tu etenim omnium Medicorum & nobiliſſimus, & prudentiſſimus, qui in Chorazano reperiatur:* quare invenire non potes ad fluxum remedium aliquod? Tunc fecit afferri vaſculum, in quo pulvis erat: ex quo parum inter digitos accepit, & in catino aquæ pleno impoſuit, & ſtatim congelata eſt in eorum præſentia; & dixit: Vos hanc parvam pulveris quantitatem vidiſtis, quæ tantam aquam congelare fecit. Ex ea enim quaſi unciæ mediam ſumſi, & nihil profuit mihi. Quapropter vos rogo, ut duos tabelliones aut notarios vocetis; quibus meum committam teſtamentum: quoniam de proximo eſt mors mea. Et poſtquam teſtatus eſt, poſt paucos dies in carcere mortuus eſt, ætatis ſuæ anno circa 80. & reliquit filium unum maſculum, & poſſeſſiones, quarum reditus annuus ſex millium ducatorum extiterat. Dixit *Ibnu Chalican*, Chroniſta, quod Avicenna *loco ferri uſus eſt argento, ad ſua mulæ ornatum, ſecundum* morem *) Principum, ejus regionis. Et dictum ei fuit: O magnifice! hic non fuit mos, neque conſuetudo doctorum hominum. Reſpondit Avicenna: Filioli mei, hoc argentum, quo ferri loco utor, & aurum pro clavibus, ſuperbiæ non aſcribatur, ſed his temporibus: vidi hanc artem eſſe mortuam, Medicinam. Volui etenim, ut ei adhibeatur fides, quousque videantur fructus ejus, forſitan reſurget, & ejus ſtudia multiplicabuntur.

Dixit *Ibnu Chatir*, in Chronicis ſuis univerſalibus, quod dictum fuit Avicennæ: O magnifice, non fuit tibi ratio, cum non diceres Soldani voluntatem, adverſus Dominum tuum! Forſitan tale infortunium non accidiſſet. Reſpondit Avicenna: Vos pauperes creditis, quod non cogitaverim terminum, ac rei exitum? Si ego dixiſſem, extitiſſem cauſa diſcordiæ inter duos Principes, ex qua multi homines interfecti eſſent. Vultis enim hujus rei fuiſſe cauſam? Non perſuadet, quod præter rationem accidit. Imo etiam ego ipſe cui magis debeam, ignoro, aut qui me in hunc gradum aſſumpſit, aut qui in eo me ſervavit.

Nomina librorum Avicennæ ſunt: Canon, dictus *Chabir*, in medicina, hoc eſt, *magna regula.*

Canon

Canon s) *Aſſaghir* in Medicina, id eſt Regula parva.

Canticum Præceptorum Medicinalium, quod in carcere ſcripſit filio ſuo.

Alorgioza in Medicina, id eſt, carmina brevia, in quæ Averroës commentatus eſt.

Orgioza; Id eſt, articuli Logices, quos ipſemet commentatus eſt.

Eſtepha in Philoſophia; Hoc eſt *ſatisfactio. Elculliuth*, id eſt, Univerſalia in Philoſophia. *Aliſamth*, id eſt, motus in Metaphyſica.

Taſauuful Falaſifa, id eſt, Philoſophia moralis.

Cantica in unionem animæ cum corpore, &, quod eſt Anima.

Liber venenorum, & eorum compoſitiones, & curæ contra venenum.

Et omnia *ejus opera & volumina ſunt utilia, atque exiſtimata.* Verum multi docti Arabes ajunt, *Avicennam in* a) *medicina fuiſſe luſcum, in Philoſophia autem cæcum;* & ita dixit *Ibnu Chatir.* Et eſt mortuus Avicenna (ut ſupra diximus) anno ætatis ſuæ circa octuageſimum, de Elhegira vero anno b) quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo.

CAP. X.

De Ettabarani.

Ettabarani fuit de provincia Tabarani, quæ pars Choraſani. Hic fuit Medicus Maumedis *Suhao Ihechm*, Regis Ghaznæ, civitatis Aſiæ, Indiæ

s) Vide Herbelotum p. 250. Dividitur *Canon* major in *libros* quinque, libri iterum ſinguli in *Fen* ſive ſummas, Fen iterum in *tractatus* ſive doctrinas, tractatus ſinguli in *capitula*. *Fen* Arabibus vocabulum generale ὕλην ſive *materiam* denotat. Matthæus Sylvaticus: *Fen eſt materia locutionis & eſt communior quam doctrina quod eam continet: & ſumma communior eſt doctrinâ, & doctrina quam Capitulum.* Liber quintus Canonis eſt *Antidotarium.* Poſt Canonem ex Gerardi Cremonenſis verſione ab Andrea Alpago Bellunenſi, Joanne Coſteo & Joanne Paulo Mongio recenſita, ſequitur in Latina editione Venet. 1608. fol. 2. Volum. liber eximius *de viribus Cordis* ex verſione Arnoldi de Villa nova, inde liber *de removendis nocumentis*, & alius *de ſyrupo acetoſo*, Andrea de Alpago, Bellunenſi, Phyſico Damaſceno interprete. *Cantica* in quatuor tributa partes, ex verſione Magiſtri Armegandi Blaſii, de Monteſpeſulano. De Hebraicis verſionibus Bartoloccius T. I. p. 6. ſeq.

*) De hoc more vide Librum Judic. c. 8. v. 21.

a) Confer, quæ Hottingerus Anal. P. I. pag. 295.

b) Anno CHriſti 1050.

Indiæ termino; qui compoſuit librum in Medicina famoſiſſimum, cujus titulus eſt, *Firdius ulhecime*; Quod eſt, *Paradiſus ſapientiæ.* In quo medicinalia, atque herbarum, animalium, ac lapidum proprietates deſcripſit. Dixit *Ibnu Abididunia* in mirabilibus mundi, quod Ettabarani dicebat: Regem Cini dediſſe dono munera Regi Ghaznæ; *inter quæ erat avis, cujus præſentia ſi quid veneni adſtabat, & aderat, ipſa pinguioribus lacbrimis, elatoque, ac forti garritu flebat:* Ex quo magnates Orientis, ejus præſentia, comedere auſi ſunt: ſed rara in terris invenitur avis. Dicit etiam, *quod in eadem provincia quædam vaſa fiunt: quibus ſi imponantur cibi veneno aſperſi, ab extra inſudant vaſa.* Dixit interpres, quod de illis multa vidit, multis etiam in locis Africæ. Mortuus autem Ettabarani in Ghazna, anno c) quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto.

CAP. XI.

De Meſuach, Chriſtiano; id eſt, Meſue.

Meſuach, iſte fuit Chriſtianus, *Jacobitarum* religione, natus in civitate Maridin, ſupra flumen Euphratis, didicit medicinam, atque Philoſophiam in civitate Bagdad, *continuéque Avicennæ Lectionem audivit*, qui compoſuit opera utiliſſima in rebus potabilibus: alium quoque Librum de componendis medicinis, ſyrupis videlicet, unguentis, emplaſtris, & de ſimilibus. Poſtea diſceſſit ab ea regione, & quadam die, poſt multa, pervenit ad *Chairum*, ubi inter familiares Caliphæ connumeratus eſt. Qui Calipha d) Caput Schiſmaticorum Ægyptiorum extitit, & Syriæ, qui ſe vocabat, *Elchacim Chalipha.* Hic etiam *Meſuach* in Chairo multas divitias, pecunias, & honorem acquiſivit. Qui quadam die amicis ſuis publice dixit: *Quas enim poſſideo divitias non ex medicina, quæ in libris ſcribitur, mihi acquiſitæ ſunt; verum ex medicina, quæ ab humano intellectu provenit.* Adeoque ægroti propoſitum & cognitionem ſemper cognoverat. Mortuus autem eſt Meſuach ætatis ſuæ circa nonageſimum, de Elhegira e) vero quadringenteſimo ſexto.

Mm CAP.

c) Anno CHriſti 1081.

d) Hakemum videtur intelligere de quo Hottingerus Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. p. 448.

e) Anno CHriſti 1015.

CAP. XII.

De Gazzali. f)

G*azzali* Philoſophus, Theologus, Legiſta, & denique in omni ſcientia doctus, natus eſt in civitate Thos in Aſia, ex patre divite, & mercatore. Ipſe quidem Gazzali fuit, qui opinionem *Eſciari* inſurrexit, atque erexit. *Nam ante hujus Gazzali tempora multiplicabantur hæretici in Aſia.* Ipſeque Gazzali adeo ſe ſtudiis ſollicite dedit, ut mirabilis ac admiratione dignus evaſerit, & effectus ſit. Hoc tempore accidit, quod Vice-Cancellarius, Conſiliariusque major g) ſtruxerat *mirabile Collegium* in civitate *Bagdad;* in quo ducenta millia ducatorum fere expenderat: idque poſſeſſionibus dotavit, eique illas doti dedit: quarum reditus, & proventus quindecim millia ducatorum extiterat. Poſtquam dictum ſtudium perfecit, *ibi quaſi ſex millibus hominum doctiſſimis* congregatis, in omni facultate & ſcientia ordinavit, ut de qualibet ſcientia & facultate unus legeret. Adeo ut quilibet eorum propter ſcientiam hujus Gazzali eum elegerit. Itaque conſiliarius ſtatim per eum miſit, eique magnum ſtipendium ſolvendum ordinavit & perſolvit. Quo accedente ad Bagdad, Calipha, atque ejusdem civitatis Soldanus, omnes eorum familiares, nobiles, & magiſtratus inobviam ei miſerunt. Itaque deduxit fere univerſum populum ex civitate, & fuit inter alios dies notabilis, *poſt quæ in prædicto Collegio* legere incepit. Dixit *Geuſis* in Chronicis ſuis, quod multi *ex apothecis ſuis educebant filios, ut ejus lectioni incumberent:* Similiter & divites & nobiles fecerunt; quoniam viderant, quo honore & ornatu eum affecerant Principes; multotiesque conſiliarius ipſe ſuis lectionibus aderat, & præſens erat. Sicque per multos annos honore, & gloria affectus permanſit. Poſtea vero *alius vir effectus, & nimis mutatus ab illo Lecturam dimiſit, & omnia quæ in ſtudiis acquiſiverat pauperibus erogavit: indutusque Eremitani habitu ad Mecham perrexit*, ibique aliquot dies commoratus eſt: poſtea deceſſit, & in Syriam perrexit, ſicque poſtea venit ad Cairum, adeoque in Alexandriam acceſſit incognitus, ubi Etartoſim in Theologiam audivit. Noviſſime in civitatem ejus, toties dictam, rediit, ibique mortuus eſt, ætatis ſuæ

f) Vid. Herbelot. p. 362. & Hottingeri Biblioth. Orient. pag. 204.

g) Magnus *Vezir.*

ſuæ anno quinquageſimo quinto, de Elhegira vero anno h) quingenteſimo quinto. Compoſuit autem iſte Gazzali ſecundum *Geuſin* ſexaginta fere volumina, quorum aliqua brevia, alia vero longiſſima, & nonnulla mediocria exiſtunt: Suntque, inter alia: Extenſio Legis tam civilis, quam canonicæ, duobus voluminibus abſoluta. Mediocritas Legis. Breviarium, ſive ſumma totius Legis. Vivificatio, aut Reſurrectio ſcientiarum fidei, Legis, atque Philoſophiæ moralis. Compendium Theologiæ. Comparatio Logices. Excellentius deſiderium, aut ſublime in Metaphyſica. Intentio Philoſophorum: Errores Philoſophorum. Pondus æquum. Concordantiæ inter Philoſophos, & Theologos. Itinerarium rectum domus æternæ. Et hæc ſunt magis in uſu. Sunt etiam alia ejus opera, quæ in uſu non ſunt, etiam apud Arabes.

Dixit *Geuſis*, quod *Gazzali* ſciebat multas alias ſcientias, quas celavit. Dixit etiam in Chronicis ſuis Legum, quod quando diſceſſit *Gazzali* de Bagdad, inventus fuit quidam liber, quem ſcripſerat contra Legiſtas, vituperando aliqua licita in Legibus: pro qua vituperatione perſecutus (perſecutionem paſſus) fuit, & decretum fuit, ut prædictus liber combureretur; & ſic combuſtus fuit per univerſum orbem. Cui libro titulus erat: *Reſurrectio ſcientiarum Legis.* Fuit etiam vituperio affectus propter alium librum, cui titulus erat: *Defenſio juſta;* quo in libro recenſuerat res, ac regiones, quas Judæi atque Chriſticolæ habebant, & poſſidebant, qui non crediderunt in Maumedo. Dixit etiam *Geuſis*, quod *Gazzali* dixerit multa Cantica; quorum aliqua in Amorem, aliqua vero in Philoſophiam moralem. Verum magis famoſa moralis erat, quæ hoc tempore viget, & in hoc carmine incipit.

Ettorchu &c. *Hoc eſt:* Viæ multæ ſunt: verum via ſola eſt, Viatoresque per illam ſunt illi, qui electi ſunt.

Dixit i) *Interpres*, quod memoria tenet multa ejus carmina, quæ ſunt elegantiſſima Arabice. Erit difficile ea recenſere Latina lingua: quoniam neceſſe erit narrare pro quolibet verſu multa humanitatis principia, quæ propter eorum interpretationem poſtpoſuit.

Dixit etiam aliam cantilenam longam, mortis conſolatoriam, cujus ſententia eſt, *quod corpus eſt tanquam cavea Spiritus, & ſicut lætatur avis cum ab ea liberatur: Ita anima juſti lætatur, quando à corpore ſegregatur,* quo-

Mm 2

h) Anno. CHriſti IIII.

i) Ita more Arabum de ſe loquitur non Leo Africanus, ſed qui eum Latine vertit.

quoniam à puriſſimo, & nobili elemento deſcendit, & ad idem revertitur, à quo provenerat, producendo circa hoc multas rationes: quæ cantilena reperta eſt in ſuo ſecreto Oratorio, quo mortuus fuerat, eo die ut ſupra mortuus eſt ibique ſepultus, annis, ut ſupra diximus.

CAP. XIII.
De Thograi. a)

T*hograi* Philoſophus, ac Medicus, Rhetoricus, Alchimiſta, Poëta atque Hiſtoriographus, natus eſt in Civitate Aſpahan in Perſia, & ob ſuas virtutes rogatus fuit à Malich *Maſchud* (Maſudo) Principe Regni Aſiæ, eique datum fuit majus officium Curiæ, cum quo multas pecunias acquiſivit, atque inæſtimabiles divitias. Dicebant multi Hiſtorici, quod modus ipſius fuerit mirabilis, quoniam tempore ſuo fuit ſingularis in divitiis: & non fuit in Curia, neque Principum neque Soldani homo, qui ditior eo eſſet; & hoc non obſtante, *nunquam contentus fuit*, neque de patrimonio ſuo, neque de divitiis acquiſitis, cum omnibus Imperialibus Magiſtratibus. Et in omnibus canticis *in vita ſua recenſitis continue lamentabatur, vituperans tempus*, quod eum injuriaverat, adeoque coactus eo eſt *Alchimiam* addiſcere, in qua compoſuit opus; cui titulus eſt: *Devirginatio Naturæ.* Dixit Geuſis: Quod Dominus ipſius quadam die ingreſſus eſt tentorium Thograi, & invenit eum ſcribentem rerum expeditiones. Princeps vero vidit duos verſus quodam Chirographo, qui erant:

Urido, &c. Id eſt, ad verbum:

Volui largitudine manuum auxiliari mihi, cum ea ſolverem debita, quæ nobilitati debeo: ſi tempus pervertit deſideria mea, & poſtea contentus ſum labore cum redditu. Tunc dixit cum legeret verſus hos: Thograi, unum dicam tibi, & quadam die veritatem noſces. Ego enim Dominus dimidiæ Aſiæ ſum, & tu quaſi ſecundus, nec defecit nobis ulla gratia Dei, & nunquam contentari poſſum; ſic tu idem demonſtras: timeo nobis malum exitum: Quoniam ſi tu volueris altiorem gradum, aut ego; nil aliud erit niſi ut efficiamur Dii. Et ſic non præterierunt ſex menſes, quando Princeps

a) Videatur Eduardus Pocockius in carmen hujus Thograi Oxon. 1661. 8. pag. 4. Appellationem autem טערראיי ſortitus eſt à munere vel peritia ſcribendi טערא, quod implexam & craſſioris ductus ſcripturam notat, quæ Diplomatibus Principum præmitti apud eos ſolet.

ceps rebellavit, contra fratrem ſuum, volens ſe vi facere Soldanum. Quadam autem die venit Soldanus cum magno exercitu, & Principem cepit, & in carcerem duci juſſit civitatis magnæ, & Thograi ſimiliter captus eſt, & ante Soldanum ductus juſſit alligari b) & torqueri: & tandem confeſſus eſt, ſe habuiſſe ducatorum millia infinita, quem Soldanus exuere fecit, & nudum arbori alligare, jubens, præcipiensque puero ſuo, ut ſagittis eum perderet. Cum autem vidiſſet eum accipere ſagittas, ut in eum traheret, hæc duo carmina ad verbum traducta alta voce canere cœpit:

*Dico dirigenti ſagittas, ejus mors inter digitos ſuos illuſtrat, Amore Dei, elonga te à corde meo *) Nam in eo nihil oppoſiti niſi tu.*

Et omnes adſtantes de ejus mirabili & conſtante intellectu vehementer mirabantur, cum taliter publice alligatus mortem expeteret, nec animus quidem ejus deficeret, neque audacia componendi eo tempore verſus careret. Poſtquam à puero transfoſſus obiit, quo mortuo præcepit Soldanus corpus ejus comburi, tanquam infamem hæreticum. *Præſertim cum in articulo mortis orationes non diceret, nec etiam animam ejus Deo commendaret.*

Saphadi autem ponit eum Thograi in ſuo famoſo libro de mille Amorum martyribus. Opera, volumina ejus multa ſunt; verum illa, quæ cognoſcuntur ſunt, quæ ſubſeqvuntur:

Chronica Aſiæ: Chronica Imperatorum Perſiæ: Commentum Reipublicæ Platonis. Devirginatio ſeu defloratio Naturæ in Alchimia. Cantica multa etiam compoſuit, quorum tituli non extant. Verum opera ejus Rhetorica, & Poëtica, ſicque Epiſtolarum libri innumerabiles fuerunt. Carmina autem ſeu Cantica collegit quidam ejus diſcipulus in duobus voluminibus collecta: aliqua in laudes Principum, Dominorumque, alia in Amorem edidit. Nonnulla etiam moralia erant, quorum canticorum unum magis publicum eſt, quod primum *Alcorani caput* in Scholiis inſequitur, quodque pueros propter ſui elegantiam, & docent, & inſtruunt; In eoque multa Amoris ac poëſiæ verſantur; & moralia quidem ac nonnulla utiliſſima præcepta complectitur; cujus principium eſt:

Nobilitas conſilii cuſtodiunt me ab errore, & habitus virtutis ornavit me tempore privationis. Interfectus fuit Thograi anno quingenteſimo quintodecimo de Elhegira c) in campania Marghoe.

b) Cauſam ſupplicii & mortis alii ab excellentia ingenii & virtutum, indeque orta invidia, accerſunt. *) Senſus ſit: cor meum pete, ac feri.

c) Anno Chriſti 1121.

Dixit Interpres, quod illud canticum memoriæ mandavit, quando docebatur in civitate Fes, puerili ætate.

CAP. XIV.

De d) Eſſeriph Eſſachalli.

Eſſeriph Eſſachali, è progenie Maumedis, natus eſt civitate Maſſare in Cicilia, *) nobili quidem progenie & ſtirpe, qui in eo tempore, eaque in Inſula fuit homo ſingularis, & diſertus, tum in Philoſophia & Medicina, cum in Aſtrologia & Coſmographia: adeo ut parem non habuerit, nec forſitan habebit. Fecit quendam librum, cujus titulus erat: Nushat alabſar: hoc eſt, *ſpatiatorium* (ſi dici poteſt) e) *locorum*, quem diviſit in ſeptem partes, ſecundum ſeptem mundi climata; & recenſere incepit de civitatibus exiſtentibus in eo climate, tum antiquis, tum etiam modernis, & de earum ædificatoribus, & de dirutis, earumque cauſas recenſuit: ſic etiam meminit de viis inter unam civitatem & aliam, & de mirabilibus earundem, & de natura & moribus & de animalibus uniuscunque climatis. Poſtquam narravit de omnibus inſulis ab Occidente, usque Orientem exiſtentibus, deinde de montibus excelſis, & de fluminibus memorandis, de lacubus, & de origine, & ortu eorum, de metallorum mineris, & de omnibus, de quibus natura exornatur: quando vero perfecit opus, Rex Rogir in Ciciliam advenit, nunc unam, modo civitatem aliam debellans, adeo quod populus Maſara volens eorum civitatem tradere prædicto Regi, hunc *Eſſeriph* ad eum, in Oratorem legarunt, perfectaque oratione communitatis ſuæ præfatum librum Regi dicatum, dono dedit eidem. Cum autem Rex totius Libri ſummam & ſubjectum intellexiſſet, ſtatim eum in Latinum transferendum dari juſſit, & Rex ejus doctrinam & res, quæ Latine nunquam ſcripta fuerant, admirabatur, & tam ei gratus fuit liber, ut ſuum caſtrum quod ad præſens tenuerat, ei dono dederit; rogansque ut ſtaret in curia Rogir: At *Eſſariph* ſtare noluit, ſed caſtrum prædictum vendidit cuidam Baroni præfati Regis: nec mihi conſtat de pretio, niſi quod millibus millium decatorum; ſicque de Cicilia deſcendit civitatem Mauritaniæ. Dixit *Ibnu Elbuſſein* in Chronicis Ciciliæ, quod dictus Rex ſemper præ manibus ſtudendo

d) Arab. אלשריף excellens, nobilis &c. Epitheton, quod poſteris Muhammedis tribuitur. *) Sicilia.

e) Forte *Oculorum*. Opus diverſum & ſcriptor à ſcriptore Geographiæ Nubienſis. Vide Bibliographiam meam antiquariam pag. 129.

dendo dictum librum tenebat, adeo ut aliqui ei dicerent è ſuis nobilibus: Quare, o Rex, Excellentia veſtra Ptolomæum non videt? Qui etiam ipſe ſcripſit pulchra in hac ſententia. Quibus Rex reſpondit, quod Ptolomæus ſcripſerit de mundi parte; Eſſariph autem de mundo. Mortuus eſt Eſſariph ætatis ſuæ anno . . De Elhegira vero quingenteſimo ſextodecimo, f) in civitate Civitat, & reliquit multos filios, & usque nunc de iis repeperiuntur in civitate Fes & Thunis, & ſemper de illa familia aliqui reperiuntur Medici.

CAP. XV.
De Ibnu Saigh.

I*bnu Saigh*, in civitate Mariæ g) natus eſt: cujus anteceſſores fuerunt Hebræi: qui maximus inter Philoſophos & Medicos erat: quam quidem medicinam didicit ab Ibnu Soharſen, h) Philoſophiam autem à Maslama. Compoſuit librum Epiſtolarum, & alios quam plures, inter quos compoſuit Epiſtolam Cerva, quæ Arabice dicitur *Epiſtola Simonis*, i) quoniam nomen habuit ab eo, qui natus eſt ex luto. Edidit etiam Epiſtolas ad fratres claros in vita k) Philoſophorum, quæ omni ſapientia, ſcientiaque humana plena ſunt. Commentatus eſt etiam librum Euclidis, & quando pater Averrois fuit judex Cordubæ, dictus *Ibnu Saigh*, miſſus fuit in carcerem *propter Hæreſim*. At multi Principes pro eo deprecati ſunt, eoque à Judice liberatus eſt. Dixit *Ibnu Giulgiul*, l) neſcit pater Averois, *filium ſuum eo multo pejorem fore*. Mortuus eſt autem anno quingenteſimo quinquageſimo, m) in civitate Mariæ in Provincia Betticæ. *)

CAP. XVI.
De Ibnu Zohar.

I*bnu Zohar* fuit è nobilibus civitatis Siciliæ n) ubi Medicinæ operam dedit, qua ſervivit *Ibnu Habad*, rebelli, ſimiliterque filio ſuo, donec magi-

f) Anno CHriſti 1122.
g) Confer Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hebr. p. 254. 255.
h) Fortaſſe *Ibnu Zohar* de quo cap. ſeq.
i) Fortaſſe Tinonis, à טין quod lutum notat.
k) Leg. *in via*.
l) Libro de Philoſophorum vitis, quem ſæpe Leo noſter laudat.
m) Anno Hegiræ cui reſpondet Annus CHriſti 1155. *) Bæticæ.
n) Leg. *Sibilia* in Hiſpania. Nic. Antonius T. 2. Bibl. vet. Hiſpanæ, qui de hoc Abenzo-

magiſtratu ſuo ac dignitate privatus eſt. Poſt quos *Joſeph*, *Ibnuttaſphin*, o) Marochi Regis ſervitiis inſtitit, qui patrimonii dives fuit. Erant enim ei villæ, ac caſtra ſuis anteceſſoribus culta. Nunquam præmium ex ſua arte acceperat, neque à pauperibus neque ab artificibus: At Principum Regumque munera non ſpernebat, & ab eis libenter accipiebat. Et multa etiam ſuis inimicis in Eleemoſynam largitus eſt, dicebatque, quod ii, qui eum oderant, ſine ejus culpa oderant, ſed potius invidia affecti. Ego vero arbitror beneficio eos pœnitere, neque cauſam fore, quod peccata ſua, id eſt invidiam relinquent. Mortuus autem eſt *Ibnu Zohar* anno ætatis ſuæ nonageſimo ſecundo, de Elhegira vero quingenteſimo ſexageſimo quarto, p) quem audivit Averrois, & ab eo medicinam didicit, &c.

CAP. XVII.

Ibnu Thofail. q)

Ibnu Thophail ex civitate Siviliæ nobili genere ortus, cujus prædeceſſores venerunt cum exercitu ex Syria, qui oppugnarunt Betticam. Sui etiam ſemper aſtiterunt ſervituti r) *Pontificum*. Poſtquam vero defecit dignitas illa, & titulus, multi in ea provincia rebellaverunt, & pater hujus omni officio, omnibusque bonis ſuis privatus fuit, qua propter filius ejus literis incubuit, adeoque præſtantiſſimus *Philoſophus* effectus eſt, ac *Medicus*; à quo etiam didicerat *Averrois*, & *Rabbi Moiſes* Ægyptius, & multi alii. Omnes Ariſtotelis textus ab eo audiverunt, quem multoties in ſuis commentariis citaverar Averrois. Mortuus eſt autem iſte, qui totius

har videndus pag. 232. ſeq. ubi etiam de libro ejus *Theizir 'dahamodana vahalidabir* h. e. rectificatio medicationis & regiminis, quod opus ex Arabico verſum Hebraice A. C. 1280. à Jacobo Hebræo. Ex Hebraico Latine vertit Magiſter Paravicius Phyſicus Venet. 1496. fol. 1514. 1530. Lugd. 1531. &c.

o) *Teſſephin*, Rodericus appellat cap. 47. 48. Hiſtor. Arabum.

p) Anno CHriſti 1168.

q) Hic eſt Abu Becr Ebn Thophail, cujus ſcriptum ingenioſum & lectu digniſſimum ſub Philoſophi αὐτοδιδάκτου titulo edidit Arabice ac Latine Eduardus Pocockius, Oxon. 1671. 4. recuſum deinde ſæpius & in alias etiam linguas converſum. Vide ſis iterum Nic. Antonii Bibl. veterem Hiſpanam T. 2. p. 252. ſeq.

*) Anno CHriſti 1175.

r) Arab. כליפה vel אמאם quorum illud *regionis*, hæc *religionis* potiſſimum Antiſtitum ſignificatum includit.

totius hæreſiæ cauſa extitit, anno quingenteſimo ſeptuageſimo primo a) in civitate Siviliæ &c.

CAP. XVIII.
De Ibnu Zohar, vel Zor.

Ibnu Zohar, vel *Zor*, qui *Raſis* dicitur, ſupra dicti *Ibnu Zohar* filius, à patre medicinam didicit, & fuit vir doctiſſimus, & præſtantiſſimus in vita ſua, & maximæ ei fuerant divitiæ. Quando autem venit Manſor Pontifex, & Rex Marochi in Betticam, b) ſecum duxit hunc *Raſim* in Medicum, eumque magna afficiebat veneratione, & venerabatur. Dixit *Ibnu Giulgiul*, quod *Ibnu Zor* quando ſeparatus, ac quaſi à ſuis repulſus apud Marochum ceu deſperatus erat, eoque ad ſui propoſitum aliqua carmina ſcripſit. Quadam die ingreſſus *Manſor* ejus domum, invenit dicta carmina, eaque non vidiſſe finxit: ſtatimque cum fortis eſſet, miſit nuncium ad Gubernatorem Siviliæ, ut ei adduceret totam familiam ipſius *Ibnu Zor*. Poſt viginti octo dies fuerunt in Marocho, & *Manſor* dedit eis quandam domum ornatam, fecitque ut *Ibnu Zor* ad eam iret cauſa medendi quamdam infirmam advenam. Cum autem domum ingreſſus fuiſſet, invenit totam familiam ſuam, omnesque ſuos, & vehementer admiratus eſt; & præ gaudio quaſi inſanus effectus eſt. Poſtea cognoſcens Manſorem hoc ordinaſſe, re peracta gratias ei egit immortales, & ita multiplicavit ſtipendium ſuum. Mortuus autem eſt *Ibnu Zor* ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo quarto, de *Elhegira* vero anno quingenteſimo nonageſimo quarto c) in Marocho. Compoſuit etiam multa opera in Medicina. Unum videlicet, *de cura oculorum*: Aliud, cui titulus eſt: *Proviſio peregrini &c.*

CAP. XIX.
De Ibnu El Baitar.

Ibnu El Baitar natus eſt in civitate Malagæ in Bettica d) Philoſophus, & Medicus præſtantiſſimus, herbariusque maximus fuit. Eoque, è patria ſua diſcedens, ad orientem verſus, profectus eſt, perquirens Africam univerſam, atque Aſiam fere totam, cum vero ex India regreſſus

Nn eſſet.

a) Anno Chriſti 1175.
b) Bæticam.
c) Anno CHriſti 1197.
d) Bætica.

eſſet, pervenit ad Chairum, & in ſervitiis *Saladini*, Soldani primi c) ex Chairo, ingreſſus eſt, quem magno affecit honore. At poſt mortem dicti Salahdini præfatus *Ibnu El Baitar* reverſus eſt domum ſuam; & ibi compoſuit præſtantiſſimum librum de *virtutibus herbarum. De venenis & Metallis. De animalibus*, ſecundum ordinem Alphabeti, tribus voluminibus completum. Qui obiit in Maleha d) anno quingenteſimo nonageſimo quarto de Elhegira, &c.

CAP. XX.

De Averroi.

Averrois, nomine proprio vocatus eſt *Muhammed* cognomine *Abulguail*. *Averrois* autem nomen proprium eſt primi hujus domus. *Rectum* Arabice eſt, *Ibnu Rosdin;* quoniam *Ibnu* ſignificat *filium*, & *Rosdin* nomen proprium, ſignificans *rectum*. Inter Arabes quoque doctos vocatur *Ibnu Rosdin el haſidu*, qui latine interpretatur *nepos*, ad differentiam avi ſui, qui ejusdem nominis erat. Iſte autem natus erat in civitate Cordubae, e) & nobili quidem familia: cujus Pater *judex*, & caput extitit *ſacerdotum* totius Provinciæ, & Betticæ, f) & Regni Valentiæ. Ita etiam avus ejus maximus, ac præſtantiſſimus *Legiſta* fuit, & ſecundus Malich, g) & Theologus ſecundum Eſciarim: & quando Populus Cordubæ, rebellis effectus eſt contra partium h) Princeps & caput qui Terram more Principis ac Domini poſſidebat; Avus Averrois Legatus fuit ad Regem Marochi, ut ei terram traderet: qui honore ab ipſo Rege affectus fuit, adeoque gratus, ut quicquid nomine communitatis ſuæ, à Rege petierat, ſumma gratia ei conceſſum fuerit à Rege prædicto. Et ei *duos Magiſtratus* largitus eſt, totius videlicet Regni Cordubæ Judicatum, atque ſacerdotum caput, in patriam ſuam cum honore ornatuque ſummo reverſus

c) Soldanus hic Ægypti qui A. CHriſti 1187. Hieroſolymorum urbem Chriſtianis eripuit, obiitque Anno 1193.

d) Malagæ, Anno CHriſti, 1197.

e) Confer Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hiſpanæ p. 240. ſeq.

f) Bæticæ.

g) Qui unus fuit ex quatuor primariis Juris Muhammedanorum Canonici interpretibus. Nic. Antonius legit *ſecundum Malich*, i. e. Malicho proximus ſcientia, ut mox *ſecundum Eſciarim*, i. e. Eſciari non inferior.

h) Hottingero placet, *patrium principem*.

ſus eſt. Poſt longum vero tempus obiit. Cujus filius in *judicem* & *ſacerdotem* maximum, voce Populi Cordubæ electus eſt, & Rex Marochi eum confirmavit. Hic fuit pater *commentatoris*, i) qui ſimplex *Legiſta* extitit. At ex ſua praxi dati ſunt ei magiſtratus prædicti: qui per multos annos vitam duxit lætam: & poſt hujus mortem itidem filium ejus in ſupradictos Magiſtratus, elegit populus: quoniam hic tum Legiſta, cum Theologus magnus, ac excellentiſſimus fuit, qui ſummam exercuit juſtitiam, &c.

De (ejusdem Averrois) *fortuna & moribus*.

Quoniam autem aliqua de ratione, & patria diximus, ac de parentibus; nunc de vita, fortuna, ejusque moribus dicemus. Dixit *Ibnu Habdul Malich*, Marochi, *Ibnu Habbar*, Betticæ k) hiſtoriographus, quod judex Averrois ex nobilibus, & doctis ortus eſt parentibus. Legis ſcientiam à patre accepit, etiamque ab *Albadi Ibnu Handin*, totumque compendium *Sebuum* cum commento ſui Avi. Sic etiam Moaltam de Melich cum commento *Albagi*; & etiam recepit ſcientiam Alchorani; *artem* ſcilicet *lectura*; ab excellenti, & Magiſtro *Soraib Leſabi*, ab ipſoque audivit omnia opera *Eldeni*, cum commento ipſius *Maſchari*, & *Ibnu Hathie*. Poſtea ſe Theologiæ omnino dedit ſecundum Eſciarim, eamque ſcientiam recepit ab *Ibnu Chalil* Theologo, poſt quæ Phyſicæ operam dedit. Et omnes Ariſtotelis textus, cum quodam commento brevi cujusdam Abubacar Græci, *Ibnu Thophail:* Medicinamque ab *Ibnu Zoar* addidicit; Aſtrologiamque & Mathematicam ab *Ibnu Saigh* doctus, eoque univerſalis effectus eſt. Illo autem tempore mortuus eſt judex Marochi, totiusque Mauritaniæ. Tunc *Calipha*, ſive Rex *Marochi* cum Principibus ſuis elegerunt *Averoim* in magiſtratum, mittentes ad eum, ut veniret ad Marochum: & illo tempore effectus erat judex *Cordubæ*, voce Populi. Tunc *Manſor*, Calipha & Rex utrumque ei conceſſerunt, *judicem* videlicet, & *ſacerdotum Antiſtitem* Betticæ, & Mauritaniæ. Quapropter relicto deſtinatoque Cordubæ vicario ad Maroch tendit: Quo pervento ſtatim in Terris, ac Mauritaniæ partibus judices delegavit: Poſt quæ Cordubam regreſſus eſt.

Dixit *Ibnu El habar*, quod Averois vir perfectus erat circa humanam naturam: quoniam vir prudens, patiens, *liberalis*, *ac pius* extiterat: adeo ut eo tempore, quo judex fuerat, nunquam in criminalibus nec concilium, neque ſententiam protulerit. Sed ad vicarium & dirigebat,

i) Ita dici ſolet Averroës à Vicentio Bellovacenſi & aliis.
k) Bæticæ.

bat, & deſtinabat. *Mirabilis etiam erat in patientia;* quoniam multi nobiles ac *Cordubæ doctiſſimi ei adverſabantur*, adeo ut quodam die, legente eo in Collegio Legiſtarum, ſuper Cathedram venerit quidam ſervus ſui inimici, & in aurem ejus locutus ſit. Tunc Averois mutata facie *ſic, ſic*, reſpondit. Putaverunt autem adhærentes, eum aliquid ex parte Domini ſui nunciaſſe. Poſtea autem die ſequenti ille idem reveſus deprecans veniam petit: & in omnium diſcipulorum præſentia confeſſus eſt, ſe multam ei injuriam dixiſſe, cum in auribus locutus eſt. Cui Reſpondit Averois: *Parcat tibi Deus*, *quoniam* me patientem publicaſti, & de ea mihi parum eſt: Et eidem famulo certam quantitatem pecuniæ tradidit, dicens: *Quod mihi feciſti, alteri ne feceris.* Cui nunquam reſpondit. De liberalitate autem ſua dicebant Chroniſtæ *Ibnu El habar*, & *Ibnu Habdul Malich*, quod Averoi erat qualitas bona tum ex parte Matrimonii, cum ex Magiſtratu, & ſemper debebat alicui ſolvere aliquid: quoniam *pauperibus doctis Eleemoſynam largiebatur*, *ſive amicis*, *ſive inimicis*. Cui ab amicis poſtea dictum fuit: O Abalgualid! quomodo lagiris tuum, inimicis tuis? Reſpondit: Vah, O Miſeri! qui non cognoſcitis, *liberalitatem non eſſe*, *quæ parentibus*, *& amicis dantur:* Quoniam voluntas quædam naturalis eſt. Verum *liberalitas eſt inimicis*, *ac malevolis largiri*: & ſi accidens, quod præ manibus eſt, non ego, nec prædeceſſores mei ex mercatura, nec ex arte, neque armis acquiſivimus, at virtute tantum lucrati ſumus: nonne neceſſe eſt etiam virtute conterere? Reperio etenim me, & *beneficia conquiſiviſſe, & inimicos in amicos vertiſſe.* Dixit *Ibnu El habar*, quod Averoi erat caro pinguis & *parum comedebat*, *continueque in die ſemel*, *ac nocte*. At bonis nutriebatur cibis, & ſemper legens ipſe Legis libros, aut Philoſophiæ majorem noctis partem vigilabat: & quando hæc eum faſtidierant, Poëſeos, aut Hiſtoriæ libros cernebat: Nunquam viſus eſt *vana feciſſe*, *neque ludum aliquem.* Dixit *Ibnu Habdul Malich:* Quando venerat Averois ad Maroch, ut moraretur, ſecum duxerat filios duos mares, & duas fœminas, quorum junior magnus, & humaniſta, & Arithmeticus fuit, Aſtrologus etiam, & Logicus, & multis pollebat virtutibus. Fuit autem humanæ formæ, ac mirabilis virtutis; & multi *Manſoris* affines eum petierant, ut eum *Magiſtratibus*, dignitatibusque decorarent: quibus pater ſe excuſaverat, dicens: Nullos ex familia noſtra in curia aliqua ſervitiis inſiſtentes extitiſſe: Ego autem præter conſuetudinem meorum prædeceſſorum eſſe nec volo, nec opto. Et dicto ejus filio quilibet filiorum Manſoris, & fratres grati erant. Qui ſecum ſæpiſſime equitabant. Et ut conſolaretur

etiam

etiam pater ſuus, continue a dextris magni conſilarii ſpatiabatur tum equitando, tum pedibus deambulando: quæ quidem potius Patri diſplicebant. Dixit Hiſtoriographus, quod Averois erat *homo benignus, cunctis placens, & ſemper ſuis paribus nugabatur;* quas quidem nugas etiam Poëticis auctoritatibus & ſuſtentabat, & comprobabat. Quadam die vero exiſtente cum amicis quibusdam, colloquentibusque ingreſſus eſt filius ejus cum aliquibus ſociis juvenibus: quos cum animadvertiſſet, Averrois protulit duo Carmina, ad verbum ſignificantia: *Rapuerunt pulchritudines ſuæ capreolo pulchritudinem ſuam, donec miratus eſt omnis pulcer in Te. Tibi eſt pectus ſuum, & oculi ejus, & ſtupor ejus, verum cras cornua ſua patri tuo erunt.* Poſt quæ dixit, *maledicta ſit peregrinatio: Quando eram juvenis, aliquando patrem meum puniebam: nunc autem ſenex effectus filium meum punire non poſſum. At DEUM reprecor, ut prius quam ei videam aliquid contra voluntatem meam, eum mori faciat.* Sicque prius quam tranſirent menſes decem, filius ejus mortuus eſt; & major ſolus remanſit, qui Judex opinionis & ſectæ effectus eſt. Et dixit *Ibnu Habdul Malich:* quod quadam die venerat juvenis quidam ex nobilibus Civitatis *& dixit* Averroi: O Domine Judex, da mihi in uxorem filiam Tuam; & quanti eam ponderaveris, itidem aurum tibi tradam. Et Averrois, præſumptionem juvenis admiratus, reſpondit: Fili mi, quid enim ſcis an filia mea ſit turpis, an decora, & pulchra, aut ſi contentus ea fueris? Dixit juvenis, comparationem ejus vidi, fratrem ſcil. ejus. Tunc Averrois reſpondit: Timeo, te eam non cognoviſſe ob impetum tuum: & juvenem puduit vehementer, & receſſit: qui poſtea nunquam rediit; & à Patre nupta eſt cuidam affini Manſoris.

Dixit *Ibnu Elhabar*, quod Averois fuit etiam Legiſta ſecundum a) *Malich*, & Theologus ſecundum *Eſciarim*, hoc eſt, ſecundum opinionem ejus. At ſecundum opinionem vocum imitabatur *Ariſtotelem*, & multi nobiles, ac *Civitatis Cordubæ Doctores, & Viri præſtantes ei invidebant;* prout *Ibnu Zoar* Medicus, & ſui Præceptoris filius; *qui decreverunt eum hæreſis incuſare*, mediantibus eorum filiis & familiaribus ſervitiis ei inſiſtentibus; qui finxerunt eos lectionem audire velle Philoſophiæ, quibus annuit ipſe. Inter *legendum autem ſuam Philoſophalem fidem detexerunt, convocatumque notarium de ejus* opinio-

Nn 3

a) Quatuor erant Antiſtites ex quibus & hic *Malichus*, qui diverſam tradebant rituum & Ceremoniarum, aliarumque Liturgiarum explicationem, dogmatica vero æſtimabantur ex Aſchario &c. Vid. Hottingeri Hiſt. Oriental. Lib. 2. cap. 6.

opinione inſtrumentum confecere, eumque hæreticum appellabant: & quaſi numero centum teſtificati ſunt, eum eſſe hæreticum, idemque inſtrumentum ſubſcripſerunt, & ita ſubſcriptum ad *Manſorem* miſerunt in Maroch; quem cum vidiſſet *Manſor*, contra Averroim iratus eſt, publice dicens: *Hunc noſtræ Legis non eſſe patet.* Quapropter præcepit edictum in Corduba, *ut Averrois, in Judæorum vico cum Judæis commoraretur*, omnemque ejus ſubſtantiam confiſcari fecit, adeoque per multos dies inter Judæos verſatus eſt. *Et quibusdam vicibus eunte eo oratum in Meſchitum, pueri Civitatis lapidibus eum eduxerant, quod ſufferre non valens eo diſceſſit ad Fes*, Civitatem Mauritaniæ, ibique incognitus per aliquot dies moratus eſt, & poſtea cognitus eſt, & Gubernator eum *in carcerem duxit*, & Manſori ſignificavit, quid de eo agendum eſſet. Tunc Manſor *congregavit multos Doctores tum Legiſtas, cum Theologos, quos conſuluit quid iſte merebatur?* Cui plurimi eorum dixerunt, *eum, propter hæreſin, mortem mereri: nonnulli vero reſponderunt*, quod non videbatur honeſtum eum vita privare, & perdere; quoniam ipſe, ut Legiſta & Theologus magis cognoſcebatur: Non enim dicetur per Regiones & Regnum, quod damnatus ſit Hæreticus; *verum, Theologus, Legiſta, dicetur, damnatus eſt: Quapropter non amplius fidem dabunt noſtræ fidei infideles; ſed deviabitur fides noſtra & minuetur.* Dicetur etiam, quod *Doctores Africæ inveniunt, inquiruntque cauſas, quibus alter ab altero mactetur, & alium interficiat.* At juſtior videbitur, ut ipſe juxta portam majoris Meſchitæ ejus opinionem revocet, ob quam ſpernatur; ubi, an ipſum pœniteat, interrogetur: Quod ſi pœnituerit, Excellentia veſtra parcat ei, quoniam nemo ſine crimine vitam ducit. Et hoc conſilium *Manſori* placuit, eumque Averroim in Gubernatoris manus tradidit, ut quod ipſi conſuluerant effectum daret: Eoque *die quadam Veneris ante Orationem è carcere ductus, juxta portam Meſchitæ, in altiori gradu, detecto capite ſtatuerunt:* & quilibet in Meſchitam ingrediens, in faciem Averrois expuebat. Perfecta autem Oratione venerunt Civitatis Doctores cum Notariis, & Judex cum familia ſua, & interrogaverunt eum miſerum, ſi ſuæ hæreſiæ ſe ipſum pœniteret; qui reſpondit, quod ſic. Tum miſer *Averrois* remiſſus diſceſſit, & per aliquot dies ſtetit in Fes, legens Textus Legis. Poſt quæ *Manſor* conceſſit, ut rediret in Cordubam domum ejus. Domum igitur reverſus per multos dies ac per aliquod tempus in maxima parte pauper, & ſine libris, & facultate aliqua: poſt aliquos vero menſes videns *Manſor*, quod Judex, qui poſt Averroim Magiſtratum tenebat, exercebatque, nulla

nulla ei praxis ineſſet, & omnes Terrarum Judices ſe male habebant, de quibus populi ob injuſtitiam lamentabantur: adeoque *Manſor* concilium convocavit generale, & quemlibet vocavit, ſi Averroi reſtituendum Magiſtratum eſſe videretur, quorum major pars conſenſit. *Manſor* igitur ad Averroim in Cordubam nuncium deſtinavit cum chirographo per eundem ſubſcripto, ut ad Maroch ſtatim proficiſceretur; & Magiſtratum ejus, ſicut prius, adminiſtraret; quem *Manſorem* adeptus Averrois cum tota familia ſua è Corduba diſcedens ad Marochum pervenit, ubi ad mortem usque vitam duxit.

Dixit *Ibnu Elhabar*; quod Averrois interrogatus fuit, quomodo ſe habebat tempore ejus perſecutionis? Reſpondit, ſibi gratum fuiſſe, & deſpexiſſe. Cui dixerunt quidam ejus benevoli: Quomodo eſt poſſibile, quod homini eodem tempore duæ ſint qualitates. Dixit: *Lætatus* ſum, quoniam Magiſtratus pondus, & curam reliqueram, & totius populi impedimenta. *Triſtatus* ſum falſis teſtibus ac contra me mendacibus: nec ad Magiſtratum voluntarie redii, ſed donec Populus de rebus mihi injuſte effectis claruerint, veritatemque cognoverint.

Ejusdem opera ſunt: a)

Præſtantiſſimum ac notiſſimum, *Ariſtotelis Commenta:*

Expoſitiones *Reipublicæ Platonis*. Expoſitiones de Anima. Expoſitiones *Articulorum Medicinæ*, quæ Arabice dicuntur *Orgioza*; id eſt, *Cantica brevia Avicennæ*. Defenſiones Philoſophorum contra Gazzalim. *) *Vigiliæ* ſuper errores repertos in Textibus Legis Civilis, tribus voluminibus abſoluta. Plurima enim Cantica edidit Avicenna, quæ *Averrois* declaravit, & ipſe quidem *Averrois* infinita compoſuit, quorum aliqua exemplis & moribus plena: aliqua vero amatoria: ſed tempore ſenectutis ejus omnes combuſſit, & comburi juſſit, & di-

a(De Averrois ſcriptis Latine editis conſulendus præ cæteris Nic Antonius T. 2. Bibl. vet. Hiſpanæ pag. 243. ſeq. Illa non ex Arabico ſed ex verſionibus Hebraicis Latine verſa habemus, ut notavit Rich. Simon in ſupplemento ad Leonem Mutinenſem de ritibus Hebraicis p. 104. De Hebraicis verſionibus accurate venerandus Wolfius Bibl. Hebraicæ p. 18. ſeq. Præclare etiam quædam de Averroë & ejus ſcriptis notavit Jo. Chriſt. Clodius in Diario eruditorum quod Germanice publici juris fecit Lipſiæ Anno 1721. 8. Hiſtorie der Gelehrſamkeit unſerer Zeiten p. 17. ſeq.

*) Titulus eſt: *deſtructio deſtructionis*, contra Gazzalii *deſtructionem philoſophorum*. Latinam verſionem non pro verſione ſed pro deſtructione & corruptione illius operis habendam eſſe notavit Pocockius p. 118. ad portam Moſis.

&dixit; *Hominem ex dictis judicatum fore: ſi autem male locutus ſum, ſtultitiam meam demonſtrare non volo;* & ſi cui placuerit, ſapiens judicabor, & ego me non eſſe cognoſco. De ſuis quidem Carminibus tantum duo reperiuntur ad verbum ſignificantibus: *Inobediens enim fui voluntati meæ juvenis, ac quando tempus cum calvitie ſenectuteque agitavit me; tum parui voluntati meæ. Utinam natus fuiſſem ſenex, & in juventute abſolutus. Reverſio quidem poſitionis eſt.* Poſtremo hic à multis laudatus, à nonnullis vero aliis vituperio affectus eſt. Eoque *Eblebri* ſuis in Comœdiis quoddam Canticum, nomine duorum Collitigantium, compoſuit: qui quandam in ſtatu amoris poſſeſſionem litigabant; alter vero talem quæſtionem abſolvebat, fecit ut Averrois ſolveret. Adverſarius ejus ſcripſit epiſtolam, qua vituperabatur Averrois, eum de hæreſi infamando; & alius ſcripſit aliam, laudando eum de nobilitate, juſtitia & doctrina: quæ quidem Epiſtolæ ſunt longiſſimæ, quarum volumen hoc non eſt capax. Dixit Interpres, ſe vidiſſe dictas Comœdias cum expoſitione *Eſſeriph*, quibus multa elegantia, & gratia ineſt; quæ in uſu non eſt, aut parum apud Arabes doctos. Poſtremo mortuus eſt Averrois in Civitate *Marochi*, & fuit ſepultus extra Portam Coriariorum, tempore Maumedis Manſoris, *Pontificis* ac *Regis*, anno ſexingenteſimo tertio b) de Elhegira. Dixit Interpres ſe vidiſſe ſepulcrum, & Epitaphium ejus.

CAP. VIII.

De Elmuhaied Ettoſi.

Elmuhaied Ettoſi natus eſt in Civitate Tos, Vir nobilis & dives. At quando venit *Holacus*, Tartarorum Imperator, *Tos* expugnata fuit & diruta, & hujus divitiæ eo infortunio perierunt. Tunc Muhaiad modum vivendi docere incepit: eo quod Holacus in magiſtrum ſuum recepit eum: qui Philoſophiam eum docebat; & majora ei commendabat, eumque Oratorem, in Civitatem Bagdad, ad Chalipham deſtinavit: quoniam Holacus Maumedanorum reſidentiam ſciebat ibi eſſe. Et cum perveniſſet ad Bagdad, perrexit ante Chalipham, quem ſprevit, dicens ei: *O Philoſophe, nos alii percipimus, vos Aſiæ eſſe cornutos, quare vos veſtra non attuliſtis?* Reſpondit: Domine, quantocius potero ea mittam. Perfecta igitur audientia, Ettoſi ſtatim ſcripſit Domino ſuo per Nun-

b) Anno CHriſti 1206.

Nuncium, ut cito præpararet ſe, & veniret ſtatim, quoniam ibi non erat, qui eum offenderet. Quod novum intelligens Holacus ſtatim cum Exercitu ſuo cepit iter, & brevi ad Civitatem Bagdad pervenit. Tunc *Ettoſi*, absque licentia Caliphæ, è Bagdad diſceſſit, & poſtquam pervenit ad Caſtra, ſcripſit ad Calipham: *Domine, memineris de meo tam feſtino diſceſſu, quoniam intellexi cornua mea adveniſſe, quibus obviavi. Verum præparate vos, ut cum eis pugnetis.* Poſt quæ, Caſtra venerunt, & aggreſſi ſunt Civitatem per tres menſes fere; & denique Tartari ingreſſi ſunt, & infra octo dies interfecerunt octingenta millia hominum tam ex maſculis, quam ex mulieribus & pueris. At Calipha in Arcem Palatii ingreſſus eſt, quam muniri fecerat. Poſtquam accepto ſalvo conductu ab Holaco ipſe exivit, & ad eum coram acceſſit: quem ſtatim, cum vidiſſet, alligari juſſit cum omnibus familiaribus ſuis, eosque quibusdam hiſpidis cooperuit, & ſic equos deſuper currere fecit, donec omnes inter Equorum ungues conſumpti ſunt. Dixit *Maſendrani* Hiſtoriographus Tartarorum, quod Philoſophorum ſpretus ac deriſus fuit cauſa deſtructionis Civitatis, ſicut illa, atque unius ſtatus, & dignitatis, & dixit: *Aliquas pennas ſufficere magis, quam centum millia equorum armatorum.* Et dixit *Ibnu Fadlilla*, quod *Ettoſi* male, propter hoc, habitus eſt, apud *Maumediſtas* in vita ejus & poſt mortem; qui mortuus eſt in Civitate Samrahand in Aſia, anno ſexingenteſimo ſeptuageſimo nono de Elhegira. c) Sunt autem ejusdem opera: Commentum *intentionis Philoſophorum.* Commentum *Logicæ Raſis.* Commentum *Metaphyſicæ Avicennæ.*

CAP. XXII.
De Ibnu El Chathib.

Ibnu El Chathib Raſi, fuit de Civitate Rai, Vir ſingularis Philoſophiæ ac Theologiæ, & *fuit magnus Prædicator, de quo vivebat*; & in quemcunque locum ingrediebatur, magna ei munera præſtabantur, quorum major pars inter pauperes ab eo diſpenſabatur, pars vero pro ſe, ac ſuis tribus famulis ſervabatur. Quem perſecuti ſunt Theologi Bagdad ob hæreſis infamiam, & detentus eſt in carcere, donec illius Temporis Calipha cum diſputare fecit cum præfatis Theologis: Quadam die omnibus convocatis relictus eſt, & multa ei munera præſtita fuerunt. Poſt quæ receſſit de Bagdad, & pervenit ad Chairum, ibique peraudita maxima Averrois fa-

c) Anno CHriſti 1280.

ma, decrevit eum perquirere, a) eoque in Alexandriam pervenit, ubi de carcere Averrois intellexit, qua de cauſa rediit Bagdadum, ibique ei venenum poto datum à Mathaſila, adverſario Eſciari. Opera ejus ſunt: *Via publica Theologiæ, Judicia Theologiæ, Lampas Theologiæ, Breviarium in Commentum Ariſtotelis, magnum Commentum Chorani, Abbreviatio Metaphyſicæ Avicennæ, cum ſuis commentariis. Solutio mille conſtitutionum in Theologia, Deſiderium in ordine diſputationum, Decretum abſconditum Magiæ, & Cabbalæ.* Omnia autem ejus opera inveniuntur, præter Magiæ volumina. Poſt mortem ejus inventa ſunt quædam ejus carmina, *ſignificantia mundum eſſe æternum, & quod animæ ſunt mortales*, & populus hæc intelligens ſtatim è ſepulchro &c.

[*Deſunt quædam tum in Proſopographia Ibnu-Elchatib Raſi; tum univerſa Ibnu-Banna, Ibnu Hudeil; quædam Ibnu Elchatib tamen adhuc ab interitu vindicata ita habent.*]

Παραλειπόμενα *de Ibnu El Chathib.*

Deinde nepoti, videlicet Regi *Abu Habdilla.* Quando autem rebellis fuit Rex Haſir, frater conſobrinus Regis Abuhabdilla, dictus Rex aufugit ad Fes, & etiam Ibnul Chatib, & prima die, qua ei audientia conceſſa eſt, Ibnul Chatib dixit longum canticum, in ſui Regis qualitate.

Videlicet, quomodo abjectus ſit, & ex regno privatus, ſuppliciterque deprecans in eo Regem Fes, ut ejus miſereatur: adeoque Rex deſtinavit exercitum in Bethicam *) in auxilium Regis Granatæ, ſicque diſceſſit *Ibnu El Chatib* cum familia de Fes; poſtquam mare transgreſſus eſt, omnis Terra ad quam tetenderat, ipſe ſe ipſam ſponte tradebat illi; adeoque in Granatam pervenit, cujus adverſarius aufugit in Caſtiliam. Sicque reverſus eſt *Abu Habdilla* in ſtatum ejus; & miſit ad *Ibnul Chatib*, ut veniret ad Granatam cum familia ejus. *Ibnul Chatib* autem dimiſit familiam Regis, & ipſe remanſit in Fes. Quapropter iratus eſt Rex contra *Ibnul Chatib*, noviſſime autem blandis verbis in Granatam reverſus eſt. Cum vero illuc veniſſet, invenit parvulos ejus, majores effectos: Sicque Magiſtratum minime libenter aſſumpſit; & inimici ejus ſemper eum inſequebantur, incuſantes eum de eo, quod non commiſerat. Rex vero decrevit eum in Carcerem duci, ac bona ejus confiſcari: quod, cum ipſe præſenſiſſet, in theſauros Regis manus impoſuit, accipiens omnia pretioſiora,

a) Si Averrois tempora attigit, qui A. CHriſti 1206. mortuus eſt, non poteſt Ibnu El Chatib interfectus eſſe anno Hegiræ 777. ut infra pag. 292. traditur: nam ille annus reſpondet Anno CHriſti 1375. *) Bæticam.

ſiora, & ad Fes auſugit, ubi maxima ei familiaritas erat, tempore, quo cum Rege extiterat. Poſtea, cum hoc ad aures Regis perveniſſet, ſtatim è carcere quemdam Principem Fes eduxit, qui à Patruo ſuo incarceratus fuerat, & ei magnum deſtinavit exercitum, gratia mittendi exercitum in regnum Fes. At prius pactus fuerat cum eo, quod ſi regno potiretur ſuo, ut in manibus ejus *Ibnul Chatib* tradat. Poſtremo, dictus princeps potitus victoria, interfecit ejus patruum: & poſt paucos dies Rex Granatæ miſit in nuncium Secretarium ejus majorem, ad gratulandum Regi Fes, poſtulandumque *Ibnul Chatib*, & oratione peracta *Ibnul Chatib* captus fuit, & tormentis & cruciatibus fuit traditus, donec quod receperat confeſſus eſt; & quod acceperat reſtituit: quadam autem nocte ſuffocatus fuit. Verum Rex Fes nolebat ut occideretur, adhibendo excuſationes, *quod non debebat mori facere talem virum doctum:* Tunc Rex Granatæ confecit inſtrumentum, à centum viris doctiſſimis ſubſcriptum, teſtificantibus, quod *Ibnul Chatib* fuiſſet hæreticus in fidem, & propter quod mortem merebatur, & quod communitatis theſaurum defraudaſſet. Tunc Rex Fes oſtendit dictum inſtrumentum conſilio doctorum, nec quiſquam fuit, qui eum adjuvare poſſet: & in mane extra portam *Diſſariba* ſepultus fuit: & in mane noctis ſequentis, detumulatus inventus eſt, cujus omnis caro fuerat rubore effecta, ſicque collecta fuerunt oſſa ejus, & è tumulo effoſſa.

Dixit *Ibnu Geuſi*, Chroniſta, quod *Ibnul Chatib*, fuit vir magnæ elegantiæ tum in proſa tum in verſu: *adeoque tempore ejus nunquam neque Cancellarius, neque Secretarius par, aut ſimilis extiterit.* Sed quilibet fatebatur, & ſimpliciter fatetur, eis ineſſe illam gratiam, quæ nec lingua, nec calamo ſcribi poteſt. Propter quod à Pontifice Chairi, atque Curiæ Orientalis titulus ei datus eſt, *lingua fidis;* diciturque quod *Ibnul Chatib* nihil ſcripſerat pro parte Domini ſui, quin effectus fuerat, quod volebat, propter epiſtolarum elegantiam: quoniam erat ei gratia quædam colligandi tum carmina, tum exempla poëtica, aut dictiones Philoſophiæ, ac etiam res ſacras, *quibus & corda, & omnes hominum ſenſus tetigerat.* Opera autem ejus ſunt:

Famoſiſſimus liber in Medicina, cujus Titulus eſt *Elm-Suphi.* In quo medicorum omnia conſilia collegerat, cum eorum argumentis, & rationibus ſecundum omnium opinionem, & noviſſime, quo medici moderni utuntur brevibus verbis exprimit. Flos *Cancellariorum*, Secretariorumque, in quo ſunt omnes ſuæ Epiſtolæ, quas nomine ſuorum Dominorum

Imperatori, Soldano, & Regibus Africæ ſcripſerat. Sic etiam adſunt Epiſtolæ, quas ſuo nomine multis dominis Secretariis, atque ſui ſimilibus conſiliariis detulerat; tribus voluminibus collectum: & parum iſte liber in Bibliothecis magnorum virorum reperitur.

Dixit Interpres, ſe hunc vidiſſe; & ſemper eum præ manibus habebat, & nunquam eum, usque ad ſui è Fes diſceſſum, dimiſerat, atque deſeruerat: eundemque ei commodatum fuiſſe in Tunis, donec ibi moratus fuerat.

Chronica Granatæ, omniumque hominum notabilium doctiſſimorum, & Dominorum, qui ingreſſi fuerant in Granatam, in *duodecim voluminibus*.

Hiſtoria Maumedanorum, verſibus compoſita. *Hiſtoria* Regum, ac Dominorum *Granatæ*. *Textus Theologiæ*, carminibus editi. *Intentio Philoſophorum* ſimiliter. *Phylacteria margaritarum* precioſarum. Recenſebat in ea omnes Poëtas doctiſſimos, Artiſtas atque Legiſtas. Videlicet illos, qui fuerant ejus præceptores; ac etiam illos, qui ſui pares extiterant. Recenſuit etiam omnes diſputationes inter eum, & ipſos exiſtentes, & eorum mores, & carminum, & Epiſtolarum flores. *Sol Februarii.* Opus in vituperium, & laudem civitatum egregiarum, quas ipſe viderat. In principio autem ejus laudat quandam Civitatem, & ejus populum; quod creditur ab omnibus, talem civitatem habere non poſſe tale aliquod vitium; & è converſo. Poſtea vero, cum quibusdam exceptionibus vituperantibus, omnes conſiderat laudes præteritas ſuffeciſſe in excuſatione vitiorum ſubſequentium; ob *quem librum à Dominis & populis malæ opinionis habitus eſt, & inimicatus.* Sed propter ejus doctrinam *& linguam, eum venerari cogebantur.* Et omnia ejus cantica, & carmina *Ibnu Giuſei*, diſcipulus ejus, collegit; & ſuo tempore gloriabantur homines docti totius ſcientiæ habere titulum ac diſciplinæ, diſcipuli ipſius *Ibnul Chatib*: qui ſuffocutus fuit anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo a) de Elhegira in civitate Fes.

CAP. XXIII.

De Ettphtheſeni.

Ettphtheſeni natus eſt in Provincia *Taphthaſan*, in Chorazano, qui fuit nobilis *Philoſophus*, & *Theologus* ſecundum Eſciarim; poſtea aggreſſus eſt

a) Anno CHriſti 1375. Vide tamen quæ notavi ſupra pag. 290.

eſt ſervitutem *Demerlang* conſiliarii majoris, & locum tenens effectus eſt Imperatoris Tartarorum, poſtque Judex exercituum Aſiæ effectus: & quando diſceſſit *Demerlang*, ut iret in Syriam, atque Ægyptum, contra *Barok* Soldanum maximum, reliquit eum in locum tenentem ſtatus Chorazani. Cum autem *Demerlang* fuiſſet in Syria, omnes gubernatores Aſiæ, & principes curiæ de Chrachron decreverunt rebellare contra *Demerlang*; cum quibus erat *Morad Chan*, Filius Ottomanni, Regis *Armeniæ*; & Anatoliæ. At cum ad aures Demerlang deveniſſet tale nomen, ſtatim reliquit aſſumptum contra *Soldanum*, & reverſus eſt in Aſiam, capto itinere per Armeniam & cepit *Morad Chan*, & imponi juſſit *in quandam ferream caveam*; in qua eum ſecum duxit. Poſt quæ pervenit ad Aſiam vindicando ſe contra rebelles; nam aliquos palo deſtinat, aliquos ſuſpendit, & alios trucidat: Et ſic captus fuit *Ettephthefeni*, & in carcerem deductus, ubi per quatuor manſit annos in arce Taphthaſani. Mortuus eſt anno octingenteſimo quinto decimo b) de Elhegira. Opera ejus ſunt:

Commentum ſuper Logica *Ariſtotelis*. Commentum ſuper articulis Haſaphi in *Theologia*. Commentum ſuper Lampades *El Caſuini* in Rhetorica. *Hiſtoria* Dominorum Tartarorum. *Epiſtolæ* imperiales. *Regula rationis* Criminalis, ſecundum ordinem Tartarorum.

CAP. XXIV.

De Abulhaſan.

Abulhaſan, Ibnu Haidor, natus eſt in Civitate *Fes*, qui Philoſophus, Medicus, atque Aſtrologus fuit, qui etiam permultos ſe annos Regibus Fes in ſervitutem tradidit, & Medicus eorundem extitit: multaque opera compoſuit, quorum magis nota ſunt:

Cura Peſtis. Canon, ſive Regula faciendi Horologia per umbram. Epiſtola, qua docetur uſus Aſtrolabii. Articuli Logici, Carminibus editi. Qui mortuus eſt ex peſte anno octingenteſimo decimo octavo c) in Civitate Fes.

b) Anno CHriſti 1412.
c) Anno CHriſti 1415.

CAP. XXV.

Abubahar.

Abu Babar, *Ibnu Chalſon* natus eſt in Civitate Granatæ, qui fuit Philoſophus, Medicus, & Aſtrologus gratia plenus, ac Poëta elegans in Epiſtolis ſuis, adeoque Rex duxit pro eo, promittens ei dona plurima; & ductus *Abubabar*, Regi reſponſum dedit his duobus verſibus ad verbum: *Recepiſti mihi præſumtionem, quod equitarem male. Alteri quam mihi attribuite hoc conſilium. Non es tu Noe, donec ſalvet me arca ſua; nec minus Chriſtus ſum, donec ambulem ſuper aquas.* Cum autem tale reſponſum Rex vidiſſet, multum riſit; & ei pulcra munera dono dedit, & ſcripſit: Si vis venire, bene; eas, & feliciter gradiaris; ſin autem, nolo jubere, te Noe, aut Chriſtum fieri. Mortuus eſt autem *Ibnu Chalſon* anno octingenteſimo vigeſimo octavo d) in Civitate Granatæ.

Explicit de quibusdam Viris Illuſtribus apud Arabes, per Johannem Leonem Africanum.

De quibusdam viris illuſtribus apud Hebræos per joannem Leonem Africanum.

CAP. XXVI.

Iſaac, fil. Erram.

Iſaac, filius fuit Erram Iſraelitæ, Medicus, ac Philoſophus, natus in Civitate *Damaſci*, qui addidicit in Bagdad: qui ſervitutem Zaide, vicarii Africæ, aggreſſus eſt; & iſte conſuluit vicarium, ut deſereret habitationes Civitatis Cairavan. Adeo ut aliud oppidulum ædificaret apud Cairavan, ubi moratus eſt usque ad mortem: quod oppidum nunc eſt dirutum: & prædicto vicario alius medicus *Chriſtianus* erat, & tempore comeſtionis inter ſe differebant, & verſabatur diverſitas in quæſtionibus propoſitis. Poſtea vero ægrotante vicario, quicquid Iſaac ordinaverat, dictus *Chriſticola* vituperabat & deordinaverat: adeoque prædictus *Iſaac* non amplius accedebat ad videndum Dominum ſuum: & interrogatus, quare hoc feciſſet? Reſpondit, *quia diverſitas, ac differentia duorum medicorum ſupra unam perſonam pejor eſt febre tertiana.* Iſte *Iſaac* compoſuit librum de *Cura Venenorum*; quoniam in *Chairavan multi ſerpentes, ac ſcorpiones*

d) Anno CHriſti 1424.

piones reperiuntur; prout etiam nunc videri poteſt. Mortuus eſt autem anno centeſimo octuageſimo tertio de Elhegira, e) in Civitate Cairavan.

CAP. XXVII.

De Emram.

Emram, Filius Iſaac, natus eſt in Civitate *Toleti* Hiſpaniæ, Medicus, Philoſophus, Aſtrologus extitit, & ſuo tempore Rex Hiſpaniæ cepit, atque oppreſſit dictam civitatem, & oportebat eum habere (neceſſe erat ei adeſſe) *ſecretarium Linguæ Arabæ duabus de cauſis*, *tum propter terræ populum*, tum etiam propter ſcripturam litterarum ad Dominos, & vicinos regionis illius; adeoque iſte *Hemram* magnam ejus magiſtratus diligentiam oſtendit. Rex autem cum eum vidiſſet, plurima ei commendavit & confidit. Poſtea accidit, quod Rex deſtinare volebat Oratorem ad Dominum Siviliæ, cauſa recuperandi quædam tributa, eoque delegavit dictum *Hemram*, qui pervenit in Siviliam, &, oratione peracta, dictus Dominus pollicitus eſt ei infra parvum tempus, & brevi, dictum tributum ſolvere. Cumque prædictus Dominus ſolutionem dictam ſolvere diſtuliſſet atque differret, & exigere *Hemram* non poſſet, ſupra dictus *Hemram* magna præſumtione uſus, inhoneſte locutus eſt contra Dominum in conſilio publico; & ſic iratus eſt contra *Hemram*, & juſſit publico conſilio interfici. Cum autem hoc intellexiſſet Rex Hiſpaniæ, decrevit venire in Siviliam, ut Dominum puniret, & pejorem & potiorem pœnam adhiberet. Quod cum præſenſiſſet præfatus Dominus, cucurrit ad *Gebiltar* & ante pedes *Juſeph*, filii Thephin, Regis Marochi, proſtratus, factum Oratoris Judæi accenſuit: qui dictus Rex decrevit ei auxilium præſtare, & cum perſona ſua & ejus poſſe ſubvenire. Eoque cum exercitu ſuo diſceſſit, & in Bethicam *) pervenit Hiſpaniæque occurrit, & obviam dedit, loco qui dicitur Arattuſi, f) & major pars exercitus interfecta eſt. Sicque reverſus eſt Dominus Siviliæ in domum ſuam, & Rex Marochi in Mauritaniam. Fuit autem interfectus dictus *Hemram* anno treceteſimo octuageſimo ſeptimo, g) in Civitate Siviliæ.

CAP.

e) Anno CHriſti 799. *) Bæticam.
f) Aractuſi.
g) Anno CHriſti 997.

CAP. XXVIII.

De Moyſe, Ibnu Maimon.

M*oyſes*, Ibnu Maimon natus eſt in civitate *Cordubæ*, qui fuit Medicus, Philoſophus, Aſtrologus atque Theologus ſecundum *Rabbanim*; (quaſi ſecundum opinionem *Aſciarim*) quas diſciplinas & ſcientias didicit, & audivit ab *Ibnu Thophail*, & ab *Ibnu Saig*, & etiam ab *Averoi*. Cum autem *Ibnu Thophail* ejus diligentiam in ſtudiis perſpexiſſet, eum *Averoi* commendavit, ut in neceſſariis ſubveniret ei, & cauſa manutentionis auxiliaretur, quoniam dictus *Ibnu Thophail* eum in dictis ſcientiis floruiſſe præviderat, prædictumque *Ibnu Thophail* usque ad mortem audivit Moyſes: poſt quam ab Averoi, usque ad tempus diſgraciæ ejus; & quando *Averois* inter Judæos commorari juſſus eſt, & ductus; prædictus *Moſes* aufugit, timens, ne eum præſentare aut revelare cogeretur: eoque, ne de eo interrogaretur, ob ejus amicitiam, maluit diſcedere potius & aufugere cum ſuis in *Elmaria*: Et navim ingreſſus ad *Chairum* profectus eſt; ubi in ſervitutem *Malich El Hadul*, Ægypti Soldani, receptus eſt. Poſtquam ſervitiis *Malich Eſſalch*, & nimio apud eum honore affectus eſt; ibique in Chairo ad mortem usque moratus eſt; & reliquit filium, tanto patri ſimilem in doctrina; qui obiit anno *) ſexingenteſimo quadringenteſimo.

CAP. XXIX.

De Abraham.

A*braham*, Ibnu Sahal ex Civitate *Siviliæ* oriundus, Cordubæque habitator qui fuit *Philoſophus*, *Medicus* & *Aſtrologus*, poſtea ob diſgraciam ſuæ fortunæ amore capitur, & dignitate doctorum poſtpoſita, cœpit edere carmina, cujus verſus elegantiſſimi ac dulciſſimi habentur, tunc & omnes Hebræi eum admonebant, ut non publice traderet talia impudica: Ipſe autem duobus carminibus dedit reſponſum: Thorat vel Legem mei amoris à Moyſe recepi; an prohibetis legem, quam decrevit mihi Moyſes? Moyſes ſit Propheta meus, Moyſes ſit Sacerdos meus ſemper, & Moyſes ſit Vita mea; atque in Moyſe fides mea.

Tunc

*) Anno CHriſti 1242. Ab aliis obitus Maimonidis refertur ad A. C. 1201. vel 1205. vel ut Abulfaragius tradit 1208. Vide Bibl. Hebraicam laudatiſſimi Wolfii noſtri T. I. p. 863. qui de Maimonidis ſcriptis agit ut ſolet diligentiſſime & accuratiſſime.

Tunc Judæi acceſſerunt *Averoim*, qui Judex fuerat Cordubæ, dicentes, quod dictus Abraham corruperat omnes habitatores Cordubæ ſuis canticis; maximeque ſexus utriusque Juvenes. Eoque in nuptiis civitatis niſi ejus cantica minime cantabantur. At Averois contra eum iratus eſt; & ei dictum juſſit, quod ſi ipſe diceret carmina, aut alicui ſcripta dirigeret, ſecundum merita, aut ad arbitrium judicis puniretur. Poſt quod etiam dictum fuit Averoi, Abraham ſicut prius agere, nec ab eo, quod interdictum ei fuerat, deſiſtere. Tunc Averois fidum puerum, inſidiantem Abrahæ, miſit; qui cum ad Averoim rediiſſet, dixit Judici: Per vitam veſtram, quod neminem inveni cum Araham præter natum veſtrum majorem, talia carmina ſcribentem. Tunc dixit inſidiatori Averois; Etiam tu cantica ſua cognoſcis? cui reſpondit: Domine, nullus eſt Cordubæ, neque vir, neque mulier, neque infans, qui memoriæ aliquid hujus cantici non mandaverit. Etiam dixit Averois: Igitur ſola manus orium millia obturare nequit.

Dixit *Ibnu Elbabbar*, quod quodam die venerat Judex Averois in plateam Bibliothecariorum Cordubæ, & in Apothecam cujusdam amici ſui ingreſſus, vidit emi à *quodam homine Choranum unius ducati pretio:* Poſtea venit alius & ſummam petiit carminum Abrahæ, & quanti venderet interrogatus, Bibliothecarius reſpondit, quod vendi minoris, quam decem aureis, non poterat; & prædictus emptor nihil reſpondens, ſed manus crumenæ imponens, decem aureos numeravit, & perſolvit, ac librum accepit & in pace receſſit. Tunc dixit Averois, omnibus adſtantibus: *Scitote, hanc Civitatem mox ruituram, quoniam vidi populum, quæ ad fidem pertinent viluiſſe: atque probibita, atque inhoneſta grata extitiſſe; majoriſque feciſſe. Et ſicut dixerat, ſucceſſit: Non adhuc elapſis quinquaginta annis Chriſticolæ oppugnarunt Cordubam, & multas alias civitates.*

Mortuus eſt autem *Abraham morte ſubitanea* in habitaculo ſuo noctis tempore. Mane quidem mortuus repertus eſt. Dicebatur enim - - - - - - - - - - - - affines ejus ei venenum potui dederant: qui quidem affines verecundia affecti, cum ex nobilibus Judæis Juvenis eſſet, videbant eis Abraham magnam, & contumeliam, & verecundiam intuliſſe; eoque remedium aliud excogitare nequiverant, quoniam *Abraham Principum, ac civitatis nobilium favore* utebatur. Et, ut fertur, veneno potatus eſt anno ſexingenteſimo quadrageſimo tertio, h) in Civitate Cordubæ.

Pp CAP.

h) Anno CHriſti 1245.

CAP. XXX.

De Haron, filio Senton.

Haron, filius Senton, ex nobiliſſimis Judæis Civitatis Fes natus eſt, qui *Medicus*, *Philoſophus* atque *Aſtrologus* extitit. Servitiis Regis *Habdalla* in juventute ſua inſtetit. Cui Regi Conſiliarius erat, qui *Regnum & Regem gubernaverat:* nec valebat Rex aliquid præcipere: adeoque ut dictus *Haron* docuerit eum interficere, dictum conſiliarium. Poſt ejus interfectionem dictus *Haron* in Conſiliarium aſſumtus eſt, & propter multa populo Fes geſta iratus eſt Rex; & dedit eis gubernatorem prædictum Judæum; ita ut per ſeptem annos in magiſtratu moratus ſit. Dictus vero Rex perrexit in caſtra; & cum elongatus fuiſſet, quaſi per centum miliaria, Populus Fes rebellis factus eſt, & *omnes Judæos interfecerunt*, & cum hoc perveniſſet ad Caſtra, omnes duces, & capitanei, & nobiles contra Regem inſurrexerunt, & prædictum *Haron* interfecerunt apud Regem. Et ita Rex reverſus ad Fes, cum per ſex miliaria civitati adeſſet, reſiduum aciei aufugit, & in Fes ingreſſus eſt; & Rex propter podagram aufugere nequivit: adeoque populi Principes cum exercitu advenerunt, & ſupra claudam mulam duxerunt; qui cum terram novam ingreſſus eſſet, jugulatus eſt. Hic ultimus quidem Rex de domo *Banimarim* fuit. Jugulatus autem dictus Rex, & *Haron* anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo i) de Elhegira.

Explicit de viris quibusdam illuſtribus per Johannem Leonem Africanum ex Archetypo deſcriptum, anno Salutis M D XXVII.

Joannes Lonicerus, Germanus, cujus ſunt docta ſcholia in Dioſcoridem & Nicandrum, atque ejusdem Nicandri verſio Latina.

Joannes Manardus, cujus extant epiſtolæ medicinales, & alia opera doctiſſima.

Joannes Marlianus, qui de caliditate corporum, & alia quædam opera edidit.

Joannes duo, Martyr Afer Phryx ſub Antonino Vero: alter qui cum Cyro, & Coſma ac Damiano celebratur inter Medicos anargyros, ſive qui nullo ſoſtro ab ægrotis accepto, gratis eorum morbos curavere.

Joannes Matthæus de Gradi, aut ut alii ſcribunt, de Agradi, Mediolanenſis, cujus

i) Anno CHriſti 1467.

cujus ſunt Commentarii in IX. Almanſoris, & in XXII. Fen. III. Canonis Avicennæ, & Conſilia, & alia quædam.

Joannes Michael Savonarola, Patavinus, cujus ſunt multa & ingentia opera, edita Venet. 1486. fol. Practica major ibid. 1559. fol. Practica Canonica de febribus. 1561. fol.

Joannes Monachus, qui ſcripſit vulgarem introductionem in medicinam.

Joannes Moriſotus, Dolanus, cujus ſunt plurima, artis Medicæ opera, præter alia multa non contemnenda.

Joannes Nomus.

Joannes XXI. Papa (aliis XX.) An. C. 1276. ante dictus Petrus Luſitanus, filius Juliani, qui teſte Martino Polono *generalis Clericus fuit* hoc eſt undiquaque eruditus *& præcipue in medicinis, unde & quædam experimenta ſcripſit ad curas hominum, ac librum compoſuit qui theſaurus pauperum vocatur.*

Joannes de S. Paulo, Gallus, qui de ſimplicibus ſcripſit.

Joannes Petrus Arlunus, cujus eſt Commentarius, Vinumne mixtum, an meracum obnoxiis juncturarum doloribus magis conveniat: Idem ut videtur cum Arluno de quo ſupra.

Joannes Philippus de Lignamine, Meſſanenſis, qui ſcripſit de cibis & eorum qualitatibus.

Joannes Platearius, Salernitanus, cujus Practicam habemus, & librum de Medicamentis ſimplicibus, & Commentarios in Antidotarium Nicolai.

Joannes Pollens, cujus quasdam Galeni habemus verſiones Latinas.

Joannis Priſdianenſis ſive Priſdianorum Epiſcopi excerpta ex antiquis Medicis collecta memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 525.

Joannes Quintianus, Italus, qui nonnulla Galeni ſcripta de diebus Criticis redarguit.

Joannes Ruellius, Sueſſionenſis, medicus Pariſienſis, cujus præter verſionem Hippiatricorum & Dioſcoridis imprimis laudatam, & alia plurima, ſunt libri de natura ſtirpium, quibus Tiraquello judice à ſexcentis annis nullum opus doctius, nullum utilius editum eſt.

Joannes de Rupeſciſſa qui Lullii imitatione ſcripſit librum de Quinta Eſſentia, clarus circa A. C. 1375. Vide Conringium de Medicina Hermetica p. 417. ſeq.

Ioannes Serapio, aut ut alii vocant *filius Serapionis* Medicus Arabs circa A. C.

 1070.

1070. multis ſæculis vixit poſt *Serapionem* Medicum Alexandrinum Herophili diſcipulum, præcipuum auctorem ſectæ Empiricæ, utpote qui primus omnium, teſte Celſo in præf. nihil hanc rationalem diſciplinam ad Medicinam pertinere profeſſus, in uſu & experimentis totam poſuit. De illo infra, in Serapione. Arabis autem illius quem ad octavum ſæculum perperam referunt alii, plura ſcripta Latine verſa habemus, ut breviarium ſex tractatuum & de ſimplicibus medicinis, itemque alia.

Joannes Sermoneta, cujus ſunt Quæſtiones in Aphoriſmos Hippocratis, & in Paruam artem Galeni.

Joannes Sinapius, de quo apud Gyraldum lib. I. De poetis ſui temporis.

Joannes Tagautius, Ambianus, Pariſienſis medicus, cujus ſunt libri ſex de Chirurgica inſtitutione, ad Franciſcum Gallorum regem, in quorum epiſtola liminari ad ipſum Regem, honorificam Tiraquelli mentionem facit, qui ait eum maximo omnium Pariſienſium deſiderio, nec minore Reipublicæ detrimento obiiſſe.

Joannes Tornamiranus, Gallus, cujus ſunt Commentarii in IX. Almanſoris, & alia quædam.

Joannes de Tuſignano.

Joannes Vaſſeus, Meldenſis, medicus Pariſienſis, qui multos libros Galeni non infeliciter vertit Latine.

Joannes, aut ut alii appellant, Joannetinus de Vigo, Genuenſis, cujus Practicam chirurgiæ, & alia quædam habemus.

Joannes Vochs, Colonienſis, cujus eſt libellus de omni peſtilentia, & diuturna peſte morbi Gallici.

Joannes Urſinus, qui verſibus elegiacis ſcripſit proſopopœiam animalium, nec non de peſte, & alia.

Joannes Zacharias ſive Zachariæ F. ſcriptor Græcus medicinæ, notior *Actuarii* nomine, de quo dixi Vol. XII. p. 635. ſq.

Joannes, quisquis eſt, ſimpliciter citatus Serapioni in Antidotis, cap. XVIII. & Aetio Tetrab. IV. Serm. I. cap. XXXIII. in Græco exemplari, ubi deſcribitur χεῖσμα πρὸς λευκὰς Ἰωάννε, ſed interpretes eum locum omiſerunt, exemplar forte mutilum nacti.

Joannetinus de Vigo, vide ſupra, Joannes.

Joannitius, Medicus Arabs, ſæculo decimo clarus, cujus eſt *Introductio in Parvam artem Galeni*, & liber *de Theriaca*, ex quo illum citat Raſis in

in lib. I. Continentis c. I. & alibi ſæpe: & liber *de Electionibus*, ex quo eum lautat idem Raſis ejusdem lib. c. II. & c. VI. Et liber *Antidotorum*, qui allegatur ab eodem lib. cap. IX. Et *ex libro Stomachi*, eod. cap. IX. & lib. V. cap. I. Et liber *de Memoria*, ex quo citat eum idem Raſis ejusdem operis lib. II. cap. item II. Et ex libro *de* Memoria, ex quo aliquid affert Raſis ejusdem operis lib. II. cap. item II. Et ex libro *de oculis*, idem in eodem, cap. Et ex *Badmo*, ſive *Antidotario*, idem ejusdem lib. IV. c. I. Et ex libro *de Balnea*, lib. IV. c. I. Et ex libro *de Regimine cibariorum*, lib. V. c. I. Et ex libro *de Minutione*, eidem lib. VI. c. I. Et liber *de Quæſtionibus*, eidem lib. IX. c. IV. & lib. X. c. I. Et liber *de Regimine convaleſcentium*, eodem c. IV. lib. VI. Et ex libro *de Lapide*, eidem lib. X. Vide & in Humain, & in Marco Toletano.

Apud Lambecium T. I. p. 151. memoratur ἰατροσόφιον ΙΩΑΝΝΙΚΙΟΥ Ἱερομονάχου τοῦ καὶ ἐπίκλην ΚΑΡΤΑΝΟΥ καὶ πρωτοσυγγέλλου γενομένου τῆς τῶν Κερκυραίων νήσου συναχθὲν καὶ ἐκλεχθὲν ἀπὸ τῶν τριῶν ἰατρῶν Ἱπποκράτους, Γαληνοῦ καὶ Μελετίου.

Job, ſive *Job* citatus à Raſi in Continenti.

Jocus Medicus, à Tiraquello nominatur ſed legendum *Iccus* Tarentinus, ex Stephano, de urbibus, in voce Τάρας, ubi teſtatur eum floruiſſe Olympiade LXXVII. Vide ſupra in Icco.

Jodocus Vuillichius, Reſellianus, cujus eſt Commentarius Anatomicus, præter alia multa opera in Theologia, Philoſophia, Dialectica & Arithmetica.

Jobacbi, Raſi lib. V. c. I. Ἰώαχος Μαρτυροπολίτης apud Galen. T. 4. pag. 459.

Jolas, ſive *Jolaus* Bithynus, qui de herbis ſcripſit, teſte Dioſcoride in præfatione, & Epiphanio Cyprio lib. adverſus hæreſes I. poſt princip.

Jolas, ſive ille, (ut videtur) ſive alius ſimpliciter citatus Cornelio Celſo lib. V. c. XXII. & Plinio lib. XX. c. XVII. & Galeno in lib. I. Antidotorum. De alio vetus lapis Neapolitanus apud Gruterum p. DCXXXIV. 2. *Cn. Helvius Cn. L. Jolla, Medicus Ocularius.*

Joleus, Toleti civis circa A. C. 1259. cujus liber de virtute plurium herbarum & plantarum Arabice MS. fuit in Bibl. Eſcorialenſi.

Jonicus Sardenſis Medicus, Medici celebris fil. diſcipulus Zenonis Cyprii. In

hujus Jonici laudem multa Eunapius, qui Oribaſium ejus admiratorem fuiſſe memorat.

Jordanus citatus in Tacuinis Elluchaſem.

Joſeph Patriarcha, à quo artem balſamandi corpora defunctorum in Ægyptum illatam contendit V.C. Henr. Jacobus von Bashuyſen, laudans Tobiæ Andreæ bilancem balſamationis Clauderianæ & Bilſianæ 12.

Joſephus Judæus, à quo Medicinam ſæpe accepit Baſilius Magnus teſte Humberto apud Baronium ad calcem T. XI. Annalium pag. 798.

Joſephus Grunbekius, ſive Gruenpeckius, Germanus, cujus eſt liber de mentulagra, ſive morbo regio.

Joſephus Struthius, qui libros vertit de Aſtrologia Galeno adſcriptos, & Prognoſtica de infirmorum decubitu.

Joſephus Teſtandrus, Cracovienſis, qui tranſtulit librum Galeni adverſus Eraſiſtratum.

Joſue, Raſi lib. 11. Continentis cap. 1.

Joſua Ibn-Veibeſch cognomento שלוקי de natura ſimplicium. MS. teſte Hottingero pag. 40. ſmegmantis Oriental.

Iphicianus, ἰφικιανὸς Quinti, præceptoris Galeni diſcipulus, apud Galenum lib. VII. de compoſitione Medicamentorum κτ̀ γένη. Vide & T. IV. edit. Baſil. p. 370. & T. V. p. 407. 665. Vitioſe interdum ſcribitur *Ephicianus*, vel *Ficianus*.

Iranus, laudatur à Meſue in medicinis ſolutivis.

Iras, Galeno citatus in compoſitionibus Medicamentorum ſecundum locos, videtur eſſe Eras ſive Heras, de quo ſupra.

Irenæus Braſavolus, apud Lilium Gyraldum lib. 11. De poetis ſui temporis.

Irini Romani experimenta laudata Galeno ſive Garioponto, in libro de medicinis expertis.

Iſaac Ben Sullaimon ſive *Zalaime*, Judæus qui Murciæ vixit circa A. C. 1194. citatus Joanni Serapioni. Hic eſt de quo eruditiſſ. Wolfius noſter T. I. Bibl. Hebraicæ n. 1188. p. 655.

Iſaac filius Erram de quo Joannes Leo Africanus c. 26. ſupra in Joanne.

Iſaac Heben Amaran, ſive *Amran*, ſive *Maran* citatus Meſue & Serapioni, vide Yſaac.

Iſaac Iſraelita, Meſue in ægritudinibus gutturis, quem & ſimpliciter Iſraelitam citat, ut dicam poſtea, niſi alius ſit.

Iſaac

Iſaac filius Solomonis, dictus *Beimiram*, qui de ſebribus, urinis, diætis, ſtomacho tractatus compoſuit. Ita citatur ab Serapione & Meſue. Hic eſt *Iſaacus* Iſraëlita ſive Judæus cujus theſaurus ſanitatis ſive de victus ſalubris ratione, diætis univerſalibus & particularibus libri duo ex Arabico verſi Latine Baſil. 1570. & Antwerpiæ prodiere 1607. 8. *Joanne Poſthio* interprete. In illis frequenter laudantur Ariſtoteles, Dioſcorides, Galenus, Rufus: Per antiqvum Athenienſem vero p. 135. Mneſitheum ex Galeno licet intelligere, ſicut Mneſithei nomen p. 151. 175. 176. reſtituendum eſt pro Mithiſeo Athenienſi. Citatur & Celſus p. 388. & Euryphon p. 206. ubi vitioſe excuſum Euriſphorides. Ariſtotelis liber de anima p. 85. & de naturis animalium p. 209. 512. Galeni liber de complexionibus pag. 247. Hermes p. 262. Paulus (Ægineta) pag. 186. Pythagoricorum ſententia de quinque rationibus quibus videantur tritici æſtimanda bonitas, laudatur pag. 348. De aliis hujus Iſaaci ſcriptis vide laudati Wolfii T. I. Bibl. Hebraicæ p. 656. ſq.

Iſaac ſimpliciter citatus eidem Meſue ſive unus ex illis, ſive alius.

Iſacius filius Chunein, qui Græce ſcripſit in medicina.

Iſidorus Antiochenus Galeno in compoſitionibus Medicamentorum κτ̀ γένη lib. VI. T. 2. pag. 396. Citat & p. 301. & 388. ubi γνώριμον ſuum vocat ſive diſcipulum.

Iſidorus Hiſpalenſis, medicis à Tiraquello annumeratur propter ea quæ de rerum proprietate ſcripſit, & multa alia ad medicinam pertinentia, præſertim in libris XI. XII. XVI. & XVII. Etymologiarum.

Iſidorus Memphites, citatus Aetio Tetrab. II. Sermone III. c. CX.

Iſis Ægypti Regina, à qua & Hermete ſive Mercurio volunt Medicinam apud Ægyptios primum inventam eſſe. Quod & ſcriptum reliquit Diodorus Siculus lib. Bibliotheces I. ubi & ipſe tradit, Orum Iſidis filium, medicinam à matre edoctum, multum hominibus tum oraculis, tum medelis attuliſſe utilitatis. Iſidem autem, ſive hæc fuit, edocta à Thoyto, ſeu Hermete, ſive alius, aut mas, aut fœmina, citat Galenus in libris de compoſitione pharmacorum, & lib. V. Methodi. Eſt & Iſis medicamenti nomen apud Galen. T. II. pag. 333. 334. ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ p. 338. Atque Iſis emplaſtrum atræ bili accommodatum, ab ea, ut veriſimile eſt inventum & nuncupatum, apud Galenum, lib. VI. Methodi, ad fin. & lib. II. artis Curativæ ad Glauconem, & Aetium Tetrab. lib. III. Serm. quarto,

to, cap. quadrageſimo primo, & Tetrabibli. IV. Sermone ſecundo, cap. LIII. & LVI. & Sermone tertio, cap. duodecimo, non ſemel, & Paulum Aeginetam, lib. IV. cap. XLV. & XLVIII. & lib. VII. cap. XVII.

Iſmahelita, Serapioni Simplicium c. CCXLIV.

Iſocbryſes. Vetus inſcriptio Tergeſte reperta apud Reineſium claſſe XI. p. 606. *C. Alſius L.L. Iſocryſas, Medicus: L. Alſius Iſocryſi F. Eudemus ſibi & Patri & Alſiæ L.L. Atticæ uxori, ſibi & ſuis. Bonus homo & tu.* Mentio Iſochryſi, dubito an ejusdem, apud Galenum T. 2. p. 218.

Iſraelita Alcanzi Meſue laudatus, vide Alcanci.

Iſraelita ſimpliciter eidem citatus, ſive ille, ſive Iſaac Iſraelita, de quo ſupra, ſive alius, ſive Muſagnuchil Iſraelita, de quo ſuo loco.

Iſrael etiam ſimpliciter citatus Serapioni Antidotorum c. XXXIII.

Italmyrius, infra in *Megas.*

Juaim.

J*uba* Rex utriusque Mauritaniæ, qui inter cætera ipſius præclara literarum monumenta ſæpe à Plinio & aliis citata, *de Euphorbio herba* volumen ſcripſit, ut tradit idem Plin. lib. XXV. c. VII. & Galen. lib. IX. Pharmacorum κτ̃ γένη, cap. IV. Dioſcorides autem lib. III. ubi de Euphorbio loquitur, dicit, Inventionem ejus Jubæ Regi Libyæ referimus acceptam, qui eam herbam ita appellavit ſui medici nomine, ut ſcribit Plin. illo eodem loco ſupra citato. Parvum librum περὶ ὀπȣ̃ de opio ſive papaveris ſucco laudat Galenus T. II. pag. 297. De cæteris Jubæ hujus Regis doctiſſimi ſcriptis accurata clariſſimi Sevini diſſertatio inſerta memoriis ſive commentariis Academiæ Inſcriptionum Regiæ Pariſ. Gallice editis T. VI. p. 144. ſeq.

Jubadicus, ſive *Jubaducus*, Raſi libr. III. Continentis, cap. IV. & cap. VI.

Sempronius Jucundus, infra in Sempronio.

Judæus ſimpliciter citatus, quisquis is fuit, Cornelio Celſo lib. V. c. XIX. & XXII. & Aetio Tetrab. IV. Serm. III. c. XIV. & Meſue in Antidotis, Joanni Serapioni Simplicium c. XCV. & CVII. & CCCLXI. & Raſi lib. I. Continentis c. I. & alibi ſæpe, & in Tacuinis Elluchaſem, vide Abraham Judæus.

Julianitus, aut ut alii appellant, Julianita Bononienſis, cujus ſunt tres libri de re medica.

Julia-

Julianus Diaconus, ab Aëtio citatus Tetrab. III. Ser. III. c. XII. ubi dicit illum fuiſſe ſuum æqualem ac contemporaneum.

Julianus antiquior citatus Galeno in lib. Medicamentor. κ͂ γένη, T. II. p. 343. & Paulo Aeginetæ lib. VII. c. V. Adverſus quem ſcripſit ipſe Galenus, quod calumniaretur Aphoriſmos Hippocratis. Dicitque idem Galenus in Methodo, lib. I. illum fuiſſe ſectæ *Theſſalicæ*, & diſcipulum *Apollonii* Cyprii, de quo ſupra. Sed & in eodem opere lib. I. tradit eum fuiſſe ſuum contemporaneum, eumque Alexandriæ conveniſſe. Confer lib. IV. hujus Bibl. c. 17. p. 578. Ab hoc ut opinor, dictum eſt Julianium Oxymeli Alexandro Tralliano libro undecimo, quo de podagra tractat.

Julianus Martianus Rota, qui libros de Antidotis Galeni, & alios multos Latinitate donavit.

Ti. Claudius Julianus. Vetus inſcriptio Romæ in via Nomentana prope S. Agnetis ædem, apud Reineſium Claſſe XI. 7. p. 611. & Sponium p. 145. Miſc. *D. M. Ti: Claudius Julianus* Medicus *Clinicus Coh. IIII. Pr. fecit vivos ſibi & Tulliæ Epigonæ Conjugi, Libertis Libertabusque Claudiis poſterisque eorum H. M. H. N. S.*

Julius Alexandrinus, Tridentinus, qui in Latine vertit librum Galeni adverſus Lycum.

Julius Baſſus cujus meminit Dioſcorides in præfatione, Scribonius Largus, c. CXXI. & Plinius lib. XX. in cujus lib. indice dicit illum licet Romanum, Græce tamen in medicina ſcripſiſſe, & Marcellus Medicamentorum c. XXIX.

Julius Cæſar Scaliger, cujus habemus Commentarios doctiſſimos in Ariſtotelis hiſtoriam animalium & de plantis, nec non in librum Hippocratis de Somniis. Et ingenioſiſſimas in Cardanum exercitationes. Diem obiit natus annos LXXV. Aginni in Nitiobrigibus XII. Kal. Nov. A. C. 1563. relictis de quindecim liberis, ſeptem ſuperſtitibus, & in his phœnice eruditorum Joſepho. Julii Patris vitam conſignavit Jo. Neander, Bremanus ſyntagmate de laudibus ac origine Medicinæ p. 168--179.

D. M. *T. Julio Roſiano Apollinari* Medico *Areſcon & Calliſtus Lib. Patrono B.* M. *F.* Vetus inſcriptio Romæ trans Tiberim, Gruter. p. DCXXXIV. 3. Fulv. Urſinus p. 100.

Julius Secundus, apud Galenum lib. VII. Medicamentorum κ͂ γένη.

Julius ſimpliciter memoratus Alexandro Tralliano, lib. v. à quo Julea, quæ vulgo vocantur à Pharmacopolis, vocata videri vult.

Julius alius, de quo ſupra, Cajus Julius.

Junaducus, ſive *Juvanducus*, (utrumque enim reperio) apud Raſim lib. v. Continentis, c. I.

Junius Criſpus, Marcello Medicamentorum, c. XXIII.

Junius Paulus Craſſus, Patavinus, qui in Latinum vertit libros Theophili Protoſpatharii, de fabrica humani corporis, & Oribaſii de muſculorum diſſectione, & Galeni quædam opera.

Juſtinus Imperator, à quo antidotum Juſtinum, memoratum Nicolao & Quiritio Dertonenſi ſive Terthonenſi.

Juſtinus alius, antiquior, Aetio citatus Tetrab. III. Ser. III. c. XII. & Sorano qui in Iſagoge c. 7. potionem Juſtini memorat.

Juſtus cui Galenus inſcripſit librum de partibus artis Medicæ T. 2. edit. Pariſ. p. 282. Vide & T. 10. p. 500. 503.

Juſtus, cujus Hieram & alia celebrant Aetius, Paulus Aegineta, Oribaſius VIII. 47. & Marcellus Burdegalenſis.

J*uſtus* alter, ut opinor, Ocularius medicus ætate Galeni ab eo memoratus in Commentario de morbis curandis, T. 3. edit. Baſil. p. 405. & à Paulo Aegineta lib. VI. c. XX.

J*uſtus* de quo Sidonius Apollinaris libro ſecundo Epiſt. 12. ita videtur ſentire, ut annumeret eum Medicis multos officioſiſſime occidentibus, ſcribatque, eum Chironica magis (à *χείρων deterior*) inſtitutum arte quam Machaonica.

Juſtus Velſius Haganus, Antwerpienſis, cujus extat oratio, utrum in medico variarum artium & ſcientiarum cognitio requiratur, & alia nonnulla.

Juaim.

J*uvenalis* præſul Narnienſis, qui ejus gentis populum Chriſtianum fecit. Vide Surium & Acta Sanctor. 3. Maji.

K.

Kabith Rex, laudatus ab Avicenna T. 2. p. 279.

Katebras, Serapioni Simplicium, c. CCCXXII. ad fin.

Kermid Rex, eidem antidotorum c. LIX.

Kindi, Raſi lib. VI. Continentis, cap. I. ex libro de medicamentis laxativis, & ex libro de attractione humorum.

Kira-

Kiramides, Jacobo Dondo in ſuo Aggregatore, vitioſe ut opinor pro titulo libri κυϱανίδες.

Kiranus, (Cœranus) cujus & hodie libros rei medicæ habemus. Kirani Kiranides, κυϱανίδες. Vide quæ de his dixi lib. I. hujus Bibl. c. x. §§ 8. ſqq. Græce exſtat hic liber MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi n. 3482. Codice tertii decimi ſæculi, teſte celeberr. Montfaucono p. 65. Bibl. Coisliniana. Latinæ verſionis auctorem non eſſe Gerardum Cremonenſem, notavit Reineſius lib. I. Var. Lect. c. 2.

Kiumus, ſive *Kyume*, utrumque enim reperitur apud Avicennam lib. v. & alibi.

Kyrandus, qui de Simplicibus ſcripſit.

L.

Lais citata à Plinio XXVIII. 7.

Lampon, ſive *Lampo* Peluſiota, apud Galenum κτ̓ τόπους, lib. IIX. c. I. T. 2. p. 275. 276.

Lampon ſimpliciter, apud eundem Pharmacorum κτ̓ τόπους, lib. III. cap. III. ſive ille fuit, ſive alius.

Lanfrancus Mediolanenſis, cujus eſt parva & magna Chirurgia.

Laodicus Rex, Galeno III. cap. I. κτ̓ τόπους ubi auricularia commendat pharmaca.

Largius Deſignatianus citatus Marcello Burdegalenſi, in præfat. vide infra Scribonius Largus.

Dis Manibus. M. *Latinius Medicus Hermes vixit annos XXXX.* Vetus inſcriptio Bononienſis apud Sponium p. 143. Miſc. eruditæ antiquitatis.

Latyrion, Raſi lib. II. Continentis c. III.

Laurentius Friſius, qui Germanicè ſpripſit de cura ſingulorum morborum, quod opus Speculum medicinæ appellavit, & præterea Synonyma materiæ medicæ, Defenſionem Avicennæ.

Laurentius Laurentianus, Florentinus, qui multos Galeni libros non in eleganter tranſtulit, ſed adeo atra bile percitus, ut ſeſe in puteum tandem præcipitarit citra evidentem morbi cauſam, ut ſcribit Petrus Crinitus ipſius auditor, & Cælius Rhodiginus. Quanquam ſunt qui id dicunt aliter contigiſſe.

Laurentius Lippius, Collenſis, qui Oppianum de piſcibus vertit carmine.

Laurentius Marolus, Genuenſis, qui ſcripſit librum de gradibus medicinarum.

Laurentius Saxoferratus.

Lazarus Daldus, Placentinus.

Lecanius Arius, Galeno Medicamentorum κζ̃ γένη, lib. v. vide Arius.

Lectus, ſive *Lectue*, Raſi lib. I. Continentis c. IIX.

Lenæus, vide infra, Pompejus Lenæus.

Lenfaſtus.

Leonardus Bertapalia, aut ut alii vocant, Predapalea, Paduanus, qui Chirurgiam compoſuit.

Leonardus Jacchinus, aut ut alii nuncupant, Giacchinus, cujus ſunt multi libri apprime docti.

Leonardus Legius Papienſis, qui flores ex Galeni libris collegit, & alia quoque ſcripſit.

Leonardus Fuchſius Germanus, ſui temporis ſcriptor in re medica doctisſimus, ut plane oſtendunt ejus opera multa & inſignia.

Leonides Alexandrinus ἐπισυνθετικός, *) ut dicit Galenus ſive Herodotus in Introductione, ſive Medico. T. IV. p. 373.

Leonides, ſeu *Leonidas*, ſive ille, ſive alius, Aetio, Paulo Aeginetæ, lib. VI. c. LXIX. & Alexandro Tralliano citatus, & præterea Cælio Aureliano lib. Oxeon II. c. I. G. Vallæ XXIX. cap. 266. expetendorum, & fugiendorum, ubi de Hermaphroditis.

Leontæ unctoris (iatraliptæ) mentio in veteri inſcriptione apud Reineſium claſſe XI. 32. ut aliorum apud Gruterum p. DCXXXVI. *C. Plætorii Secundionis*, *C. Terentii Romuli* ſive *Drymuli* &c.

Leontius Geoponicorum ſcriptori ſæpius citatus.

Leoparda apud Theodorum Priſcianum libro quarto de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium, ubi uxor Nomenclatoris cujusdam memoratur.

Leucius. Vide Lucius.

Liberatus de quo Victor Vitenſis lib. v. Vide Tillemontii memor. Eccleſiaſt. T. XVI. p. 581.

Licinus Atticus, Galeno Medicamentorum κζ̃ τόπȣς, libr. VIII. cap. v. T. II. p. 283.

Lilbatinatus, Serapioni Antidotorum c. XXXIII.

Lina-

*) Qui Methodicæ ſectæ placitis ſua addidit.

Linacos, Serapioni Simplicium c. CCLXXXIX.

Lingon, Galeno lib. Medicamentorum ſecundum locos IX. cap. IV. T. 2. pag. 300.

Linus Poëta. Vide ſupra, in Heſiodo.

Liſius, vide infra *Luſius*.

M. *Livius*. In vet. inſcriptione apud Fulv. Urſinum p. 98. & Gruterum p. DCXXXII. 4. M. L*ivio Celſo*, *Tabulario ſcholæ* Med*icorum*. M. L*ivius Eutychus archiatros Oll. d. II. in fr. ped. IIII.* Boiſſardus T. VI. p. 143. Mercurialis IV. I. Var. Lect.

L*ogadius*, cujus Hiera ab Aetio deſcribitur Tetrab. I. Sermon. III. cap. CXI.

L*ororacos*, Raſi lib. II. Continentis c. item II.

L*oterius* memoratus in titulo de pace Conſtantiæ, inter Fridericum I. Imp. & filium Henricum, verſ. *hi ſunt nuncii.*

Lucas quoque Antiochenus ille ex quatuor Evangeliſtis unus, fuit medicus, & quidem profeſſione, ut teſtatur Paulus Apoſt. ad Coloſſenſes IV. 15 inquiens, *Salutat vos* L*ucas medicus dilectus*, Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. Quod & repetunt Euſebius Cæſarienſis lib. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ III. cap. II. Epiphanius in vitis Evangeliſtarum, Divus Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, cap. VII. & in epiſtola ad Paulinum, & in Eſaiam, cap. VI. ubi dicit veteres eccleſiæ tractatores tradidiſſe Lucam Evangeliſtam medicinæ artis ſcientiſſimum fuiſſe. Paulinus Natali IX. S. Felicis:

Hic M*edicus* L*ucas* , *prius arte, deinde loquela: Bis* M*edicus* L*ucas*. Non omittam fuiſſe qui dubitarint, an D. Paulus in illo cap. IV. ad Coloſſenſes de noſtro Evangeliſta ſenſerit, præſertim quod articulum addiderit, Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς, veluti diſcernendi cauſa. Sed ita potuit etiam appellari licet nullus alius eſſet hoc nomine. Alium tamen puto cujus meminit Galenus in Aphoriſmos Hippocratis nempe Lucium Tarſenſem de quo ſupra. Nam ut notum eſt eadem nomina Lucanus, *) Lucius & Lucas, ut docuit Grotius in limine notarum ad Evangeliſtam Lucam. Greg. Nazianzenus:

Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ
Μάρκος δ' Ἰταλίῃ, Λουκᾶς Ἀχαΐδι

*) Hickeſii theſaur. ſeptentrional. T. 2. p. 251. Acta Erud. 1706. p. 196.

In Bibliotheca Renati Moreau fuit Lucii Epiſtola ad Galenum, teſte Labbeo p. 217. Bibl. novæ MSS. Cangius in appendice ad gloſſarium Græcum pag. 90. ait in Codice Regio Pariſ. 349. fol. 156. deſcribi *ἁλάπιον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ δωδεκάθεον ὀνομαζόμενον, ὠφελοῦν εἰς πάντα τὰ πάθη, ἐξαιρέτως τὴν ἀμβλυωπίαν, ᾧ καὶ οἱ καλλιγράφοι χρῶνται.* S. Lucæ tributa compoſitio *ἁλάπου* ſive ſalſi embammatis exſtat etiam in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio Tom. VI. p. 107. 140. Confer Nicolaum Myrepſum ſect. II. de ſalibus cap. XVI.

Lucas Valentinus, Dertonenſis, cujus poëma de compage & utilitate membrorum laudat Gyraldus lib. I. de poëtis ſui temporis.

Lucius Durius memoratus Plinio, lib. VII. c. LIII.

Lucius ſive *Leucius*, quem *καθηγητὴν* h.e. præceptorem ſuum vocat Gal. T. 2. p. 338. 340. ſæpeque laudat ut p. 358. 373. 387. 390. 391. 392. 404. 409. Contra Aſclepiadem ſcripſiſſe teſtatus pag. 410. Leucii emplaſtrum T. 2. p. 169.

Lucius Tarſeus, ſive Tarſenſis Galeno Medicamentorum *κατὰ τόπους*, lib. IX. c. V. Idem ut videtur cum priore.

Lucius quisquis is eſt, ſimpliciter, eidem ibi citatus lib. III. c. I. & lib. IX. c. IV. & V. Aetio Tetrab. III. Serm. IV. c. XLII. & Tetrab. IV. Serm. I. c. III. & Serm. III. c. II. in fin. & c. IX. & c. XIV. Idem ipſe eſt qui & *Leucius* alibi dicitur. Nam ſæpe Græci *ευ* pro, *ου*, dicunt, ſcilicet *λεύκιος* pro Lucius, & *λεύκουλλος* pro Lucullus.

Ludovicus Belliſarius Mutinenſis, qui librum Galeni de inſtrumento odoratus in Latinum vertit.

Ludovicus Bonaciolus, Ferrarienſis, cujus ſunt libri de variis affectibus gravidarum mulierum. Hujus ſæpe meminit Leonicenus.

Ludovicus Marlianus, Mediolanenſis, Hiſpaniarum regis medicus.

Ludovicus Vaſſeus Catalaunenſis, qui edidit librum Anatomes humani corporis.

Lullus de quo Albericus monachus trium fontium, in Chronico ad A. C. 755. p. 94.

Raymundus *Lullus*, infra in Raymundo.

Lupus Macedo, qui novitatis gratia viguit, & veluti oraculum quoddam

ex

ex adytis loquens, ut ſcribit Galenus lib. I. de naturalibus facultatibus. Vide infra in Lycus.

Luſius cujus quatuor libros Tardarum paſſionum citat Cælius Aurelianus lib. ejusdem tit. II. c. I. & lib. II. c. VII. & lib. IV. cap. III. ubi tamen legitur *Lyſias.*

Lutrios Tarſenſis laudatus Avicennæ, niſi ſit ille Lucius Tarſeus, quod Tiraquello magis probatur.

Lycomedes, Galeno citatus lib. Medicamentorum ſecundum locos VII. c. V. T. 2. p. 269.

Lycus Macedo, Empiricus, Galeno T. IV. p. 57. T. V. p. 503. & alibi, compoſuit *Commentarios in libros Epidemion Hippocratis*, ut dicit idem Galenus lib. III. eorundem Epid. & *in Hippocratis Aphoriſmos*, id. T. V. pag. 329. Sed & eum prolixe ſcripſiſſe *de Anatomia* teſtatur, Lycum ſimpliciter vocans lib. I. de Anatomicis adminiſtrationibus & T. V. p. 21. Eumque fuiſſe diſcipulum *Quinti*, ibid. & *Satyri*, ſui præceptoris lib. II. Commentariorum in Hippocratem de natura hominis, adverſusque illum pro Hippocrate, quem non recte intellexiſſe arguit T. 4. p. 370. nunçupatim, & ut ſic dicam, titulatim ſcripſit idem Galenus, T. 4. p. 366. T. 5. p. 329.

Lycus Neapolitanus citatus Plinio, lib. XX. c. item XX.

Lycus ſimpliciter Oribaſio in Compendio medicinæ, quo loco tractat de Cataplaſmatis, & Aetio Tetrab. I. Serm. III. c. CLXXVI. & Paulo Aeginetæ lib. V. c. III. & c. XIII.

Ti. Lyrius in veteri inſcriptione apud Dan. Clericum p. 568. Hiſt. medicinæ. Idem apud Raph. Fabrettum p. 300. Inſcript. eſt *Illuſtrius*, apud alios *Illyricus*, apud Gruterum p. MCXI. 5. *Tiberius Ti. Cæſar. Aug. Ser. Celadianus Medicus ocularius.* De medicis oculariis dictum ſupra, p. 97. & à Jo. Rhodio ad Scribonium Largum pag. 76. ſqq.

Lyſias, Cornelio Celſo lib. V. cap. XIIX. Galeno Pharmacorum localium lib. VII. c. II. T. 2. p. 263. atque alibi. T. 3. p. 44. T. 4. p. 36. κ̀ Πολιέχȣ T. 5. p. 665. Vide *Luſius.*

Lyſimachus quem inter ſcriptores de agricultura laudant Varro, Columella, Plinius.

Lyſimachus Rex, à quo herba Lyſimachia Plin. XXV. 7. Paulus Ægin. VII. 3.

Lyſiponus cognomen Medici ocularii, Auguſti & Auguſtæ, liberti Tib. Julii, ſic enim emendandum eſſe docet Reineſius p. 607. vet. Inſcript.

quod

quod ediderunt *Cutiſonus.* Ita congruentia arti ſalutari nomina quæ Medicis in ſaxis tribuuntur, *Calus, Calliſtus, Eutychus, Fauſtus, Oneſimus, Pauſanias, Pauſilypus, Soſipolis, Soſas, Soſthenes Soter, Sozon, Symphorus.*

Lyſo, qui Tironem Ciceronis libertum in Achaja curavit, apud Ciceronem prima Epiſtola libri XVI. Epiſtolarum familiarium.

M.

Mabal, Raſi lib. Continentis X. c. II. & lib. XII. c. I.

Mabitus, qui docuit quomodo fiant Sirupi, & Clyſteres, Galen. lib. VI. Simplicium.

Macedo, Galeno lib. Medicamentorum localium IX. capite primo, & lib. X. c. I. T. 2. p. 306. Neſcio an ſit Lupus ſive Lycus Macedo, de quo ſupra.

Macedonius ex Medico CPol. Monachus, de quo Ephraim Syrus p. 86. edit. Latinæ Gerh. Voſſii.

Macer, vide Aemilius Macer.

Macer Baliſta citatus Petro Aponenſi in additione Meſue, quo loco tractat de hydropiſi.

Machaon filius Æſculapii, Podalirii frater, qui bello Trojano ducem Agamemnonem ſecutus non mediocrem opem commilitonibus ſuis arte ſua præbuit, ſed & ψυχὴν *) κατέθετο ἐν τῇ Τρωάδι, ut notat Theſſalus Hippocratis filius legatione ad Athenienſes T. 2. Opp. Hippocr. p. 949. De eodem Tiraquellus p. 245. ſqq. Lambecius T. 2. p. 527. qui iconem ejus quoque exhibet ex veteri Codice Dioſcoridis, unde repetunt Bellorius, & Jac. Gronovius T. 3. theſauri Antiqvitatt. Græcar.

Machaon alter, cujus Medicamentum ad purulentos oculos ex Scribonio Largo deſcribit Galenus lib. IV. Medicamentorum ſecundum locos cap. VII. Nam priorem illum quicquam ſcripſiſſe non legimus.

Macharion, Galeno in Medicamentis κατὰ γένη, lib. II.

Macharion, niſi idem ſit, citatus Galeno in eodem lib. II. & iterum V. κατὰ γένη, T. 2. p. 334. 343. 381. & lib. V. Methodi T. 4. p. 217. 219 & Aetio Tetrab. III, Serm. II. c. XI. & Serm. IV. c. XLI. & Tetrab.

*) Nota phraſin, ſacris uſitatum ſcriptoribus, *animam ponere* Johann. X. 11. 15. 17. & pluribus aliis locis.

trab. IV. Serm. III. c. XII. & Paulo Aeginetæ *lib.* III. cap. XLIX. & lib. IV. c. XIX.

Mænarchus, Plauto memoratus in prologo Captivorum.

Magiſtrianus Aetio citatus Quaternionis IV. Ser. I. cap. CXXVI. & CXXXIV. & Serm. II. cap. LV.

Magninus Mediolanenſis, qui librum Arnaldi Villanovani de regimine ſanitatis, additis & immutatis quibusdam, ſibi vendicavit. Sunt qui hunc Magnum appellant.

Magnus Antiochenus, Zenonis Cyprii diſcipulus qu Alexandriæ *) docuit teſte Eunapio p. 138. Ejus de urinis laudant Theophilus & Actuarius, iatroſophiſtam Galeno poſteriorem appellantes. Ejusdem mentio apud Philoſtorgium VIII. 10.

Magnus, quem Circulatorem, περιοδευτὴν vocat Galenus Pharmacorum localium lib. V. cap. VII. T. II. p. 228.

Magnus Clinicus, Galeno ibidem, & libro ejusdem operis V. cap. III. T. II. p. 226. Idem cum ſuperiore, nam Clinici περιοδευταί. Vide Menagii Amœnitates Juris cap. XXXV.

Magnus Epheſius, Aureliano lib. Oxeon. III. cap. XIV. ex libro Epiſtolarum.

Magnus Philadelphienſis, Gal. lib. VII. cap. IV. & lib. IX. cap. V. & ſecundum genera libro V. T. II. p. 267. 301. 387.

Magnus Tarſeus, ſecundum locos, lib. IX. cap. VII. & etiam ſecundum genera alicubi T. II. pag. 304.

Magnus quispiam, (Philadelphienſis opinor) eidem Galeno lib. IV. De differentiis pulſuum, qui tèſtatur Pnevmaticæ addictum ſectæ fuiſſe T. III. pag. 33. ac *de pulſibus* non male ſcripſiſſe pag. 87. Ejus liber tertius ad Demetrium Philoſophum de inventis poſt Themiſonis tempora T. III. p. 31. Idem libro Theriacæ ad Piſonem, illum docet ſcripſiſſe *de Antidotis*, Archiatrumque evaſiſſe tempore ipſius Galeni Μάγνος ὁ καθ' ἡμᾶς ἀρχίατρος γενόμενος, & Cœlio Aurelieno lib. Oxeon II. c. X. & Aetio Quaternion. II. Serm. III. cap. CV. & Ser. IV. cap. XVI. & alibi: & Serapioni tractatu VII. cap. VIII. ubi illum dicit ſuiſſe regem medicorum tempore Galeni. In illum opinor deſunctum hoc Lucilii epigramma, quod exſtat libri I. Anthologiæ p. 86.

*) Alexandriam Medicinæ ſtudio claram notat vetus expoſitio Mundi à Jac. Gothofredo edita pag. 23.

Μάγνον ὅτ' εἰς ἀΐδην κατέβη, τρομέων Ἀϊδωνεὺς
Εἶπεν, ἀναστήσων ἤλυθε καὶ νέκυας.

Ad ſtyga cum venit Magnus, Pluto anxius inquit,
Vitam etiam ut reddat manibus, iſte venit.

Magni Medici Epigramma Græcum in Galenum legitur libro quarto Anthologiæ pag. 485.

Vide & infra, *Megas.*

Mabazer Jo. Serapioni citatus Antidotorum cap. CCCXLV.

Mabemet, ſive Mahomet Araſi.

Mabemet filius Zachariæ.

Mabemet filius Zachariæ Araſi. Nam hæc tria comperio apud Meſue, & ſimiliter Mahomet ſimpliciter, niſi unus idemque ſit.

Mabraris, Raſi lib. IX. Continentis cap. IV.

Mabumed Bielgehem, Raſi lib. VII. Continentis cap. I. ex authoritate Elkindi.

Maja, Μαῖα, Galen. T. II. pag. 389.

Maimon, Serapioni Antidotorum cap. XXXII.

Majorianus, Aëtio citatus Tetrabibli III. Sermone IV. cap. ult.

Malab, Raſi lib. XI. Continentis cap. V.

Maleſe, Raſi lib. I. Continentis cap. I.

Malorianus, vitioſe pro Majoriano.

Manaſeus, & *Mnaſeus*, & *Mnaſeas*, & *Mnaſias*, & *Mnaſius*, *Mnaſæus* & *Mnaſſeus*. Hos enim omnes ſæpe citatos reperimus, ſive diverſos, ſive eosdem, quod magis opinor in Codicibus Galeni, Aetii, Pauli Aeginetæ, Cælii Aureliani, & Alexandri Tralliani. Eumque numerat Galenus ipſe, ſive is eſt Herodotus, inter Methodicos in Introductione ſive Medico.

Mambateus, Galeno citatus lib. VI. Simplicium.

Manethon, Paulo Æginetæ lib. IV. c. XI. & lib. VII. c. XIII.

Mantias, ſive *Manteias* Herophileus, Galeno T. II. 328. 334. & p. 252. ubi vitioſe excuſum ἱερόφιλος: præceptor Heraclidis Tarentini & Hygieni, ut videre licet apud Galenum in libris Medicamentorum κατὰ γένη, lib. II. & iterum lib. VI. T. 2. p. 249. 257. T. 4. p. 3. & κατὰ τόπους lib. II. cap. I. ubi eum non vulgarem medicum vocat, οὐ

τῶν

τῶν τυχόντων ἰατρῶν, T. 2. p. 177. & iterum lib. VI. cap. 3. & 4. citatumq; ab eo in priore loco ex libro cui titulus eſt, *Pharmacopola in re medica*. Φαρμακοπώλης ὁ κατ' ἰητρεῖον. T. 11. p. 374. περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον. T. 5. p. 661. 667. ἐκ τῶν Μαντίου δυνάμεων T. 2. pag. 280. Sed & idem Galenus in præfatione lib. VI. Simplicium Pharmacorum tradit eum ſcripſiſſe περὶ καθαρτικῆς ἢ κλυσμῶν T. 2. p. 68. de purgantibus, & propotiſmis, & clyſmis, & περὶ φαρμάκων κατὰ τόπους de Pharmacis ſecundum locos. T. 2. pag. 68. 252. 357. Icon Mantiæ in veteri Dioſcoridis Codice apud Lambecium II. pag. 558. & Neſſelium, Belloriumque & in theſauro antiquitatum Græcarum Gronoviano T. 3. lit. ee.

Maraſtem, Raſi libro Continentis 6. c. 1. & lib. 7. c. ult. & lib. 8. cap. 1. ubi illum citat ex libris Experimentorum.

Marcellinus Galeno citatus lib. Medicamentorum ſecundum locos VII. c. V. T. 2. p. 269.

Marcellus Burdegalenſis, cujus exſtat & liber de Medicamentis empiricis, Phyſicis, & rationalibus, quem edidit tempore Gratiani & Theodoſii, fuitque Chriſtianus, ut conſtat ex cap. XXI. & XXIII. & XXV. ſui operis. De hujus editionibus, & de ſcriptoribus ab eo laudatis dixi in Bibl. Latina.

Marcellus alter citatus Galeno T. 4. p. 444. Aëtio, Quatern. ſecundi Serm. II. cap. undecimo, Paulo Æginetæ lib. IV. c. XI. & lib. VI. cap. XLIIX. & Alexandro Tralliano lib. IIX. cap. VI. & Marcello illi Burdegalenſi cap. XX. ubi eundem egregium medicum vocat & Neronis ætate oſtendit vixiſſe. pag. 332. edit. Henrici Stephani.

Marcellus Sidetes cujus carmen de medicina ex piſcibus Græce & Latine edidi lib. 1. hujus Bibl. c. 3. Incidi poſtea in verſionem metricam *Federici Morelli*, quam hoc loco, eſt enim rarius obvia, cum Lectoribus communicare, non ingratum ut puto embolum, juvat. Superſunt autem in editis tantum verſus centum & unus, cum Jo. Jacobus Friſius in Bibl. Geſnerianæ epitome ac ſupplemento teſtetur Marcellum de piſcibus MS. ſuiſſe in Bibl. Strozziana verſuum CXCVI. Quæ Aëtius ex Marcello profert *de lycanthropia*, libro ſecundo ſecundæ tetrabibli capite undecimo, ſimilia ſed Marcello non nominato refert Paulus Ægineta III. 16. Videtur idem Marcellus

cellus reſpici ab Aëtio, ubi Marcellium paſtillum refert tetrabibli tertii lib. I. c. XLIX. & à Stephano Byzantino Marcellum Medicum laudante in ἀγκύρᾳ. Marcelli (hujus ut putat Lambecius VI. p. 147.) περὶ σφυγμῶν MS. in Bibl. Cæſarea. Laudat & Hieronymus 2. in Jovinianum, Marcellum Sidetem & Latinum Flavianum, hexametris verſibus differentes. Et Suidas teſtatur Antonini ætate ſcripſiſſe Marcellum epico carmine βιβλία ἰατρικὰ μβ′ *de re Medica libros XLII.* in quibus & *de lycanthropia morbo* tractaverit. Sed non omittendum epigramma Græcum, quod ad Suidam publicavit clariſſimus Kuſterus:

Μαρκέλλου τόδε σῆμα, περικλυτοῦ ἰητῆρος
φωτὸς κυδίστοιο, τετιμένου ἀθανάτοισι.
Οὗ βίβλους ἀνέθηκεν *) εὐκτιμένῃ ἐνὶ Ῥώμῃ
Ἀδριανὸς, προτέρων προφερέστατος ἡγεμονήων,
Καὶ παῖς Ἀδριανοῖο μέγ' ἔξοχος Ἀντωνῖνος,
Ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνδράσι κῦδος ἄροιτο
Εἵνεκεν εὐεπίης τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων
Ἡρῴῳ μέλψαντι μέτρῳ θεραπήια νούσων
Βίβλοις ἐν πινυταῖσι δυσὶν καὶ τεσσαράκοντα.

Marcelli hoc eſt monumentum, Medici inclyti,
Viri illuſtriſſimi, & Diis immortalibus chari:
*Cujus libros in publica Bibliotheca *) pulchra Romæ repoſuit*
Adrianus, priorum præſtantiſſimus Imperatorum,
Et filius Adriani valde excellens Antoninus.
Ut & ad poſteros inclytum ejus nomen eſſet
Propter eloquentiam quam ei dedit Phœbus Apollo.
Carmine enim heroico cecinit remedia morborum
Libris doctis quadraginta duobus.

*) Similiter Marcellus Empiricus teſtatur Paccii Antiochi, qui Philonidis Catinienſis auditor fuit, librum ſcriptum de remedio ad ſtomachi & lateris dolorem, Tiberio Cæſari datum & per eum in Bibliothecis publicis poſitum. Et Flavius Joſephus refert hiſtoriam ſuam ita probatam Tito Imperatori, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν.

MAR-

MARCELLI SIDETÆ
DE MEDICINA EX PISCIBUS,
Fragmentum Poëmatis ἰατρικῶν interprete FED. MORELLO, Pariſ. Profeſſore Regio.

ÆQVOREIS *didici medicam vim Piſcibus eſſe,*
Multas per luces ſcrutando pectoris ima,
Ut me uſus docuit; ſimul & plerique periti:
Horum ergo numerum referam cum nomine vero.
Æquoris immenſos ſcopuloſi findere campos
Innumeri ſuerunt piſces ſplendore decoro.
Omninigri Percni, varia formaque notati,
Et Phagri & Glauci illuſtres, oculisque bovinis,
Et Cephali & Thunni & Labraces *luce micantes,*
Præſtantes Umbræ, ac Jecorini *dentibus uncis:*
Sargini, Glanes, miri candoris Aſelli,
Chryſophryſque Lophesque & Pelamydes & Acharnæ,
Mugil *cum Rubris, & littoreis* Melanuris,
Læves Congri, *Anguillæ,* Murenæque *feroces:*
Boces: pungentes & Acus, & Julides *acres,*
Et Percæ & Mulli *una cum Teſtudine picta.*
Littoreus Murmur, *pernici & Hirundo volatu.*
Oblongi Rhombi & Soleæ, queis plana figura eſt:
Florentesque Scari, & Phucis fulgore rubenti,
Et Batides, Turdi, & Coracinus *dentibus albis,*
Ponti & equi, Ranæ & Cuculi *pinnis peracutis.*
Turtur, Milvago, Labeo *quoque littora quærens.*
Scorpius atque Lupi, *verſutæ Sæpiæ, & Hirci.*
Dentatus Sparus, & præſtanti Gobius ore.
Typhlini, Torpedo lenta, Urtica feroxque.
Vermiculi, Smarides, Baſiliſcus corpore amœno,
Et ſquallens Squatina, & candens Pulmo marinus:
Vertibula & Mænæ, Catuli, *peregrina Lagois.*
Dein fulvi a) *Synodontes & Gladii, Thraniæque.*

a) *Vel.* Aſpera Concha & Dentex.

Et loricati Mures, *&* *Salpa venuſta.*
Tum Leo, Lolligoque, *& cornigero Aſtacus ore,*
Squillaque flaveſcens, ruber, ambiguusque Pagurus:
Inde Lacertorum *ſpecies, Coliæ atque Geriſci.*
Et Carabus rudis, & contorta Buccina teſta,
Et Lepades, Chemæque, *& acutus & aſper Echinus,*
Polypus aſtutus crinali corpore: Conchæ,
Oſtrea dura, cavæque Pelorides, atque Gerini:
Tellinæ, Glandes, Mytuli, *qui cautibus hærent.*
Delphini comites Nautarum, vertice curvo.
Phocæque atque Aries, Pontique ingentia Cete.
Scilicet omnibus his tribuit natura medelas,
Morbos *ut nullos mortalia corda paveſcant,*
Queis pelagus, tellusque dedit medicamen, & aër.

De Mullo.

Purpureus Mullus b) *flammis crepitantibus aſſus*
Cum *flavo melle ardentes permitigat ignes*
Carbonum *ex imo jaculantum ſpicula leti.*

De Trygone ſeu Turture marina, & Murena.

Vulnera lethiferi liventia tabe Draconis
Lethalis Trygonis, *ſimul ambiguæ Murenæ,*
Pectoribus jecur avulſum ſanare putatur.

* * *

Deſpumante mero decoctum in vaſe patente
Si bibitur, fœtus extinguit pondera in alvo.
Jus *liquidum pellit de pectore dira venena*
Epota in cœnis, cibus eſt lautiſſimus ejus
Piſcibus è cunctis, ſi Rex Scarus excipiatur.
Hujus fel melli commixtum lumina mulcet
Mortalesque *acuit viſus,* c) *tenebrasque repellit.*
At Solea inſignis petulanti admota lieni,

Pin-

b) Plin. libr. 32. cap. 10.
c) Plin. ibid.

Vinctaque faſciolis, morbi pondus grave tollit.
Verum magnoculi Cephali *ſalſum caput olla.*
Figlina merſum, melliſque liquore rigatum,
Præſtantis, ficos piloſo in podice natos,
Et tumidas penitus poterit ſanare mariſcas.
Pelamydis *lepidæ caput id præſtabit aduſtum.*
Offenſæque adjuncta cuti cito Perca *coercet*
Nigrantem ſaniem, fere par afflatibus ignis;
Cærulei Glauci *cocti in viridantibus herbis*
Jus niveum cupidis auget nutricibus amnem
Cum bibitur: gratasque ſuis ita reddit alumnis,
Queis præbent dulci diſtentas lacte papillas.
At Thunni *jecur & nigrum fel ſaxa colentis*
Non ſinit in ciliis ſuperis ſuccreſcere pilos,
Pungentes oculos, ſi forcipe vulſeris ante.
Æquorei *quoque* Equi *fel felli compar* Hyænæ.
Ingentem Congrum *ſi vivum condis aheno*
Palladio exundantem oleo, fervente ſub igne
Pinguis adeps cribro aut colo transmiſſus aperto,
Dummodo Eleuſinam quis ceram temperet una,
Et lini ſuperimpoſito velamine, ad alvum
Applicet enixæ modo, nunquam membra notabunt
Informes maculæ & rugæ, formaque decora
Illæſa, ut fruitur quæ virginitate, manebit.
Combuſtum Rhinæ *corium ſplendentibus undis,*
Et rite appoſitum ſanat tubercula fœda.
Ictus æquorei facile eſt ſanare Draconis,
Si ſectum in partes nova ſupra vulnera ponas.
Felque venenatum Phthiris d) *puliciſque marini*
Auxilium præſens cruciatis auribus adfert.
Turturis *at jaculo* e) *facile eſt lenire dolentes*
Dentes, ſi hoc fodias cauſam ſtirpemque dolorum.
Ubera poſt partum fuerint ſi obſtruſa recentem,
Effundent lactis rivos felle uncta Lacertæ.
Scorpius *æquoreus naſſa concluſus in arcta,*

d) Pediculi Plin. lib. 32. cap. 7.
e) Plin. lib. 9. cap. 42. Dioſc. lib. 2. cap. 12.

Si ſubito immoritur f) *generoſi in munere Bacchi,*
Et bibat hunc calicem mortalis ſplene laborans,
Aut jecore affecto, ſecurus deinde quieſcet,
Libera membra dolore videns, qui torſerat ante.
Calloſæque cuti læves in vertice Gerres,
Et denſis etiam Verrucis rite medentur:
At ſi, fæniculi molli cum crine, g) *coquantur,*
Poſt epulas lætæ Nutrices lacte redundant.
Ulcera ſalſugo Smaridum *ſerpentia ſanat.*

Reliqua deſiderantur.

Marcellus Virgilius, Florentinus, qui non veritus eſt de integro vertere Dioſcoridem poſt Hermolaum Barbarum, & Joannem Ruellium, quem ſcholiis doctiſſimis illuſtravit.

M*arcianus*, Aetio Tetrab. III. Ser. I. c. XXVII. Vide infra, M*artianus*.

M*arcion* Smyrnæus de ſimplicibus (ſimplicium medicamentorum) effectibus. Plin. XXVIII. 4. Tiraquellus *affectibus* legit, vitioſe ut opinor.

M*arcus* ὁ καθηγητὴς, apud Galenum, in lib. II. Antidotorum.

M*arcus* Cato, vide ſupra Cato.

M*arcus* Clinicus in veteri Lucilii epigrammate, lib. II. Anthologiæ p. 214.

Marcus Fabius Calvus, Ravennas, qui primus omnia Hippocratis opera vertit, hoc ipſo conatu laude digniſſimus.

M*arcus Gallus* Aſclepiadeus. Galen. T. II. pag. 283.

Marcus Leonellus Faventinus à Victoriis, cujus librum habemus de ægritudine infantium.

M*arcus* T*erentius*, Aſclepiadeus, Galeno κατὰ γένη, lib. VII. T. II. p. 310. Vitioſe alii legunt Telentium vel Talentinum. Terentii hujus iterum mentio apud Galen. T. II. pag. 387.

Marcus Toletanus, qui ex Arabico ſermone in Latinum vertit librum de motibus manifeſtis & obſcuris qui inter Galeni ſpuria habetur. Ex Græco Arabice interpretatus fuerat Joannitius, de quo ſupra.

M*arcus Varro*, vide infra Varro.

M*arcus* ſimpliciter, Galeno in compoſitionibus Medicamentorum κατὰ τόπους, lib. IV. c. VII. quem credibile fuiſſe unum ex illis prioribus.

M*argareta* cui Ladislaus Neapoleos Rex (A. 1414. extinctus) quod ejus artis eſſet

f) Plin. 32. 9. Dioſcorides lib. 2. cap. 35.
g) Plin. lib. 32. cap. 10. Dioſc. lib. 2. cap. 30.

eſſet peritiſſima, poteſtatem fecit ejus periculum faciendi. Cujus rei litteras ſe vidiſſe tradit Matthæus de Afflictis in conſtitutiones Siciliæ incip. *utilitati ſpeciali.* col. 11.

Marianus S. Barolitani, cujus ſunt plurimi libri Chirurgici.

Marinus, Galeno libr. Medicamentorum ſecundum locos VII. cap. II. & lib. II. Commentariorum in Hippocratem de natura hominis, T. V. pag. 21. ubi dicit hujus fuiſſe diſcipulum Quintum *) præceptorem ſuum *μαθηταὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν τῶν δὲ πολλοί τε καὶ ἄλλοι, Νομισιανοῦ μὲν ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Πέλοψ, Μαρίνου δὲ Κόϊντος.* Ibidem Marinum refert inter eos qui Anatomica ſcripſere, & initio libri octavi de dogmatibus Hippocratis & Platonis T. I. p. 318. inter eos qui neglectam artem anatomicam iterum inſtaurarunt, *οἱ μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν ἠμελημένην ἀνακτησάμενοι.* Hujus viginti librorum *ἀνατομικῶν* epitomen quatuor libris ſcripſit Galenus, ut ipſe refert de libris propriis T. 3. p. 364. *τῶν Μαρίνου βιβλίων ἀνατομικῶν εἴκοσιν ὄντων, ἐν τέτταρσιν ἡμετέροις ἐπιτομή.* & de eo quoque loquitur libro VII. de uſu partium c. 14. & libro ſecundo de ſemine, in fin. & alibi ſæpe T. I. pag. 246. 259. 542. T. 3. p. 453. T. 5. pag. 314. 324. Et hujus quoque trochiſcos deſcribit Avicenna lib. V. tract. IIX.

Marinus alius, cui nomen *Poſthumius* fuit, Plinio Secundo memoratus in epiſtola ad Trajanum, quæ eſt ſexta decimi libri, (al. duodecima) niſi hic idem ſit cum præcedenti, quod Jonſio perſuaſum. Sed malim Tiraquello, Joanni Bernierio, & Daniel Clerico aſſentiri quibus hic diverſus & fortaſſe prioris filius videtur, citatus ab Andromacho apud Galenum lib. VII. Medicamentorum ſecundum locos cap. II. qui quidem Andromachus vixit tempore Neronis & ejus Archiater fuit.

Marrar, Raſi lib. II. Continentis cap. I.

Marſerogem.

Marſilius Cagnatus, Veronenſis, libris quatuor obſervationum celebris qui poſt Romanam & Venetam editionem recuſi in Tomo tertio Lampadis artium Gruterianæ. Librum quintum MS. habuit Nau-

*) Non igitur Marinus diſcipulus Quinti, ut errore calami traditum lib. 4. hujus Bibl. cap. 17. pag. 579. & à Joanne Bernierio Hiſt. Chronologica Medicinæ p. 102.

dæus teſte Labbeo. pag. 233. Bibl. novæ MSS. Digno Cognatum mactavit encomio Erythræus Pinacotheca prima p. 97. & Jo. Baptiſta Ferrarius Oratione XXXVIII. dicta in ejus funere.

Marſilius Ficinus, cujus infinita prope opera philoſophica, & verſionem Latinam Platonis aliorumque variorum ſcriptorum Græcorum habemus, & tres libros de triplici vita, quibus ſe oſtendit medicum, Tiraquello judice, conſummatiſſimum. Defunctus A. 1499. æt. 66. Opera ejus junctim excuſa Pariſ. 1641. fol. duobus Voluminibus. Erudite nuper de Ficino V. C. Jo. Georgius Schelhornius Memmingenſis in loco primo amœnitatum litterariarum, edit. Lipſ. 1725. 8.

Marſilius Paduanus, *de S. Sophia*, clarus ſæculo decimo quarto labente, cujus inter multa opera ſunt Commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, atque in Avicennam, & Conſilia quædam medica.

Marſinus Thrax quem citat Alexander Trallianus p. 81.

Martialis Μαρτιάλιος Eraſiſtrateus quem Romæ ſibi innotuiſſe teſtatur Galenus cap. 1. de libris propriis. Ejus libri II. ἀνατομικῶν T. IV. p. 362.

Martiani ἀνατομικῶν τὰ τοῦ libri II. ἀνατομικῶν T. III. p. 452.

M*artianus* Apher, Aëtio citatus Tetrab. III. Ser. III. cap. XI.

M*artianus* ſimpliciter citatus Aëtio Tetrab. II. Ser. III. cap. CX. & Ser. IV. cap. XLVII. & alibi, & Scribonio Largo, qui illum dicit fuiſſe tempore Auguſti, ſive ille fuit, ſive alius. Et ab alterutro unguentum Martiaton dictum vult Nicolaus.

Martianus Rota Venetus, qui nonnullas Galeni verſiones caſtigavit.

Martinus Acakia Catalaunenſis, medicus Pariſienſis, Tiraquello familiaris qui inter alia multa præclara opera libros duos Galeni de ratione curandi ad Glauconem, & Commentarios in Parvam artem ipſius & ſynopſim librorum de ſimplicibus edidit.

Martinus Cruſius Boruſſus, lexico Chymico & aliis ſcriptis Medicis notus, nec confundendus cum Martino Cruſio altero de Græcis litteris meritiſſimo, de quo Volum. VI. hujus Bibl. p. 682.

Martinus Gatinaria, Ticinenſis, cujus ſunt Commentaria in IX. Raſis ad Almanſorem.

Martinus Gregorius, qui nonnullas Galeni translationes ex Græcis exemplaribus emendavit.

Martinus Steynpeys, Viennenſis, cujus extat Methodus medicinæ.

Marty-

Martyrius citatus ab Alexandro Tralliano & Aëtio, ſi Tiraquellum audimus. Loca enim non reperio.

Marven filius *Zor* citatus Rabbi Moyſi Aphoriſmorum parte xx. ex libro de cibis, vide Ebibule ſupra, & filius Zor.

Maſagevich, Raſi Continentis, libr. VII. cap. IV.

Maſarginus, Raſi lib. III. Continentis cap. II. & cap. VI.

Maſarginib, ſive Maſargeneh, ſive item Maſargny, ſive Maſargimyd, ſive Maſargnih, ſive denique Maſarugh: hæc enim omnia nomina reperio, ejusdem operis lib. V. cap. I. & lib. VII. cap. I. niſi idem ſit cum præcedente, quod facile crediderim.

Maſerjavaihum medicum Baſorenſem, lingua Syrum, Religione Judæum memorat Abulfarajus p. 126. Hiſt. Dynaſtiar.

Maſerice, ſive Maſereice, utrumque enim reperio apud Raſim lib. I. Continentis cap. III.

Maſiniſſa Numidarum Rex, Medicis à Tiraquello accenſetur quia à Livio XXIX. 32. dicitur in ſpelunca occulta herbis vulnus curaſſe. Hoc autem de eo dici etiam potuit qui ad hoc Medicorum cura & opera uſus eſt, ipſe artis licet parum peritus.

Maſſaliotes ſive *Maſſilienſis* citatus Galeno T. II. pag. 391. & Aëtio Tetrab. IV. Ser. II. cap. LVIII. patriam non nomen denotat. Nam & Crinas, ſive Critias, & Charmis & Demoſthenes ophthalmicus Maſſilienſes fuerunt, de quibus ſuo loco. Videtur autem apud Galenum Demoſthenes intelligi.

Maſſurgei, Raſi lib. Continentis II. cap. IV.

Maſuilobey, Raſi lib. II. Continentis cap. IV.

Matthæus Curtius Ticinenſis, qui ſcripſit de venæ inciſione in pleuritide.

Matthæus de Gradi, vide Joannes Matthæus.

Matthæus Sylvaticus, Mantuanus, qui Salerni verſatum ſe teſtatur *) A. C. 1297. reliquit nobis vaſtum opus per lexici modum compoſitum quod Pandectas Medicinæ inſcripſit, dicavitque Roberto Siciliæ Regi A. 1336. De illius editionibus Bonon. 1474. Neapol. 1474. Venet. 1478. 1480. 1489. Taurini 1526. fol. dixi in Bibl. Latina. Opus haud dubie præclarum atque utile, ſi emendate ſcripta & accurate expoſita eſſent quæ in illo offeruntur,

*) In voce *bruchus*,

runtur. Sed cum vocabula Arabica ſcripta Hebraicis vel Latinis litteris licet non vitioſe, tamen multum negotii ſoleant faceſſere etiam illius linguæ peritis, ut omnes fatentur, atque oſtendit Reineſius libro de lingua Punica: quantam neceſſe eſt crucem figere ſcripta perverſiſſime, atque ita expreſſa ut ſingulis propemodum non paginis ſed verſibus Oedipo ſit opus. Quam peritus ſcriptor hic fuerit linguæ Græcæ pro captu & more illorum temporum, innumeris prodit locis. Exemplo ſit: *Obtalmia eſt apoſtema oculi, dictum ab* ob *quod eſt contra, &* talmon *quod eſt oculus, quaſi contra oculum.* Vel etiam hoc: *Dia Græce quando eſt una pars per ſe, debet ſcribi per jota & non per y, ut diamargariton. Dya vero quando ſignificat duo, per y debet ſcribi, unde Dyalogus, id eſt duorum ſermo. Dialectica vero per jota debet ſcribi, & eſt dictum, rationalis diſciplina. Dyalektika ſcribitur per y ut dicit Græcus. &c.* Vix eſt ut Arabice multo doctiorem fuiſſe ſtatuamus, quamquam Hiſpanos & Arabes ſe conſuluiſſe profitetur in voce M*aaleb.* Adducit quoque interdum Perſica vocabula, ſed rariſſime, ut in voce *barſegaſten*, & *ſebeſten.* Pleraque autem quæ explicanda ſibi ſumit, Græca omnia vel Arabica Latinis utcumque expreſſa litteris ſunt, in Latinis verſionibus Medicorum Græcorum vel Arabum obvia. Alia Latina ipſa, pauciora tamen. Non dubitandum interim, eruditus ſi lector acceſſerit, poſſe ex hoc libro eum diſcere non contemnenda, atque in Medicis antiquis, præcipue vero in Latinobarbaris ejus ope intelligere, quæ alioqui obſcura, lectores fugere neceſſe erat futurum. Exempla vide ſis apud doctiſſimum Reineſium p. 673. & multis aliis Variarum ejus Lectionum locis.

Scriptores, quos librum percurrens laudari à Matthæo Sylvatico reperi, hi ſunt:

Aaien, *in voce lapis.*

Abugerig, Abugeri, Abugeric, *ſæpius.*

Abullaan arach, *in voce lapis.*

Abix ſive Habix, *ſæpius, quod intelliges etiam de aliis, quibus locus nullus eſt adſcriptus.*

Abulhuaſim Almaſcadi in libro auri & minerarum & margaritarum terræ, *in voce miſch.*

Ægypti Reges quibus erat ſtudium ſcrutari corpora mortuorum, & cauſas valetudinum oculata fide recognoſcere, *in voce finel.*

Albaſarus.

Alba-

Albatarich. Vide infra, Galenus.
Albertus in ſuo lapidario, *in voce lapis.*
Albugerig, vide Abugerig.
Albuzit alharabi, *voce uſven.*
Alcauſus, ſive Alcacizi, Alcauus.
Alexander Medicus, *ſæpius.*
de Antidotis *in voce pnevmatoſis.*
Ali ſive Hali abbas, in ſecundo practicæ.
Almanſor tractatu tertio & quinto. Vide Raſis.
Aloëſme.
Anderodos, *in voce* caxchax.
Antidotarium virile in confectione mithridati minoris, in voce *milto & perſonantia.*
Archelaus qui regnavit in Cappadocia, *in voce electrum.*
Archigenes, *voce Daybom.*
Ariſtoteles, *in voce lapis.*
Aſclepius, *voce Gerebſtanum.*
Aſtahadion experimentator, *in voce Sartan.*
Atabari, *voce Sandal.*
in lapidario ſuo, *voce lapis.*
Averrois, libro Colliget.
Avicennæ Canones Fen, & de viribus cordis.
Bedigoras.
Bulcaſin eben aben Azerim libro qui dicitur Srrvitor.
translato à Simone de Janua, *voce ſarcocolla & Zegam.*
Callimachus, *voce erigion.*
Caſſius Felix, *ſæpius.*
tractatu de trochiſcis, *voce electrum.*
Collector, vide Averrois.
Conſtantinus, *voce demalachoëm.*
Cornelius Celſus.
Damaſceni antidotarium.
Demoſthenes de obtalimia (ophthalmia) *vocibus dialecanon, pachides, paracenteſis, pſilla, pſori.*
Diagoras, *voce caxchax.*
Dyascorides *ſæpiſſime.* (Dioſcorides)
Erodius ſive Gerodius. Hieroclem hippiatricum intelligi notavit Reineſius p. 532. Var. Lect.

Evax in lapidario ſuo, in magicis *voce lapis*, *&* *kenne.*

Filon (Philo) Medicus doctiſſimus & perfectiſſimus, diligentia longa & ratione ſcripſit qua diſciplina elleborum detur, *voce elleborus.*

Galenus ex translatione Albatarich, libro de chymis, libro de cibis, libro dynamidiarum, antidotario, libris de medicamentis, de ſimplicibus &c.

Gariponti paſſionarius, *voce monopagia.*

Gerodius, *voce cimolea*, *&* *pori*, vide Erodius.

Græcus, *voce dia*, *&* *buthormarien.*

Liber de doctrina Græca, *voce exantimata* *&* *rododaſin.*

Gregorii moralia, *voce obrizum.*

Habix ſive Abix.

Habouhaſen, *voce miſch.*

Hahamed, *voce lapis.*

Haly, ſive Aly.

Hieronymi Epiſtola de fictis amicis, *voce actago.*

Homerus, *voce mola.*

Humayn Judæus lib. de theriaca.

Hyppo. Hippocrates.

Joannicius.

Iſaac ben Aram (alibi Aniram vitioſe) in viatico, & de diætis particularibus.

Iſaac Benjamin, *voce lapis.*

Iſidorus *vocibus faba*, *lapis*, *paſſum.*

Meſaa, ſive Meſaao.

Meſarugie, Meſaruget.

Filius Meſarugie, *voce cantarides.*.

Meſceche.

Meſehalach.

Joannes Meſue in electuario, in antidotario.

Aben Meſue, Meſuay.

Rabbi Moyſes.

Nicolaus.

Oribaſius commento aphoriſmorum Hippocratis, *voce carpelimor* *&* *regeber tederien.*

Ovidius Metamorphos. *voce ciſſos* *&* *electrum.*

Palladius libro de agricultura, *voce*, *medica.*

Papias, *voce falernum.*

Paulus

Paulus (Ægineta).
Plinius (ſcriptor. Hiſt. Naturalis.)
Plinius junior, *voce gerebotanum.*
Poſſedonius, *ſæpiſſime.*
Theodorus Priſcianus.
Pythagoras, *voce gerebotanum.*
Raſis in Almanſore & lib. de proprietatibus.
Rufus.
Serapion lib. aggregationis ſimplicium medicamentorum.
Servius.
Simon de Janna in Synonymis. Vide & ſupra in Bulcaſin.
Liber antiquus de ſimplici medicina, *voce echinus.*
Stephanus translator regalis diſpoſitionis *in Q. littera.*
Stephanus in Synonymis, *voce ponfolix.*
de capillo Veneris, *voce capillus.*
Synonyma antiqua, *voce nuigath & perſonantia.*
Theodorus Priſcianus.

Verſus, ſambucus eſt actis ſed ebulus eſt cameactis, *voce cameactis.*
Iris purpureum gerit florem, ireos album,
Gladiolus croceum ſed ſpatula fœtida nullum, *voce, Yreos.*
Urbanus per ſe neſcit pretium ſcabioſæ,
Nam purgat pectus quod comprimit ægra ſenectus,
Lenit pulmonem, purgat laterum regionem,
Apoſtema frangit, ſi locum bibita tangit,
Tribus uncta foris anthracem liberat horis. *Voce ſcabioſa.*
Filius Zezar.

Mattheolus ſive Matthiolus, vide infra Petrus Andreas Mattheolus.

Matthias Theodorus Menanelius, qui librum Græcum de Melancholia ex Galeno, Rufo, Aëtio aliisque medicis collectum Latinum fecit. Antw. 1540.

Maximianus, cujus collyrium deſcribit Alexander Trallianus libr. v. cap. VI.

Maximus Planudes cujus de curatione morborum, capita CXXX. MS. in Bibl. Bavarica Cod. 138. Quod ejusdem fertur de urinis, in aliis Codicibus Nicephoro Blemmidæ tribuitur. Idem Planudes vertit

Græce

Græce Ariſtotelem de plantis ex Latino interprete, qui ex Arabico tranſtulerat, ut dixi Volum. x. p. 536.

Maymo citatus in Tacuinis Elluchaſem. Vide Maimo, & Moſes.

Medea cum ſorore Circe, venenorum & herbarum perita ab omnibus celebratur. Inde ſenes ad juventutem revocaſſe tradunt, ut in Æſone patre Jaſonis factum refert Ovidius VII. Metramorphos. Et Macrobio teſte libr. 1. Saturnal. cap. XII. in æde Medeæ omne genus herbarum erat, ex quibus antiſtites dabant plerumque medicinas. Eam docuiſſe Marrubios remedia contra ſerpentes tradit Servius ad lib. VII. 750. Æneidos: *Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos.* Hæc Tiraquellus p. 406.

Medeus, Galeno lib. II. Commentariorum in Hippocratem de natura hominis. Vide infra, Midias.

Medicus Apher, quisquis eſt, Aetio citatus. Vide Martianus.

Medius, Plinio lib. XX. cap. IV. niſi ſit ille Medeus. Medii Medici ſoror Cretoxena, Eraſiſtrati frater teſte Suida in Ἐρασίστρατος.

Medus, Cornelio Celſo, lib. V. cap. XIIX. niſi etiam ſit Medeus ille, aut Medius.

Megas, vetus inſcriptio Comoræ reperta in Hungaria, Ἰτάλμυρι εὐψύχει Μέγας ἰατρός. Apud Sponium p. 144. Miſc. Sed poteſt etiam Italmyrius eſſe nomen medici, cui elogium, μεγάλου ἰατροῦ tribuitur.

Meges Chirurgus, quem plurimum laudat Cornelius Celſus lib. VII. in princip. & lib. V. cap. XXVIII. non ſemel, & alibi ſæpe: Scribonius Largus de compoſitionibus Medicamentorum, cap. CCII. & Galenus in Medicamentis ſecundum locos lib. III. cap. item III. & lib. V. cap. VII. Plinius XXXII. 7.

Meges Sidonius, ſive ille, ſive alius Galeno memoratus ad fin. lib. VI. Methodi.

Mebereris, Serapioni Simplicium cap. CCI.

Megetius, Simplicii æqualis, in III. de cœlo, ſect. 30.

Meberet, Serapioni ejusdem operis cap. CCCI. in fin.

Melampus, à quo Proeti filias curatas, ſicut Herculem ab Anticyreo, memorat Hippocrates Epiſt. ad Cratevam. T. 2. p. 931.

Meletius archiater ad quem Baſilii Magni Epiſtola 369.

Meletius, monachus cujus liber de natura hominis exſtat, de quo dixi Vol. IIX. hujus Bibl. p. 405. ſq. Incertum idem ne ſit *Meletius*,

Medi-

Medicus cujus Commentarii in aphoriſmos Hippocratis MSS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi & ἰατροσόφιον capitulis ccxvii. conſtans, in Bibl. Cæſarea. De quo ſupra in Ἰωαννίκιος. Gregorius Gyraldus præf. in librum de cibariorum facultatibus, quem ad Mich. Ducam CPolitanum Imp. miſit Simeon Sethi Medicus: *De eadem fermere & facultate ad Conſtantinum, hujus ut puto Michaëlis Ducæ parentem, Michael Pſellus libellum ante ſcripſerat, cujus eſt exemplum apud* Meletium *græcum totius Medicinæ ſcriptorem, non eodem modo argumento, ſed iisdem interdum pæne verbis.*

Meliſſus, apud Hippocratem ſtatim poſt princip. lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου, de natura hominis, & Galenum in libro de Elementis.

Meliton, Galeno in Medicamentis κατὰ γένη, lib. vi. & vii.

Melitus niſi idem ſit, quod puto, Galeno in Medicamentis ſecundum locos lib. ſexto capite primo.

Pro Μελωνείοις commentariis Medicis apud Plutarchum legendum Μενωνείοις, ab auctore Menone, de quo infra.

Meloſus, Raſi lib. i. Continentis c. v.

Melzigiar, apud Bulchaſin in lib. Servitoris.

Menander Galeno in Medicamentis ſecundum locos lib. ix. cap. v. & alibi. Tom. ii. pag. 302. Hunc eſſe puto quem Plin. citat lib. xix. cap. vi. & lib. xxiii. cap. ix. quemque in Indice dicti lib. xix. ait ſcripſiſſe Biochreſta, id eſt, vitæ utilia.

Idem fortaſſe *Menander* Medicus cujus meminit Svidas, voce λεχίδης. Alius in veteri lapide *Menander Medicus. Vix. A. XXI. Titulum donavit Pſyche*, apud Fulv. Urſinum p. 100. & Gruterum p. DCXXXIV. 7.

Menarchus, ſupra Mænarchus ex Plauti captivis, prologo.

Menas Chirurgus, Aetio Tetrab. iii. Ser. ii. c. v.

Menecrates Syracuſanus, Philippi Macedonis medicus, qui cum ægrotos quosdam & pæne conclamatos, vel caſu vel arte in integrum reſtituiſſet, proindeque à nonnullis ſubblandientibus *Jupiter* cognominaretur, ut teſtatur etiam Clemens Alex. cohortatione ad gentes p. 36. elatior jam hoc nomine, ſibique nimio plus placens, nullum accipere ſolitus præmium, hac tamen mercede contentus erat, ut liberati ſe eſſe illius ſervos faterentur, ut prodiderunt Suidas & Athenæus vii. p. 289. cujus verba operæ pretium eſt infra ſubjicere:

Ταῦτα νὴ τὴν Ἀθηνᾶν οὐδὲ Μενεκράτης ἂν ὁ Συρακούσιος ἐφθέγξατο. ὁ Ζεὺς a) ἐπικαλούμενος, ὃς ἐφρόνει μέγα ὡς μόνος αἴτιος τοῦ ζῆν τοῖς ἀνθρώποις γινόμενος διὰ τῆς αὐτοῦ ἰατρικῆς. Τοῖς οὖν θεραπευομένοις ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἱερὰς καλουμένας νόσους συγγράφεσθαι ἠνάγκαζεν, ὅτι ὑπακούσονται αὐτῷ δοῦλοι πεισθέντες, *) καὶ ἠκολούθουν, ὁ μέν τις Ἡρακλέους σκευὴν ἔχων καὶ καλούμενος Ἡρακλῆς. Νικόστρατος δ' ἦν οὗτος ὁ Ἀργεῖος, ἱερὰν νόσον θεραπευθείς. μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἔφιππος ἐν Πελταστῇ λέγων,

Hæc, per Minervam, ne Menecrates quidem Syracuſius, quem Jovem cognominabant, prolocutus fuiſſet, licet animo elatus ſentiret magnifice de ſe, tanquam medicinæ peritia hominibus vitæ ſolus eſſet autor. Eos igitur quos à morbo ſacro curaſſet, cavere & ſcripto polliceri cogebat futuros ſibi obtemperantes ſervos, ubi convaluiſſent, ac comites. Ex illis unus Nicoſtratus Argivus liberatus à morbo comitiali Herculis veſtitu incedebat, Herculesque dicebatur. Eorum ſic meminit Ephippus in Peltaſte.

Ὡδ' ὁ Μενεκράτης μὲν ἔφασκεν εἶναι ὁ θεός,
Νικόστρατος δ' ὁ Ἀργεῖος ἕτερος Ἡρακλῆς.
Ἄλλος δέ τις μὲν ὡς Ἑρμῆς, χλαμύδ' ἔχων
Καὶ καρύκειον, πρὸς δὲ τούτοις καὶ πτερά,

Sic eſſe deum ſe jactabat Menecrates:
Nicoſtratus vero Argivus alterum ſe Herculem,
Alius vero quiſpiam ſe Mercurium chlamyde
Ornatus, caduceo, & alis inſuper:

Ὡς ὁ Ζελείτης Νικαγόρας, ὁ καὶ τῆς πατρίδος τυραννήσας, ὡς ἱστορεῖ Βάτων ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων. Ἡγήσανδρος δέ φησιν ὅτι καὶ

Nempe Zelites Nicagoras, qui patriæ ſuæ tyrannidem occupavit, ut teſtatur Batton libro de tyrannis Epheſi. Hegeſander ſcribit Aſtycre-

Ἀστυ-

a) Sic Barnabam Jovem vocavere Lycaonii, & Paulum Mercurium, quod hominem claudum natum, verbo ſanaſſent Actor. XIV, 11.

*) Confer Hadr. Junii adag 49. Centur. 4. *nihil ad Medicorum arrogantiam*, & Balthaſ. Bonifacium hiſt. ludicræ libr. 1. cap. 49.

Ἀστυκρέοντα θεραπευθέντα ὑπ' αὐτοῦ, Ἀπόλλωνα ἐκάλεσε. καὶ ἄλλος δι' αὐτοῦ τῶν περισωθέντων Ἀσκληπιοῦ στολὴν ἀναλαβὼν, συμπεριεφθείρετο, αὐτὸς δ' ὁ Ζεὺς πορφύραν ἠμφιεσμένος, καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, καὶ σκῆπτρον κρατῶν, κρηπῖδάς τε ὑποδεδεμένος, περιήει μετὰ τοῦ θείου χοροῦ. καὶ ἐπιστέλλων Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ, οὕτως ἔγραψεν.

Μενεκράτης Ζεὺς Φιλίππῳ χαίρειν.

Σὺ μὲν Μακεδονίας βασιλεύεις, ἐγὼ δὲ ἰατρικῆς. καὶ σὺ μὲν ὑγιαίνοντας δύνασαι ὅταν βουληθῇς ἀπολλύναι, ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σώζειν, καὶ τοὺς εὐρώστους ἀνόσους, οἵ ἐμοὶ πείθονται παρέχειν μέχρι γήρως ζῶντας. τοιγαροῦν σὲ μὲν Μακεδόνες δορυφοροῦσιν, ἐμὲ δὲ καὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι. Ζεὺς γὰρ ἐγὼ αὐτοῖς βίον παρέχω. πρὸς οὖν μελαγχολῶντα ἐπέστειλεν ὁ Φίλιππος. Μενεκράτει ὑγιαίνειν. b) παραπλησίως δὲ ἐπέστειλε καὶ Ἀρχιδάμῳ τῷ Λακεδαιμονίων βασιλεῖ, c) καὶ τοῖς

ontem, quem ſanaverat, ab eo vocatum fuiſſe Apollinem : alium item ejus auxilio morbo defunctum Æſculapii veſtitu ſumpto in ejus comitatu fuiſſe: ipſum vero amictum purpura auream coronam capite geſtantem, ſceptrum tenentem, ſoleas indutum, cum illo deorum cœtu regiones multas circumiviſſe, datisque literis ad Philippum regem, ita ſcripſiſſe:

Menecrates Jupiter Philippo felicitatem.

Tu quidem in Macedonia *regnas; at ego in* Medicina. *Tu bene valentes, ſi libet, perdere potes: ægris autem ſanitatem ego reddere, à morbo vindicare robuſtos, mihi ſi pareant, præſtareque ut incolumes perveniant ad ſenectutem. Itaque* Macedones *tibi ſtipatores ſunt, ac ſatellites, mihi vero qui à morbis ſuperſtites futuri ſunt: ego namque Juppiter vitam illis tribuo.* Ad eum ſic atræ bilis vitio inſanientem Philippus reſcripſit: *Philippus* Menecrati *Sanitatem.* Eadem ſcripſit Menecrates & ad Archidamum,

Tt 2 ἄλλοις

b) De uſu vocabuli ὑγιαίνειν vide Jo. Rualdum in vita Plutarchi p. 135. ſeq. & quæ viri docti ad Laërt. III. 61. VIII. 79. Ælianus autem XII. 51. Var. narrat Philippum præterea addidiſſe: συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοῖς κατ' Ἀγκυραν τόποις. *Suadeo tibi ut Anticyras te conferas.*

c) Etiam Ageſilao Regi Lacedæm. ſimiliter ſcripſiſſe Menecratem & hujusmodi ab eo reſpon-

ἄλλοις ὅσοις ἔγραφεν, ἐκ ἀπεχόμενος τ Διός. καλέσας δέ ποτε αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον d) ὁ Φίλιππος μετὰ τῶν ἰδίων θεῶν, συγκατέκλινε πάντας ἐπὶ τ μέσης κλίνης ὑψηλοτάτα καὶ μεγαλοπρεπέστατα ἢ ἱεροπρεπέστατα κεκοσμημένης. καὶ τράπεζαν παραθεὶς, ἐφ᾽ ἧς βωμὸς ἔκειτο, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς πάντων καρπῶν ἀπαρχαί. καὶ ὁπότε τοῖς ἄλλοις παρεφέρετο τὰ ἐδώδιμα, τοῖς ἀμφὶ Μενεκράτη ἐθυμίων καὶ ἔσπενδον οἱ παῖδες. καὶ τέλος ὁ καινὸς Ζεὺς μετὰ τῶν ὑπηκόων γελώμενος θεῶν, ἔφυγεν ἐκ τ συμποσίε, ὡς Ἡγήσανδρος ἱστορεῖ. μνημονεύει δὲ τ Μενεκράτες καὶ Ἄλεξις ἐν Μίνῳ.

regem Lacedæmoniorum, & ad alios ad quos literas mittebat, Jovis ſibi nomen arrogans. Ad cœnam aliquando Philippus invitatum eum cum ſuo deorum agmine, in mediis lectis omnes ut accumberent, curavit, altiſſimis, magnificentiſſime ac decentiſſime pro ritu ſacrorum ornatis, deinde ara ſuperpoſita menſam admovit, cum omnium terræ fructuum primitiis: quo tempore convivis cæteris afferebantur edulia, pueris Menecrati, ac ejus diis, libantibus, & ad ſuffitus odores incendentibus: tandemque, ut narrat Hegeſander, novus ille Juppiter cum ſubjectis ac morigeris diis irriſus aufugit è convivio. Meminit hujus Menecratis & Alexis in Minoë.

Non diverſus ab hoc videri poſſit Menecrates qui Cœlio Aureliano appellatur lib. 1. Chronicarum paſſionum c. 4. ubi de epilepſia. Nam in hujus ſacri morbi curatione inprimis triumphaſſe illum Philippi Medicum Athenæus teſtatur. At Cœlio iſte non Syracuſanus audit ſed Zeophletenſis.

Incertum an idem ſit cum Zeophletenſi Menecrates de quo hanc inſcriptionem

ſum tuliſſe refert Plutarchus in Ageſilai vita p. 607. & in apophthegmatis Laconicis pag. 213. & in apophthegmatis ducum p. 191.

d) Hujus convivii meminit & Ælianus: ἑστία ποτὲ μεγαλοπρεπῶς &c. *Lautiſſimum aliquando convivium inſtruxerat Philippus, atque adeo & Menecratem ad epulas vocavit, ſeorſimque lectum ei juſſit apparari, & accumbenti appoſuit acerram. Et ita ſuffitus ei fiebat, reliqui vero epulabantur, eratque magnificum illud convivium. Menecrates itaque primum ferebat illa, gaudebatque honore: poſtquam vero paulatim fames ei obrepebat, & homo eſſe convincebatur, ſtolidus ille conſurgens diſcedebat, ſeque injuria affectum dicebat, feſtiviſſime Philippo ita ſtultitiam ejus detegente.*

nem Romæ ad D. Pauli obviam exhibent Hieronymus Mercurialis Var. lect. lib. III. cap. 22. Boiſſardus T. III. 49. & Gruterus p. DLXXXI. 9. Fulvius Urſinus pag. 98. Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Κυρίνᾳ Μενεκράτει, ἰατρῷ Καισάρων, καὶ ἰδίας λογικῶς ἐναργοῦς ἰατρικῆς κτίστῃ ἐν βιβλίοις ρνϛ', δι' ὧν ἐτιμήθη ὑπὸ τῶν ἐλλογίμων πόλεων ψηφίσμασι ἐντελέσι. Οἱ γνώριμοι τῷ αὐτῶν αἱρεσιάρχῃ τὸ ἡρῷον. Videtur ſane idem hic eſſe qui Democrati apud Galenum 7. κατὰ γένη T. 2. p. 414. audit ἀνὴρ κράτιστος ἐκλικὸς πρὸς τὴν τέχνην, & quem poſt Antoninum Muſam teſtatus floruiſſe, & ante Andromachum, ſæpius citat Galenus, inter alia laudans ejus librum ἀρίστων φαρμάκων lib. VI. τῶν κατὰ τόπους T. II. pag. 252. & alio loco (lib. II. κατὰ γένη, T. 2. pag. 334.) illum cui titulum fecit αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος. Imperatori enim (Tiberio vel Cajo) inſcripſerat, & pondera ac numeros non ſiglis ac characteribus in quibus proclivis error, ſed integris verbis ac ſyllabis, laudatiſſimo inſtituto expreſſerat, quod tamen librarii deinde ejus librum deſcribentes obſervare neglexerunt, atque adeo diligentiam ejus ad poſteros reddidere parum utilem. lib. VII. τῶν κατὰ γένη T. 2. pag. 413. ſeq. ἐπιγέγραπται δὲ τὸ βιβλίον αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος. Αὐτοκράτωρ μὲν, ἐπειδὴ τούτῳ προσπεφώνηται, ὁλογράμματος δὲ, διότι χωρὶς χαρακτήρων ὅλαις ταῖς συλλαβαῖς γέγραπται. - - ἀλλ' οὐδέν γε πλέον εἰργάσατο πρὸς τὸν ἑξῆς χρόνον ὁ Μενεκράτης, τῶν ἐγγραφομένων αὐτοῦ τὴν βίβλον οὐχ ὁλογραμμάτους τὰς προσηγορίας τῶν ἀριθμῶν γραφόντων, ἀλλὰ διὰ τῶν δηλούντων αὐτὰ χαρακτήρων.

ALII MENECRATES.

Menecrates Comicus. Suid. δρᾶμα αὐτοῦ Μανέκτωρ ἢ Ἑρμιονεύς.

Menecrates Elaita Hecatæi Mileſii æqualis, & cum eo Xenocratis cujusdam Platonico antiquioris diſcipulus teſte Strabone lib. XII. p. 572. Ejus ἑλλησποντιακὴν περίοδον citat idem pag. 551. Hujus an Xanthii Menecratis ἱστορία περὶ Νικαίας τῆς ἐν τῇ Βιθυνίᾳ laudatur à Plutarcho in Vita Theſei p. 12.

Menecrates Epheſius, quem de agricultura Græcis verſibus ſcripſiſſe teſtatur Varro lib. I. de re ruſtica cap. I.

M. Genicius Menecrates in vet. inſcriptione apud Gruterum p. CCCC XVI. 4.

Menecrates γραμματεὺς tempori Severi Imp. in veteri Græco marmore apud Reineſium III. 36. p. 313.

Menecrates pater Hermotimi Stoici, memoratur à Luciano in lib. de ſectis T. 11. p. 742.

Menecrates Nyſæus, Ariſtarchi diſcipulus, Grammaticus, pater Ariſtodemi quem decrepitum Nyſæ adoleſcens audivit Strabo xiv. p. 650. Alterius junioris Grammatici Menecratis mentio apud Artemidorum iv. 82. 247.

Menecrates Poëta Græcus, ex quo profeciſſe ſe teſtatur Plinius indice libri octavi. Videtur intelligi Menecrates Epheſius, de quo ſupra. Non plane certum idem ne an medicus qui de medicamentis ſcripſit intelligatur ab eodem Plinio xi. 7.

Menecratis Smyrnæi, qui ante Meleagrum Gadarenum vixit atque adeo centum annis amplius CHriſti Servatoris noſtri nativitatem præceſſit, Epigrammata quædam Græca leguntur in Anthologia.

Menecrates Smyrnæorum præfectus tempore Hadriani Imp. vide Lambecium T. 2. p. 686.

Menecrates ſtatuarius vel architectus, de quo Anſonius in Moſella verſ. 307. - - *hic clari viguere Menecratis artes*.

Fallitur enim vir magnus qui de poëta Menecrate Epheſio hunc locum interpretatur lib. 1. c. iv. lectionum Anſonianarum.

P. Tettius Menecrates in vet. inſcriptione apud Gruterum p. DCCCC LXXXXVII. 8.

Menecrates Tyrius citatur à Zenobio proverb. ἴυγς ἄχη iv. 18. Sed apud Eraſmum in Adagio *Iccus dolores*, legitur *Melicrates*.

Menecrates Xanthius laudatus à Dionyſio Halic. lib. 1. Antiq. Rom. p. 38. Ejus Λυκιακὰ citat Antoninus Liberalis cap. 35. & librum primum Stephanus Byz. in Ἀργύμνησος.

Antiquior Menecrates fuerit, ſi quem citat Theophraſtus ex libris naturalium quæſtionum, ut præclaro Tiraquello annotatum. Sed ubi hoc faciat Theophraſtus, non comperi.

Menecles Aetio laudatus.

Menecritus chirurgus citatur ab Heliodoro lib. de faſciis.

Menelaus, Galeno in lib. 11. Antidotorum.

Mene-

Menemachus Aphrodiſeus, à Galeno poſitus inter Methodicos in Introductione, ſive Medico, huncque citat ipſe in medicamentis ſecundum locos, & lib. I. Therapeuticæ, & Cornelius Celſus lib. VI. cap. IX.

Meneſtheus, Galeno in medicamentis κτ̀ γένη libro V. T. II. p. 387.

Meneſtor memoratus Theophraſto in hiſtoria plantarum iib. V. cap. IV. Θερμὸν δὲ κιττὸς καὶ δάφνη καὶ ὅλως ἐξ ὧν τὰ πυρεῖα γένεται. Μενέςωρ δέ φησι, καὶ συκάμινος, & cap. X. πυρεῖα μὲν γίνεται ἐκ πολλῶν, ἄριςα δὲ ὥς φησι Μενέςωρ, ἐκ καρύυ.

Menippus, Galeno in lib. II. Antidotorum.

Menitheus, Galeno in libro Hippocratis linguarum expoſitio, citatus ex libro de appellationibus medicamentorum.

Μηνόδωρος ἀμβροσία, apud Galen. T. 2. p. 265.

Menodotus, Galeno in compoſitionibus medicamentorum κτ̀ τόπυς lib. V. c. VII. & lib. VI. c. I. Is fuit diſcipulus Antiochi Laodiceni, de quo ſupra diximus, fuitque ipſe Nicomedienſis, & Empiricus, dicaciſſimus & in dogmaticos iniqvus ut ſcribit Galenus lib. I. de naturalibus facultatibus c. 14. T. 2. edit. Pariſ. p. 346. vide & p. 340. 343. 344. & T. 2. edit. Græcæ Baſil. p. 238. T. 4. p. 21. 22. 56. 57. 372. T. 5. p. 92. 624. Aſclepiadem invicte confutavit, judice Galeno T. I. p. 94. Meminit Menodoti inter Empiricos etiam & Laertius in Timone ad fin. Galeni paraphraſis in Menodoti exhortationem & ſæpius inter Galeni opera, & ſeparatim prodiit Græce & Lat. Pariſ. 1583. 4. apud Morell.

Menœtas, Galeno lib. Pharm. κτ̀ γένη II. T. 2, 336.

Menon Ariſtotelis diſcipulus qui Medicorum placita collegit libris tribus*) quod opus Plutarcho IIX. 9. ſympoſiacon, Laërtio V. 25. & Galeno lib. I. in Hippocratem de natura humana T. 5. p. 4. memoratur. πάρεςι, τὰς τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλυς ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριςοτέλει, ὁμολογυμένας δὲ ὑπὸ Μένωνος γεγράφθαι, διὸ καὶ Μενώνεια προσαγορεύυσιν ἔνιοι ταῦτα τὰ βιβλία. Vide Reineſium lib. I. Var. Lect. c. 10. p. 33. ſq.

Menon, qui ut dicit Galenus libro quarto, de differentiis pulſuum, apud Roma-

*) Ita recte primæ editiones, licet in Wetſteniana tantum, α, β. omiſſo γ.

Romanos in exercenda medicina clarus fuit. Is fuit præceptor Herodoti, de quo ſupra.

Menophanes clinicus in quem Lucilii epigramma lib. 2. Anthologiæ p. 214.

Menophilus, Cornelio Celſo lib. VI. c. VII.

Menutianus, Galeno in lib. II. Antidotorum. Vide Minutianus.

Mercurius triſmegiſtus apud Ægyptios inter inventores Medicinæ celebratus ut dictum ſupra, in Hermete.

Κυροῦ Μερκουρίου τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ἐντιμωτάτου τοῦ ἐν μοναχοῖς, περὶ σφυγμῶν Leidæ MS. inter libros Voſſianos.

Merſinus Thrax apud Alexandrum Trallianum libro primo, capite decimo quinto, al. *Marſinus*.

P. Decius ſive *Decimius L. Heros Merula* de quo Inſcriptio Vetus apud Mercurialem IV. 22. Var. Lect. Vide ſupra, *Decimius*.

Meſarugie, apud Serapionem Simplicium, capite ſeptuageſimono, & ſq. & alibi ſæpe, & apud Matthæum Sylvaticum.

Meſcahen, Serapioni ſimplicium c. CLXI.

Meſeac, ſive *Meſerach*, ſive *Meſeal*, ſive *Meſeah*, ſive *Meſehab*, ſive *Aben Meſeach*, niſi ſint diverſi, apud Serapionem ſimplicium c. CX. & CXVI. & centeſimovigeſimo, & CCXXIV. & alios.

Meſehab, *Meſea*, ſive *Meſeacha* Serapioni ſimplicium c. LXVI. & c. CXL. & CLI. & CXCIX. niſi & idem ſit cum præcedenti.

Meſias, Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II.

Meſih, ſive *Miſih*, utrunque enim reperio apud Raſim Continentis libr. III. c. I. & c. III. non ſemel, & c. VI.

Meſiriobe, Serapioni in Antidotis, qui tractatus eſt VII. c. XVII.

Meſue vide ſupra, Johannes.

Meſui lube, cujus ſirupum deſcribit Meſue in libro Antidotorum.

Meton Athenienſis, quem Calliſtratus, Euphronius, & Phrynichus, ſcripſerunt fuiſſe optimum medicum & aſtrologum. Is annum magnum ex annis undeviginti conſtituit. Cujus meminit Tullius in epiſtolis ad Atticum lib. duodecimo, epiſt. II. Columella libro primo in præfatione, & libro nono, capite decimo quarto, & ex Græcis Ariſtophanes in Avibus, & Theon, aut quisquis is fuit, Commentariis in Aratum, ubi illum numerorum rationem diligentiſſime tenuiſſe ſcribit, & Diodorus Siculus libro III. c. II. ad fin. & iterum lib. XII. & Plutarchus in vita Alcibiadis. Hunc autem Lacedæmonium

monium fuiſſe ſcribit Ælianus lib. x. c. vii. De varia hiſtoria, & de eo quoque loquitur lib. xiii. c. xii. Sed vel Ælianum fefellit memoria, aut quod malim credere, vitioſi ſunt Æliani Codices, & ὁ Λάκων tanquam notius, librarii ſcripſerunt pro ignotiore pagi Athenienſis nomine, ὁ Λευκονιεὺς. Vide Rutgerſium libro quinto Var. Lect. cap. iv. & Meurſium de pagis Atticæ T. iv. theſauri Gronov. p. 746. Plura de Metone dixi lib. iii. hujus Bibl. c. v. § 7.

Metrodorus Athenienſis, Epicuri diſcipulus, cujus libros tres πρὸς τοὺς ἰατροὺς memorat Laërtius x. 24.

M*etrodorus* Chius, Democriti diſcipulus, cujus auditores fuiſſe Anaxarchum & Hippocratem ſcribit Suidas in Δημόκρ.

M*etrodorus* Chryſippi Cnidii diſcipulus, præceptor Eraſiſtrati, apud Sextum Empiricum lib. i. contra Mathematicos p. 271. edit. à me curatæ.

M*etrodorus* Sabini, de quo alibi, auditor, accurutior prioribus Hippocraticis, licet & ipſe non raro Hippocratem perperam intellexit, Galeno judice T. v. p. 396. Idem Aſclepiadeum vocat T. ii. p. 13. 14. *De herbis* librum ſcripſit teſte Plinio lib. xxv. c. ii. *ratione*, ut is dicit *blandiſſima*, *ſed qua nihil pæne aliud quam rei difficultas ſignificatur*, pinxit enim effigies herbarum, atque ita ſubſcripſit effectus: id quod etiam de Crateva & Dionyſio vult intelligi. Libri Metrodori hic titulus erat: ἐπιτομὴ τὴν ῥιζοτομουμένων, id eſt, Compendium earum rerum quarum radices ſecantur, ut idem dicit lib. xx. cap. item xx.

M*etrodorum* medicum, ſive illum, ſive alterum memorat Tullius libro ad Tironem, epiſtola incip. *Solicitat*, & Plinius pluribus locis, & Galenus lib. Simplicium Medicamentorum c. xxix. ubi illum dicit cæteras omnes præter ſectam Aſclepiadeam contempſiſſe. Metrodori Epheſii, dubium an Medici icon apud Boiſſardum & T. iii. theſauri Gronoviani, litera *bb*. Metrodorum laudat etiam Marbodeus carmine de gemmis, ubi de corallio:

> *Et ſicut ſcribit* Metrodorus, *maximus autor*
> *Fulmina*, *typhonas*, *tempeſtatesque repellit.*

M*evius Ruffus*, Galeno medicamentorum ſecundum genera vii.

Michael Angelus Blondus, cujus extat libellus de diebus decretoriis, & alii plurimi.

Michael à Capella, cujus ſunt Synonyma medica.

Michael cognomento & profeſſione medicus, natione *Scotus*, apud Balæum, Centuria III. & eum quoque memorant Joannes Picus, Symphorianus Champerius, & Cornelius Agrippa.

Michael Pſellus de cujus *libris duobus de victus ratione* & libro περὶ τροφῶν δυνάμεως dixi ad Allatium de Pſellis p. 23. & 33. T. v. hujus Bibl. De libro περὶ χρυσοποιίας pag. 25. ſeq. *De lapidum virtutibus* pag. 31. Illum MS. in Bibl. Cæſarea exſtare teſtatur Lambecius VII. pag. 225. De libro MS. *de podagra* idem Allatius pag. 34. & de ἰατρικῷ ad Imp. Conſtantinum Ducam p. 51. Libellum περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων ad Michaelem Cerularium Patriarcham CPol. quem Schediaſmate illuſtraſſe ſe Allatius pag. 42. profitetur, digniſſimum editione ait Lambecius VII. p. 221. Hujus Pſelli ſolutiones naturalium quæſtionum ſibi per plagium tribuiſſe Simeonem Sethi, notavit Allatius de Simeonibus p. 182.

Michael Savonarola, vide Joannes Michael.

Michael Villanovanus, qui univerſam rationem Siruporum ad Galeni cenſuram diligenter expolitam, & alia quædam ſcripſit.

Micon, *Miccion*, *Miction*, ſive *Micton*, qui ῥιζοτομούμενα adverſus ſerpentes ſcripſit teſte Plin. lib. XX. c. XXIII. ejusque malagma deſcribit Celſus lib. V. c. XVIII. ubi nonnulli legunt *Nicon*. *Mictonem* autem citat Nicandri Interpres. Μίκτωνα ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῶν. Harduinus pro Marcione Smyrnæo, de quo ſupra, etiam Mictonem jubet reponere, de quo adhuc puto ampliandum, donec id MSS. Codicum fide confirmetur. Idem Myſtionis Smyrnæi *Gynæcia* MS. capitibus MLXXII. quorum in catalogo apud Labbeum p. 172. bibl. novæ MSS. meminit Scipio Tettius, ad hunc putat Mictonem pertinere.

Midias Μειδίας apud Laërtium in teſtamento Lyconis Troadenſis, libr. V. ſect. 72. ubi Menagius legit Μηδίαν putatque eundem eſſe cum Medio de quo ſupra.

Migiſib, Raſi lib. Continentis VII. cap. I.

Miladius, Raſi ejusdem operis lib. VII. cap. III. & ex lib. Aphoriſmorum.

Milaſius, Cœlio Aureliano lib. Chronion V. cap. VII. & ſeq.

Miletus Plinio lib. XXVIII. cap. I.

Minucia C. L. Aſte Medica, in veteri lapide apud Fulv. Urſinum p. 100. & Gruterum p. DCXXXVI. 2.

Minu-

M*inutianus*, Galeno in Aphoriſmos Hippocratis, lib. IV. cap. LXIX. & Medicamentorum κτ γένη lib. VI. T. II. p. 403.

M*iſchion*, vitioſe pro Moſchion.

M*isdaſan*, Raſi lib. Continentis III. cap. IV.

M*iſib* ſive M*iſith*, auctor ſummæ, vide ſupra Meſih.

M*iſus*, Raſi Continentis VII. cap. IV. & lib. IX. cap. VI. non ſemel, ubi illum citat ex lib. de Obſtetricibus.

M*iſuſan*, Raſi lib. Continentis IX. cap. IV. & VI. & lib. X. cap. I. & II. ſæpe, & alibi.

Diis M*anibus ſacrum. L. Annius Caſſius* M*ithradorus medicus IIII. faction. Circen. fecit ſibi & liber. ſuis poſterisque eorum.* Vetus inſcriptio Romæ in via Appia. Spon. pag. 142. Miſc. eruditæ Antiquitatis.

M*ithridates* ſive Mithradates (ut in numis a) quibusdam id nomen ſcribitur) Rex Ponti ſuæ ætatis Regum maximus, ut cui duæ & viginti diverſarum linguarum nationes parebant, omnes anteceſſores medendi ſcientia & arte ſuperavit. Cujus commentationes Pompejus magnus in Latinam linguam à Lenæo liberto ſuo traduci juſſit, ut ſcribit Plinius lib. XXV. cap. II. Vide & Gellium XVII. 16. Sed Plinium audiamus: *Antea condiderat ſolus apud nos, quod equidem inveni*, Pompejus Lenæus, *magni libertus: quo primum tempore hanc ſcientiam ad noſtros perveniſſe animadverto. Namque* Mithridates, *maximus ſua ætate regum, quem debellavit Pompejus, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ fuiſſe argumentis, præterquam fama, intelligitur. Uni ei excogitatum, quotidie venenum bibere præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inventa genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen ejus retinet. Illius inventum autumant, ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis, quoniam veneno viverent. Ad illum* Aſclepiadis b) *medendi arte clari volumina compoſita extant, cum ſolicitatus ex urbe Roma, præcepta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortalium viginti duabus linguis locutum certum eſt, nec de ſubjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis LVI. quibus regnavit. Is ergo in reliqua ingenii ma-*

 gnitu-

a) Ezech. Spanhem. T. I. Operis de uſu numiſmatum p. 483. Vide etiam Thom. Crenium parte VII. animadverſ. p. 224.

b) De hujus ſcriptis ſupra pag. 91.

gnitudine, medicinæ peculiariter curioſus, & ab hominibus ſubjectis, qui fuere pars magna terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commendationum harum & exemplaria, effectusque in arcanis ſuis reliquit. Pompejus autem omni regia præda potitus, transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Lenæum, Grammaticæ artis doctiſſimum, juſſit: vitæque ita profuit non minus, quam reipubl. victoria illa. Ejus eſt nobiliſſimum illud Antidotum c) ab Mithridate nuncupatum, quod quotidie ſumendo Rex ille dicitur adverſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe, ut tradit Celſus lib. v. c. xxiii. Plin. xxiii. 8. & xxv. 2. & Galenus lib. de commoditatibus Theriacæ ad Cæſarem. Juſtinus xxxvii. 2. *Venenum metuens, antidota ſæpius bibit, & ita ſe adverſus inſidias exquiſitis tutioribus remediis ſtagnavit, ut ne volens quidem ſenex veneno mori potuerit.* Itaque ut narrat Dio xxxvi. p. 35. & Florus III. 5. *male tentatum veneno ſpiritum, ferro expulit*, exorato ut ab eo interficeretur Germano duce, nomine *Biſtoco* ut vocant Galeni Codices lib. de theriaca ad Piſonem T. ii. p. 468. vel ut Appiani, Mithridatico p. 248. *Bitœto* ſeu *Bituito.* Omnes mortales ætatis ſuæ edendo & bibendo ſuperaſſe, atque ideo Bacchi nomen Mithridati tributum à Trallianis, tradiderunt quidam apud Plutarchum primo ſympoſiacon c. 6. qui tamen alteram addit rationem, veriorem fortaſſis, ac probatam etiam elegantiſſimo Mureto lib. i. Var. Lect. c. ii. Mithridatia φάρμακα memorat idem Galenus κατὰ τόπους lib. vii. c. ii. T. ii. p. 263. 307. & alibi ſæpe.

Miub, Raſi Continentis lib. ix. cap. i. ſed credo mendum eſſe, & legi debere Miſih, de quo diximus.

Mnaſeas, Μνασέας, Μνασαῖος Galeno. T. ii. p. 317. 325. 327. 408. 409. methodicus Tom. iv. pag. 42. 373. vide ſupra Manaſeus.

Mnaſon, Galeno Pharmacorum localium lib. vii. c. ii. & lib. viii. cap. vii. in fin.

Mnemon Sidetes qui libro tertio Hippocratis de morbis epidemicis nonnulla addidit. Vide infra in Pamphylio.

Mneſicles, Plinio lib. xx. cap. xviii. in fin. & alibi ſæpe citatus. In codicibus MSS. notante Harduino & apud Priſcianum *Mneſides.*

Mne-

c) Mithridatium, de quo Jo. Henrici Meibomii Diſſ. & Matthiolus in Epiſtolis pag. 215. ut alios jam omittam.

Mneſidemus, Dioſcoridi lib. IV. cap. LIX. aut ut alii ſecant LXVIII. quo de papavere ſativo tractat.

Mneſitheus Athenienſis, medicus Dogmaticus cujus meminit Galenus lib. I. & VII. methodi, & in Introductione, ſive medico, ſi ejus eſt, & alibi ſæpe, e) præſertim in lib. I. de Ratione curandi ad Glauconem, non multo poſt princip. ubi ita de eo loquitur, quod cum in omnibus aliis quæ ad artem pertinent, non mediocriter eruditus eſſet, tum in exercenda arte, quantum via ac ratione licet, nulli peritia ſecundus. Meminit etiam Athenæus, qui eum pluribus locis citat ex lib. περὶ ἐδεστῶν, ſive ut Galenus T. IV. edit. Baſil. pag. 334. περὶ ἐδεσμάτων, *de Eduliis*: & *Epiſtolam* περὶ κωθωνισμοῦ, *de ebrietate*, Athenæus lib. XI. p. 483. Atq; *de facultatibus alimentorum*, Oribaſius II. 67. Laudat & παθολογικὸν Galenus T. 2. edit. Pariſ. p. 279. Anatomica id. T. v. edit. Baſil. p. 21. & Pauſanias in Atticis, cap. 37. p. 90. ubi illum medicina excelluiſſe, dicit. Is, ut ferunt, nunquam inebriari permiſit, ſed paucis tantum diebus hilareſcere.

Mneſitheus Cyzicenus. Oribaſ. IV. 4.

Mneſtheus, ſive Mneſtus (utrunque enim reperio) qui de Coronis ſcripſit. Nam & in his, ut alibi diximus, eſt aliqua valetudinis portio, ex Plinio lib. XXI. cap. III. Hunc, aut alium ejus nominis citat Gellius lib. XIII. c. XXX. eodemque ult. & Plutarchus in libro de cauſis naturalibus c. XXVI.

Molpis inter eos qui Chirurgica ſcripſere laudatur à Galeno in Hippocratem περὶ ἄρθρων libro quarto, T. v. edit. Baſil. p. 653. cum Diocle, Evenore, Nymphodoro, Nileo, Philotimo. Μολπιαια, T. XII. edit. Pariſ. p. 478.

Monteus cui liber ſecretorum inſcribitur ſub Galeni nomine T. x. edit. Pariſ. p. 549.

Monus, Aetio Quaternion. II. Serm. III. cap. XLII. & cap. CX.

Morſimus Athenienſis, tragicus frigidus & medicus ocularius parum probatus. Svid. in Μόρσιμος, Heſych. in Κλύμενος.

Moſchion, f) aut ut alii vitioſe vocant, *Miſchion*, niſi alter ſit, qui Græ-

e) Vide indicem ſcriptorum à Galeno laudatorum T. IV. hujus Bibl. p. 580.

f) Moſchion deminutivum à μόσχος, ut Ἐλαφίων, Ταυρίων, Αἰλουρίων, Τρυλλίων, Μελιστίων, Γλαυκίων, Ἱερακίων, Ἀκανθίων. Reineſ. p. 619. ad Inſcriptiones veteres.

ce ſcripſit de mulierum affectibus: & à Galeno citatur in medicamentis ſecundum genera, T. II. p. 259. 339. 340. 357. 391. præſertim ejus κοσμητικὸν T. II. p. 258. lib. I. c. I. & κατὰ τόπους, lib. I. c. item I. & lib. IV. c. VII. ubi eum vocat γνώριμον, familiarem: & lib. VII. c. II. Aetio Quatern. IV. c. XIII. Fuitque illi cognomen διορθωτοῦ ſive Correctoris, quod quædam Aſclepiadis ſcripta corrigeret, ut dicit idem Galenus lib. IV. De differentiis pulſuum T. III. p. 51. Hic quoque aut alius ejusdem nominis ſcripſit Græce unum de Raphano volumen ut tradit Plin. lib. XIX. c. V. vide infra, Theodorus Muſcienus, & quæ de Moſchione Græco Gynæciorum ſcriptore, aliisque hujus nominis dixi Vol. XII. hujus Bibl. p. 702. ſqq.

Moſchion alter, ut puto, memoratus Plutarcho Problematon Sympoſiacon Decade tertia, c. X.

Moſchus, niſi idem cum priore, Cornelio Celſo citatus lib. V. cap. XIIX. atque etiam Galeno in medicamentis κατὰ τόπους, libr. I. cap. I. & lib. IV. c. IIX.

Moſtaſes, Galeno in iisdem libris.

Moyſes Propheta magnus & Reip. Hebrææ conditor, S. Chryſoſtomo etiam medicus, de cujus medica & chemica ſcientia interpretes ad Exod. XV. 25. XXXII. 20. Deut. IX. 21. & quæ pridem notavi in Codice pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti p. 864. ſqq. & quæ de ſcriptis Chemicis tributis Mariæ, ſorori Moſis p. 869. Galenum Moſis phyſiologiæ inſultantem & nimis anguſtos limites Divinæ potentiæ, perinde ut imbellis hominis alicujus viribus auſum ponere, bene confutat Moſes alter, de quo mox, Maimonides aphoriſmo ultimo.

Moyſes Maimonides à Patria Cordubenſis, à loco in quo commoratus eſt Ægyptius, inter Judæos celeberrimus, de quo Joannes Leo Africanus cap. 28. ſupra p. 296. Ejus *regimen ſanitatis* ſeu de conſervanda valetudine inſcribitur etiam *potens Jacob* ex Geneſ. XLIX. 24. Vide Hottingeri ſmegma Orientale p. 39. & de hoc aliisque medicis ſcriptis Maimonidis Julium Bartoloccium Tom. IV. pag. 105. ſeqq. & Venerandum Wolfium noſtrum T. I. Bibl. Hebraicæ p. 863. ſqq. Ejus *aphoriſmi* ex Galeno ſelecti digeſtique per ſectiones. XXIV. prodierunt neſcio quo interprete Latine Baſil. 1579. 8. additis aphoriſmis Joannis Damaſceni ad Filium.

Nuga-

Mugaribus Granatenſis, cujus chymica cantica & mammaluci Damaſceni in ea commentarios ſed canticis ipſis obſcuriores memorat Leo Afer in deſcriptione Africæ, ubi de Feſſa urbe.

Muhamed aben Iſaac, Judæus, cujus de re medica liber Toleti A. C. 1265. compoſitus fuit MS. in Bibl. Eſcorialenſi.

Muhamed aben Cacim, *aben Adame el Gaſique*, liber medicus ſcriptus Malacæ A. C. 1413. in eadem Bibl.

M*uliaſus* diſcipulus, Raſi lib. IX. Continentis c. VI.

M*undinus* Bononienſis, citatus Guido Gaulioco.

M*undinus* de Lentiis, Florentinus, cujus expoſitionem habemus in Canones univerſales Meſue, & librum Anatomiæ, editum Papiæ 1478. fol. ac deinde ſæpius. Hanc Anatomiam Bononienſi alii tribuunt, non ut Tiraquellus Florentino, ajuntque vixiſſe circa A. C. 1305.

M*undinus* de Foro Julio, cujus Synonyma medica MS. habuit Jo. Georgius Schenckius ſcriptor Bibliothecæ iatricæ.

M*undinus* unus ex ſuperioribus, citatus in tabulis ſive tacuinis Helluchaſem.

M*uſa*, vide Antonius Muſa. Ex ejus poſteris videtur, ad quam ſpectat Inſcriptio vetus apud Reineſium pag. 633. Θ. Κ. ΑΝΤΩΝΕΙΑ ΜΟΥΣΑ ΚΑΙ Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΑΛΚΜΑΝ ΦΙΛΟΣΟΦ. ΣΤΩΙΚΟΣ ΑΝΕΘ. Π. Τ. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ ΓΟΡΔΙΑΝΩ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΑΝΩ ΚΙΟΥΙΚΑ. ΚΟΣ.

Muſeca Raſi libri I. Continentis cap. I.

Muſeia, ſive M*uſeya*, citatus in eo libro cap. VI. & lib. II. cap. I. non ſemel, & in Tacuinis Helluchaſem.

M*uſeric*.

M*uſæus* poëta. vide ſupra, in Heſiodo.

M*uſonius* de mulorum fœtibus. Vide V. C. J. Gottlieb Krauſens umſtändl. Bücher-Hiſtorie p. 199.

M*utagnachil*, Iſraëlita, Avicennæ libro quinto tract. III. citatus, vide ſupra, Iſraëlita.

M*ycon* ſive M*yccon*, vide ſupra, Micton.

M*yron*, Cornelio Celſo lib. V. ad finem ejus lib.
ὁ ἀπὸ τῆς Μυσίας ἰατρός. Galen. T. II. p. 139.

Naſca-

N.

Naſcarius.

Naucratites, Galeno Pharmacorum localium lib. IV. cap. VII. nomen patriæ, non medici. Naucratitæ fuere Athenæus cujus habemus Dipnoſophiſtica: Niloxenus de quo Plutarchus, convivio ſeptem ſapientum: Charon ſcriptor Ægyptiacorum, Philarchus, aliique.

Naumachius præceptor Philagrii, de quo poſtea.

Neapolita, Galeno lib. IV. & VII. medicamentorum κτ̀ γένη., & κτ̀ τόπȣς, lib. IV. cap. VII. & lib. VII. cap. IV. T. II. p. 251. 268. 283. 386. 404. 405. 410. 417. 419. & Paulo Æginetæ lib. III. c. XXII. Videtur Cajus intelligi, de quo ſupra.

Nearchus Galeno κτ̀ τόπȣς lib. VIII. cap. VII. T. II. p. 287.

Nebros Cous, ex genere Aſclepiadarum ſummus & optimus Græcorum medicorum, ut ſcribit Theſſalus Hippocratis filius in oratione quam in Senatu Athenienſi dixit, cum patriæ excidium deprecaretur, quæ poſita eſt inter opera Hippocratis. T. II. edit. Lindenianæ pag. 940.

Nechepſon, ſive *Nechipſon*, ſive *Nichepſon*, vel *Nichepſus*, vel denique *Necepſus*, (hæc enim omnia leguntur) Ægypti rex citatus ab Aetio Tetrabibl. I. Serm. I. quo loco de Anthemi, ſive Chamæmelo diſſerit, & iterum ejusdem Tetrab. Serm. II. cap. XIX. & XXXV. ubi eum Regem appellat, & iterum cap. XLVII. & Tetrab. II. Serm. II. cap. XCII. & Tetrab. IV. Serm. IV. cap. XII. Et hic quoque magicæ artis peritus fuit, teſte Euſebio chronographo. Et hujus item mentionem facit in apoteleſmaticis Manetho, & Vectius Valens Antiochenus, in libris quos inſcripſit ἀνθολογίας ut dixi lib. III. hujus Bibl. c. XX. & Galenus libro ſimplicium pharmacorum IX. ubi de Jaſpide viridi tractat, eumque citat ex libro VI. atque X. & Julius Firmicus lib. Aſtronomicon IV. cap. XVI. ubi & eundem vocat Ægypti juſtiſſimum imperatorem: & illum quoq; dicit fuiſſe optimum aſtronomum, omniaque vitia & valetudines collegiſſe: atque omnium ægritudinum medelas divinæ rationis magiſteriis adinveniſſe. Et lib. IIX. c. III. ad fin. ubi illum divinum vocat. Et Auſonius ad Pontium Paulinum epiſtola IV.

Quique magos docuit myſteria vana Necepſus.

Et

Et is forte eſt, quem Chenephren vocat Artabanus, apud Euſeb. IX. 27. præparat. Evangel. p. 434. illum ſcilicet Ægyptiorum Regem, qui Moſen conjecerit in carcerem, quod conaretur liberare populum ab Ægypto.

Neleus, Paulo Æginetæ lib. III. cap. XXXVII. qui forte eſt Nileus, de quo infra.

Nemeſius, de cujus lib. de natura hominis Vol. VII. hujus Bibl. p. 549.

Neocles Æliano memoratus lib. XVII. Animalium, cap. XV. quo loco de rubeta rana loquitur.

Neoptolemus μελιτȣργικῶν ſcriptor, de ratione conficiendi ſervandique mellis, laudatus Plinio indice libri XI.

Neronem quoque ut Medicum citat Paulus Ægineta lib. VII. cap. XVII. & Plinius Valerianus lib. rei medicæ I. c. XXIX. quem non temere poſſumus conjicere fuiſſe illum Imperatorem, illaudatiſſimum quidem illum, ſed apprime tamen doctum, ut videre licet ex Suetonio & aliis ſcriptoribus. Vix enim de alio quopiam Nerone docto comperies, niſi & de Tiberio illo intelligas, qui & ipſe Nero dictus eſt, ut tradit Suetonius. Neronianum Oxyporium deſcribit Marcellus Medicus, Medicamentorum c. XX.

Nicander Colophonius, de quo abunde dixi lib. III. hujus Bibl. cap. XXVI. De illo adiri poteſt etiam Lambecius lib. II. de Bibl. Vindob. pag. 565. ſeq. Citatur Nicander à Galeno T. I. p. 262. T. II. p. 125. 137. T. III. p. 269. T. V. p. 618. & aliis in locis. Nicandri theriaca olim imitatus latinus Poëta Æmilius Macer in libris theriacon de quibus Quintilianus. *Eugenii* (an *Eutecnii*) Sophiſtæ paraphraſis Græca in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca fuit MS. in Bibl. Eſcurialenſi. Theriaca carmine Latino reddita & ſcholiis explanata etiam à *Petro Jacobo Eſteve* Hiſpano, Valentiæ 1550. Ex *Jacobi Grevini* (qui Gallice etiam interpretatus eſt) Latina Metaphraſi, loca affert Jo. Rhodius ad Scribonium Largum p. 269. 274. Italico carmine expreſſa Alexipharmaca à Viro eruditiſſimo humaniſſimoque *Antonio Maria Salvinio*, didici ex Diario eruditorum Italiæ T. XIV. p. 132.

Nicander Thyatirenus quem à Colophonio non eſſe diſtinguendum conjicies è Stephano Byz. in Θυάτειρα.

Nicander ſimpliciter citatus Cælio Aureliano lib. Chronion I. cap. IV. Paulo Æginetæ, ſive ille eſt, quod facile crediderim, ſive alius.

Alius certe M*artius Fontejus Nicander* Medicus in veteri Inſcript. Romana apud Sponium p. 142. Miſc. eruditæ Antiqv. & Fabrettum p. 6.

Nicephorus Blemmida, cujus ſunt Canones de Urinis, Maximo Planudi ab aliis tributi.

Niceratus, qui de herbis ſcripſit, teſte Dioſcoride in præfatione, & Epiphanio Cyprio ſtatim poſt initium lib. I. adverſus hæreſes. Citaturque hic Aſclepiadis ſectator Galeno in Medicamentis ſecundum locos lib. III. cap. I. & lib. VII. cap. IV. & cap. VI. & alibi ſæpe, T. II. p. 270. 272. 283. 291. & Cælio Aureliano lib. Chronion II. cap. V. ex lib. de Catalepſi. Niceratus, quisquis eſt, memoratur Plinio in Nomenclatura authorum, lib. XXXI. cap. II.

Nicetes, Galeno medicamentorum ſecundum locos lib. IV. c. VII.

Nicetas ἰατρὸς βασιλέως ad quem epiſtola Theophylacti quinquageſima quinta. Idem fortaſſe Nicetas qui Chirurgorum Græcorum collectionem digeſſit, de qua dixi Vol. XII. hujus Bibl. p. 778. ſq.

Nicias, ſive *Niceas* Mallotes laudatur à Plutarcho in parallelis p. 308. ἐν τοῖς περὶ λίθων *de gemmis*, eidem lib. de fluviis p. 1161. & Stobæo florileg. p. 540.

Nicias Solenſis, perfidus ille Pyrrhi regis Epirotarum medicus, Claudio Quadrigario apud Gellium III. 8. & Zonaræ: aliis *Cineas* ut Æliano XII. 33. Var. Hiſt. Sed Valerio Max. VI. 51. & Ammiano Marcellino XXX. I. *Timochares* ſive *Demochares*.

Nicias alter Nicopolita, apud Plutarchum Problematon Sympoſiacon VII. c. I.

Nicodemus, Galeno lib. IX. Pharm. localium c. VII. Meſue in Antidotis non ſemel. Videtur corruptum pro Nicomede, de quo infra.

Nicolaus Alexandrinus, qui librum edidit de compoſitione medicamentorum particularium, Latinitate donatum à Nicolao Rhegino & plenius à Leonardo Fuchſio. Hic eſt Nicolaus quem Myrepſum vulgo appellant, & de quo dixi uberius in hoc ipſo Volumine, ſupra pag. 4. ſqq. Conſtat autem opus quod ſub hujus nomine Latine (Græce enim nondum prodiit) habemus, ex magno dynamero alphabetico Nicolai, quod laudat Aëtius X. 27. & ex aliis longe junioris ſcriptoris obſervationibus, qui Chriſtianus poſt Actuarium & Meſuen Arabem vixit (uterque enim ab eo allegatur) & doſes, ſynonyma, ſuccedaneas medicinas &c. aliaque adjunxit. Alius vetuſtior Nicolaus ſive Νικόλεως quem ſimpliciter citant Gale-

nus

nus lib. v. & lib. VII. medicamentorum κτ γένη, T. II. pag. 387. 412. & Paulus Ægineta lib. IV. c. XXXVII. & lib. VII. c. XVII. & cujus Nicolai emplaſtrum refert Nicolaus Myrepſus x. 143.

Nicolaus Ancon quem temporis ſui ſcriptorem inter Medicos laudat Tiraquellus.

Nicolaus Callicles, Archiater, ad quem extant Theophylacti Epiſtolæ.

Nicolaus Ferrarienſis, non diverſus ut opinor à Leoniceno de quo mox.

Nicolaus Judocus Venetus.

Nicolaus Leonicenus, Vincentinus, qui cum per ſexaginta annos medicinam Ferrariæ docuiſſet, ibi diem obiit An. 1524. ætatis ſexto & nonageſimo, rogatusque quonam arcano medico uteretur, ut tanto cum corporis & animi vigore, etiam nullo ciborum habito delectu ſenectutis moleſtias effugeret, *vividum*, inquit, *ingenium perpetua vitæ innocentia, ſalubre vero corpus hilari frugalitatis præſidio facile tuemur.* Hujus exſtant libri de Plinii & aliorum in medicina erroribus, nec non Commentarii in Galenum, & illius multorum operum translationes, & alia multa opera elegantiſſima & doctiſſima. Is primus ſi Tiraquellum audimus poſt hominum memoriam docuit medicinam] latine loqui.

Nicolaus Leonicus Thomæus, qui lib. III. edidit de varia Hiſtoria, & Latine vertit libr. Galeni cui titulus eſt, Documentum de puero epileptico.

Nicolaus Machelus, Mutinenſis, qui commentarios Galeni in I. librum Hippocratis de morbis vulgaribus, & Raſis librum de peſtilentia è Græco Latine reddidit.

Nicolaus Maſſa Venetus, cujus ſunt libri de febre peſtilentiali, petechiis, & morbillis, de morbo Neapolitano.

Nicolaus Myrepſus, ὁ μυρεψός, magni dynameri ſcriptor, vide Cangii gloſſarium Græcum in voce δυνάμερον, & quæ ſupra in Nicolao Alexandrino.

Nicolaus Nicolus, Florentinus, Pogii familiaris, Philelphi contra inimicus, qui librum Sermonum in hac arte mira ubertate compoſuit, in quo univerſalem medicinam in unum veluti corpus congeſſit, quod apud Græcos Oribaſius fecit. Illum graviſſimæ authoritatis medicum vocat Leonicenus in libro de Serpentibus.

Nicolaus Poll, Cæſaris medicus, cujus eſt liber de cura morbi Gallici.

Nicolaus Præpoſitus, cujus eſt Diſpenſatorium ad aromaticos, ex Nicolao Myrepſo excerptum, ut dixi ſupra p. 6.

Nicolaus Quintus Papa ab A. C. 1447. ad 1455. Bartholomæi Parentucelli Phyſici ſive Medici filius, arte & profeſſione medicus etiam ipſe ut omnium ſcriptorum ejus tempeſtatis teſtimonio ait ſe tradere Tiraquellus p. 274. Nicolaum autem Papam, cujus ſalem purgatorium memorat Nicolaus Myrepſus Sect. 2. cap. IX. oportet fuiſſe ex prioribus aliquem.

Nicolaus de Regio, ſive Regino Calaber, qui primum maximam operum Galeni partem in Latinum traduxit non admodum eleganter, ut ejus tempora ferebant, ſed fideliter tamen, & Nicol. Myrepſi quædam.

Nicolaus Salernitanus, cujus ſunt duo Antidotaria, unum majus, alterum minus, imprimis commendata, & quorum minore paſſim utuntur pharmacopolæ.

Nicolaus Salicetus, cujus in chirurgia librum habemus.

Nicolaus, aut ille Myrepſus, aut alius, & is quidem ſuperior plerisque omnibus, utpote quem citat Raſis lib. Continentis XI. c. IV.

Nicomachus Stagirites Machaonis filius, Pauſaniæ in Meſſen. memoratus, cujus ἰατρικῶν libros ſex, & unum Phyſicorum Suidas memorat.

Nicomachi alii duo medici à Suida recenſiti, alter pater Ariſtotelis, alter filius, qui inter cætera ſua opera ſcripſit Commentarios in Phyſicam patris, & ſex Ethicorum libros ad Eudemum, qui & tempore Ciceronis extabant, ut ipſe dicit lib. V. de fin. cap. V. Nicomachum autem, quisquis is fuit, citat Galenus medicamentorum ſecundum genera lib. V.

Nicomachus Smyrnæus Galen. T. 3. p. 204.

Nicomedes ocularius. Vetus Inſcript. apud Fulv. Urſinum p. 100. *Q. Golius Q. L. Nicomedes medicus Ocularius Six Vir Col. Jul. Faneſtris. Golia Q. L. Salvia uxſor. Q. Golius Q. F. Pol. Faneſter Filius, Velia Q. L. Priſca uxſor. Ex teſtamento Faneſtris Filii.*

Nicomedes citatus Galeno lib. de compoſitione medicamentor. κατὰ τόπους II. c. item II. T. II. p. 180. 184. Vide & ſupra Nicodemus.

Nicomedes Smyrnæus, de quo vetus Inſcriptio Romæ, quam refert Sponius p. 131. Miſc. eruditæ antiquitatis, ad Galieni Imperatoris eam referens tempora:

Θ. K.

Στήλην ἔθηκαν Νικομήδει συγγενεῖς,
Ὃς ἦν ἄριστος ἰητρὸς ἐν ζωοῖς ὅτ᾽ ἦν,

Πολλὰς

Πολλὲς τε σώσας φαρμάκοις ἀνωδύνοις
Ἀνώδυνον τὸ σῶμα νῦν ἔχει θανών.

Εὐψυχῶ Νικομήδης, ὅςις ἐκ ἤμην καὶ ἐγενόμην, ἐκ εἰμὶ καὶ ἐ λυπἕμαι, ζήσας ἔτη μδʹ καὶ ἡμέρας κγʹ.

Cippum poſuere Nicomedi cognati,
Qui in vivis cum eſſet, optimus fuit Medicus
Multosque *remediis, dolorem ſedantibus ſanavit,*
Nunc corpus habet dolore vacuum, mortuus.

Bono animo ſum Nicomedes, qui non eram & natus ſum, eſſe deſii & non contriſtor, vixi annos XLIV. & dies XXIII.

Itidem Romæ eruta baſis ſtatuæ votivæ, Æſculapio à Nicomede conſecratæ: ex vicinia thermarum Trajani. Τῷ σωτῆρι Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης ἰατρός.

Τὴν παιδὸς καλλίσαν εἰκὼ τάνδε θεοῖο
Παιᾶνος κέρε ματρὸς ἀπαρτιτόκε,
Δαιδαλέων μερόπεσσιν ἐμήσαο Σειοβέηθε
Εὐπαλάμε σοφίης μνᾶμα καὶ ἐσσομένοις.
Θῆκε δ' ὁμε νέσων τε κακῶν ζωάγρια Νικομήδης καὶ χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων.

Æſculapio Servatori donaria pro ſalute reſtituta gratiarumque actionem Nicomedes offert Medicus.

Pulcherrimam hanc imaginem pueri Dei
Pæanis (Apollinis) *filii ex matre quæ cito peperit,*
Adornans mortalibus effinxiſti Scioboëthe *)
Artificioſæ ſcientiæ tuæ monumentum etiam poſteris.
Poſuit autem Nicomedes, ut eſſet ſimul liberationis pretium à malis morbis
Et manuum ſpecimen antiquarum.

Et in altera facie: Τῷ βασιλεῖ Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης Σμυρναῖος ἰατρός.

*) Sculptoris nomen.

Οἷον ἐμαιώσαντο νέον τόκον Εἰλείθυιαι
  Ἐκ Φλεγύου κούρης Φοίβῳ ἀκειρεκόμῃ,
Τοῖόν τοι Παιὰν Ἀσκληπιὲ Σκιοβόηθος
  Χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς τεῦξεν ἑαῖς πραπίσιν.
Νηῷ δ' ἐν τῷδε ζωάγρια θῆκεν ὁρᾶσθαι
  Πολλάκι σαῖς βουλαῖς νοῦσον ἀλευάμενος.
Σὸς θεράπων εὐχῆς ὀλίγαν δόσιν οἷα θεοῖσιν
  Ἄνδρες ἐφημέριοι τῶν δὲ φέρουσι χάριν.

Regi Æſculapio pro Salute gratiarumque actione, Nicomedes Smyrnæus Medi-*cus* (conſecrat.)

Qualem obſtetricatæ ſunt recens natum Ilithyæ
  Ex Phlegya filia, Phœboque intonſo:
Talem tibi Pæan Æſculapie Scioboëthus
  Manu erudita ſtatuam induſtrie ſculpſit.
Hoc autem in templo pro mercede ſalutis poſuit conſpiciendam,
  Tuis ſæpe conſiliis expulſo morbo:
Tuus Cliens tenue pro voto donum, qualia Diis
  Viri mortales horum gratia offerunt.

Nicon, Sexti Fadii præceptor, cujus librum περὶ πολυφαγίας, id eſt de edacitate memorat Cicero ad Trebatium lib. epiſtolarum VII. epiſt. XX. incip. *Amabilior.* Hunc, aut alium ejus nominis citat Cornelius Celſus lib. V. cap. XIIX. quanquam nonnulli ibi Micon legunt. Pater quoque Galeni Nicon appellatus eſt, quem Philoſophiæ & Mathematicarum diſciplinarum, litterarumque elegantiorum peritum filius teſtatur, X. de ſimplic. medic. & I. κατὰ γένη T. II. p. 321. Vide & Tzetzam Chiliad XII. verſ. 10. ſq.

Nicoon, ſive ille, ſive alius antiquiſſimus medicinæ author ab interprete Nicandri in Theriacis citatus.

Nicoſtratus, Galeno lib. IIX. Pharmacorum localium c. II. & lib. IX. cap. IV. & lib. VII. τῶν κατὰ γένη, c. V. & VI. T. II. p. 276. 299. 302. 303. 412. & lib. II. Antidotorum: & Aetio citatus, qui Anticyræ meretrici hellebori vim magnam moriens dicitur reliquiſſe, teſte Antiphane lib. de meretricibus apud Athenæum XIII. p. 586.

Iſolæ

Iſolæ in ædibus presbyteri in vaſe rotundo & longo, teſte Reineſio claſſe XI. 8. Inſcript. p. 68. *Q. Clodius Q. L. Niger medicus ocularius, ſibi & Q. Clodio Q. L. Salvio Patrono.*

Niger, vide *Petronius Niger*, & *Sextius Niger.* Nigrum autem ſimpliciter citat Galen. lib. VI. Simplicium c. I. & lib. Antidotorum I. Cœlius Aurelianus lib. Oxeon III. c. XVI. ubi illum vocat amicum Tullii Basſi, & Galenus lib. Simplicium VI. in præfatione.

Domitius Nigrinus Galen. T. 2. p. 417.

Νειλεὺς, *Nileus*, Cornelio Celſo, Galeno T. 2. p. 182. 183. & T. V. pag. 653. ubi male Ἰηλεὺς pro Νειλεὺς, Paulo & Aetio citatus & Oribaſio de machinamentis. Vide Neleus.

Nilus etiam Galeno T. 2. p. 222. 283. 292. Paulo, lib. VII. c. XIIX. & Aetio ſæpe citatus, niſi idem ſit cum præcedente.

Demetrius Nomachlomus cujus manu An. C. 1339. exarata Græce ſcripta Oribaſii, Nicolai Myrepſi & aliorum in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi n. 2703. Vide celeberrimi Montfauoni Palæographiam Græcam p. 70.

Nomiſianus infra in Numiſiano.

Nonus de quo dixi Volum. XII. Bibl. p. 685. ſeq.

Notkerus medicus Doctor, cujus hymnum qui incipit *Rector æterni metuende ſæcli* edidit Henricus Caniſius inter varia poëmata antiqua monaſterii S. Galli T. V. part. 2. Antiquarum Lect. & novæ edit. T. II. part. 3. p. 210. & T. XXVII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 516.

Numenius, Celſo lib. V. citatus c. XIIX. & c. XXI. Hujusque librum Theriacum laudant Scholia in Nicandrum. Numenium Heracleotem hunc Dieuchis diſcipulum fuiſſe ſcribit Athenæus libr. I. Dipnoſophiſtarum, ut in Dieuche diximus.

Numiſianus, aut ut alii vocant, *Nomiſianus* Corinthius, unus ex præceptoribus Galeni, ut ipſe Galen. dicit poſt prin. ἀναθμικῶν ἐγχειρήσεων, id eſt, Anatomicarum adminiſtrationum. Et de eo quoque loquitur in Commentariis Hippocratis de natura hominis, ubi & illum Heracleanum vocat, dicitque etiam Pelopen, alium ex ſuis præceptoribus fuiſſe diſcipulum illius T. V. p. 21. Et ejus item meminit lib. V. Aphoriſmorum Hippocratis. T. V. p. 293. Vide & T. IV. p. 370.

Numius Aetio citatus Serm. XIII. c. XX.

Nymphodorus, aut ut alii vocant, Nymphodotus, Cornelio Celſo lib. IIX. c. XX.

xx. Plinio lib. xxxiii. xxxiv. & xxxv. Galeno lib. vi. medicamentorum ſecundum genera. Aetio Tetrab. iii. Serm. i. cap. xlv. & xlix. & Paulo Æginetæ lib. vii. c. xii. citatus, nec non Oribaſio de machinamentis.

O.

Obes, Raſi lib. iix. Continentis c. i. & lib. ix. c. iv. ex Antidotario.

Octavius Horatianus diſcipulus Vindiciani, de quo ſuo loco. Hujus extant lib. iv. rerum medicarum, in quorum poſtremo poſt princip. meminit illius ſui præceptoris. Illos tamen libros non hujus eſſe, ſed *Theodori Priſciani* tradit Gregorius Gyraldus hiſtoriæ poëtarum dial. vii. quo de Menandro diſſerit. Quisquis autem is eſt, ſuum citat primum Phænomenon in ii. parte lib. ii. c. vii. Plura de illo ejusque editionibus dixi in Bibl. Latina.

Ocyroe, Chironis filia Ovid. ii. Metamorph. 636. ſeq.

Odus de Odis Patavinus, cujus ſunt libri de cœnæ & prandii portione.

Oenone ab Apolline artem medicam edocta. Ovid. Heroid. quinta v. 145. ſq.

Olympiacus, ſive *Olympicus* Mileſius, quem Galenus in Introductione, ſive Medico ponit inter methodicos. T. 4. p. 373.

Olympiades Thebanus Plinio citatus lib. xx. c. xxi. & Galeno lib. iv. de differentiis pulſuum.

Olympias Thebana, Plin. hiſt. naturali & Plinius Valerianus iv. 5.

Olympicus, ſive ille *Olympiacus* ſive alius, quem nugacem appellat Galenus lib. i. Therapeuticæ. Præceptor Apollonii Cyprii, methodicus, id T. iv. p. 43. 45. 46.

Olympionicus, Galeno in medicamentis ſecundum locos lib. iv. c. vii. & Aetio citatus Tetrabibli ii. Serm. iv. c. cii.

Olympius, Galeno Pharmacorum localium ix. c. iii. T. ii. p. 296.

Olympius collega Octavii Horatiani, ut ipſe Horatianus dicit in præfatione lib. i. rerum medicarum.

Olympus Sophiſta, Aetio Quaternionis iii. Serm. iii. c. xix.

Olympus medicus Cleopatræ familiaris, apud Plutarchum in Antonio, p. 953. ſive ille, ſive alius. Alterum autem horum, aut alium citat ſimpliciter Galenus in medicamentis ſecundum locos. Alius etiam de quo infra in Tauranio.

Omeis Bentamiz, qui *Omas Bentamin* citatur Arabibus.

Onan,

Onan, ſive *Onen*, Raſi lib. III. Continentis cap. III. non ſemel, ubi citatur ex lib. de electionibus.

Onaſim, Serapioni Simplicium c. CXXXVI.

Oneſidemus, Galeno in medicamentis ſecundum locos lib. x. c. 1. non ſemel. T. II. p. 306.

Onetrus, ſive Oneter ibid. lib. VII. ad fin. T. II. p. 273.

Ophilius, Plinio lib. XXIIX. c. IV.

Ophionicus Conchlax citatus à nonnullis ex libris Herbarum. Sed Galenus in præfatione lib. VI. Simplicium medicamentorum ad fin. putat eſſe nomen ſuppoſititium.

Opion Plinio citatus lib. XX. c. V. & c. XXII. Alii Ophionem legunt.

Oreſtinus, Galeno in libris medicamentorum ſecundum locos lib. 1. cap. 1. T. II. p. 156.

Oribaſius Sardianus, Juliani Imperatoris Archiater, qui ſeptuaginta libros medicinæ, ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἰατρικαῖς, ad Julianum ipſum, eorumque epitomen in libris IX. ad Euſtathium filium compoſuit. In tanto autem honore apud eundem Julianum fuit, ut ab eo κοιαίστωρ quæſtor Conſtantinopolitanus factus ſit, teſtibus Suida & Eunapio in lib. Sophiſtarum, qui & eum dicit invidia ſuccedentium Imperatorum rebus ſuis ſpoliatum in exilium ad Barbaros miſſum, ubi tamen animo ſemper philoſophico inſtructus fuit, tantaque apud eos gratia & opinione enituit, ut quaſi pro Deo haberetur, placatisque tandem principibus rediit, & bona recuperavit. Hujus quoque nomine circumferuntur Commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, quos vix illius eſſe crediderim. De eo ejusque ingenti συναγωγῶν opere eſt Epigramma in lib. IV. Anthologiæ hujusmodi, quod Græce à me productum alibi, ſic vertit Lodoicus Jausſerandus:

Juliani regis medicus celeberrimus hic eſt
Divus Oribaſius, dignus honore coli:
Providus inſtar apis, veterum monumenta pererrans,
Ex variis unum nobile ſcripſit opus.

De Oribaſio ejusque ſcriptis & editionibus abunde dixi Vol. IX. pag. 451. ſqq. & Vol. XII. p. 640. ſeqq. In nomina & virtutes balnearum

 Puteoli

Puteoli & Bajarum ſicut in libro decimo Oribaſii continentur, notæ Thomæ Reineſii MStæ memorantur in Clariſſ. Græivi Epiſtola ad Nic. Heinſium T. IV. ſylloges Burmannianæ p. 357.

Origenes, ſive *Origenias*, Galeno in libris medicamentorum ſecundum locos VII. c. II. & IV. & lib. IIX. c. III. T. 2. p. 264. 277.

Orion ὁ κ]ενιςής qui comis pectendis ſuam addixit operam, Galen. κτ̓ γένη lib. VII. T. II. p. 240.

Ornocas.

Orpheus cognomento Theologus, qui περὶ συνθέτων θανασίμων φαρμάκων de medicamentis compoſitis exitioſis ac mortiferis ſcripſit, apud Galenum in lib. II. Antidotorum. T. 2. p. 445. Idem primus omnium quos memoria novit *de herbis* aliqua curioſius prodidit, teſte Plinio XXV. 2. qui eum quoque laudat XXV. 2. & XXIIX. 4. ſcripſit & νόσων ἰάματα teſte Pauſania in Boeoticis, & libellum *de gemmis*, qui exſtat, & *Phyſica*, niſi illa Brontini fuerint, ut viſum Epigeni apud Clementem Alex. I. Strom. p. 331. Orpheum citat ex Stratone Alexander Trallianus lib. I. c. XV. Sed de Orpheo & ſcriptis illi tributis, diligentius dixi lib. I. hujus Bibl. cap. XIX.

Orphitus, apud Galenum libro VII. medicamentorum κτ̓ γένη, Tom. II. p. 419.

Oſantrus περὶ ἵππων ἰατρικῆς Galen. T. X. edit. Pariſ. p. 719.

Orus Rex Iſidis filius, rex Ægypti quem medicinam edoctum à matre, multum hominibus tum per oracula tum per medelas attuliſſe utilitatis, tradit Diodorus Siculus lib. I. Vide quæ de Oro ſive Horo dixi lib. I. hujus Bibl. c. 13.

Orus Mendeſius junior, apud Galenum in lib. II. Antidotorum. T. II. p. 445.

Oſiris Rex Ægypti, vide ſupra, Apis.

Oſthanes, Dioſcoridi lib. IV. c. XXXII. quo de Siderite tractat, & Alexandro Tralliano lib. I. cap. XV. Magica dictus ſcripſiſſe & Chemica. Vide quæ notavi lib. I. hujus Bibl. c. 14. & Vol. XII. p. 777. Apud Plinium, Oſthanæ duo XXX. I.

Otho Brunfelſius, Maguntinus, cujus eſt Onomaſticon medicinæ, & Catalogus, Theſes ſive loci communes totius medicinæ, Herbarum tomi tres, & alia pleraque opera.

Otho Siculus Galen. l. I. Pharmacorum κτ̓ τόπȣς cap. I. pag. 156. Aliis *Ortho*, vitioſe ut opinor.

P.

Paccius, ſive *Pacius*, ſive *Pacchius Antiochus* Ophthalmicus, Galeno ſecundum genera lib. VII. T. II. p. 218. 299. 412. & κτ̀ τόπους lib. IV. c. VII. & lib. IX. cap. IV. ubi citatur ex *Collectaneis* Scribonio Largo lib. compoſitionum medicamentorum c. XCVII. & c. CLXVI. Aetio Quatern. II. Serm. III. c. CIX. & Marcello Burdegalenſi, c. XX. poſt prin. ubi illum dicit deceſſiſſe paulo ante Tiberium Cæſarem, & c. XXV. Philonidis Siculi auditor de quo infra.

Pæon Deorum medicus, apud Homerum lib. IV. Odyſſeæ, & lib. V. Iliad. atque aliis in locis.

Pætus de quo Lucianus in Pſeudomanti. Alius de quo Vetus inſcriptio apud Gruter. p. DCXXXIII. 4. *D. M. S. M. Caſineio Pæto Medico, Caſineia Artemiſia Conjux, cum quo vixit Ann. XXV. B. M. F.*

Pagaſius, apud Procopium de bello Vandalorum. Vide Pegaſius.

Paladius quiſquis eſt citatus Raſi lib. IV. Continentis c. I.

De *Palladio*, rei ruſticæ ſcriptore dictum in Bibl. Latina.

Palamedes ex Græcorum ducibus ad Trojam ſollers in peſtilentiæ contage ab exercitu per tenuem diætam & motum concitatiorem declinanda, ut innuit Philoſtratus in Heroicis.

Palladem item Medicæ artis fuiſſe doctam ac veluti præſidem aperte declarat Ovidius, dum monet medicos libare Palladi, quo medendi arte magis valeant. Ejus verſus ſunt lib. III. Faſtorum.

Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte,
Munera de veſtris pauca referte Deæ.

Nam & Plinius lib. XXIV. c. XIX. eodemque ult. tradit Minervam, quæ ipſa Pallas eſt, reperiſſe Argemonem herbam. Et lib. ſeq. cap. IV. niſi hic de alia item herba loquatur, ab ea inventa. Sed & idem lib. XXII. cap. XVII. ſcribit vernulam Periclis, qui ex templi faſtigio cecidiſſet, Perdicio, ſive Parthenio herba ſanatum, monſtrata ipſi Pericli ſomnio à Minerva, quare Parthenion vocari cœpta eſt. Ex quo ὑγιεία Minerva ab Athenienſibus culta, cujus ſtatua in Acropoli ænea ab ipſo Pericle poſita eſt, ut tradit Plutarchus in vita illius, ubi etiam de illo ſomnio loquitur. Cujus itidem Deæ meminit Lycurgus orator in oratione περὶ τῆς ἱερείας, Pauſanias in Atticis, & Harpocration. Sed & eadem Pæonia dicta, veluti medica, cujus etiam meminit idem Pauſanias eodem lib. Item σώτειρα, id

id eſt, ſervatrix apud Heſychium & eundem Pauſaniam, unde & à Galeno aliisque antiquis medicis Sotera Pallas antidotus quædam eſt cognominata. *Hactenus Tiraquellus* p. 408.

Pamphilianus ad quem de theriaca ſcripſit Galenus T. II. p. 469.

Pamphilus qui de herbis ſcripſit, ut tradit Epiphanius libro adverſus hæreſes I. ſtatim poſt initium. Eumque citat Aetius, & Galenus T. II. p. 227. T. V. pag. 705. 706. lib. V. Medicamentorum ſecundum locos c. VII. ubi illum artem medicam exercuiſſe Romæ ſuo tempore dicit: & libr. VI. ſimplicium in præfatione, T. II. pag. 68. 69. 91. ubi eum dicit de herbis ex Alphabeti ordine ſcripſiſſe, nec abſtinuiſſe à nugis ſuperſtitioſis Ægyptiorum & Babyloniorum, herbarum autem vires non expertum, ſed cæteris qui ante ſe ſcripſerant, fidem habuiſſe. Confer Lambecium II. p. 528. ſeqq. Svidæ eſt Grammaticus Alexandrinus ex Ariſtarchi ſchola. Idem teſtatur etiam ſcripſiſſe εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα καὶ τὰ καλούμενα ὀπικά. leg. ὀφιακά ut recte Clariſſ. Kuſterus.

Icon hujus Pamphili in veteri Codice Dioſcoridis apud Lambecium Neſſeliumque & T. III. theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani lit. kk. Παμφίλιον medicamentum apud Galen. Tom. II. pag. 326. 338.

Pamphilus epiſcopus, quisquis is eſt, Aetio Tetrab. IV. Serm. IV. cap. CXXII.

Pamphilus Pharmacopola, id eſt, μιγματοπώλης, eo titulo citatus Galeno lib. VII. ſecundum locos c. III. T. II. p. 266. & Aetio Tetrab. II. Serm. IV. c. XVI.

Pamphilus Amphipolita vel Sicyonius aut Nicopolita, Philoſophus cognomento φιλοπράγματος quem γεωργικὰ βιβλία γ' *libros tres de re ruſtica* ſcripſiſſe Suidas teſtatur. Hic eſt qui laudatur in Græcis ſcriptoribus Geoponicis. Confer Lambecium II. p. 537. ſq.

M. Allius Pamphilus Primillæ L. & uxori & Primo L. delicio Cariſſimis ſibi fecit. Inſcriptio vetus Romana apud Sponium in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis p. 141.

Pamphylius Medicus apud Galen. T. V. p. 411. intelligitur Mnemon ὁ διορθωτὴς Sidetes ex Side Pamphyliæ. ἰατροῦ τινος Παμφυλίου τὸ γένος ἐκ πόλεως Σιδικῆς, Κλεοφαντίου τὴν αἵρεσιν. Hic eſt antiquisſimus

ſimus ille Medicus, qui libro tertio epidemion Hippocratis dicitur nonnulla addidiſſe: τ̃ Παμφυλίȣ Μνήμον☉ χαρακτῆρας vocat Galenus T. v. p. 431.

Panacea Æſculapii filia cujus Hippocrates in jurejurando meminit.

Panacius, ſupra in Eraſiſtrato.

Pancius Lucenſis.

Pantaleon Nicomedienſis, qui Martyrium paſſus eſt ſub Maximiano Imp.

Pantaleon Vercelleus, cujus ſunt libri pilularum: Pilularium excuſum Papiæ 1508. fol. Lugd. 1525. 4. & ſumma de confluentia lacticiniorum, de butyro, de caſeorum variarum gentium differentia & facultatibus. Taurini 1477. fol.

Τῷ ἰατρῷ τ̃ βασιλέως τῷ Μιχαὴλ Παντέχνῃ Epiſtola Theophylacti 44. 73. 74. niſi παντέχνης pro elogio eſt, non pro nomine.

Panthemus Celſo citatus lib. v. c. xiix.

Papias Laodiceus Autolyci medicus, Galeno lib. medicamentorum ſecundum locos iv. c. iix. alius frater cui dicatus liber de virtute centaureæ. T. xiii. edit. Pariſ. p. 1010.

Parthenium Nicæenſem (de quo dixi lib. iii. c. xxvii. § 9.) neſcio quo auctore Medicis accenſet & de herbis ſcripſiſſe ait Joannes Bernierius in Hiſtoria Chronologica Medica quam Gallice edidit p. 87.

Parthenius, cujus eſt dialogus de humani corporis ſectione, excuſus cum Georgii Vallæ de re Medica.

Paſicrates, Galeno medicamentorum ſecundum locos lib. iix. cap. item iix. & Oribaſio de machinamentis. Paſicrates hic Smyrnæus, Menodori Eraſiſtratei frater, ipſe quoque Eraſiſtrateus, ut V. C. Richardus Mead pag. 69. probat ex numo in cujus altera parte Hygeiæ caput laureatum, in altera ſedens Medicus & meditans cum libro in manu, adſcriptis verbis Σμυρναίων, Πασικράτης, adjectoque in eadem numi ara, duplici monogrammate uno urbem Smyrnam, altero ſcholam Eraſiſtrateam denotante. Eſt apud eundem numus conſimilis, in quo Medicus ſedens, verum ſive illis monogrammatis, adſcripta tamen habens verba, Σμυρναίων, Μητρόδωρ☉ Πασικράτȣς. In Inſcriptione veteri Ancyrana: Καπίτωνι Πασικράτȣς, Πασικράτης καὶ Μηνόδωρ☉ υἱοὶ αὐτȣ̃. Apud Athenæum lib. ii. p. 58. Μηνόδωρ☉ ὁ Ἐρασιστράτειος Ἰκεσίȣ φίλ☉.

Paſinicus, ad quem Epiſtola S. Baſilii CCCLXXV.

Paſion, ſive *Paſſion* (nam utrunque legitur, ſed frequentius Πασίων) Galeno, T. II. p. 118. 135. 188. 202. 333. 352. T. IV. p. 98. 169. 191. 210. 218. Paulo Æginetæ, lib. VII. cap. XII. & Aetio.

Paſithemis in teſtamento Lyconis Troadenſis laudatus apud Laertium lib. V. Sect. 72.

Paternianus, cui librum de ſimplicibus medic. Galenus dedicavit.

Patriarcha, qui tranſtulit quosdam libros Galeni in Arabicam linguam, ut dicit Rabbi Moyſes Aphoriſmorum lib. XXIV. in pluribus locis.

Patroclus Achillis amicus, qui curat vulnus Euryphili apud Homerum XI. Iliados. Ab Achille edoctum artem medicam tradit Ælianus lib. II. c. XIIX. hiſt. animal.

Paulinus Scythopolites, memoratus Porphyrio in vita Plotini Platonici.

Paulinus alter citatus Galeno medicamentorum ſecundum locos lib. IIX. c. IIX. Valerius Paulinus T. II. p. 418.

Paulus Ægineta, qui ampliſſima ſcilicet LXX. volumina Oribaſii in compendium quoddam coegit, ut ipſe teſtatur. De illo uberius dixi Vol. XII. p. 576. ſeq.

Paulus Alagenitus, Serapioni tract. VII. cap. IX. niſi ſit Paulus Ægineta, cujus nomen ſit corruptum apud Serapionem.

Paulus Græcus ex Medico Epiſcopus in Luſitania Emeritenſis. Vide Paulum Diaconum Emeritenſem de vita Patrum Emeritenſium cap. IV. in Aguirrii T. II. Concil. Hiſpan. p. 643.

Paulum quoque Apoſtolum medicinali arte uſum tradit Divus Gregorius homilia IV. cum videlicet ad Timotheum ſcribens epiſtola I. cap. V. *Noli*, inquit, *adhuc aquam bibere*, *ſed modico vino utere propter ſtomachum*, *& frequentes tuas infirmitates.* In quo quidem Paulus haud obſcure medicum ſe eſſe profeſſus eſt: ſicuti etiam annotavit Tertullianus in libro de corona militis, & Iſidorus vir omnino non contemnendus, lib. IV. Etymolog. cap. IX. eo teſtimonio comprobans, medicinæ curationem non eſſe ſpernendam. Sed & ipſe Paulus potionem adinvenit, quæ ab eo potio ſancti Pauli dicitur Nicolao, & Arnaldo in ſuo utrique antidotario. Et Galen. lib. Pharmacorum κατὰ γένος, VII. cap. V. & Aëtius, Tetrab. II. Serm. IV. cap. LXV. memorant antidotum Paulinum ab ipſo D. Paulo, ut veriſimile eſt, *) compoſitum. Sed & Gilbertus Anglicus lib. VII. mor-

*) Parum quidem exploratum hoc eſſe videtur, non magis quam quod ajunt inſulam, Me-

morborum, deſcribit emplaſtrum Divorum Petri & Pauli ad ſanandas plagas pectoris, epatis, ſplenis, renum, lumborum, nervorum, podagræ, & totius quoque corporis accommodatiſſimum, ut ipſe dicit. Ex quo & tu intelligere potes, Divum quoque *Petrum* medicinæ non fuiſſe imperitum. Potuiſſet autem videri ſuſpectum quod ipſe Paulus I. ad Corinth. XII. non ſemel inter apoſtolicas dotes recenſuit donum ſanationis, tanquam ſua id cauſa dixiſſet, quia videlicet eſſet ſanare peritus. Niſi ejus fides ſatis approbata fuiſſet à Deo optimo maximo, qui eum vas electionis appellat, Actorum IX. cap. *Hæc Tiraquellus* p. 263.

Paulus Bagellardus, cujus eſt liber de ægritudinibus infantium.

Paulus Jovius, qui de piſcibus Romanis ſcripſit, quemque inter medicos celebres poſuit Manardus epiſt. III. lib. IX.

Pauſanias Anchyti filius cui Empedocles Philoſophus ſuum de Natura opus verſibus compoſitum inſcripſit,

> Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ.
> *Pauſania, Anchiti ſapientis percipe fili.*

De hoc eſt ejusdem Empedoclis epigramma, apud Laertium, IIX. 61.

> Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱὸν
> φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
> ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
> φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης ἀδύτων.

> *Pauſaniam Anchito genitum Phœbique nepotem,*
> *Clarum aluit Medicum patria clara Gela.*
> *Qui multos diris homines languoribus ægros*
> *Eripuit furvis Perſephones thalamis.*

Quod paucis immutatis reponitur in lib. III. Epigrammaton Græcorum p. 348. ubi ἄδηλον inſcribitur, veluti incerti authoris. Vide & Suidam in ἄπνους.

Pau-

litam à Paulo Apoſtolo obtinuiſſe ut nullum animal venenatum in illa naſcatur, ideo quod in eadem digitum ejus admordens vipera excuſſa ab eo legitur Actor XXVIII. Vide Thomam Maſſutium de vita Pauli Apoſtoli lib. XI. cap. 10.

Pauſaniam illum, ſive alterum, & ipſum medicum memorat Plutarchus in vita Alexandri, & Galenus lib. I. Therapeuticæ. T. IV. p. 35. Ad Pauſaniam Medicum, Alexandri magni Epiſtola.

Paxamus, quem ex auctore Collectaneorum Geoponicorum lib. XII. c. XXXII. & alibi ſæpe virium herbarum fuiſſe peritum cognoſcimus.

Paxatas.

Pedius. Vide infra, *Secundus.*

Pegaſius Laribenſis Medicus, cujus mentio apud Procopium lib. II. de bello Vandalico. cap. XXIII.

Peleus quem dicitur Chiron Centaurus medicinam docuiſſe.

Pelops Galeni præceptor, diſcipulus Numeſiani. Galen. Commentar. II. lib. I. prorrethici Hippocratis, & in libris Locorum affectorum, & alibi ſæpe. Hic ſcripſit Anatomica & Commentarios in Aphoriſmos Hippocratis, ex quibus ſæpe *) ab ipſo Galeno laudatur. Hunc quoque citat Plin. lib. XXXII. c. V. & Paulus Ægineta lib. III. c. XX.

Periander Medicus inprimis celebratus, quem cum poeticæ & componendis carminibus ſeſe dediſſet, Archidamus Ageſilai filius, τί δήποτε, inquit, ὦ Περίανδρε ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; *quid tandem Periander pro gratioſo medico malus Poëta dici cupis?* Plutarch. in apophthegm. Lacon. p. 218.

Perigarius, Galeno lib. II. Antidotorum.

Perigenes, Galeno medicamentorum ſecundum locos lib. VII. c. II. & III. T. II. p. 260. 266.

Petinus, Galeno κατὰ τόπους lib. VII. c. II. T. II. pag. 264.

Petoſiris Rex Ægypti inter Medicos ponitur à Tiraquello, Aſtrologis cum Nechepſo potius adſcribendus quam Medicis, neque aliud docet Juvenalis ſatira VI. 575.

- - - ſi prurit fructus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.

Itaque & auctorem artis mathematices, hoc eſt Aſtrologiæ Petoſirin agnoſcit vetus ſcholiaſtes Juvenalis. Sicut Aſtrologicam ejusdem peritiam celebrant Manetho, Vettius Valens, Suidas.

Petrejus

*) Vide lib. IV. hujus Bibl. p. 582.

Petrejus ſive *Petrojus*, apud Plinium indice lib. XIX. XX. XXI. Idem fortaſſe cum Petricho.

Petrichus Πέτριχος quem ex Ophiacis ὀφιακοῖς citat Nicandri Interpres in Theriacis p. 47. 50.

Petridius Plinio lib. XX. c. XXIV. al. Petrichus.

Petronas memoratus Eraſiſtrato lib. I. de Febribus, & Galeno T. II. p. 357. & in Commentariis Hippocratis de victus ratione in morbis acutis lib. I.

Petronius Arbiter medicis à Tiraquello accenſetur quod exſtant pauca quædam ſcripta verſibus Medico argumento affinia in fragmentis quæ ad Petronium referuntur.

Petronius Areta, Galeno medicamentorum κατὰ γένη lib. V.

Petronius Diodotus vide ſupra, *Diodotus.*

M. *Petronius Heras*, in veteri Inſcriptione Mediolanenſi apud Gruterum p. DCXXXIV. 8.

Petronius Niger, qui de herbis ſcripſit, ut dicit Dioſcorides in præfatione, & Epiphanius Cyprius in prin. lib. I. Hæreſeon. Non audiendus Lambecius qui libro II. p. 549. contendit apud Galenum libr. VI. de compoſit. medicament. ſecundum locos T. II. pag. 252. pro Πετρώνιος Μούσας legendum eſſe Ἀντώνιος Μούσας. Nam duorum diſtinctorum Medicorum ſunt nomina *Petronii* Nigri, & Antonii *Muſæ*, commate diſtinguenda, ut lib. II. κατὰ γένη, T. II. p. 335. Εἰσὶ δὲ αὐτῶν οἱ μάλιστα δοκοῦντες ἐν τῇ τῶν φαρμάκων ἐμπειρίᾳ κατορθωκέναι Πετρώνιος, Μούσας καὶ Ἥρας καὶ Ἀνδρόμαχος, Ἀσκληπιάδης τε καὶ Κρίτων. Petronii hujus plures libros fuiſſe περὶ φαρμάκων, conſtat ex ejuſdem Galeni T. II. p. 252.

Petron, ſive *Petro* citatus Galeno lib. III. medicamentorum κατὰ γένη, & Cornelio Celſo lib. III. cap. IX. ubi dicit illum unica ad omnes febres medicina uti ſolitum, quam inibi declarat.

Petrus Apoſtolus. Vide ſupra in Paulo Apoſtolo.

Petrus de Abano, vico Patavino, ſive *Aponenſis*, qui maximam ſibi gloriam ex ſuo *Conciliatore* comparavit, ducentis & decem differentiis partitum quo decreta veterum Philoſophorum, & Medicorum inprimis, quæ invicem pugnare videbantur, connectit atque conciliat, Venet. 1483. quæ jam tertia eſt editio & 1520. fol. apud Luc. Antoni-

um de Giunta 1548. fol. & Papiæ A. 1490. ex quo ei libro nomen & titulus Conciliatoris datus. Hic & Galeni quædam & nonnulla Abrahæ Abeneſræ vertit, & Commentarios in Ariſtotelis Problemata, & in Joannem Meſue, & alia multa compoſuit. Natus A. C. 1253. ut ipſe differentia 49. teſtatur, ſcripſiſſe ſe circa A. 1303. innuit differentia 9. diem obiit A. 1316. Vide quæ ad Trithemium c. 556. de ſcriptoribus Eccleſ. & clariſſimi ingenio & doctrina viri Chriſtoph. Auguſti Heumanni in Acta Philoſophorum parte VII. pag. 69. ſeq. & XV. p. 374. ſeq.

Petrus Archiater Aetio citatus Tetrabibli II. Serm. III. c. CX.

Petrus Andreas Mattheolus, Senenſis, cujus exſtant Commentarii in Dioſcoridem Italice & Latine editi, Epiſtolæ Medicinales & liber de morbi Gallici curandi ratione.

Petrus Argelata, ſive Largelata, ſive etiam de la Cerlata Bononienſis, cujus Chirurgiam commendatam habemus.

Petrus Barotius.

Petrus Bayrus, ſive de Bayro, Taurinenſis, cujus eſt liber de peſtilentia.

Petrus Briſſotus, cujus doctus imprimis eſt liber de venæ ſectione in pleuritide, qui primus Gallorum recentiorum docuit venam eſſe aperiendam à parte affecta.

Petrus Cararius Lafrancus, cujus eſt quæſtio de venenis.

Petrus de Creſcentiis ſive Creſcentinus, Bononienſis, qui, ut ipſe dicit in præfatione ejus magni operis quod de plantarum & animalium virtutibus ſcripſit, totum tempus adoleſcentiæ in medicina & ſcientia naturali conſumpſit. Ejus libri duodecim in commodum ruralium. Lovan. 1478. fol.

Petrus Franciſcus Paulus, Florentinus, cujus eſt tractatus de venæ inciſione adverſus Avicennam.

Petrus Hiſpanus, cujus ſunt Theſaurus pauperum, Canones medicinæ, & alia quædam, recenſita à Nic. Antonio Bibl. veteris Hiſpanæ T. II. p. 51. qui eum diverſum facit à Petro Hiſpano Ord. Dominicani ſcriptore ſummularum, ſed eundem cum Petro Joanne Ulyſſiponenſi qui Papa Johannes XIX. (al. XXI.) fuit A. C. 1276.

Petrus Largelata, vide ſupra, Petrus Argelata.

Petrus

Petrus Leo, Spoletanus, qui cum ad Laurentium Medicen curandum accerſitus fuiſſet, nec ſatis fœliciter ceſſiſſent medicamina ab eo exhibita, Melancholia correptus ſeſe in puteum præcipitavit.

Petrus Paduanenſis qui Dioſcoridis librum de virtute ſimplicium & ejusdem de natura & viribus aquarum vertit, Lugd. 1512. parvo fol.

Petrus Pinter, ſive Pintor, Valentinus, cujus eſt liber de Epidemia, ſive aggregator ſententiarum de præſervatione & cura peſtis. Rom. 1490. fol.

Petrus Roſatus, qui de phlebotomia in pleuritide ſcripſit.

Petrus Toletus Gallus, qui ſcripſit univerſalem morbi articularis præcautionem, & curationem, & alia.

Petrus Tuſignanus, cujus ſunt Conſilia contra Epidemiam, & libellus de regimine ſanitatis.

P*etrus de Ubaldis*, pater ille trium in jure civili Coryphæorum, Baldi, Angeli & Petri, medicus profeſſione quidem ille, ſed qui nulla ejus artis monumenta, quod ſciam, reliquit. Verum qui tantos talesque filios genuit, certe meruit ne ejus nomen taceretur.

Phædrus, Galeno lib. medicamentorum κτ̀ τόπȣς IV. c. VII.

Phænias, Galeno lib. IV. de differentiis pulſuum. vide Phanias.

P*hæon*, Deorum medicus, aliis rectius Pæon vocatus, de quo ſupra.

P*hanias* Phyſicus, Plinio lib. XX. c. XIII. Vide Phænias.

P*hanias*, niſi idem cum priore, ſimpliciter citatus Plinio ex eo libro in quo ſcripſit de urticæ laudibus.

P*hanius*, niſi quoque idem ſit, Galeno medicamentorum κτ̀ γένη lib. V.

P*haon*, cujus meminit Galenus lib. I. de Alimentorum facultatibus, & in Commentariis lib. I. Hippocratis de ratione victus in morbis acutis, in XIIX. ſectione, T. V. p. 43. ubi putat hujus eſſe librum tributum Hippocrati, de ratione victus ſalubris, aut alterius Hippocrate antiquioris.

P*hamſtarus*, ſive P*hamſtus*, niſi duo ſint, Galeno lib. VI. Simplicium.

P*harnaces* Herbarius, ὁ ῥιζοτόμος, Galeno lib. medicamentorum κτ̀ τόπȣς IIX. c. VII. T. II. p. 287.

P*hauſtinus*, vide Fauſtinus.

P*herecydes* ad quem ſcripſit Hippocrates, cujus nonnulli dicunt eſſe librum de victu ſalubri, qui inter ſcripta Hippocratis eſt, ut dicit Galenus

nus in Commentariis Aphor. Hipp. lib. VI. c. I. T. V. p. 302. De hoc Pherecyde & ejus libro περὶ φύσεως dixi lib. II. hujus Bibl. c. XXIII. § 26. De morbo quo obiit vide Hieron. Mercurialem lib. V. Var. Lect. c. VI. Et de falſo objecta eidem ἀθεότητι, ob quam ita miſero fato illi fuerit obeundum, Perizonii notas ad Æliani IV. 28. Var. Hiſt.

Pheſſonieus.

Pheſtas. cujus etiam nonnulli eſſe dicunt librum qui legitur inter ſcripta Hippocratis de victu ſalubri, ut etiam dicit Galenus in loco nuper citato.

Phidippus regis Dejotari medicus apud Tullium in oratione pro Dejotaro. capite VI.

Phidon, qui perſtringitur in Nicarchi epigrammate lib. II. Anthologiæ p. 215.

Philagrius Lycius Macrenſis, ut Eugenatori placet, aut ut ipſe ſcripſit Philagrius in epiſtola ad Philemonem, in Epiſtola de jecore indurato, Epirota, Naumachii diſcipulus, Galeno poſterior, qui medicinam Theſſalonicæ exercuit, & libros medicinales aliquot, monobibla LXX. & alios non paucos, & Commentarium in Hippocratem ſcripſit. Hæc Suidas. Illum autem ſæpe, & ex aliis operibus citant Aetius Tetrab. I. Serm. III. ſæpe, & Tetrab. II. Sermon. I. c. XC. & c. CX. & Serm. III. c. CV. & alibi ſæpe: Paulus Ægineta libro VII. cap. VI. & Alexander Trallianus, lib. IIX. c. X. in prin. & Avicenna Antidotorum c. II. & Meſue in ægritudinibus nervorum. Ex Philagrii libro de potionibus ſuavibus plura affert Oribaſius lib. V. c. XVII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII.

Philagrius Philoſtorgii Medici filius, idem fortaſſe ad quem S. Nazianzeni Epiſtolæ. De illo Philoſtorgius alter lib. IIX. Hiſt. Eccleſ. cap. X. ὅτι κατὰ Οὐάλεντα καὶ Οὐαλεντινιανὸν ἱστορεῖ τὸν Φιλοστόργιον γενέσθαι, ὃς ἄριστος ἰατρῶν ὑπῆρχε καὶ παῖδας φύσας Φιλάγριόν τε καὶ Ποσειδώνιον. θεάσασθαι δὲ τὸν Ποσειδώνιον ἐν ἰατρικῇ διαπρέποντα.

Philaretus, cujus extat liber de Pulſibus, citaturque ex libro trium tractatuum Raſi lib. I. Continentis c. IX. & aliis. Vide quæ Volum. XII. hujus Bibl. p. 647.

Philenides, vitioſe pro Philonida apud Scribonium Largum.

Philertus qui ſcripſit de Pulſibus. Idem cum Philareto.

Phi-

Philes, Epheſius, qui verſibus jambicis Græce de animalibus ſcripſit circa A. C. 1300. De illo uberius dixi Vol. VII. hujus Bibl. pag. 695. ſeqq.

Philetas antiquus Medicus Galeno T. 4. p. 306.

Philetio. Vide Filetio.

Philibertus Saracenus, cujus ſunt non indoctæ Annotationes in verſionem Latinam Galeni de Simplicium Pharmacorum facultatibus.

Philinus Cous Herophili diſcipulus, auctor ſectæ Empiricæ. Galen. T. IV. p. 372.

Philinus ſimpliciter citatus Galeno tam in Medicamentis κτ̀ γένη libr. V. T. II. p. 389. quam κτ̀ τόπους lib. IV. c. VI. & lib. VII. c. VI. Plinio in indice lib. XX. & XXI. cujus Codices quidam vitioſe habent Phyllinum: Erotiano in ἄμβην & Athenæo XV. p. 681. 682. Alius Philinus Plutarchi amicus IIX. 7. ſympoſiac. Philinus Rhetor apud Athenæum X. pag. 425. Philinus athleta Triſtan. T. I. operis de numis Imperator p. 403. ſq. &c.

Philippus, natione Acarnan, Alexandri Magni Medicus, tantæ apud illum authoritatis & fidei, ut intrepide, nulla prius ab eo inquiſitione facta, acceperit hauſeritque potionem, quam Olympias & Parmenio illi ſcripſerant Philippum à Dario corruptum in ejus necem præparaſſe: teſtes ſunt Q. Curtius, Plutarchus, Arrianus in vita illius, Valerius lib. III. c. ult. in fin. Et hujus quoque meminit Diodorus Siculus lib. XVII. Juſtinus lib. XI. & Joannes Monachus in Alexandri vita, quæ ex Angeli Coſpi Bononienſis verſione legitur ad calcem Diodori Siculi Baſil. 1545. Vide Freinshemium ad Curtii lib. III. c. VI.

Philippus Epirotes, apud Celſum lib. III. c. XXI.

Philippus, quem inter juniores reponit Galenus lib. II. de differentiis febrium cap. VI. quisquis ille fuit. T. III. p. 332. & Empiricum innuit fuiſſe T. IV. p. 362.

Philippum quoque ſimpliciter, ſive unum ex illis, ſive alium citant idem Galen. lib. VII. & X. Therapeuticæ, & lib. II. Medicamentorum κτ̀ γένη, T. II. p. 335. 357. ubi eum viris Pharmacorum ſingulari peritia inſignibus adjungit: & περὶ φαρμάκων ſcripſiſſe docet T. II. pag. 68. & lib. IV. cap. VI. κατὰ τόπους, quo ex loco eundem in Cæſaria vixiſſe conſtat: & iterum lib. VII. cap. V. & alibi. T. II. p. 257. 269. 302. T. III. p. 376. 377. 379. T. IV. p. 146. 376. 377

Aëtius Tetrab. III. Ser. I. c. XLIX. & Paulus Ægineta, Cœlius & Aurelianus lib. Oxeon II. c. X. idem Paulus Ægineta lib. I. c. XII. & lib. III. cap. XLII. & lib. VII. cap. XII. non ſemel. Librum ejus περὶ μαρασμοῦ laudat Galenus T. III. p. 378.

Philippus Macedo, quisquis is fuit, apud Galenum lib. II. Antidotorum.

Philippus Sophiſta, qui immortalitatem promittebat, conſervando iis qui ſibi parerent, humidum corporis temperamentum, ut retulit Galen. lib. VI. de Sanitate tuenda, & Aetius Tetrab. I. Sermon. IV. c. XCVI.

Philippus Fleſſellius Medicus Pariſienſis, vir humanitate ea præditus, ut in gratiam eorum, qui chirurgiam amplectuntur, Introductionem in eam artem conſcripſerit, ex quo Commentario æſtimare licet, eum non modo ſcriptis artem illuſtrare, ſed ægris magno medendi uſu jam comparata magna auxilia afferre potuiſſe.

Philippus de Lignamine, vide Joannes Philippus.

Philippus de Soldevilla Cathalanus, qui ſcripſit in Artem parvam Galeni.

Philippus Ulſcadius ſive Ulſladius Noribergenſis, cujus liber eſt, Cœlum Philoſophorum, ſive de ſecretis naturæ, & alius de Epidemia.

Philiſtion Siculus, Laërtio VIII. 86. aut ut Plutarchus lib. VII. Sympoſiacorum, cap. I. & Gell. lib. XVII. cap. XI. Athenæus III. p. 115. & Galenus T. IV. p. 306. maluit, Locrus, Rufo Epheſio φιλιςίων ὁ ἀπὸ Ἰταλίας, præceptor in arte medica Eudoxi Cnidii, ut docet Diogenes Laërtius VIII. 68. & Chryſippi Cnidii Medici. id. VIII. 89. Is ut ſcribit Plutarchus in Sympoſiacis Decade VII. cap. I. author fuit ejus opinionis, quod potus laberetur in pulmonem. Ad eundem ſcribit Hippocrates. Nec deſunt qui & hujus eſſe dicunt διαιτητικὸν ὑγιεινὸν ſive librum de victu ſalubri, quem vulgus adſcribit ipſi Hippocrati, alii Pherecydi, Ariſtioni alii, ut dicit Galenus in Aphoriſmos Hippocratis lib. VI. c. I. T. V. p. 302. Huncque inter vetuſtos medicos reponit ipſe Galenus in Commentariis de ratione victus in morbis acutis, & lib. I. Methodi. T. IV. pag. 306. T. V. p. 43. Empiricum innuit fuiſſe T. II. edit. Pariſ. p. 340. & de ſuccedaneis ſcripſiſſe medicamentis T. XIII. p. 965. Inter ὀψαρτυτικῶν ſcriptores Athenæo XII. p. 516. Huncque ſive alium ejus nominis citat Plinius lib. XX. cap. IX. & cap. XII. & alibi ſæpe,

&

& in indice lib. xx. xxi. & Galen. T. i. pag. 103. edit. Baſil. & T. iv. p. 34. 38. 52. Meminit & Marcus Antoninus vi. 47. Φιλίϛιον medicamentum apud Hippocratem de natura muliebri T. ii. p. 381. Philiſtionis inſtrumentum memorat Oribaſius de machinamentis.

Philiſtionis frater, Cælio Aureliano Chronion lib. v. cap. primo citatur ex *lib. XXII. de Adjutoriis*, quo titulo alibi laudat ſcripta Ariſtotelis, Aſclepiadis, Sorani.

Herennius Philo, quem ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν laudat Stephanus Byz. in κύρτος & in δυρράχιον ubi legas Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς ἰατρικοῖς. Ex utroque loco apparet hiſtoriam veterum Medicorum illo opere comprehenſam, quod intercidiſſe dolendum eſt. Nihil igitur impedit hunc fuiſſe Herennium Philonem Byblium Grammaticum, neque de Philone Tarſenſi cogitandum, licet id Berkelio viſum fuit.

Philo, ſive *Philon* Tarſenſis, cujus antidoton verſibus deſcriptum elegacis refert Galenus nono κατὰ τόπους, T. ii. pag. 297. meminit ejusdem pag. 215. & genus ex Tricca duxiſſe p. 298. & Methodicæ ſectæ addictum teſtatur T. iv. p. 42.

Philo ille, ſive alius ſimpliciter citatus Cornelio Celſo lib. vi. cap. item vi. Galeno lib. i. Methodi, & Pharmacorum localium lib. viii. cap. iii. Aëtio Tetrab. ii. Serm. iv. cap. xxviii. & alibi: Paulo Æginetæ lib. iii. cap. xxiii. & xlv. & lib. vii. cap. xi. Tralliano & Avicennæ. Hic medicamenta quæpiam exquiſitiſſima compoſuit, quæ Deornm manus vocabat, autore Plutarcho. Φιλώνειον φάρμακον Galen. T. v. pag. 522. T. ii. p. 336. 286. T. iii. pag. 261. 389. T. iv. p. 161. T. v. p. 522.

Philonis alterius, ut opinor, meminit Plutarchus Sympoſiacon Decad. ii. problem. vii. Decad. iv. problem. i. & Decad. v. problem. ii. Decad. viii. problem. ix. Philo cujus μεταλλικὸν ſive de metallis liber laudatur ab Athenæo vii. p. 322.

Philocalus, Galeno lib. Medicamentorum ſecundum locos x. cap. ii. T. ii. pag. 310.

Philocles, eidem Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη vii. T. ii. p. 420.

Philocrates, apud Celſum lib. v. cap. xix. & xxvi.

Philomenus ſive *Philominus*, ſive rectius *Philumenus*, citatus Oribaſio viii. 45. & Aëtio qui plura ex eo refert Tetrab. i. Serm. iv. cap. li. & Tetrab. ii. Serm. i. cap. lxxviii. & cxix. & cxx. & cxxiii. & ſæpe, & Serm. ii. cap. cxix. & Serm. iv. cap. xlv. & Tetrab.

iii.

III. Serm. III. cap. XX. & Tralliano libr. VIII. cap. V. in princip. & cap. VIII.

Philomeum quoque citat Raſis lib. Continentis V. cap. I. qui forte idem eſt.

Philonides Siculus ab Ætna, qui privatim *de albo veratro* ſcripſit, ut prodit Dioſcorides lib. IV. cap. CXLI. aut ut alii ſecant CLI. & eum etiam citat Galen. lib. IV. de differentiis pulſuum, & lib. VII. Medicamentorum κτ̀ γένη, T. II. pag. 411.

Philonides Catinenſis, idem *) cum ſuperiore, Catina enim Siciliæ opidum ad Radices Ætnæ montis ſitum, præceptor Paccii Antiocheni, de quo ſupra, laudatus Scribonio Largo lib. Compoſitionum Medicamentorum cap. XCVII. & Marcello Burdegalenſi cap. XX. poſt princip. qui & alibi videlicet cap. XXIX. citat ſimpliciter Philonidem ſive eundem, ut videtur, ſive alium. Et Athenæus librum Philonidis *de coronis & unguentis* XV. p. 675.

Philonides Dyrrhachenus, de quo Herennius Philo apud Stephanum Byz. in Δυῤῥάχιον, docet fuiſſe auditorem Aſclepiadis & libros compoſuiſſe XLV. Ἀσκληπιάδης ἀκȣςὰς ἔχε τίνα Ἀυφίδιον Σικελὸν, καὶ Φιλωνίδην Δυῤῥαχηνὸν, καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντῖνον. Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυῤῥαχηνὸς ἤκȣσε μὲν Ἀσκληπιάδȣ, ἰατρεύσας δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως συνετάξατο βιβλία μέ. Librum duodecigeſimum Philonidis περὶ τῆς ἰατρικῆς laudans Galenus T. III. pag. 49. non Dyrrhachenum appellat ſed Siculum.

Philonii duo, alter Perſa, alter Tarſenſis, celebrati Galeno & cæteris. Nam quod duo fuerint hinc oſtenditur, quod Tarſus non in Perſide eſt, ſed in Cilicia.

Philoponus, Paulo Æginetæ.

Philoripus.

Philoſophus, quisquis is fuit, Medicus, quem ita ſimpliciter citat Aetius Quaternionis II. Serm. IV. c. XL. & Quat. III. Serm. II. c. IV. & Quat. IV. Serm. II. c. XXXII. & LV. & alibi.

Philoſtorgius ἄριςος ἰατρῶν tempore Valentis & Valentiniani, judice Philoſtorgio hiſtorico IIX. 10. Pater Philagrii & Poſidonii Medicorum.

Philotas quem ἑταῖρον Galenus appellat, ejusque contra lichenes medicamen-

*) Vide Jo. Rhodium ad Scribonium Largum p. 161.

mentum verſibus (διὰ ϛίχων) ſcriptum memorat quinto κτ̃ τόπȣς T. II. p. 227. Citat & p. 341. 373.

Philotas Amphiſſenſis, Plutarcho in Antonio memoratus. p. 928.

Philotas ſimpliciter citatus Cornelio Celſo lib. v. c. XIX. ſive item ille, ſive alius.

Philotheus, ſive *Theophilus*, cujus extant Commentarii Græci in Aphoriſmos Hippocratis, tributi in quibusdam Codicibus Stephano Athenienſi, Theophili diſcipulo & Latine verſi ab Albano Torino, Ludovico de Auſtria & Antonio Muſa Braſavola. Vide quæ Volum. XII. hujus Bibl. p. 649.

Philotimus, Cornelio Celſo lib. IIX. c. XX. ubi illum reponit inter claros medicinæ authores: Galeno lib. IV. περὶ ὑγιείας, & lib. II. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, & alibi ſæpe: *) Cælio Aureliano lib. Chronion I. c. IV. & Aetio Tetrab. II. Serm. II. c. IX. & Tetrab. III. Serm. III. c. XII. & Plutarcho in lib. de diſcrimine adulatoris & amici, & in lib. de Auditoris officio citatus. Is fuit *Praxagoræ* diſcipulus teſte eodem Galeno lib. I. Alimentorum c. IIX. & lib. I, Methodi, & Eraſiſtrati contemporaneus & condiſcipulus Herophili, ut ſcribit idem Galen. lib. VI. Aphoriſmorum cap. I. T. IV. pag. 38. citaturque etiam in lib. de Melancholia, qui Hippocratis dicitur, ſed non ipſius eſt, vel ex hac una ratione, quod Hippocrates longo tempore præceſſit Philotimum & Eraſiſtratum ejus contemporaneum, atque Themiſonem, qui in eodem libro citatur. Hujus autem, aut alterius ejus nominis *Opſartyticum*, Athenæus VII. p. 308. & libros *de Alimento* citat pluribus locis idem Athenæus & Galen. T. IV. p. 311. 312. 347. ubi ſecundus, & 346. ubi tertius liber allegatur. *De facultatibus alimentorum*, Oribaſius II. 69. IV. 10. V. 32. *Anatomica*, Galen. T. V. p. 21. περὶ τῶν κατ᾽ ἰητρεῖον. T. V. p. 661. 667.

Philoxenus, quo authore maxime chirurgica medicinæ pars in Ægypto quoque increvit, qui pluribus voluminibus eam diligentiſſime comprehendit, ut dicit Celſus lib. VII. in prin. Idem igitur Philoxenus Chirurgus, Galeno citatus librorum medicamentorum κτ̃ τόπȣς III. c. III. & lib. IV. c. VI. & VII. T. II. p. 357. 373. 385. & 340. ubi Claudius Philoxenus appellatur.

Philoxenus Grammaticus, citatus Galeno libro ſeptimo Medicamentorum κτ̃ γένη. T. II. p. 420.

Philoxenus, aut unus ex illis, aut alius ſimpliciter citatus eidem Galeno κτ̀ τόπȣς lib. IV. c. VII. Aetio, & Paulo Æginetæ lib. VII. cap. XI. vide Claudius.

Philumenus, apud Georg. Vallam XXVI. 75. de rebus expetendis & fugiendis. Vide ſupra Philomenus.

Philoſophianus, Octavio Horatiano, aut ut alii malunt, Theodoro Priſciano lib. IV. ad Euſebium filium de Phyſica ſcientia.

Phlabius, Galeno lib. VII. medicamentorum κατὰ γένη. Ita vertunt interpretes. Vide ſupra, Flavius Clemens.

Phocus ille Ornytionis filius, à quo Phocenſes dicti, qui Antiopen furore correptam medicamentis ſanavit, & uxorem duxit, ut ſcribit Pauſanias lib. IX. quo Bœoticam deſcribit. Alius Φωκᾶς ἰωνιςὴς Galeno T. V. p. 41.

Phœbus, Marcello Burdegalenſi ex Baſſo citatus, Medicamentorum cap. XXIX.

Phtilarus, Raſi lib. I. Continentis c. I.

Phulamus Joanni Serapioni citatus.

Phylacus Galen. T. II. p. 383.

Phyllinus ſive *Phylinus*: Plinio lib. XX. & alibi ſæpe, & Paulo Æginetæ, & Galeno κτ̀ γένη lib. V. Vide ſupra, Philinus.

Pironius Caſſius, vide num ſit unus ex illis Caſſiis, de quibus ſupra.

Piſcator, quisquis eſt citatus Galeno & Aetio Tetrab. III. Serm. IV. c. XLI. & Tetrab. IV. Serm. II. c. LIII. & Serm. IV. cap. XII. Vide ſupra in Halievs.

Piſitheus. Vulcatius in vita Avidii Caſſii c. X.

Piſo, quem ex libro de animalibus citat Aetius Tetrab. IV. Sermon. I. cap. LXXXVI. Videndum, idem ne ſit ad quem de theriaca ſcripſit Galenus.

Pitholaus Galen. T. III. p. 460. 461.

Pittalus vide infra, Spittalus.

Platearius, qui ſæpe à Vincentio Bellovacenſi allegatur. Vide *Joannes Platearius*.

Plato philoſophorum Deus, quem medicinæ artem probe noviſſe liquido conſtat cum ex aliis ſuis operibus, tum vero ex Timæo, in quo definit quid ſit ſanitas corporis, quid morbus, diſtinguit febrium aliorumque morborum ſpecies, ſingulorumque rationes aſſignat: atque de pharmacis multa ſcribit, & alia pleraque ad medicinam perti-

tinentia. Præterquam quod is ab Epicrate Ambraciota mediæ comœdiæ poeta ſuggillatus eſt, ob id quod animalium vitas, plantarumque, atque herbarum naturas curioſius inveſtigaret. Galenus libro VII. κτ̃ γένη, c. 11. Catapotium Platonis deſcribit, & alibi ſæpe illum citat, ſingulari etiam opere, quod exſtat, dogmata Hippocratis & Platonis conferens & examinans. In alio, quod intercidit, tradiderat ἐξηγήσεις τῶν ἰατρικῶς ἐν Τιμαίῳ γεγραμμένων. Vide lib. IV. hujus Bibl. c. XVII. p. 536. 543. & 583. ſeq. Ælianus lib. IX. variæ hiſtoriæ cap. 22. ſcribit illum plurimum curæ in medicinam contuliſſe.

P*lato* alius cujus medicamenta refert Galenus Pharmacorum localium VII. c. 11. non ſemel T. 11. p. 264. & Raſis lib. x. Continentis c. 1.

P*lato* Tiburtinus, qui Almanſoris Judicia vertit, atque etiam Æneam de Pulſibus & urinis.

P*linius* ille Veronenſis, ſcriptor Naturalis Hiſtoriæ, de quo dixi in Bibl. latina. Hoc loco autem ſubjungam judicium Joannis Bernierii, quo medicinam & Medicos adverſus acerbiores Plinii cenſuras tuetur. Ita vero ille Hiſt. Chronologica Medicinæ Gallice edita p. 203. P*line*, à la verité, eſt un homme incomparable à prendre ſon Hiſtoire Na-,, turelle en gros; mais quant à ce qu'il dit de la Medecine & des Me-,, cins, qui ne voit qu'il y a bien des contradictions, du travers & de,, la paſſion, tant il eſt vray que les Grands-hommes ont de grands,, défauts? Il ne faut donc pas s'étonner ſi par ce qu'il étoit bien plus,, Hiſtorien & Philoſophe que Medecin, n'ayant jamais pratiqué ny,, veu des malades, il a erré en tant d'endroits, particulierement,, quand il a blâmé l'uſage des medicamens exotiques: car n'eſt-il,, pas vray qu'il y a des païs ſi mal pourvûs de remedes, qu'il faut,, neceſſairement ſe ſervir de ceux qui viennent des païs éloigneés?,, *Non omnis fert omnia Tellus.* De plus quand les maladies ſe trans-,, plantent d'un païs en un autre, ne faut-il pas avoir recours aux re-,, medes que la providence Divine a fait naître dans les païs d'où ces,, maladies ſe ſont transplantées? Il blâme auſſi mal à propos, les,, compoſitions de remedes: car le mélange & la fermentation de,, ces remedes, ne font-ils pas ordinairement ce qu'ils ne pouroient,, faire ſeuls? & ſe donnant ainſi les mains, ne peuvent-ils pas deve-,, nir par cette mixtion, ce qu'on appele dans la Medecine les mains,, ſalutaires de Dieu? Il dit encore que les Arcadiens ne ſe ſervent,,

 d'au-

„d'aucun medicament, & qu'ils ne vivent que de laiἀ, comme ſi „le laiἀ n'étoit pas ſouvent un *medicament alimenteux*, a) & un *ali„ment medicamenteux*, quand on y eſt accoûtumé, & quand il n'y a „pas de diſpoſitions dans le corps qui y repugnent. Il impute à „la Medecine, (quelle injuſtice!) les fautes des Medecins ignorans, „& prend de là occaſion de déclamer contre cette Science, qu'il „s'aviſe de loüer en un autre endroit, quel raiſonnement, quelle „conduite! Il dit, ſans y faire reflexion, que les Medecins ignorent „la vertu des mineraux, ce qui n'étoit pas même vray de ſon temps, „les plus anciens Medecins ayant connu leurs proprietez, & les „ayans mis en uſage. Il dit auſſi fauſſement, comme nous le ver„rons en ſon lieu, que la Medecine a été proſcrite à Rome pendant „600. an; ingrat! qui a pris des Medecins tout ce qu'il a écrit de „meilleur, & qui n'a pas voulu comprendre que les Romains ne „condamnerent que les Operations du Medecin Archagate, & „de quelques autres Chirurgiens venus de la Grece, gens intre„pides, aſſurez & tels que doit être un bon Chirurgien. b) Car „aprés tout, ce procedé du peuple Romain, marquoit il autre cho„ſe que ſon inſtance, ayant d'abord honoré Archagate de gra„ces & de privileges, & l'ayant enſuite traité de bourreau, *ple„bi non judicium non veritas.* En effet, ce qui fait voir que Pline „parle en homme paſſionné; c'eſt qu'aprés avoir pris droit ſur „les jugemens & ſur l'inconſtance d'un peuple encore groſſier, il „ſe demande par une contradiἀion manifeſte, *S'il faut croire que „les anciens ayent condamné une choſe ſalutaire?* car il ſe répond, „*Non en verité, ils ne condamnerent pas la Science, mais la maniere „de l'exercer*, aprés avoir dit fauſſement & ſans raiſon que *lues mo„rum non aliunde quàm ex Medicina.* Comment veut-il donc qu'on „entende ces paroles? *Mille peuples ne peuvent s'en paſſer, quoi„qu'ils ſe paſſent quelques-fois de Medecins.* Accordez cela. Car „je reſerve pour un autre lieu à répondre, non ſeulement à ſa „prétenduë proſcription de la Medecine pendant 600. ans; mais „encore à ce que ſes partiſans ont voulu inferer d'un autre paſ„ſage de cét Auteur mal entendu, pour mettre la Medecine aux

a) Lib. 25. cap. 8.

b) Oportet Medicum immiſericordem eſſe, Celſ.

aux fers, avec les Eſclaves du peuple Romain. Je reviens donc,, à ſes autres ſentimens, & pour réponſe à ce qu'il dit, qu'il n'y ,, a que les homicides des Medecins qui ayent le privilege de-,, meurer impunis, ne ſçait-il pas que de ſon temps même, la ma-,, lice & l'imperitie des Medecins étoient puniſſables, & que la Loy,, *Aquilia* y eſt formelle ? Il ſe plaint de ce qu'on ajoûte foy aux,, cajolleries des Medecins, comme ſi cela ne venoit pas en par-,, tie de ces diſcoureurs, qui ne ſont rien moins que de vrais Me-,, decins, puisque la Medecine d) ſe plaint elle-même dans de,, bons Auteurs de ces Medecins, pour lesquels on devroit établir,, des grands jours, & faire revivre la Loy Cornelia de *Sicariis*, ,, puis qu'Ulpien, qui eſt bien plus proche de nous que ces Loix,, eſt dans ce ſens-là, diſant que quand il parle des Medecins, il,, ne reconnoît pour tels que ceux qui procedent par ordre & par,, methode, & non pas des ignorans & des empiriques. Ainſi,, nôtre Auteur aprés avoir furieuſement declamé contre la Me-,, decine & les Medecins, ne laiſſe pas de revenir à luy-même, ,, tant la verité a de force, avoüant de bonne foy e) que *la Me-,, decine eſt le ſeul de tous les Arts qui ait l'avantage de donner la loy,, aux Souverains, & que s'il n'y en a point de plus ſujet au change-,, ment, cela n'empêche pas qu'il ne ſoit le plus utile de tous.* Auſſi ſon,, neveu fut-il bien plus équitable que luy, & bien plus conſtant,, dans le jugement qu'il fit de la Medecine, défendant à ſes do-,, meſtiques de luy donner autre choſe que ce que ſon Medecin,, ordonneroit dans ſa maladie. Je demande donc enfin aux par-,, tiſans de Pline l'aîné, quel jugement on doit faire des ſentimens,, d'un homme ſi inconſtant, & qui ayant nié l'immortalitaté de,, l'ame, contre le ſentiment de preſque tous les ſages de l'anti-,, quité, pourroit bien encore nier ſa propre experience, & tout,, ce qui tombe ſous les ſens dans l'exercice & dans les heureux,, ſuccés de la Medecine. ,, *Hæc Bernierius.*

Plinius Valerianus, de quo itidem in Bibl. Latina. Etiam utrunque Plinium citat Marcellus Burdegalenſis. In veteri inſcriptione apud Fulvium Urſinum p. 100. & Gruterum p. DCXXXV. 1. D. M. *C. Plinii Valeriani Medici, qui vixit Ann. XXII. M. VI. D. V. Parentes.*

d) V. Threnod. Medicam Mindereri.
e) Lib. 24. cap. 1. f) Plin. junior lib. 7. Epiſt. 21.

P*liſtarchus*. Dioclem Caryſtium in primo τῶν πρὸς Πλείσταρχον ὑγιεινῶν citat Galen. T. IV. p. 303. 312.

P*liſtonicus*, ſive Pleſtonicus, *Praxagoræ* diſcipulus ſæpius Plinio, in Hiſtor. nat. atque Galeno libro ſecundo Commentariorum de natura hominis, & libro primo methodi atque alibi memoratus, itemque Athenæo, & Garioponto in libro de Febribus, c. VII.

P*lutarchus*, Chæroneus quem cæteris omnibus Philoſophis, inquit Tiraquellus, anteponere aut adæquare auſus fuerim, medicum ſe optimum oſtendit in eo libro quem de tuenda bona valetudine eleganter & docte conſcripſit, atque etiam in problematis ſympoſiacis quæ magna ex parte medicina conſtant.

P*odalirium* Æſculapii filium, a) & Machaonis fratrem, poſt everſam Trojam in Italiam perveniſſe, ibique diem ſuum obiiſſe ferunt. Accidit autem poſtea ut ab illius loci accolis pro heroe cultus, in magna etiam venerationis religione habitus fuerit, ſiquidem Calabrum populi b) de morbis & ægrotationibus Numen conſulturi ad illum ſoliti fuerunt accedere. Oraculi autem illius fuiſſe genus perhibetur hujusmodi, ut heroem ſcilicet conſulturus, juxta illius ſepulchrum in agninis pellibus obdormiſceret. Somniis enim de qua quisque re ſcire cuperet, palam admonebatur. Althæno quin etiam nomine juxta illius tumulum placidus fluebat amnis, in quo ſi homines & jumenta ſaucia ſive ulceroſa lota fuiſſent, Podalirii invocato nomine, ſana & integra è flumine exire conſtans erat fama. Quamobrem id fluvio inditum fuiſſe nomen Timæus eſt autor: ἀλθαίνειν enim mederi & ſuccurrere Græco ſignificatur vocabulo, qualem etiam Alphei Arcadiæ amnis fuiſſe denominationem dicunt, quia alphos, id eſt, vitiliginis morbum aquis ſuis ablueret & curaret. De Podalirio hoc illud quoque veteribus monumentis traditum eſt, c) quod cum ex adverſis maris tempeſtatibus in Caria à caprarum paſtore ſervatus, & hoſpitaliter acceptus ad Damæthum Regem fuiſſet

a) Homer. Iliad. β. 731. Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε ἰητῆρ᾽ ἀγαθώ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων. Pindarus de bello Trojano: *quem* (Agamemnonem) *doctus ab arte paterna Pœoniis curat juvenis Podalirius herbis.*

b) Daunii, vide Tzetzam ad Lycophron. verſ. 1047. ſeq. ex quo hæc accepit Nicolaus Leonicus Thomæus lib. 3. de varia Hiſt. cap. 47.

c) Tiraquellus p. 245. hæc reperit apud Stephanum Byz. in Σύρνα.

iſſet perductus, ejus filiam nomine Syrnam tecto delapſam, tum aliis quibusdam medicamentis, tum miſſo ex utroque brachio ſanguine perſanavit, quod Rex admiratus, illum ſibi generum adſcivit, Cherſoneſo illi tradita, in qua Podalirius mox duas condidit civitates, alteram Syrnem de uxoris nomine, alteram de paſtoris, à quo fuiſſet incolumis ſervatus. De hocque eſt illud Ovidii ad finem lib. II. De arte amandi:

Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Aeacides dextra, pectore Neſtor erat.

Et illud lib. de remedio amoris.

Curabar propriis æger Podalirius herbis.
Et fateor, medicus turpiter æger eram.

Et lib. IV. Triſtium, Eleg. VII.

Quem ſemel excepit, nunquam Podalirius ægro
Promiſſam medicæ non tulit artis opem.

Podanithæ, Galeno librorum medicamentorum ſecundum locos VII. ad fin.

Polemocrates frater Alexanoris, Machaonis filius, de quo Pauſanias in extremo Corinthiacorum, templum ejus memorans ad quod morbo laborantes confugiebant & Polemocratem cultu & honore proſequebantur, καὶ ἰᾶται τοὺς ταύτῃ, καὶ τιμὰς παρὰ τῶν περιοίκων ἔχει. p. 202.

Polles Ægienſis, ex Ægis Aſiæ, Philoſophus artes divinatorias profeſſus, cujus ἰήματα libris duobus, ἰατροσυμβολικὰ & de ſympathiis atque antipathiis libros tres Suidas memorat. Apud Galenum T. V. pag. 41. pro ἀπόλλητος legendum τὸ Πόλλητος. Etiam apud Nonnum hiſt. 61. in Greg. Naz. Orat. pro Polluce legendum Polles, cujus meminit & Marinus vita Procli c. X. & Suidas in οἰωνιστική.

Pollio aromatarius in veteri Inſcriptione extra Romam via Latina apud Gruterum p. DCXXXVI. 7.

Poloniſos, ſive *Poloniſus*, Galeno lib. VI. Simplicium, & Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II.

Polyar-

Polyarchius, Paulo Æginetæ citatus.

Polyarchus, (idem ut videtur,) Cornelio Celſo lib. v. cap. XIIX. & Galeno libr. medicamentorum ſecundum locos IIX. cap. v. T. II. pag. 284. ubi illum citat ex epiſtola ad omnia interna, & Paulus Ægineta lib. III. c. LXXIV. Ab hoc Polyarchion Malagma & Epithema dictum, de quo idem Paulus Ægineta lib. III. c. LXIIX. & LXX.

Polybius, ſive *Polybus* (utrunque enim reperitur) gener & diſcipulus Hippocratis, & illius in inſtituendis juvenibus ſucceſſor, ut dicit Galenus in Commentariis ipſius Hippocratis de natura hominis lib. I. & Aphoriſmorum lib. VI. c. I. Hujusque plurimi, Galeno tamen ubique reclamante, cenſent eſſe librum illum περὶ φύσιος ἀνθρώπου, de natura hominis, qui inter opera ipſius Hippocratis eſt, & alia quædam de quibus dixi lib. I. hujus Bibl. lib. II. cap. XXIV. § 5. & lib. IV. c. XVII. p. 584. Ejusque etiam meminit idem Galenus lib. III. de Reſpirandi difficultate, & alibi ſæpe, & Celſus lib. V. c. XX. & Plinius lib. XXXI. c. ult. in fin. & ante hos Theſſalus in legatione ad Athenienſes T. II. Opp. Hippocratis p. 945. Suntque qui dicunt Polybum fuiſſe illum generum Hippocratis, Polybium alterum, quod ægre mihi perſvadeo.

Polycletus, Meſſanenſis cujus honorificam mentionem facit Phalaris in duabus ad eum epiſtolis 70. 71. & alia epiſtola ad Meſſenios 21. Ex memoriæ lapſu videtur Joannes Neander, Bremanus Herophilum pro Polycleto nominare in ſyntagmate de Medicinæ laudibus & origine p. 22. ubi ait Phalaridem ab Herophilo Chalcedonio liberatum morbo graviſſimo, & præmia in eum contuliſſe ampliſſima, *ipſius Phalaridis Epiſtola ad eum teſte.* Nulla autem ad Herophilum Epiſtola extat inter eas quæ Phalaridis nomine feruntur, & Herophilus longe illo junior fuit. Alius Polycletus ſtatuarius, qui ſæpe memoratur à Galeno ubi ſtatuam ejus memorat, *canonem* dictam, quod proportionem membrorum humanorum accurate obſervaſſet T. I. p. 67. 550. T. III. p. 477. T. IV. p. 239. & librum de illa ſtatua compoſitum T. I. p. 288.

Polycritus Mendæi filius, Plutarcho memoratus in Artaxerxe pag. 1021.

Polydamna Thonis Ægypti uxor de qua Homemus quarto Odyſſeæ ubi de Nepenthe, verſ. 227.

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα *) μητιόεντα
Ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Id eſt Guilelmo Budæo interprete annotatt. in Pandect.

Tyndaris hæc habuit ſummo Joue nata venena,
Quæ Polydamna dedit conjunx Ægyptia Thonis
Commoda conſulto medica compoſta ſub arte,
Multa legens Pharia ſolers tellure venena,
Noxia permixtim, carpens quoque commoda multa.

Eosdem Homeri verſus laudant Herodotus II. 116. Theophraſtus IX. hiſt. plantar. Diodorus Sic. lib. II. Bibl. c. IV. Philoſtratus VII. de vita Apollonii, multique alii: Vide Petrum Petitum de Nepenthe Homerico pag. 40. ſeq. & Jac. Duportum Gnomologiæ Homericæ p. 166. ſqq.

Polyidas, ſive *Polyides*, ſive Polyidus, ſive item Polydas, Galeno, in libro de curandi ratione ad Glauconem, & in Introductione, ſive Medico poſt prin. & de compoſitione Pharmacorum κατὰ γένη, lib. III. T. II. p. 118. 135. 189. 202. 346. 352. 387. 388. T. IV. p. 98. 191. 210. 218. 371. & Aetio Tetrab. IV. Sermon. II. c. LIIX. & Serm. IV. c. LXIV. & Paulo Æginetæ lib. IV. c. XXV. & lib. VII. c. XII. citatus.

Polyidus alter multo antiquior, qui Glaucum Minois filium ad vitam vi cujusdam herbæ revocaſſe traditur apud Apollodorum lib. III. Bibl. & Palæphatum cap. XXVII. à Dracone, altero Medico edoctus.

Polypus, quem ex Ariſtotelis libr. III. cap. III. Hiſt. animalium Tiraquellus exhibet, vitioſe ſcriptus eſt pro Polybo, Hippocratis genero de quo ſupra. Ita enim meliores editiones: Πόλυβος δὲ ὧδε. Affert deinde nonnulla quæ in Polybi libro de victus ratione, quem Hippocrati quidam præter rem tribuerunt, hodie leguntur.

Pompejus Lenæus Pompeji Magni libertus, de quo Plinius lib. decimoquinto cap. XXX. in prin. & lib. XXV. cap. II. Is eſt, quem ipſe Plinius

Bbb ſæpe

*) Μητιόεντα λέγει κατὰ τέχνην θεωρητικὴν ἐσκευασμένα. Plutarch. in vita Homeri p. 391. edit. Thomæ Galei.

ſæpe Leneum ſimpliciter vocat, ut eodem lib. xxv. c. vi. & lib. xxiv. c. ix. Vide ſupra in Mithridate.

Pompejus Sabinus, Galeno lib. vii. κτ̀ γένη, Tom. ii. p. 418. Vide infra, Sabinus.

Pomponius Baſſus, Galeno medicamentorum ſecundum locos libro quarto, c. vii. vide Baſſus.

Ponticus Virmius, aut ut alii rectius vocant, Virunius, Tarviſius, qui Theophilum de urinis & pulſibus, & Æneæ libros ejusdem tituli in Latinum vertit. De hoc Virunio accurate in Diario eruditorum Italiæ Tom. xxiv. p. 235. ſqq. Vita illius ab cognato ejus Andrea Ubaldo ſcripta prodiit, Ovidio Montalbano editore Bononiæ 1655. 4.

Porphyrius citatur ab Octavio Horatiano de Phyſica ſcientia lib. iv. Hic Tanaquillo Fabro viſus eſt βοτανιώτης nomen accepiſſe quod ſola βοτάνῃ veſceretur, ab carnibus animantium abſtineret. Sed Βατανεώτης in veterum ſcriptis, non βοτανιώτης legitur, à Batanea Syriæ petito nomine, ut dixi lib. iv. c. xxvii. ubi de Porphyrio & ejus ſcritis. Porphyrii Iſagoge de animæ natura & conjunctione cum corpore memoratur ſed non à Galeno T. iii. edit. Pariſ. p. 232.

Porphyrogeneta. Vide ſupra in Conſtantino.

Poſidippus, apud Julium Capitolinum in Antonino Philoſopho c. xv.

Poſidonius, ſive *Poſſidonius* Galeno, *) & Aetio ſæpe, & Paulo Æginetæ libro ſeptimo, cap. iii. & xix. & xxii. In Matthæi Sylvaticis pandectis Medicinæ frequentiſſime Poſidonius, ſive ut ibi ſemper legas Poſſedonius Medicus allegatur.

Marinus Poſthumius, ſupra in Marino.

Potamon, Galeno medicamentorum κατὰ γένη, lib. ii. T. ii. edit. Baſil. p. 330.

Praſion, Galeno ejusdem operis lib. v. T. ii. p. 391.

Praxagoras Cous, præceptor Herophili, ut dicit Galen. lib. iv. de differentiis pulſuum, & ab eo ſæpe **) citatus ex libris de Accidentibus, & aliis, & ab Cœlio Aureliano lib. Chronion i. c. iv. & alibi ex libris peregrinarum paſſionum. Fuitque etiam præceptor *Philotimi*

*) Vide lib. IV. hujus Bibl. c. XVII. p. 585. ubi videbis non alium quam Poſidonium Stoicum Philoſophum à Galeno intelligi, eumque commendari ob peritiam Geometriæ & citari eius ſcriptam περὶ παθῶν de affectibus.

**) Vide lib. IV. hujus Bibl. loco jam laudato.

mi & *Pliſtonici* de quibus ſupra diximus. Crinagoræ Epigramma in Praxagoram medicum lib. IV. Anthologiæ p. 485.

Αὐτὸς σοι Φοίβοιο πάϊς ληθικηδέα τέχνης
Ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος,
Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο. τοὶ γὰρ ἀνίαι
Ὄρνυνται δολιχῶν ὁππόσαι ἐκ πυρετῶν.
Καὶ ὁπόσα τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι
Φάρμακα, πρηείης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης.
Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες,
Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος.

Hoc eſt Eilhardo Lubino interprete:

Ipſe tibi Phœbi filius curarum oblivionem inducentem artis
Scientiam panacæ manibus inungens,
Praxagora, pectori intinxit: cui enim dolores
Concitantur longis quicunque ex febribus,
Et quæcunque vulnerato in corpore ſufficit imponere
Remedia, à leni didiciſti Epionâ. *)
Mortalibus vero ſi tales ſuppeterent medici,
Non trajiceret mortuis gravis navis.

Presbyter Indus Aëtio, vide ſupra Indus.

Presbyter ſimpliciter citatus eidem Aëtio, ſive ille Indus, ſive alius, Tetrab. IV. Sermon. I. cap. XXIV.

L. Primigenius, de quo vetus Inſcriptio Iguvii ſeu Eugubii, Umbriæ urbe, apud Sponium p. 143. Miſc. eruditæ antiquitatis, ex Baptiſtæ Ferreti Muſis Lapidariis, & Sirmondum ad Sidonii lib. II. Epiſt. XII

L. Sabinus L. L. Primigenius.

Ortus ab Iguvio Medicus fora multa ſecutus
Arte feror nota, nobiliore fide.
Me conſurgentem valida fortuna juventa
Deſtituit, rapidis impoſuitque rogis.
Cluſino cineres, flammæ ceſſere ſepulchro,
Patronus patrio condidit oſſa ſolo.

*) Epione Æſculapii uxor.

Primion, Galeno Medicamentorum κτ̀ γένη, lib. I. T. II. pag. 365. & κτ̀ τόπȣς.

Proclianus, Marcello Burdegaledſi Medicamentorum cap. XXII.

Proclus quem inter Methodicos numerat Galenus in introductione ſive Medico. T. IV. p. 42. 373. Citatur etiam *P*roclus à Galeno libro I. Methodi & à Paulo Ægineta lib. III. cap. LXXVII. & lib. VII. cap. XI.

Procopius Cæſarienſis, medicus exercitus Beliſarii adverſus Gothos, qui & ejus expeditionis hiſtoriam ſcripſit, quam etiamnum habemus. Hæc Tiraquellus, qui Procopium hunc quibus argumentis aut teſtibus Medicum faciat, neſcio. Nam ipſe quidem teſtatur ſe fuiſſe Beliſarii ὑπογραφέα, notarium, comitem ac conſiliarium, lib. I. de bello Perſico cap. I. & 12. ſeq. & claſſis ac rei annonaviæ curam ſibi commiſſam lib. II. de bello Gothico cap. IV. De Procopio ipſo & ejus ſcriptis dixi Volum. VI. hujus Bibl. pag. 248. ſeq.

Proculus, qui de natura hominis inter alia ejus artis monumenta ſcripſit, ut prodit Galenus lib. II. de Febrium differentiis, c. VI. Eumque etiam memorat lib. I. Therapeuticæ, & Cœlius Aurelianus lib. Chronion III. c. IIX. ubi illum dicit fuiſſe Themiſonis ſectatorem.

Prodicus, eidem Galeno in lib. II. de Naturalibus facultatibus, cap. IX. & in lib. II. de differentiis febrium, c. VI. citatus ex libro de natura hominis T. I. p. 106. T. 3. p. 332. quem Proculum quidam eſſe putant.

Prodicus Selymbrianus, Hippocratis diſcipulus, apud Plinium lib. XIX. c. I. ſive ille fuit, ſive alius.

Prodicum medicum, ſive illum, ſive alium, quod magis credo, memorat Hippocrates lib. VI. Epidemion, ſi illic Prodicus & non potius Herodicus ſit ſcribendum, quod magis puto, ſecutus ſententiam Leonardi Fuſchii, & veteris Interpretis, de quo diximus ſupra in Herodico.

Proſechius, Paulo Æginetæ lib. VII. c. XVI.

Prosdochus, Marcello medico Burdegalenſi, medicamentorum c. XXIX.

Proſper Calanius, Sarzinenſis, cujus eſt docta paraphraſis in lib. Galeni de Inæquali intemperie, & alia multa opera non contemnenda.

Protagoras cujus meminit Eupolis poeta Græcus in ea fabula, quæ Colaces inſcri-

inſcribitur, & Plutarchus Sympoſiacon decade vii. problem. i. Democriti ζηλωτής. Galen. T. i i. edit. Pariſ. p. 23.

Protarchus, Celſo lib. v. c. x i i x. non ſemel, & lib. i i x. c. xx.

Protas Peluſiotes, Galeno medicamentorum localium lib. x. c. i. T. i i. edit. Baſil. p. 308. Alius Protas Rhetor, Galeni civis. Tom. iv. p. 326.

Proxenus, Galeno ejusdem operis lib. v i i. c. i i. T. i i. p. 265.

Pruſias, vide ſupra in Aſclepiade p. 87.

Prytanis, ſive *Prytanides*, Galeno Pharmacorum ſecundum locos lib. i i i c. i. & lib. v i i. cap. 3. T. 2. p. 266.

Ptolemæus Chirurgus, Cornelio Celſo, lib. vi. c. 7.

Ptolemæus Cytherius, poëta epicus, Suida teſte ſcripſerat de miris virtutibus herbæ ψαλακάνθας, pro qua pyrachantem ſive ſcolymum, de qua apud Dioſcoridem mentio, legit Tiraquellus p. 293. Sed nihil mutandum patet ex Ptolemæi Hephæſtionis lib. v. apud Photium Cod. 190. ubi narrat Pſalacanthæ eſſe nomen herbæ Ægyptiæ artemiſiæ vel meliloto ſimilis, quæ ſi veræ credis fabulæ, equis alligata victoriam præbet ac felicitatem.

Ptolemæus Evergetes, Ægypti Rex, herbarum vires ac naturam intelligens, carmen Homeri depravatum correxit: ſcripſerat enim lib. Odyſſeæ quinto, verſ. 72.

Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίȣ ἠδὲ σελίνȣ.

Significans *Sion* eſſe paluſtrem plantam, & cum paluſtri apio naſci, quod ignorantes quidem Grammatici non σίȣ, ſed ἴȣ quod eſt violæ, legi oportere contendebant, ut nunc quoque vulgo legitur. Contra quos Rex hujus rei peritus *ſia*, non violas, cum apiis in irriguis pratis naſci in eo poëta voluit. Hic autem citatur à Marcello in lib. de medicamentis, cap. xiv. ubi illum dicit ſcripſiſſe libros in re medica, & iterum cap. xxxvi. Citatur Ptolemæus & à Galeno libr. iv. de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπȣς, cap. vii. T. i i. pag. 217. T. v. p. 411. 413. & alibi non ſemel, ubi illum modo Regem appellat, modo nobilem. Et Aëtio Tetrabibli i i. Serm. i i i. cap. cx. non ſemel.

Ptolemæus ſimpliciter, ſive alius, ſive ex illis unus, Galeno l. v. medicamentorum κατὰ γένη, T. 2. p. 181. & Cœlio Aureliano lib. i i i. Chroni-

 on,

on, c. IIX. ubi illum dicit Eraſiſtrati ſectatorem, & Aetio Quaternione II. Serm. 3. c. cx.

Ptolemæus, quem γνώειμον ſive familiarem vocat Galenus lib. IV. Pharmacorum κατὰ τόπες, c. VII. non ſemel, & lib. VII. c. V. T. 2. p. 390. 391. 271. 219.

Publius ὁ καθηγητὴς ſive Præceptor, Galeno medicamentorum κτ̃ γένη, lib. V. T. 2. p. 391.

Publius ſimpliciter, ſive ille, ſive alius eidem Galeno ibi, T. 2. p. 299. & etiam κτ̃ τόπες IX. c. IV. T. 2. p. 339. 389. & Marcello medicamentorum c. XXIX.

Pudentianus Epicureus, Galeno T. 4. p. 368.

P. *Pupius* P. *L. Mentol Medicus IIIIII vir* *) in veteri marmore ubi icon hujus Pupii apud Fulv. Urſinum p. 97.

Pyčton Plinio lib. XXIX. c. ult.

Pyramus, Galeno κτ̃ τόπες lib. IV. c. 7. T. 2. p. 217.

Pyro, cujus nugas deridet Galenus lib. II. de Temperamentis.

Pythagoras, philoſophus non modo Medicam artem rem diviniſſimam eſſe pronunciavit, ut ſcribit Apollonius Tyanenſis Epiſt. 23. ad Critonem: ſed medicinam quoque exercuit ipſe, teſte Jamblicho lib. I. c. 29.

Pythagoras alter à philoſopho, cujus meminit Diogenes Laertius in vita ipſius philoſophi, quem de hernia ſcripſiſſe tradit.

Pythagoreos πάνυ σφόδρα περὶ τὴν ἰατρικὴν ἐσπεδακέναι, ſingulare ſtudium in arte medica poſuiſſe notavit Ælianus IX. 22. Var. Hiſt.

Pythion. Galen. T. 2. p. 340.

Pythius, eidem Galeno Pharmacorum ſecundum locos, lib. V. c. 9. & ſecundum genera, lib. 3. T. 2. p. 234. 236.

Pythocles memoratus Hippocrati lib. VII. Epidemion.

Q.

Quadratus, Galeno medicamentorum κτ̃ γένη, lib. VII. T. 2. p. 419.

Juliæ Quintianæ Clinicæ videtur mentio fieri in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DCXXXV. 10. Quanquam p. DCXC. 6. eadem inſcriptio legitur ſic: *Juliæ Quintianæ Cl. Lucæ F.*

Quintus Stertinius. Romæ clarus, teſte Plinio XXIX. I.

Quintus præceptor Galeni, eidem ſæpe memoratus. Confer lib. IV. hujus Bibl. cap. XVII. p. 586. Supra in Marino.

Quiri-

*) Sexvir, nomen dignitatis ac magiſtratus. Vide infra, Soſthenes.

Quiricus de Auguſtis, Thertonenſis, qui ſcripſit Lumen Apothecariorum, editum Venetiis 1495. fol. ac deinde ſæpius.

R.

Rabbi Moyſes, cujus extant Aphoriſmi medicinales, quibus hunc titulum præfixit, Moyſes filius ſervuli Dei, Iſraeliticus Cordubenſis. Suntque & alia ejusdem opera. Vide ſupra, in Moſe.

Rabirius, Plinio lib. XXIIX. c. VII.

Raſis apud Arabes celeberrimus, vide ſupra *Albubeter*, & Joannem Leonem Africanum cap. VI. & XVIII. Jo. Arculani expoſitio libri Almanſoris, prodiit Venet. 1483. fol.

Raymundus Lullus vir certe reconditæ doctrinæ & eruditionis, qui præter alia multa, quæ in medicina ſcripſit, edidit librum cui titulus eſt, Ars brevis, alterum quem Artem generalem vocavit, utranque adeo difficilem, ut pauci queant intelligere, verum ſi ſemel intelligas, omnia pollicentem. Hæc de Lullo Tiraquellus, ſcriptore ut ajunt 321. voluminum. Novam ejus operum editionem parari auſpiciis Sereniſſimi Electoris Palatini, traditur in diario eruditorum Italiæ T. XIV. p. 392. Scripta de ſecretis naturæ, de alchymia & metallorum metamorphoſi, Lullio præter rem tribui notat, qui de illo multa, Lucas Waddingus in annalibus Minorum. Vide & Nic. Antonium T. II. Bibl. Hiſpanæ, Olaum Borrichium in conſpectu ſcriptorum Chemicorum, &c. Obiit Lullius A. 1315. æt. 80. Adi Acta Sanctor. 30. Junii T. V. p. 633. ſq. & diſſertationem de cultu Raymundi Lullii in memoriis litterariis Trevoltinis A. 1702. p. 30. edit. Amſt.

Reheubatus Serapioni Antidotorum cap. XVIII.

Remaclus Fuchs, Lymburgus, cujus eſt Methodus curandi morbi Gallici & Hiſtoria aquarum, & tractatus Conditorum, & ſpecierum aromaticarum, & Nomenclatura plantarum.

Claudius Remnus, in veteri Inſcriptione, Medicus Legionis XXI.

Rheginus Methodicus, T. IV. p. 42. Galeno memoratus lib. I. Methodi.

Q. Rhemnius Fannius Palæmon cui tribuitur carmen hexametrum cum Celſo & Sereno Sammonico ſæpius editum de menſuris & ponderibus quibus medicinæ diſpenſantur, quod alii neſcio cui *Renio Favino* vel *Flavio*, vel *Priſciano* alii tribunnt, de illo dixi in Bibl. Latina p. 680.

Rhipalus, Galeno lib. VII. Pharmacorum localium cap. 3. T. II. p. 265.

Rhi-

Riphinus Nicaenſis inter Dipnoſophiſtas, Athenæo. Legendum *Ruſinus.*

Richardus, *Anglicus*, cujus ſunt libri de Phlebotomia, de urinis, de anatomia, de ſignis prognoſticis, de febribus.

Roffus, Raſi lib. VI. Continentis cap. I. niſi Ruffus ſit legendus, quod facile crediderim, cum nullo alio loco meminerim me Roffum legiſſe.

Roffinus, apud eundem cap. 3. ejusdem lib. niſi etiam Ruffinus ſit legendum.

Rogerus Baco Oxonienſis, Ord. S. Franciſci, defunctus A. C. 1292. cujus Chymica quædam & Phyſica ſcripta feruntur. De illo Lucas Waddingus in Annalibus Minorum & Antonius Wood Antiquitatt. Oxon. T. I. p. 136. ſeq. ubi à Magia Dæmoniaca eum abſolvit, ſed naturæ peritiſſimum fuiſſe docet. Similiter cauſam ejus agunt Joannes Deé, Joannes Seldenus, Gabriel Nandæus, & in Dictionario ſuo hiſtorico Petrus Bælius. *Quæ in Chemicis* Baco *publicavit*, judice Olao Borrichio *) *obſcuriora ſunt, & variis proceſſuum ineptiis referta: eſt tamen ubi expergeſcitur, & ſagacibus monitis, quantus in ſe lateat artifex, evidenter oſtendit. Quin & quæ de Arte tradit ad Raymundum Gaufredum, demorſos ſapiunt ungues. Nec male ipſe poſt allatam experimentorum variorum inutilem farraginem, Candidatis hanc regulam præſcribit:* Dimittite experimenta, capite rationes, & invenietis. *Scripſit varia* de lapide philoſophorum, Alchemiæ ſpeculum, de ſpeculis uſtoriis &c. *In libro* de mirabili poteſtate Artis & Naturæ *capaciſſimum declarat ingenium, & admirandam in rebus novis inuſitatisque inveniendis dexteritatem: ſatisque oſtendit ſibi ea jam olim fuiſſe explorata, quæ poſtera tandem ſæcula vera fuiſſe deprehenderunt. Incuſatus ob id ab inertium Monachorum vulgo, ſola innocentia ſe tutatus eſt, & imperitiam cavillantium refutavit contemtu.* Nec dubitat retractans ſe in altera editione centuriarum ſuarum Jo. Balæus, Baconem nominare Philoſophum acutiſſimum & ſæculi ſui miraculum. Ejus de retardandis ſenectutis accidentibus & ſenſibus confirmandis, prodiit Oxoniæ 1590. 8. Alia illius edita atque inedita refert Guil. Caveus in hiſtoria litteraria ſcriptorum Eccleſ. ad A. C. 1278.

Rogerius Parmenſis, cujus eſt liber de Phlebotomia venarum omnium, edita cum Albienſi: & Practica medicinalis, vulgata Venetiis A. 1490.

Rolan-

*) In conſpectu ſcriptorum Chemicorum §. 19.

Rolandus Capellutus Chryſopolitanus Parmenſis, cujus eſt tractatus de curatione peſtiferorum apoſtematum, & libri quatuor de Chirurgia. Alius Rolandus Ulyſſiponenſis, de cujus phyſiognomia vide Nic. Antonium T. 2. Bibl. vet. Hiſpan. p. 271.

Romanus Medicus, Leoniceni diſcipulus, cujus extat liber, cui titulum fecit, Antiſophiſta, quo de tribus docendi ordinibus Galeni eleganter diſſerit.

T. Julius Roſianus Apollinaris. ſupra in Julio.

Ruffinus, cujus meminit Nicolaus Antidotarius, & Raſis libr. IV. Continentis c. 1. vide Roffinus.

Ruffinus Nicaenſis unus è Dipnoſophiſtis, quorum colloquia ſunt ab Athenæo deſcripta.

D. M. *T. Vibio Rufo medico Coh. V.* Pr. *Valeria Rufina Conjug. Optim. fecit.* Vetus inſcriptio Romana apud Sponium p. 144. Miſc. eruditæ Antiquitatis.

Ruffus Hierax, quem memorat Tiraquellus, ex hoc Catalogo expugendus. Nam apud Galenum in loco quem ille reſpicit libr. quinto pharmacorum κτ̀ γένη T. 2. p. 387. referuntur τροχίσκοι κιῤῥοὶ trochieſi rufi ſive gilvi ἱέρακος Θηβαίου Hieracis Thebani.

Rufus Epheſius de quo dictum lib. 4. hujus Bibl. c. 3. atq; c. 17. p. 586. Citatur à Paulo Ægineta & Aëtio apud quem fragmenta complura. Etiam ab Arabibus ut Joanne Meſue, & ab Iſaaco Hebræo. Rufi Epheſii *erotemata Medica* ſermone Græcorum recentium vernaculo MSta in Bibl. Cæſarea. Libri de appellationibus partium corporis humani MS. Codicem Vaticanum laudat Jo. Rhodius ad Scribonium Largum pag. 213. Ejusdem *de venis & de oſſibus* memorat Labbeus p. 126. Bibl. novæ MSS. Hic Rufus ante Fallopium tubas matricis obſervavit. Carmina autem Græca quæ lib. 3. c. 26. *de effectis plantarum, Deorum alicui ſacrarum* edidi cum verſione D. Joannis Rendtorffii, Simlerus huic Rufo, Lambecius II. p. 593. & VI. p. 90. Pamphilo Alexandrino tribuit. Rufi effigies in veteri Codice Dioſcoridis in Bibl. Cæſarea, apud Lambecium, Neſſeliumque. Occurrit & in imaginibus Bellorii & T. 3. theſauri Gronoviani lit. eeee atque ante Acta medicorum Berolinenſium T. 3. An. 1718. 8.

Menius Rufus. Galen. 7. κτ̀ γένη, T. 11. p. 416.

Rugenii Chirurgia, ſupra in Bruno.

A. Rupilius apud Ciceronem in oratione pro Aulo Cluentio habita, c. 63.
Ruſticus Galeno citatus in lib. IX. Pharmacorum κατὰ τόπους cap. 6. T. 2. p. 303.
Ruſticus alter Placentinus, recentiorum temporum Medicus.
Rutilius Oribaſio citatus.

S.

Sabinus qui in Aphoriſmos Hippocratis in libros Epidemion & in alia ejus ſcripſit, teſte Galeno: fuitque præceptor Stratonici, præceptoris Galeni, ut dicit idem Galenus in libro de atra bile, eumque ſæpisſime citat. Vide lib. IV. hujus Bibl. c. 17. pag. 586. Meminit & Gellius lib. 3. c. XVI. ubi ait commodiſſime Hippocratem commentatum. Non raro tamen à Coi ſenis ſententia aberaſſe notavit Galenus T. 5. pag. 396. ubi Metrodori præceptorem fuiſſe teſtatur.
Pompejus Sabinus Galeno T. 11. pag. 418. Alius Sabinus Romanus, apud Plutarch. ἐρωτικῷ Hieron. Mercurialis IV. 13. Var. Lect.
L. Sabinus L. L. Primigenius in vet. inſcript. quam dedi ſupra in Primigenio, & habet etiam Reineſius Claſſe XI. 9. p. 611. Inſcriptio alia Auximi in Piceno, apud Gruterum p. DCXXXVI. 1. *Deis Manib. Juliæ Q. L. Sabinæ Medicæ Q. Julius Atimetus. Conjugi benemerenti.*
Sabon, Raſi lib. 3. Continentis c. 3.
Sabor ſive Sapor Rex Perſarum citatus à Meſue in libro Grabadin, & à Serapione in antidotis cap. XVII. & alibi.
Sabor filius Sehel, Avicennæ memoratus lib. V. quo de medicamentis compoſitis loquitur.
Sabud Rex Arabum, a medicis Arabibus ſæpius citatus.
Sabur, Raſi lib. 2. Continentis c. 4. & lib. VI. c. 1. & lib. 7. c. 4. ubi eum citat ex libro de Antidotario, & alibi ſæpe.
Sacrificulus, id eſt, ἱερεὺς, quisquis eſt, Galeno libro Pharmacorum localium 7. c. 3.
Sadhſar, Raſi Continentis XI. c. 1.
Sahar, ſive *Sabarus* Raſi lib. 3. Continentis c. 2. non ſemel.
Saber, Raſi libro tertio Continentis, cap. 6. & lib. 6. cap. 1. niſi ſit ille, aut Seher de quo infra.
Ibnu Saigh, de quo Joannes Leo Africanus c. 15. ſupra p. 279.
Saladinus Eſculanus, circa A.C. 1163. cujus eſt Compendium aromatariorũ.
Salamine, Serapioni Simplicium c. CXXXVI. & CCCLXIV.

Sale-

Salemnia, eidem Serapioni, ejusdem operis cap. CCCXXVII.
Salicetus, cujus Chirurgiam habemus.
Salimachus, Cœlio Aureliano lib. Oxeon 3. c. 17.
Salomon, Rex & is quidem ſapientiſſimus atque ditiſſimus, medicinæ adeo peritus fuit, ut libros fecerit de natura lignorum, herbarum, jumentorum, volucrum, reptilium & piſcium, ſicuti ſcribit Rabanus, ejusque authoritate gloſſa ordinaria & Nicolaus Lyrenſis in enarratione illius loci 2. Reg. 1. *Scriptum eſt in libro juſtorum.* Et hujus rei apertiſſimum eſt teſtimonium ex eo quod ſcribitur 3. Reg 4. ad fin. *Locutus eſt Salomon tria milia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque milia, & diſputavit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in libano usque ad hyſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de pecoribus, & volatilibus cœli, & ſerpentibus, & piſcibus.* Quod & retulit Joſephus, libro antiquitatum 8. c. 2. Sed eos libros abſtulit Ezechias, quoniam multi magis confidebant in herbarum viribus, quam in Deo, ut tradit author libri Zeror Hammor. Cæterum qui librum illum Sapientiæ ipſius Salomonis perſonæ inſcripſit: *Ipſe* (ait c. 7.) *mihi dedit horum quæ ſunt, ſcientiam veram, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, finem, & medietatem temporum, ipſorum temporum permutationes, atque viciſſitudines, ſtellarum curſus, anni volutiones, naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitatioues hominum, differentias plantarum, & virtutes radicum, & quæcunque ſunt abſcondita & inviſibilia cognovi. Omnium enim artifex docuit me ſapientia.* Quibus quidem authoritatibus ductus Euſebius Cæſarienſis aſſerit libro Evangelicæ Præparationis XI. c. V. Salomonem fuiſſe ſummum phyſiologum. Quanquam non ſatis certum eſt, an ipſius Salomonis is liber ſit, an Philonis, an vero alterius. Sed, ut hoc obiter dixerim (neque enim id prætermittendum eſſe duximus) ex eo loco ſatis ſatisque conſtat, non minimam ſapientiæ partem eſſe medicinæ ſcientiam. Neſcio autem an de iſto Salomone, an de altero intelligit Avicenna loquens de electuario Almutagnachil relato ad Salomonem. Serapio Antidotorum c. XX. & iterum cap. XXXIII. citat Salomonem quempiam medicum, quisquis is fuerit, ſive hunc, ſive alterum. *Hæc Tiraquellus* p. 268.

Mich. Glycas parte 2. Annalium pag. 183. ex Pſello.

Ἐφυσιολόγησε *) δὲ Σολομὼν καὶ περὶ λίθων, οὐχ ὅπως ἐχρώσθησαν μόνον ἢ συνετάγησαν, ἀλλὰ καὶ ὅπου ἑκάστη συντελεῖ. Τὴν μὲν σωφροσύνης ἔφησε φυλακτήριον, τὴν δὲ πρὸς τὰ θειώδη ἀντέχειν πυρσά, ἑτέραν δὲ φυγαδεύειν πνεύματα πονηρά. Ἀλλὰ καὶ περὶ δαιμόνων ἐτέθη βιβλίον αὐτῷ, ὅπως τε κατάγονται, καὶ ἐν οἵοις εἴδεσι φαίνονται, φύσεις δὲ τούτων καὶ ἰδιότητας ἔγραψε, πῶς τε δεσμοῦνται, καὶ πῶς ἐμφιλοχωροῦντες ἀπολύονται. Ὅθεν ἔργα τούτοις ἀχθοφόρα ἐπέταττεν, ὑλοτομεῖν τε, ὡς λόγος, ἠνάγκαζε, καὶ κατωμαδὸν τὰ ἄχθη φέρειν παρεβιάζετο, ᾠδικῶντά τε σπλάγχνα ἢ ἐπῳδαῖς ἢ βοτάναις περιτιθεὶς ἐθεράπευεν. Ἀλλ᾽ ὅγε θεῖος Ἐζεκίας Θεῷ ἑαυτὸν ἀναθεὶς καὶ πάντα τῆς ἐκεῖθεν προνοίας ἐξαρτήσας, τῶν ὑπὲρ φύσιν τῷ Σολομῶντι φιλοσοφηθέντων ὠλιγώρησεν.

Præterea Salomo de gemmis quoque diſſeruit, earumque natura, non tantum quo illæ pacto colores hos vel illos accipiant, vel gignantur & coaleſcant, verum etiam quis cujuscunque ſit uſus. Aliam enim pudicitiæ cuſtodem eſſe pronunciavit, aliam ſulfureis inflammationibus reſiſtere, aliam malos genios abigere. Quin etiam librum de geniis compoſuit, quo nimirum pacto de ſublimi deducantur, & qualibus formis appareant. Eorundem naturas atque proprietates complexus eſt, tum quo pacto vinculis adſtringantur, & certis locis adſveti abigantur. Hinc factum ut operas quasdam geſtandorum onerum ipſis imponeret. Nam & materiem, ceu perhibent, eos cædere cogebat, & humeris onera portare. Idem hominum viſcera exulcerata, vel carminibus vel herbis adhibitis ſanabat. Verum divinus homo Ezechias, qui ſe totum Deo conſecraſſet ac mancipaſſet, ejusque ad providentiam cuncta referret, parvi ea fecit quæ ſupra naturam Salomo philoſophatus eſſet.

*) Non deſunt qui Phyſiologum *de animalibus*, qui exſtat inter Epiphanii opera, referunt ad Salomonem. Vide notas ad T. 2. Epiphanii p. 190. Etiam Ariſtotelem garriunt Judæi omnem ſapientiam furtim abſtuliſſe è libris Salomonis. Vide Venerandi Wolfii noſtri Bibl. Hebræam T. 1. p. 218. & quæ notavi lib. 3. hujus Bibl. cap. 6. §. 35. p. 162.

Salomonis Herbarium Arabica lingua, memorat Morhofius lib. I. polyhiſt. cap. VI. p. 49.

Svidas in Ἐζεκίας.

Φέρεται δέ τι καὶ τοιοῦτον. Ἦν Σολομῶντος βίβλος ἰαμάτων πάθους παντὸς ἐγκεκολαμμένη τῇ τοῦ ναοῦ φλιᾷ. Ταύτην ἐξεκόλαψεν Ἐζεκίας. οὐ προσέχοντος τοῦ λαοῦ τῷ Θεῷ, διὰ τὸ τὰς θεραπείας τῶν παθῶν ἐνθένδε τοὺς πάσχοντας αὐτοὺς κομίζεσθαι, περιορῶντας αἰτεῖν τὸν Θεόν.

Fertur etiam tale quiddam. Exſtabat liber quidam Salomonis, remedia omnium morborum continens, qui templi limini inciſus erat. Hunc Ezechias abolevit, quod populus mentem ad DEUM non adverteret, ſed quicunque ægri eſſent, morborum curationes inde peterent, neglecta Divini Numinis invocatione.

Juſtinus quæſt. LV. ad Orthodoxos.

Πολλὰ μὲν εὕρηται καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ἰαματικὰ τῶν σωματικῶν νοσημάτων, καὶ ὑπὸ Σολομῶντος τοῦ βασιλέως.

Permulta quoque à piis ad morbos corporum curandos inventa ſunt remedia, & ab ipſo inprimis Rege Salomone.

Procopius Gazæus ad 3. Reg. IV. 33.

Περὶ τῶν ξύλων) Τὰς φύσεις καὶ τὰς δυνάμεις καὶ τῶν βοτανῶν καὶ τῶν δένδρων καὶ τῶν ἀλόγων ὁ Σολομῶν ἐφυσιολόγησεν. Ἐξ ὧν εἰκὸς καὶ τοὺς γεγραφότας ἰατρικὴν, ἐρανίσασθαι πάμπολλα.

Locutus eſt de lignis) de naturis & viribus herbarum, *) arborum & aliarum rerum rationis expertium diſputavit. Ex quibus veriſimile eſt illos qui de medicina ſcripſerunt, plurima collegiſſe.

*Eadem referunt non modo Syncellus p. 200. Cedrenus p. 77. & 89. Joſephus Chriſtianus in hypomneſtico quod edidi cap. 74. Anaſtaſius quæſt. 41. & Glycas p. 182. Hippolytum & Euſebium *) teſtem laudantes, ſed & Talmudici codice Peſachim, in Miſna cap. 4. T. 2. edit. Surenhuſianæ p. 148. quanquam ibi tantum legitur Rex Hiskias ſupreſſiſſe* ספר רפואות *librum Medicinæ. At Maimonides ad illum locum non omiſit annotare id de libro* Salomonis

*) Περὶ δὲ Ἐζεκίου κεκαῦσθαί φησιν ὁ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος. Glycas.

nis *eſſe intelligendum* , דברי רפואות שלמה *quem perinde à Judæis, ubi in morbum incidiſſent , fuiſſe conſultum ut à Græcis Hippocratis ſcripta & Galeni , teſtatur etiam R. Kimchi ad 3. Reg. IV. 33. & 4. Reg. XX. Confer R. Nachmanidis & R. Levi ben Gerſon loca apud Sgambatum pag.* 312. *Allardum Uchtmannum ad Bechinat Olam pag.* 299. *ſeq. & Mich. Fridericum Lochner de nerio ſeu rhododaphne* p. 75.

Salomon archiater ad quem περὶ εὐπορίστων ſcripſit Galenus T. II. Baſil. p.484. niſi legendum Solon.

Salomon , Eben, id eſt, filius , Hahaſen , ſive Haſen, utrumque enim reperio, apud Serapionem Simplicium c. LXXIX. & c. CCLX.

Salomon ſimpliciter citatus Raſi, libro ſecundo Continentis ad fin. ſive unus ex illis, ſive alius. Serapioni item c. XX. & 33. antidotorum & Avicennæ, ubi de electuario Almutagnachil quod ait Salomoni auctori tribui.

Salmuje Serapioni Simplicium c. 178. in fin.

Salpe citata à Plinio XXVIII. 7. & indice lib. XXXII.

Saluſtius Dionyſius , ab eodem Plinio lib 32. c.7.

Saluſtius Mopſeates qui ſub Tiberio Cæſare ſcripſit in re medica , autore Suida.

Samithras , Galeno Pharmacorum localium lib. IX. c. 6.

Samuel Ebn Juda Andaluſius, Medicus ex Judæo Muhamedanus circa A. C. 1190. de quo Abulpharagius p. 298.

Samuye , Raſi libro 9. Continentis, capite primo. Vide num ſit Salmuje, de quo ſupra dictum eſt.

Sanctus Piſaurenſis, qui Commentarios quoſdam ſcripſit ſub Eugenio IV.

Sandazar , Raſi lib. XI. Continentis c. V.

Sanctes de Arduinis Piſaurenſis, qui ſcripſit de omnibus naturalibus & artificialibus, de venenis, de odoratione, de prolificatione.

Sapiens filius *Jubeyr* , apud Raſim lib. 2. Continentis cap. item 2. Vide Zour.

Sapor , vide Sabor.

Sarachus & *Saracus* , & *Sarac* , Raſi lib. V. Continentis c. I. non ſemel, & lib. 7. c. 4. non ſemel, & lib. XI. c. V. ubi illum Indum vocat.

Sarck Indus , ejusdem operis lib. 7. c. I. idem cum priore.

Sarkeothitus , Σαρκευθίτης Galeno librorum medicamentorum κτ̀ γένη , T. 2. p. 403.

Saſogoras , vide infra Soſagoras.

Satyrii

Satyrii de quibus Galenus ſive Gariopontus de medicinis expertis ſub init. *Et Thamor de regione Æthiopia, qui fuit ex bonis experimentatoribus habebat bona experimenta experta, quæ ſic cuſtodiebat quod nullus in tempore vitæ ſuæ potuit ea habere. Et poſtquam mortuus fuit, pervenerunt illæ Medicinæ in manus* Satyriorum, *qui per eam mirabilia fecerunt. Et exultavit eis nomen inter Medicos.*

Saturninus cognomento Cythenas, diſcipulus Sexti Empirici, apud Diogenem Laertium in Timone Nicæo, lib. IX. in fin.

Satyrus Quinti, de quo ſupra diſcipulus, & unus primusque, ante Pelopen ex præceptoribus Galeni, ut ipſe Galen. poſt prin. lib. I. περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, id eſt, de Anatomicis adminiſtrationibus & T. V. p. 172. 406. & alibi ſæpe dicit. Is Anatomica ſcripſit, eodem teſte T. V. p. 21. & interpretatus eſt libros Aphoriſmorum Epidemiorum Hippocratis, ut dicit idem Galenus in prin. lib. I. eorundem Epidemiorum.

Scare, ſive *Scark*, ſive *Scharai*, ſive *Scharac*, ſive *Scharc*, nam omnia hæc nomina comperio, tum apud Raſim lib. I. Continentis cap. I. & 13. & c. 9. tum apud alios, niſi ſint diverſorum.

Schear, Raſi lib. 2. Continentis c. 4.

Schiarchandus citatus in Tacuinis Elluchaſem.

Scindaxar, Serapioni Simplicium c. 82.

Scribonius Largus, qui ſub Tiberio multa opera in re medica ſcripſit, ex quibus etiamnum extat liber *de compoſitione medicamentorum*, de quo dixi in Bibl. Latina lib. IV. c. 12. eumque ſæpe citat Galenus cum in multis locis, tum in libris medicamentorum κατὰ τόπους T. II. p. 265. 270. 299. 304. Is ad tempora usque Claudii vixit, ut videre licet ex c. LX. ejus libri de compoſitione medicamentorum, quo loquitur de Meſſalina dei ſui Cæſaris. Quod opus an ipſe Latine, an Græce ſcripſerit addubitarunt teſte Tiraquello nonnulli viri docti. Latine tamen ſcripſiſſe non Græce verius eſt, & totus liber oſtendit, Scribonius etiam ipſe præfat ad C. Julium Calliſtum: *Ut primum enim potuiſti, non es paſſus ceſſare tuæ erga me pietatis officium, tradendo ſcripta mea Latina medicinalia Deo noſtro Cæſari, quorum poteſtatem tibi feceram ut ipſe prior legeres, ſimpliciterque indicares mihi quid ſentires.*

Sebaſtianus Aquilanus, qui ad Ludovicum Gonzagam ſcripſit librum de morbo Gallico, & alium de febre ſanguinea.

Sebaſtianus Auſtrius Rubeaquenſis, cujus eſt explanatio in Paulum Æginetam.

Sebaſtianus Montuus Gallus, cujus ſunt libri docti medicinalium Dialexeon.

Sebaſtianus Scrofa, qui tranſtulit Galeni libros de remediis parabilibus, & de Euchymia, & Cacochymia, id eſt, de bono & malo ſucco, cum Scholiis.

Seber, Raſi lib. 2. Continentis c. 2.

Julius Secundus. Galen. T. 2. p. 419. Alius Secundus Gymnaſtes T. 3. p. 288.

Secunda Livillæ Medica in veteri lapide apud Fulv. Urſinum p. 100.

Sedekias Medicus Judæus, à quo venenum datum Carolo Calvo, ut traditur in Annalibus Bertinianis A. C. 877.

Sediſnar, Raſi Continentis lib. 6. c. 1.

Seheber, Raſi lib. 1. Continentis 2. c. 4. niſi idem ſit.

Seber, eidem Raſi libro primo Continentis, c. IX. & lib. 2. capite quinto, niſi idem quoque ſit.

Sex. Pedius Secundus. In veteri inſcriptione apud Fulv. Urſinum p. 99. & Gruterum p. DCXXXIV. 9. D. M. *Sex. Pedio Sex. Lib. Secundo Medico Julia L. Lib. Secundina Patri piiſſimo.*

Seleucus Cyzicenus memoratus Philoſtrato lib. 8. de vita Apollonii, cap. 14. p. 349.

Semmias Medus, Galeno in lib. 2. Antidotorum, vide Simmias.

D. Sempronius Jucundus Medicus Ariminenſis, in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DCXXXV. 2.

Sendahaſar, Raſi lib. XI. Continentis c. 7.

Sendheſar ibi, niſi idem ſit cum præcedente.

Sendihiar, Raſi lib. 2. ejusdem operis c. 4. niſi & hic quoque idem ſit.

Serapion Alexandrinus, *primus omnium*, ut tradit Celſus in proœmio, *nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus, in uſu & experimentis poſuit.* Sane quidem ſi Galenum audimus in introductione c. 4. T. 4. p. 56. 57. poſt Philinum, Herophili diſcipulum empiricæ ſectæ auctor Serapion fuerit. Sed Celſo utpote antiquiori ſua merito conſtat fides. Neſcio an is ſit, de quo ſcribit Cicero ad Atticum, lib. 2. *Feciſti*, (inquit) *mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo.* Ad eum

eum quoque pertinere creditur numus, in cujus una parte caput Hygiæ laureatum, in altera Æſculapius ſedens, cum inſcriptione, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΩΝ, apud virum clariſſimum Richardum Mead in diſſ. de numis à Smyrnæis in Medicorum honorem percusſis p. 68. ubi huncSerapionem è ſchola Eraſiſtrati prodiiſſe colligit, quod à Cœlio Aureliano lib. 3. de morbis acutis c. 17. ſimilia Eraſiſtrato ordinaſſe dicitur. Neque quicquam obſtare quo minus Eraſiſtrateorum & Herophileorum placitis ἐμπειρικὴ etiam admiſceretur ab eo qui in multis tamen ab Eraſiſtrato, perinde ut Alexander φιλαλήθης ab Herophilo non dubitaret diſcedere. Sed Serapionem ipſum de quo loquimur, citat idem Cælius Aurelianus lib. 3. Oxeon cap. 21. & lib. 1. chronion cap. 4. ex *libris Curationum*. Laudatur & à Cornelio Celſo lib. v. c. ult. ubi de impetiginis ſpeciebus, & Galeno in libris medicamentorum κατὰ γένη, lib. 2. & κατὰ τόπους lib 6. c. 1. T. 2. p. 238. 309. ubi empiricum vocat & 336. 396. & T. 4. p. 372. ubi Alexandrinum. Aetio Tetrab. 4. Serm. 3. c. 14. & alibi, & Paulo Æginetæ lib. 3. c. 64. & lib. 7. c. 17. & alibi, & Jo. Serapioni Antidotorum c. xx. & Cælio Aureliano libr. Oxeon 2. c. 6. ex *libro Sectarum*. Inepta laude ſui commentarios ſuos impleviſſe, ſcribit Galenus T. 2. edit. Pariſ. p. 346.

Serapio alter junior, de quo ſupra, *Joannes Serapio*.

Τὸ τῆς Σεραπιάδος ἐπιγραφόμενον φάρμακον Galen. Tom. 2. edit. Baſil. p. 390. an Σεράπιδος?

Serenus Sammonicus auctor carminis de medicina, de quo dixi libro tertio Bibl. Latinæ c. v. Illius eximiam editionem Roberto Conſtantino debemus, cum variis Lectionibus & brevibus notis. Lugdun. 1566. Hanc ſequitur, ſed omiſſis notis, Henricus Stephanus in Medicæ artis principum opere, & vir clariſſimus Jo. Baptiſta Vulpius qui Serenum à ſe recenſitum vulgavit Patavii 1722. 8. Suas in Serenum notas laudat Conradus Rittershuſius p. 92. ad Corippum, ſed illæ lucem non viderunt quod ſciam. Nonnulla hujus ſcriptoris loca illuſtrat Turnebus XVII. 18. adverſariorum: plura vir eruditiſſimus Jo. Baptiſta Morgagnus, Epiſtola ad laudatum Vulpium edita Hagæ Comitis 1723. 4.

Serenus alter Aetio citatus Tetrab. 2. Serm. item 2. c. 16.

Sergius Babylonius ocularius, Galeno in lib. 4. medicamentorum κατὰ τόπους cap. 7.

Sermonéta, vide Joannes Sermoneta.
Servilius, vide ſupra in Democrate.
Seſcar, Raſi lib. XI. Continentis c. 8.
Seſirid, eidem lib. 9. Continentis c. 1.
Severianus citatus Aetio Tetrab. 2. Serm. 3. c. 98. non ſemel, & Alexandro Tralliano.
Severus Galeno lib. 3. κατὰ τόπους, c. 1. T. 2. p. 191. & T. 10. edit. Pariſ. p. 549. & Aetio ſæpe citatus, vide Theodoſius.
Sextius, aut ut alii ſcribunt, *Seſtius Niger*, qui licet Romanus eſſet, tamen Græce ſcripſit de medicina, ut notat Plinius in indice lib. XX. Huncque diligentiſſimum medicinæ ſcriptorem dicit idem Plinius lib. 32. c. 3. illumque alibi ſæpe citat, uti etiam facit Plinius Valerianus lib. Rei Medicæ 4. cap. V. Laudant & inter rei herbariæ ſcriptores Dioſcorides procemio & Epiphanius in limine libri 1. adverſus hæreſes. Confer Lambecium 2. p. 546. ſq. περὶ ὕλης de materia Medica citatur ab Erotiano voce λείριον. Icon ejus in veteri Codice Dioſcoridis apud Lambecium, Neſſelium, & T. 3. theſauri antiquitat. Gronov. lit. ii.
Sextiæ L. Tertiæ tonſtricis mentio in veteri inſcriptione.
Sextus Empiricus præceptor Saturnii, de quo ſupra, Galeno in libro Sectarum T. 4. p. 372. & Diogeni Laertio in Timone memoratus, lib. 9. ſect. 116. Afrum hunc Sextum vocat Tiraquellus Suidam ſecutus, uti Marſilius Cagnatus lib. 3. Var. Obſervat. c. 8. & Andreas Dacerius in vita Plutarchi p. 75. aliique. Sextum autem Empiricum, cujus ſcripta habemus, Afrum non fuiſſe colligas ex lib. 3. Pyrrhon. ſect. 213. ubi mores ſuos à moribus Libycorum diſtinguit. Igitur non magis Afrum fuiſſe mihi perſuadeo, quam Peripateticum Philoſophum, qualem ſcribit Franciſcus Philelfus lib. 26. Epiſt. 1. p. 178. *Prudentiam definit Sextus Empiricus, vir Peripateticæ diſciplinæ acutiſſimus, libro tertio ſuarum admonitionum: Prudentia eſt ſcientia bonorum & malorum & indifferentium.*
Sextus Chæroneus, Plutarchi Philoſophi nepos, de quo Apulejus lib. 1. Mileſiar. *Theſſaliam, nam & illic originis maternæ noſtræ fundamenta à Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philoſopho nepote ejus prodita gloriam nobis faciunt*, librum de Medicina ex animalibus exſtare ſcribit Julianus Floridus qui Apulejum in uſum Delphini edidit, p. 5. Sed parum credibile eſt Græci librum illum eſſe ſcriptoris, nedum

Stoici illius Philoſophi, de quo viri docti ad Marcum Antoninum, cujus Doctor fuit, & ad Julium Capitolinum in Antonini vita.

Sextus *Fabius* ſive *Fadius* potius, Niconis, qui de voracitate ſcripſerat, diſcipulus, apud Tullium libro ſeptimo epiſtolarum ad Trebatium. Epiſt. xx.

Sextus *Placitus* Papienſis, Jacobo Dondo in ſuo Aggregatore. De Sexti Placiti libro *de Medicina ex animalibus*, quem Latine habemus, & Sexto Plutarchi nepoti Græco ſcriptori quidam præter rem tribuunt, dixi Vol. XII. hujus Bibl. p. 613. Auctor ſe artem medicam profeſſum, eamque exercuiſſe prodit cap. XXVII. de perdice, & c. 2. atque aliis in locis. Sed age totum libellum, eſt enim brevis, ex Andreæ Rivini editione rarius obvia ſubjiciamus.

SEXTI PLATONICI PHILOSOPHI

Liber de medicina ex animalibus.

CAP. I.

De Ceruo.

Cujus cornu habet vires exſiccandi omnes humores. 1. Ergo *in collyriis oculorum* eo utuntur.

2. *Dentibus, qui moventur*, cornu cervi combuſtum imponitur, mox obfirmat, ſi ex eo pro dentis frictione uſus fueris. 3. *Ad capitis dolorem.* Cornu cervi pulveris drachmam unam cum vini cyatho uno & aquæ cyathis duobus potui dabis. 4. *Ad morbum Regium.* Eodem modo, ut jam dictum, potui dabis, miraberis bonum effectum. 5. *Ad ventris ſolutionem*, quam eadem nominata ratione cohibebis.

6. *Ad profluvium mulieris.* Cornu cervi combuſtum, inque pulverem molliſſimum redactum, cum vino mixtum potui datur. 7. *Ad lumbricos.* Cornu cervinum datur eodem modo, vel limatum, quod melius eſt, ex vino; ex aqua autem calida febricitanti, lumbricos necat, & ejicit. 8. *Ad ſerpentes effugandos.* Cornu cervinum ſi combuſſeris, & in domo aſperſeris, ſeu tecum portaveris, mox inde ſerpentes à te ſugaveris. 9. *Ad vulvæ ſuffocationem.* Cornu cervinum combuſtum ſi dabitur mulieri patienti olfaciendum, & maxime ſupra locum, mire ipſi proderit.

10. *Ad ſplenis dolorem.* Cornu cervinum combuſtum ex oxymelle

detur potui, ſplenemque ſiccabit & dolorem tollet. 11. *Ad impetigines.* Cornu cervini combuſti cinis cum aceto ſcillitico ad Solem, locis, ubi ſunt impetigines, illitus, ſanabit ut mireris.

12. *Ad lentigines, ubi ſunt & impetigines de facie tollendas.* Cornu cervino combuſto in Sole faciem line: & deterſa ſubinde, renova, & hoc ortu Solis facies, mire ſanat. 13. *Ad interrigines.**) Cornu cervini cineris drachmas tres, argenti ſpumæ drachmas 2. aluminis ſcrupulos duos, ceratum ex oleo myrtino facito coqui, eoque ſic utere. 14. *Ad inguina.* Cervi pudenda ſi tecum habueris, inguina tibi non tumebunt, & ſi tumor antiqvus fuerit, *(inguina ſi ante tumerunt)* velociter recedet. 15. *Ad concubitum excitandum.* Cervi teſticulorum ſiccorum aliqua pars pota, concubitum excitat. Sed hoc non agat, niſi voluntas ſibi præveniat. 16. *Ad ſerpentium morſus.* Cervi naturæ deſiccatæ ſi deraſeris drachmam unam, & in ſorbitione ovi potaveris, omnis ſerpentium morſus innocuus fiet. Et ſi totum corpus natura cervi unxeris, nullus ſerpens tibi nocebit. 17. *Ad ventrem ſtringendum.* Si de natura cervi ex vino ſignino aut auſtero potaveris, ventrem reſtringit. Idem facit, ſi ex eodem, magnitudine nucis coxeris in lenticula vel pulte, & ederis. 18. *Ad aborſum.* Ex pilis cervinis ſuffumigabis, & mulier ſervabitur. 19. *Ad idem, ne mulier abortiat.* Lapis qui in vulva aut ventriculo cervi invenitur, phylacterium eſt prægnanti, & perficit, ut partum libere perferat. Quod ratio collegit, velociſſimum eſſe illud animal, nec tamen aborſum facere. Similis ratio eſſe poteſt, ſi oſſicula, quæ in vulva aut in corde cervi reperiuntur, ſecum habuerit, nam eundem effectum præſtant. 20. *Ut mulier cito concipiat.* Idem os in brachio mulier ſi appenſum habuerit, efficiet, ut mulier cito concipiat. 21. *Ad inteſtinorum dolorem* Medulla cervina remiſſa in ptiſana & infuſa, torminoſis maximum erit remedium. Idem facit, ſi ſevum ſive medullam ejus pro unctione habueris. 22. *Ad ſerpentes fugandos.* Medullam cervinam ſi ſubfumiges, aut eam tecum habeas pro unctione, à ſerpentibus lædi nullatenus poteris. Inque cervina pelle ſi jacueris, nullus ad hominem ſerpens accedet. 23. *Ad perniones.* Sevum cervinum combuſtum ſimul cum oſtrea teſta minuta commixta, & factum quaſi malagma impone, mire ſanat.

*) H. Steph. *ad intertriginum dolores.*

CAP.

CAP. II.

De Lepore.

I.

Ad ſubmejulos. Leporis cerebrum potum cum vino mox ſummejulos emendat. (*Vid. Marcellus Empir. cap. 26.*) 2. *Ad dentes infantium.* Ex cerebro leporis decocto ſi gingivas infantibus defrices, ſubinde ſanabuntur, ut dentes ſine dolore creſcant, & enati confirmentur. 3. *Ad oculorum dolores.* Leporis pulmo ſi ſuper locum poſitus fuerit, & bene alligatus, dolorem oculorum ſedat. 4. *Ad perniones & pedes calceamentis læſos.* Idem pulmo leporis illinitus affert remedium. 5. *Ad quartanas.* Cor leporis viventis (*al. juvenis*) ſublatum, & quartanariis collo vel brachio ſuſpenſum, mox ipſam febrim emendat, ſi ſub acceſſione ejus pendeat. 6. *Ad Caducos.* Leporis cor deraſum & cum parte tertia thuris mannæ trita, ex vino albo potui datum per dies IV. mirifice prodeſt. His vero qui ſæpius cadunt, diebus triginta detur. Creſcente autem Luna quotidie in potione debet condiri cum vino. 7. *Ad locos mulierum dolentes.* Cor leporis ſiccum & in vino potui datum, locos mulierum dolentes emendat. 8. *Ad profluvium mulierum, quæque ſanguinem rejiciunt, & ad eas, quæ poſt partum locis ipſis laborant.* Leporis cor ſiccum, bene eraſum & detritum ex aqua calida potui datur cum terra Samia mulieribus profluvio laborantibus, eſtque eis remedium, quæ ſanguinem exſcreant, & locis laborant.

9. *Ad oculorum caliginem.* Leporis fel cum melle mixtum facit ad claritatem oculorum, & imminentem caliginem diſcutit. 10. *Ad eos, qui vertigine vexantur.* Commiſce Leporis fel & jecur muſtelæ drachmis tribus, Caſtorei drachmam 1. myrrhæ drachm. 4. hæc omnia aceto optimo colliguntur; & inde drachma una bibitur ex aceto mulſo aut melle, aut paſſo. 11. *Ad calculoſos.* Leporis renes ſiccos, in Sole bene confectos, deinde coctos potui dabis, multum proderunt calculoſis. 12. *Aliter ad calculos pellendos.* Leporis ſanguinem & pellem totam in latere crudo (*olla cocta*) combures, ut in cinerem convertatur, & in aqua calida potui dabis cochlearium unum jejuno, mox deliqueſcet lapis, quem defranget & ejiciet foras. Experimentum hujus, quod ipſi fecimus, ſi perfectius habere volueris, mittes in aquam cochlearium pulveris, illuc pones lapidem qualem volueris, & lapis liqueſcet, ut mireris virtutem.

 13. *Ad*

13. *Ad nephriticos (qui à renibus laborant.)* Leporis renes deglutiantur crudi, & nephriticos emendant. Sed caveant, cum transglutiunt, ne dentes tangant. Siquidem crudos nolint ſumere, eodem modo cocti dantur. 14. *Ad capillos defluentes.* Leporis ventriculus coctus in ſartagine, admixto oleo myrtino, impoſitus capiti capillos fluentes continet & cogit creſcere.

15. *Ad araneorum morſus.* Renes leporis & fulicæ ejus beſtiæ, quæ ab araneis laborat, ſi crudos deglutiat, ſanabitur. Morſis etiam cocti dentur. 16. *Ut mulier maſculum concipiat.* Leporis vulva deſiccata & eraſa, ac in pulverem coacta in potione efficit, ſi mulier & maſculus ſimul biberint cum bono vino. Si enim ſola mulier biberit, infans nec maſculus verus, nec fœmina vera naſcetur, ſed androgyne. Item Leporis teſticulum poſt purgationem ſuam cum vino contritum voret mulier, & maſculum pariet. Item Leporis coagulum datur obolis duobus viro, fœmina vero quadruplo debet bibere. Eſſe autem debet coagulum de lepore maſculo. 17. *Ut fœminam concipiat.* Lepus concidatur, & de ſanguine, qui à vulva funditur, liniat ſibi naturam mulier, & de coagulo ejusdem.

18. *Mulier, quæ non concipit, ut concipiat.* Ex coagulo leporis ſi acceperit drachmas 4. in potione vini, maſculus de lepore maſculo, fœmina de fœmina, eantque cubitum, ſed poſt concubitum abſtinere ſe debent ab omni acrimonia, à fungis, à balneo, malis cibariis, & ab unctionibus, quæ ſunt interneciva. Item teſticuli leporis decocti & piſtati dentur cum vino mulieri, & locis muliebribus appoſitum *(coagulum)* & inlinitum facit ut concipiant. 19. *Ad aurium dolorem*, Leporis coagulum infunditur.

20. *Ad ſcorpionum & ſerpentium morſus.* Leporis coagulum ex vino potui datum, adverſus venena reſiſtit & diſcutit. 21. *Ad fluxum ventris infantium.* Leporis coagulum illinitum in ſeſſiva (in ſumine) mulieris, quin & ex vino potui datur puero, febricitanti autem ex aqua calida. Item facit non tam pueris, quam etiam majoribus cum pulvere gallæ.

22. *Ad dolorem mamillarum & tumorem.* Leporis coagulum cum melle impoſitum, remittitur aut ex poſca, ſi inde capitellum mamillæ tangas.

23. *Ad ſtrumas omnes.* Leporis coagulum ex vino Falerno illinitum,

tum, ſeu cum lana marina ſuper impoſitum. Et inde mulieribus peſſus utilis fit.

CAP. III.

De Vulpe.

I.

Mulieribus, quæ à locis ſuffocationem patiuntur. Articuli membri vulpis in oleo veteri una cum bitumine cocti & propeſſo ſuppoſiti, hyſterica ſanant mirifice. 2. *Ad Alopecias.* Si caput eodem, ut ſupra, modo illiniatur, ſanat. 3. *Ad dolorem aurium.* Simili ut ſupra modo inſtillatur in aures. Vel ſane Vulpis jecur, ſive pulmo expreſſus, inſtillatus auribus, dolorem tollit, ſicuti & fel vulpis, ſi in aurem cum oleo ſtillatur, dolorem ſedat. Quod & vulpis adeps ſolutus & inſtillatus præſtat, aurium dolorem mire emendans.

4. *Ad ſplenis dolorem.* Vulpis pulmo in cinere calido obrutus & decoctus (*aſſatus & tritus*) & in potione datus jejuno, mox ſplenem ſanat. Idem facit & jecur ejus in bono vino ſimiliter potum, nam ſplenem*) tollit. 5. *Ad ſuſpirioſos.* Vulpis pulmo ex vino nigro, ut ſupra potui datus, ſuſpirioſos emendat.

6. *Ad caducos:* Cerebrum vulpis infantibus ſæpe datum, facit ut nunquam ſint caduci. 7. *Ad parotidas.* Teſticulo vulpis ſi ſæpe parotidas fricaveris, diſſolvet eas. 8. *Ad inguinum dolorem & panniculas*, ſimili ratione facias (teſticulo vulpis ſæpius inguina confricans) & cito diſcutiet, ſanabitque. 9. *Ad faucium tumorem:* Rene vulpis in melle ſæpius fauces tumentes confrica. 10. *Ad capitis dolorem.* Natura vulpis circundata capiti, dolorem ſtatim tollet.

11. *Ad irritamentum concubitus.* Vulpis cauda ſumma ad brachium ſuſpenſa irritamentum eſſe concubitus fertur. 12. *Ad caliginem oculorum.* Fel vulpis cum melle Attico mixtum, & oculis inunctum, caliginem tollit. 13. *Ad morbum articulorum.* Vulpes viva in amplo vaſe decocta, donec oſſa relinquat, mire ſanat, ſi ſæpius in aquam in vaſe quis deſcenderit. Idem præſtat oleum, ubi decocta fuerit: Si quis hoc illo modo vult, utatur. 14. *Ad podagram quoque.* De vulpinæ pellis interiore parte calceamenta fiant, & podagrici utantur, leviores habebunt acceſſiones & inceſſiones.

*) Splenis dolorem.

CAP.

CAP. IV.

De Capra Sylvatica, vel Caprea.

1.

Ad ventroſos, (i.e. Κοιλιακὸς). Capreæ ſanguis cum murino Phenice mixtus editur. Et jecur capreæ coctum cœliaco ſi dederis, emendabitur. Idem facit, ſi contritum cum vino biberit. 2. *Ad oculorum dolorem.* Jecur capreæ contritum ex vino bibat cum aqua calida in fervore, ſanabitur. 3. *Ad nyctiadas oculorum, ad eos ſcil. qui ab hora decima nihil quaſi videre incipiunt.* Jecur capreæ in aqua calida ſalſa coquatur, ut ejus vaporem oculi excipiant & ea aqua oculos foveat, ſed & jecur edant & ex liquefacto inungantur. Quidam jecur ejus aſſant in craticula & fluentem vaporem colligunt, & ex eo inunguntur. Quidam coctum vel aſſum jecur capreæ cum pane edunt, & idem bibunt. 4. *Ad ſanguinem nimium profluentem.* Capreæ jecur (cor) combuſtum & aſperſum, ſanguinem fluentem reprimit. 5. *Ad ſanguinem de naribus profluentem.* Capreæ jecur contritum, & ex aceto in naribus offultum, ſanguinem abundantem de naribus concludit & mire ſiſtit. 6. *Ad caliginem oculorum.* Fel capreæ cum melle Attico mixtum, contritumque inunges oculis, caliginem potenter diſcutit, & claritatem præſtat. 7. *Ad anginam & fauces tollendas.* Fel capreæ melle mixtum faucibus illinitur ſeu imponitur, mire ſanat. 8. *Ad omnia vitia, quæ in faucibus naſcuntur.* Capreæ fel cum melle, myrrha, croco & pipere æquis ponderibus coques in vino, donec contrahatur, & ex eo quotidie fauces tangas, dum ſanæ fiant. 9. *Ad ſuffuſionem oculorum & caliginem, aliaq; eorundem vitia.* Fel capreæ drachm. 1. & modicum vini veteris cum melle, ut teri poſſit, inunges, ſanantur. Idem facit, & ad cicatricem & argemata, & nephelion, & glaucomata, & pterygia, ſi ex eo felle inungantur. Item ex eo felle inungantur palpebræ cum oleris ſucco, extractos pilos non ſinit renaſci. Facit & ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetuſtius fuerit, tanto melius erit. 10. *Ad uſtionem Solis in facie.* Fel capræ aqua dilutum & mixtum atque illitum, faciem à Sole peruſtam emendat. 11. *Ad lentigines & alias maculas de facie tollendas.* Idem fel per ſe adſervatum & illitum lentigines in facie diſcutit, & maculas omnes extenuat. Idem cum melle & nitro commixto, & ſpongia combuſta, & ſulphure

vivo

vivo ad mellis craſſitudinem redactum & in faciem illitum, emendat. Vel capræ fellis drachm. 1. farinæ lupini & mellis drachm. 4. commiſcebis in unum & inde faciem linies, limpidamque illam efficies. 12. *Ad tinnitum & ſonum aurium.* Capreæ fel cum roſaceo ſucco & ſucco porri tepefacti auriculæ inſtillatum & ſonos emendat & aurium quoque dolores mire cohibet.

13. *Ad ruptionem aurium interiorem.* Capreæ fel cum mulieris lacte infuderis in aurem, deinde cum melle bono, mox proderit. 14. *Ne infans phantaſma incurrat, aut caducus fiat.* Capreæ cerebrum per annulum aureum trajectum, ſi infanti deglutiendum dederis, antequam lac matris ſuget, vere efficit ut nec phantaſma incurrat, nec caducum admittat.

15. *Ad torminoſos.* Capreæ ſplenem potui dabis, & emendat, ſi absque febricula fuerit, cum vino bono: ſi febricitat, cum aqua calida. 16. *Ad oſcedinem.* Capreæ ſevum fiſſuris labiorum inditum, remedium facit (*Humelbergius: ſepum capreæ & adipem anſerinum & medullam cervi, & cepe cum reſina ſimul & calce viva fac malagma: mire ſanat.*) Idem *Humelbergius* ſequentia quoque addidit: 17. *Ad dentium dolorem.* Fel capreæ cum roſaceo tene & dentibus tepefactum inſtilla, eorum dolorem ſanat. 18. *Ad ventrem ſolvendum.* Fel capreæ ſuppoſitum ano cum ſucco cyclaminis herbæ, & aluminis aliquantulo aut anetho combuſtum induito: cave ne hæmorrhoidas habeat. 19. *Ad veretri exulcerationem.* Fel capreæ mixtum cum melle aut ſucco rubi appoſitum, mire ſanat.

CAP. V.
De Apro.

1.

Ad omnes dolores, quos cerebrum apri coctum & cum vino potatum ſedat. 2. *Ad carbunculos in veretro ſeu membro virili.* Apri cerebrum coctum, contritum ex melle, & impoſitum, carbunculos in veretro ſanat. 3. *Ad morſum ſerpentis*, Idem eadem ratione valet. 4. *Ad pedes exulceratos à calceamentis.* Apri pulmo cum melle, emplaſtri vice impoſitus, læſis, à calceamentis pedibus remedium eſt.

5. *Ad ventris fluxum.* Apri jecur recens (coctum) ex vino potatum fluentem ventrem mire reſtringit.

6. *Ad aurium vitia.* Apri fel in cortice mali granati tepefactum, ſtil-

latum auribus, multum prodeſt. Idem & putredinem aurium emendat. 7. *Ad Epinyctidas.* Axungia aprina ex roſis commiſta epinyctidas id eſt puſtellas, quæ in nocte ingraveſcunt, in lenitatem convertet, & ſine dolore efficiet. 8. *Ad caducos.* Apri teſticulos ex vino aut aqua decoques, & ſic teres, dabisque bibere, caducis remedium eſt. (*Humelb.* Lotium apri cum oxymelite caducus quoque bibat, & remedium capiet.) 9. *Ad aures minus bene audientium.* Apri lotium in vitreo repoſitum tepefactum, auribus inſtillatum audire facit. *Humelbergius hic ſequentia quoq; remedia ſubdidit :* 10. *Ad vomitum & ſomnum.* Spuma apri cum adipe in heminis tribus ad tertias excocta & data, ſanabit. 11. *Ad ſtranguriam & veſicæ dolorem.* Veſica apri cum lotio infuſo ſi ſuſpenſa & paſſa fuerit, donec aquaticus humor effluat, & diſcoctam dederis manducare iis, qui patiuntur, mire ſanantur. 12. A*d urinæ incontinentiam.* Veſicam apri aſſatam da ad manducandum, & curantur.

13. A*d coxendices.* Stercus agreſtis apri, & ſulphur colatum, & hemina vini picati potata, coxendices emendat.

CAP. VI.
De Urſo & Urſa.

I.

A*d capillos fluentes, & ut creſcant.* Urſinus adeps cum ladano & vino veteri mixtus capillos jam fluentes conſpiſſat & creſcere facit. 2. A*d caducos.* Urſinum fel ſi ſubinde cochlearia ſingula cum vino dederis, remedium feret. 3. *Ad ſuſpirioſos.* Urſinum fel in aqua calida potatum ſuſpirioſis optime ſuccurrit.

CAP. VII.
De Lupo.

I.

A*d eos, qui quandoque phantaſma patiuntur.* Lupi carnes conditas & decoctas qui ederit, à dæmonibus ſeu ab umbris, quæ per phantaſmata apparent, vel apparere creduntur, non poteſt inquietari.

2. Item. Adeps Lupinus cum melle (*Humelb.* cum ſuo felle) non minorem efficaciam habet, quam caninus. 3. A*d ſomnum.* Caput lupi ſuppoſitum ſub pulvino, ægrum dormire facit. 4. *Ne lupus noceat.* Lupus, cujus

cujus prior veſtigia proſpexeris, tibi nocere non poterit: ſed ſi ille te ante notaverit, caudæ ſummam partem ſi habueris tecum, in itinere ſine metu tu progredieris. 5. *Ad quotidianas febres.* Oculus dexter lupi alligatus febres (nocturnas & diurnas) diſcutit. 6. *Hoc faciet & ad glaucomata.* Si dexter oculus laborat, ad dextrum oculum, ſi ſiniſter, ad ſiniſtrum confricatus & illitus glaucomata extenuat, & tollit ſtigma, & linitur, ſi ante punctum fuerit.

CAP. VIII.
De Leone.

I.

Ad eos, qui phanthaſma patiuntur. Leonis carnes coctas qui ederit, phantaſiis non poterit tentari.

2. *Ut à beſtiis omnibus tutus ſis.* Leonis ſanguine ſi quis corpus ſuum linierit, ab aliis beſtiis omnibus erit tutus. 3. *Ad aurium dolorem.* Leonis adeps remiſſus in ſtrigili auribus inſtillatur, & mirifice aurium dolorem tollit. 4. *Ad omnium ſerpentium morſus.* Leonis adipe ſi totum corpus perunxeris, à ſerpentibus eris tutus. 5. *Ad omnes dolores pedum & cervicis, vel ſi quid doluerit.* Leonis adipem libr. 1. cum unciis 2. ceræ, & olei uncia 1. lentiſc. cinis unciis 2. miſce omnia ſimul, ad nervorum dolorem id confert, & dolores omnes ſanat. *(Humelbergius.)* 6. *Ad nervorum geniculorum dolorem.* Adipem Leonis cum medulla cervina & lactuca teres & commiſcebis; tum demum perunges corpus, ſanabitur.

CAP. IX.
De Tauro.

I.

Taurinum cornu combuſtum *omnes ſerpentes effugabit;* ſanguis ejus potus eos interficiet.

2. *Ad maculas de facie tollendas.* Taurino ſanguine ſi maculæ liniuntur, eas tollit, & faciem limpidam reddit. 3. *Ad oculorum claritatem, contraq; caliginem.* Taurini fellis cum opobalſamo & melle Attico oculis illiti, remedium maxime ad caliginem eſt, & ad ſuffuſionem oculorum facit: ejusque inunctio mire exhilarat. 4. *Ad ventris ſolutionem.* Taurinum

 fel

fel in lana conjectum & ventri vel ano ſuppoſitum, mox ventrem ſolvit. Idem infantibus præſtat ſuper umbilicum poſitum, ut lumbricos etiam dejiciant.

5. *Ad aurium dolorem.* Fel taurinum mulſo infuſum & auribus inſtillatum, emendat. 6. *Ad lentigines in facie nigras.* Taurino felle illinitæ purgantur, & facies limpida redditur. 7. *Ad morſum ſimiæ, & hominis cujuscunque.* Fel tauri illitum ſuper morſum perſanat. 8. *Ad duritias in corpore.* Taurinum ſevum, cum reſina & creta Cymolia impoſitum, omnem duritiem diſcutit & tollit. 9. *Ad torminoſos.* Medulla taurina in vino macerata & infuſa torminoſis remedium eſt. 10. *Ad omnes tumores.* Taurinus fimus impoſitus ut omnes tumores mire emendet, nemo ignorat. 11. *Ad alopecias.* Fimum tauri calidum imponito alopeciis. Idemque fimus cum ſale duricies omnes emendat corporis. 12. *Ad combuſturam, ſive ab aquæ ſeu ab igne factam.* Taurinus fimus combuſtus & aſperſus, igne aut aqua fervente combuſtum ſanat. 13. Idem tauri arenam, quam pedibus ſpargit, ſi quis *intra adverſarios* miſerit ſeu ſparſerit, ſeſe futurum *ſuperiorem* ſciat. 14. *Ut faciem limpidam faciat mulier.* Taurinus fimus aceto maceratus & contritus, illitus, faciem ſplendidam faciet, ſi frequenter perunxerit. 15. *Ad nimiam abundantiam ſanguinis.* Taurinus ſanguis ſuper illitus ſanguinem abundantem reprimit. 16. *Ad profluvium mulieris.* Taurus ubicunque paſtus fuerit, folia ulmi de fimo ipſius facies ſiccari, & tere in pollinem tenuiſſimum, mitte ipſum in carbones in quadam teſta & depones in vaſe, & ſedeat mulier, quæ patitur encathisma, diligenter cooperta, & ſanabitur ut mireris.

CAP. X.
De Elephante.

1.

Ad maculas & plagas de facie tollendas. Elephantis dentem (ebur) contritum cum melle limpidare faciem dicimus. Item limatura ejus, ſi faciem laveris, maculas, quæ faciei innaſcuntur, tollit. Item Mulier ſi quotidie de pulvere eboris faciem ſuam fricaverit, plagas mundabit. 2. *Ut dentes candidos facias.* De eadem limatura qui dentes ſibi quotidie fricaverint, candidos eos efficient. 3. *Ad eos, qui ſanguinem exſcreant.* Elephantis ſanguis potui datus, his remedium eſt. 4. *Ad eos, qui ſanguinem aut humores exſcreant, aut ſi per anum rejiciant, aut ſi torminoſus aliquis ſit,*

aut

aut elephantiacus fuerit. Elephantis ſanguis potus omnia ſupra dicta mirifice diſcutit. 5. A*d omnem tumorem:* Elephantis ſtercus illitum, tumores omnes emendat, & duricies, quæ in fronte naſcuntur, mire tollit.

6. A*d capitis dolorem.* Elephantis ſtercus capiti illitum, dolorem capitis aufert.

CAP. XI.
De Cane.

I.

A*d inteſtinorum dolorem.* Catellus primum natus, antequam oculos aperiat, occiſus, conditus & comeſtus, faciet, ut in toto ſuo tempore dolorem inteſtinorum non patiatur qui ederit. 2. A*d torminoſos.* Caninus ſanguis torminoſis, eum bibentibus, remedio eſt, & inflationes tollit. 3. A*d canis morſum.* Canis caput combuſtum & in pulverem redactum; in morſu canis non rabidi impoſitum, optimum affert remedium. 4. A*d rabidi canis morſum.* De capite canis pulvis in potionem mittitur, daturque ut bibat, & liberabitur. Idem quoque pulvis vulneri inſpergetur, præterea & jecur, (*Humelb. addit canis rabidi*) coctum ſi comeſtum fuerit, ad idem dabit remedium. *Humelb.* vermiculus canis mortui in collo ſuſpenſus idem præſtat. *Vel:* Vermes qui ſub lingua rabidi canis inveniuntur, iis exciſis & circum arborem ſterilem ter latis & datis, qui ab eo morſus fuerit, ſanabitur. 5. A*d vulnera cancroſa.* Non rabidi canis caput combuſtum, & idem cinis vulneribus inſperſus vulnera & carcinomata ſanat.

6. A*d ficos, qui in ano naſcuntur, & rhagades.* Idem Canis capitis cinis aſperſus ſumme prodeſt, ſanat enim & rhagades & omnem ſpurcitiam. 7. A*d Pterygia in digitis.* Idem cinis appoſitus, pterygia, quæ naſcuntur in digitis, curat & aſperitudines emendat atque cicatrices tollit. 8. A*d capillos.* Canis capitis cinis ſeu pulvis capiti aſperſus, capillos radiantes reddit. 9. A*d morbum regium.* Rabidi canis caput contuſum, & commixtum cum vino potatum, mire ſanat. *Humelbergius.* 10. A*d tumores teſticulorum.* Calvaria canis trita & impoſita mire ſanat. 11. A*d glaucomata oculorum.* Calvaria canis findit. Et ſi dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriorem partem ſpicella demittitur, ſin ſiniſter, in ſiniſtram. 12. A*d fracturam.* Cerebrum canis illitum, & in lana impoſitum: & ſubinde ſuffundatur fracturis: diebus quatuordecim ſolidat. Fractura autem debet ſolida alligatione uti,

Humelb. 13. A*d dentium dolorem.* Canis dens combuſtus & in hemina vini decoctus ad medium, inde os colluatur & ſanabitur. 14. A*d infantium dentes, ut ſine dolore creſcant, & 15. ad gingivas.* Canis dens combuſtus, & (cum melle) tritus gingivisque infantium appoſitus efficit, ut dentes ſine dolore creſcant, gingivasque tumentes reprimit, & dentes emendat. 16. *Ad Hydrophobos:* (ubi peſſime *Humelbergius ad hydropicos*) Canis rabioſi id quod ſub lingua habet exſectum & datum in potione (vino vel aqua calida) hydrophobis mox afferet remedium. 17. *Ne canes ſint moleſti.* Linguæ cujuscunque canis ſummitatem ſi ſub pollice pedum tenueris ſuppoſitam, canes te non allatrabunt. Item, Cor canis ſi quis ſecum habuerit, canes ei moleſti non erunt, nec allatrabunt. 18. A*d caliginem oculorum, neve aliqua ſuffuſione tententur.* Canis fel cum melle Attico detritum & infuſum oculis, omnia ſupra dicta diſcutit. Item, Easdem virtutes ad nephelides facit. 19. *Ne domus malo medicamento tentari poſſit.* Canis fel maſculi nigri per domum aſperſum, eam purgat, & efficit, ne ullum alicui malum medicamentum inferatur. It. Caninus ſanguis parietibus domus aſperſus, eam à malis medicamentis liberat. 20. A*d ſplenis vitia.* Canis ſplen exſectus cumque vino potatus ſpleneticos emendat. Quidam inciſum, fiſſumque catulum ſupra ſplenem ponunt. 21. A*d contrarios pilos, & ut evulſi non recreſcant.* Canis lacte ſi tetigeris, evulſi pili non recreſcunt, ſi locum ſtatim linieris, unde ſublati ſunt. Ex canino lotio defluunt. Pari modo lachryma hederæ & lac tithymalli atque caninum in vino mixtum evulſos pilos non ſinit creſcere, ſi mox linieris locum. 22. A*d mulieres, quæ mortuum in utero habent fœtum.* Caninum lac potum cum melle & vino bono pari menſura, mortuum ejiciet partum continuo. 23. A*d dentes infantum.* Canino lacte ſi gingivas ſubinde tetigeris, ſine dolore dentes ejicient. 24. *Ut cani in capite non prodeant.* Canino lacte veteri caput ſæpius lavet, cani capilli non naſcuntur, & ſi cani fuerint, inficiet. 25. A*d cicatrices oculorum.* Canino lacte oculis inunctis, cicatrices extenuat & lacunulas replet. 26. A*d articulorum dolorem & podagram.* Canina pelle calcei facti in uſum articulorum dolore carere facient. Sicutiquoque canino adipe, ſi pedes inungantur, podagram leviorem faciet. 27. A*d aurium dolorem & ad eos, qui minus audiunt.* Canino adipe in ſtrigili ſoluto, auribus inſtillatio fit, & ſanantur evidenter. Nam & ſurdaſtros emendat, ſi adipem caninum cum abſinthii ſucco & oleo veteri moderate inſtillaveris in aures. (*Humelb. apud quem & ſequentia legimus:*)

mus.) 28. *Ad callos & verrucas tollendas.* Lotium caninum lutum factum in lana collectum, mire ſanat, & callos & verrucas tollit. 29. *Ad caducos.* Stercus canis album potatum ex cineris lixivio, caducos mire ſanat.

30. *Ad tineas infantum.* Stercus canis combuſtum, & cum melle illitum tineas tollit. 31. *Ad rhagades ani.* Stercus canis cum roſaceo tritum & impoſitum, ſtatim ſanat. 32. *Ad hydropicos.* Stercus canis ſiccum, & in potionem aſperſum, hydropicos ſanat. Item vomitum canis hydropico ſuper ventrem pone, ſtatim incipit per ſeceſſum aquam emittere.

CAP. XII.

De Aſino & Aſina.

1.

Ad febres quotidianas. Aſini ſanguis de vena auriculæ guttas tres vel quatuor in vini cyathis duobus potui dabis, febribus reſiſtit.* *Ad dentium dolorem vel motionem.* Aſini lac calidum confirmat dentes & dolorem ſedat. 3. *Ad ſuſpiriosos:* Aſinæ lac noviter mulctum & potui datum, ſuſpirioſos ſanat.

4. *Ad torminoſos.* Idem lac aſininum dabis ut ſupra, & ſi recens lac non fuerit, in vaſe duplici ferventi emulgebis, cito enim marceſcit. 5. *Ad phtiſicos incipientes.* Aſininum lac calidum ſumptum, ut ſupra, emendat, & expurgat thoracem & ſuppurationes.

6. *Ad cœliacos.* Aſinæ caſeus ſumptus optimum remedium facit. 7. *Ad claritatem oculorum.* Aſinino lacte inuncti oculi claritatem præſtant.

8. *Ad cicatrices oculorum.* Aſinæ lac cum melle Attico mixtum inunctis cicatricibus, ipſas mox emendat. 9. *Ad maculas in corpore, & ad candorem corporis.* Aſininum lac cum fabæ lomento mixtum omnes maculas de corpore ejicit, & cutem candidiorem facit, ſed ſi quis eo pro lomento utatur, melius facit, ſi de eo plus aliquid ex prædicta farina miſcuerit. 10. *Ad mamillis lac provocandum.* Aſini ſplen contritus, & ex aqua impoſitus mamillis lac provocat. 11. *Ad concubitum.* Aſini adeps & anſeris maſculi mixtus, & ad anum appoſitus, ad concubitum præparat. 12. *Mulier ut non concipiat.* Aſinæ vulvæ oſſicula, quæ inveniuntur, mulier ſi ſecum habuerit, non concipiet.

CAP.

CAP. XIII.

De Mula & Burdone. (Humelb.)

I.

U*t mulier non concipiat.* De mulæ auricula ſordes alligatæ in pellicula cervina & brachio ſuſpenſæ poſt purgationem mulieris, efficiunt, ut non concipiat. Quædam lana alba illigant, quædam ex aqua bibunt. A*d idem.* Burdonis teſticulum ſupra ſterilem arborem combuſtum, & extinctum de lotio ſpadonis, illigato pelli mulæ, & poſt menſtrua brachio ſuſpendas. A*d idem.* Mulæ cor ſiccum & vino aſperſum datur bibere poſt purgationem triceſimariam. 2. *Ne capilli de capite defluant.* Burdonis jecur combuſtum, cum oleo myrtino mixtum, & illinitum capiti, capillos fluentes continet & facit creſcere.

CAP. XIV.

De Equo.

I.

A*d phthiſicos, & qui male tuſſiunt.* Equi ſalivam ſi cum vino vel aqua quis biberit, ſanus efficietur. Hoc nos ipſi experti ſumus, ſed expertiſſimum eſt, quod equus ille moritur. 2. *Ne puero inveſti pili exeant.* Equi ſpuma ſi puero inveſti pectinem linieris, pili ejus non creſcunt, nec generantur. *Humelbergius.* 3. A*d dentium dolorem.* Equi dentes qui primum nati fuerint, ordine ſuperiori, ſi dentem qui dolent, tetigerint, remedio erunt. Nam & ſi infans equi roſtrum baſiaverit, dentium dolorem non ſentiet, ſed diligenter attende, ne equus infantem mordeat. A*d idem.* Equi dentes, qui principales fuerint, collo ſuſpenſi, dentibus infantium remedio erunt.

4. A*d partum mortuum in corpore materno.* Equina axungia ſuffumigata mortuum partum ejicit & ſecundina mox ſequitur. 5. A*d ſplenis dolorem.* Equi lingua minutatim conciſa ex vino potata, ſpleneticis optimum eſt remedium. 6. *Lac equi potum idem facit.* 7. A*d caducos* idem efficiet, ſi ut ſupra feceris.

8. A*d eos, qui toxicum biberint, aut à lepore marino tacti fuerint,* equinum lac potatum mire prodeſſe dicimus. Fel ejus potum vomitorium eſt. 9. A*d ſtranguriam* equinum fel potum mirabiliter proficit.

10. Ad

10. *Ad ſanguinem è naribus profluentem.* Equi ſtercus ſiccum & aſperum, ſanguinem fluentem retinet, maxime naribus ſubfumigatum. Similiter *mortuum etiam partum ejicit.* Idem facit *ut mulier facile pariat*, ſi totum corpus ſubfumigaveris, *claudit & ventrem.*

11. *Ad aurium dolorem.* Stercus equi ſiccum, & roſaceo ſucco liquefactum & colatum, auribusque inſtillatum, aurium dolorem perfecte tollit.

12. *Ad ventrem non fluentem, nimiumque tumeſcentem.* Equi ſtercus aqua liquefactum, & percolatum poſtea bibitum, mox faciet egresſum. 13. *Ad ventrem nimium fluentem.* Equinum caſeum ſi comederis venter reprimetur, & torminoſis optimum remedium eſt, datur autem potui ex vino. 14. *Ad omnes dolores.* Equinum coagulum ex vino potui datum, omnes dolores comprimit. Maxime autem prodeſt cœliacis & torminoſis, & his, queis continuo ſanguis profluit.

CAP. XV.

De Ariete.

I.

Ad tertianas. Arietis de capite lanam & à coxis & à teſticulis paſſim ſi ſumpſeris, & ſtellionem illigatum brachio ſuſpenderis, perfecte diſcutit tertianas. 2. *Ad locorum dolorem.* Lana ejusdem nigra intincta in aqua, inde in oleo, & ſuppoſita locis, dolorem tollit. At ſuffumigata ante prolapſam matricem locis ſuis reprimit; ſuccida autem combuſta & aqua liquefacta, phymata omnia diſcutit & purgat.

3. *Ad claviculas, & ad callos, qui in veretro naſcuntur.* Liquor Arietis, qui de pulmone cocto deſtillat, illinitus claviculos, qui in manibus naſcuntur aut in veretro, tollit. 4. *Ad livores & ſuggillationes.* Pulmo arietis conciſus minutatim, & impoſitus, livores & ſuggillationes tollit, & nigras cicatrices candidas facit, & pedes à calceamentis læſos curat.

5. *Ad caducos.* Arietis teſticuli oboli tres potati cum aqua medentur. Dantur & infirmo in ovino lacte. Debet enim antequam biberit, aut poſt potum à vino ſe abſtinere. 6. *Ad morbum regium.* Arietis ſordes, quas inter femora habet, cum ariſtolochia & myrrha, æquis partibus potatæ ad regium morbum optime faciunt. 7. *Ad ſcabiem.* Sevo arie-

 tis

tis ſcabiem unge admixta ſandaracha & ſubinde rade. Hoc 8. *& ad perniones* facit cum alumine mixtum. *Humelberg.*

CAP. XVI.
De Capro & Capra.

I

A*d ſacrum ignem.* Cornu caprinum in flamma uſtulato, & cruſtas, quæ exurgunt, excuties in vas novum, donec conſumatur: deinde conteres cum aceto ſquillitico & illinies ſacrum ignem: mirifice ſanabitur. 2. *Ad ſomnum.* Cornu caprinum capiti infirmi, qui non dormit, ſuppoſitum vigilias in ſomnum convertit. 3. *Ad ſerpentis morſum.* Pulverem de cornu capræ & ejus lac cum origano & cum vini cyathis tribus bibat: venenum excutit. 4. *Ad caducos, & ut ſcias ſi caducus vere caducus ſit?* Caprinum cornu uſtum naribus ſi applicueris, mox cadet; quod ſi vero caprina caro, quæ ſuper *(focum)* rogum hominis mortui aſſatur, ſumpta fuerit à caducis, remedium optimum eſt. 5. *Ad ſerpentes effugandos, & ad eorum morſum.* Caprinum cornu uſtulatum odore ſuo effugat omne genus ſerpentum. Quod ſi pulverem de cornu capræ & ejus lac cum origano & cum vini cyathis tribus biberit, venenum excutit, & mox liberabitur. Imponitur & caprinus caſeus cum origano plagæ.

6. *Ad ventris fluxum.* Cornu capræ raſum cum melle mixtum, piſatum & medicatum, ventris fluxum reprimit. 7. A*d ventris dolorem & aſtrictionem*, idem valet; nam ventrem ſtrictum ſolvit, & ſi quis largius biberit, purgat lac caprinum. Quod ipſum gargariſatum & potum ſæpius dolorem tollit, atque etiam tumores. 8. A*d furfures & ſcabiem in capite.* Cornu capri combuſti ſcobis mixta cum farina & impoſita mox emendat.

9. A*d capillos fluentes de capite.* Cornu capri pulvis mixtus cum furfure & oleo myrtino atque illitus capillos fluentes retinet & creſcere cogit. 10. A*d ſtranguriam & ad inguinum dolorem* valde faciunt caprini pili ſuffumigati. 11. A*d lethargicos, qui non excitantur.* Caprini pili uſti cum aceto naribus appoſiti, pice admixta, lethargicos excitant. 12. A*d ſanguinem è naribus nimium profluentem*, quem caprini pili uſti, cumque aceto mixti reprimunt, ſicuti quoque ſi fricetur ſanguine capri. 13. A*d inteſtina inciſa.* Caprinum caput cum pilis decoctum bene in aqua & contuſum & appoſitum inciſa inteſtina ſolidat.

14. *Ad fervorem vel punctionem oculorum*, *capitis quoque & pedum dolorem.* Caſeus caprinus recens impoſitus omnes dolores & punctiones oculorum ſedat. Idem ſimili modo capiti dolenti ſuperpone, ſic & pedum dolori medicare. 15. *Ad humores.* Sanguis capri potus, remediatur. 16. *Ad torminoſos.* Sanguis capri cum reſina & polline mixtus & ventri ſuperpoſitus ſtrenue ſanat. 17. *Ad quartanas.* Capræ lac, quod primum mulgetur, leviores facit acceſſiones, ſi illud edatur, aut ex dulci bibatur ante acceſſionem. 18. *Ad dentium motionem.* Capræ lacte mulceat & dentes lavet ſeu colluat, & ſæpius hoc faciat. 19. *Ad carbunculos.* Caprinus caſeus cum porris ſativis impoſitus carbunculos tollit. Et ſi qui lixivium per ignorantiam biberint, edant caſeum recentem, & emendabuntur. 20. *Ad hydropicos.* Lacte caprino adjectum coagulum, quemadmodum caſeus fieri conſvevit, potui datum hydropicis, eos liberabit. Idem caprinum coagulum ac mixta ſandaraca ſuperimpoſitum ſine tormento ſanat. 21. *Si quis cantharidem* biberit, mox capræ lac bibat & liberabitur. 22. *Qui à vipera morſus fuerit*, caprinum lac purum & calidum bibat, liberabitur. 23. *Ad pruriginem & omne genus ſcabiei.* Caprino lacte corpus lavabis, abſterget. Sed & in totum eo (atque ſanguine hirci) inunges, qui lepra vexantur.

24, *Ad eos, quibus ſemen fluit, etiam non optantibus (al. non potentibus) & aquoſum eſt, unde & plurimum efficitur, ut mulieres ex talibus non concipiant.* Capræ lac cum melle potum remedium evidens eſt, & optimum, ut concipiat. 25. *Ad Phthiriacos, i. e. pediculoſos.* De caprino lacte id quod aquoſum eſt, paulatim effunditur (peſſime Humelb. *aqua quæ è capræ* palato effunditur,) & quicquid conſederit (*Humelb.* pejus adhuc comederit) miſcetur cum melle & ſale, & ex eo caput & corpus ſero perfricatur.

26. *Ad ſerpentium morſum.* Fit ceratum de caprino ſevo; melius autem ſi per ſe remiſſum ſtillaverit, faciet. Idem facit cum pice liquida, ſulphure, & cera remiſſum & loco impoſitum. 27. *Ad furunculos.* Caprinum ſevum mixtum cum minuto ſale, furunculos dimittit.

28. *Ad ventrem ſtringendum.* Caprinum ſevum in ſorbitionem collatum, (*Humelb.* in ſorbitium miſſum *f. in ſorbile ovum*) ventrem concludit ſed ſuperſorbere debet aquam frigidam, & ad ventris quoque ſolutionem ſic utuntur, in aqua remittunt & adjiciunt pulegium, cumini aliquid & anethi, & acetum percolatum dant ſorbere. 29. *Ad podagram frigidam.* Caprimum ſevum unc. 16. & ſinapis unc. 4. mixtum & illinitum tollit podagricis dolorem. 30. *Ad Hydropicos.* Hircinum lotium, ſi ex eo heminam

minam des bibere, adjecto ſpicæ nardi obolo. Melius eſt lotium ſi fuerit paſtus lente. Quidam veſicam ipſius ſiccant in fumo, & ad binos cyathos ejus admiſcent vini tantundem, & bibere dant hydropicis. *Humelb. pro* ſpicæ obulum *poſuit* ſpicam & ebulum, cum aruerit melius eſt lotium ſi idem (*fortè* eodem) paſti fuerint (*ſcil. hirci*) 31. *Ad aurium dolorem.* Caprinum lotium cum mulſa auribus inſtillatur, & dolorem ſedat, & ſi pus habuerit ejiciet, etiam vitioſa ſanabuntur; fit autem hoc, ſi cum cornu capræ ſuſpenditur diebus viginti. 32. *Ad menſtrua ducenda.* Si mulieribus datur, ut ſupra dictum eſt, lotium, mox menſtrua deducentur.

33. *Ad lumborum dolorem etiam vetuſtiſſimum.* Capræ ſtercus, quod eſt quaſi faba illinitum, dolorem tollit (*Humelb.* ad femorum dolorem, genuinum capræ ſtercori commiſcens malagma facite, quod mire ſanet femora peruncta.) 34, *Ad articulorum dolorem & ad phymata & ad parotidas.* Stercus capræ cum acerrimo aceto contritum, mixtum & illinitum mox diſcutiet. Articulorum vero morbum ex dulci potu ſanat, ex melle autem cancrum & vitiatos nervos expurgat. 35. *Ad colicos.* Caprinum ſtercus pro fomento impoſitum colicis, prodeſt.

36. *Ad cœliacos.* Caprinum ſtercus ex aceto potui datur optime. 37. *Ad tumorem & luxos.* Stercus caprinum impoſitum luxatis ſuccurrit, nec patitur iterum conſurgere tumorem. 38. *Ad nervorum contractionem.* Caprinum idem imponitur cum aceto & nervos reſolvit atque confirmat.

39. *Ad carbunculos qui in veretro naſcuntur.* Capræ ſtercus cum melle impoſitum diſcutit. 40. *Ad infantes, qui phantaſmatibus vexantur.* Capræ ſtercus in panno involutum & collo ſuſpenſum remedium eſt infantibus qui phantaſmata patiuntur. 41. *Ad ſtirpes corpori inhærentes.* Stercus capræ ex vino conſperſum, impoſitumque, quod inhærebit extrahet, & ſanabit. Coagulum cujuslibet oppoſitum ejiciet, ut poſſis comprehenſum eximere. 42. *Ut dentes candidos facias.* Caprini tali combuſti, exinde dentes fricabis, & dentes candidos facies. 43. *Ad phymata.* Combuſta caro caprina cum aqua ſuppurationem cervicum diſcutit, quas Græci phymata vocant. 44. *Ad ſecundinas efficiendas.* Capræ ſecunda ex vino pota, mulierum ſecundas ejiciet. 45. *Ad alopecias.* Caprina ungula combuſta, pice liquida compreſſa, impoſita, alopecias ſanat. Vehementiorem efficaciam præſtant hircorum, niſi quod capra lacte ſolum antecedit.

CAP.

CAP. XVII.

De Homine adeoque puello & puella Virgine.

I.

A*d oculorum albuginem, & aures purulentas.* Puelli & puellæ virginum lotio inungas oculos, albuginem extenuat, & ſi leucoma lachrymatorium eſt,non inſanabile efficit: dat enim aliquatenus claritatem, & angulorum aſperitudinem ſedat, & feces quoque lotii ſicci eandem aſperitudinem oculorum ſedant, & poſt inunctionem pelles ejiciunt. Infuſum etiam auriculis quæ pus habent, confert: & remedium eſt etiam totius corporis. 2. *Si quis ab ape aut à veſpa, vel crabrone punctus fuerit*, ſi lotio infantis ſubinde foverit locum, ubi quis punctus eſt, remediatur. 3. *Ad podagram.* Pueri primi capilli à nativitate qui oriuntur, ſi pedibus dolentibus impoſiti fuerint, ſanabunt, aut ad minus mitigabunt dolorem.

4. A*d canis morſum.* Infantis capilli cum aceto impoſiti, morſum ſine tumore ſanant, & capitis ulcera emendant. 5. A*d lippitudinem oculorum.* Homo quicunque crura ſua laverit, & deorſum usque ad pedes aquam deduxerit, & de utraque manu oculos tetigerit, non lippiet. 6. A*d calculoſos.* De hominis veſica calculos exciſos i. e. arte Chirurgica ſublatos tunc (*forte* tritos) ex aceto vel vino, cyathum unum calculoſis dabis, aut his, qui difficile urinam faciunt, id calculum fricat, ita ut urina reddi poſſit ſine tormento. Idem facere dicimus ad collum ſuſpenſum, ſed tardius ſanat. 7. *Ut mulier non concipiat.* Pueri dens annorum ſeptem incluſus auro & argento, & in brachio ſuſpenſus, efficit, ne mulier concipiat. 8. *Ut mulier concipiat.* Infantis maſculi ſtercus, quod primum enatus emittit, ſuppoſitum locis mulieris, conceptionem præſtat. Item homo vir ſi ſolvat ſemicinctium ſuum, & eum præcingat & dicat: *ergo deſinas explicare laborantem.* 9. A*d inguen.* Quod reprimet, qui id ſubinde natura ſui tetigerit. *Item* adfert remedium inguinibus, ſi pollicem tuum in pede cum digito, qui juxta eſt, alligaveris.

10. A*d capitis & corporis exulcerationem, & ad furfures capitis.* Hominis lotium admixtum nitro, & impoſitum omnia vitia ſupra ſcripta ſanat & emendat. A*d callum in veretro*, idem quoque lotium callum hoc extenuat, ſi illo ſæpius foveatur.

12. *Ad maculas in facie, aut à Sole factas, aut per ſe natas.* Si in lotio pueri ebulum (*Humelberg.* ervum) maceratum fuerit, & loco impoſitum, mox ipſas maculas abſterget. 13. *Ad maculas infantium.* Matellæ, quæ cruſtam ex lotio produxerint, fractæ & coctæ, in balneo infantem ſi ex eo unxeris, omnia ſupra ſcripta emendat. 14. *Ad combuſtionem, & Scorpionis ictus.* Eadem fex illinita in linteolo & impoſita combuſtis, puſtellas non ſinit ſurgere. Simili modo impoſita, Scorpionis ſedat ictus. 15. *Ad profluvium mulieris.* Si locum ſæpe lotio viri laverit.

16. *Mulier ſi poſt partum ſecundam retinuerit.* De lotio hominis ſubtiliter (ſubito) guſtet, & ſecundæ ſtatim ſequentur. 17. *Ad canis rabidi morſus.* Fex quoque lotii illinita, à canis rabioſi morſu liberat, ſi cum carbone vitis viridis trita imponatur, frequenter abluit eum humorem, quem extraxit, deinde eo curato debet imponi, quod cicatricem inducat.

18. *Ad Elephantiam puerorum.* Pueri lotium ſi puer biberit, liberabitur, nam elephantiam incipientem emendat. 19. *Aurum ſolidat* pueri lotium, ſi cuprino mortario & cuprino piſtillo contritum fuerit.

20. *Ad febres acerrimas.* A veſtigio ſpadonis diſcedentis à janua ſi ſuſtuleris quodlibet dicens: *Tollo te, ut ille Grajus* (Gajus) *febribus liberetur.* Nominabis autem eum, ad cujus brachium ſuſpenſurus es, ad id vero loqueris, ad quod ſuſtuleris. 21. *Ad tertianas.* Ipſius ægri ſtercus ſiniſtra manu ſublatum comburunt, & in panno coracio (atro) illigant & in ſiniſtro brachio ante horam acceſſionis ſuſpendunt.

22. *Ad canceromata.* Hominis ſtercus combuſtum, in ulcera canceroſa & inſanabilia ſpargunt, & eo pro mirifico remedio utuntur, quod appellatum eſt botrix. (*Humelberg.* botrys.)

CAP. XIIX.
De Catta ſeu Fele.

I.

A*d capitis alopecias.* Cattæ ſtercus cum ſinapi æquis ponderibus aceto contritum, capitis alopecias ſanat. 2. *Ad profluvium mulieris ex partu.* Cattæ ſtercus cum reſina & roſaceo ſuppoſitum locis, fluxum ſedat & reprimit. 3. *Si quis ſpinam glutierit.* Cattæ ſtercus contritum, recens, purum, illinitum faucibus ejus ſine difficultate extrahit ſpinam.

4. *Ad*

4. *Ad quartanas*, Cattæ ſtercus cum ungula bovis (*Humelb.* bubonis) in collo vel brachio ſuſpenſum quartanam poſt ſeptimam acceſſionem diſcutit, & inde ne feſtines ſolvere illud.

CAP. XIX.

De Glire.

I.

A*d eos, qui paralyſi tentantur.* Gliris adeps remedium affert his, qui paralyſi tentantur, ſi eo inungantur. 2. A*d claritatem oculorum.* Glires & ſorices combuſti, & cineres eorum melle miſcent & coquunt, inde quotidie manu oculos perungunt. *Item aliter:* Adipem de glire cum melle Attico & carpobalſamo æquis ponderibus mixta, facere egregie volunt, ſi quis de eo oculos inungat. 3. A*d ſomnum.* Qui non dormiunt, gliris adipe frontem vel tempora ipſis inunges, & dormient. 4. A*d verrucas.* Glirem integram ſuperligabis, verrucas mox tollet.

CAP. XX.

De Muſtela.

I.

A*d Elephantiacos.* Muſtelam incinerabis, & ejus ſanguine cinerem miſcebis, & laborantem inde linies, prodeſſe dicimus.

2. A*d faucium mala.* Muſtelæ ſanguis inungatur, & ſanat.

CAP. XXI.

De Muribus.

I.

A*d oculorum dolorem.* Murium capita decem cum caudis eorundem in melle mixta & pro eclegmate uſa per dies decem, oculorum claritatem reddent. Debent homines hoc medicamine nares internas quotidie linire.

2. *Ne pili recreſcant.* Pulli eorum teneri cum veteri vino evulſos ſuperciliorum pilos non ſinunt recreſcere.

3. Mu-

3. *Mulier ut non concipiat.* Muri viventi cor exemptum & brachio mulieri ſuſpenſum, efficit ut ne concipiat.

CAP. XXII.
De Talpa.

I.

Ad dentes mobiles. Talpæ cinerem mixtum cum melle, ſuperfricato: dentes confirmat.

2. Ad *glandulas.* Talpam ſuper glandulas ligato: deſtruit.

Hactenus pars prior de animalibus terreſtribus: Sequitur pars poſterior DE AVIBUS.

CAP. XXIII.
De Aquila.

I.

Ad *oculorum ſuffuſionem.* Aquilæ felle mixto cum melle Attico inungas. Quidam magis illud prodeſſe credunt, quum huic medicamento hellebori albi drachm. 1. aut dimidiam, aut myrrhæ tantundem miſcent, & unctionem faciunt temperatam.

2. *Mulier, quæ concepit, ut partum perferat.* Lapis qui in ventre, aut in nido ejus invenitur, qui ἀετὸς vocatur Grajis, cujusque vim & nomen etiam habet aëtites, prodeſſe prægnantibus, ut facile pariant, fertur (quibus etiam phylacterium eſt).

3. Ad *ſciadem.* Aquilæ abarticulamenta exorta ex femoribus, ſciaden i. e. coxæ dolorem emendant (ischiadem).

CAP. XXIV.
De Vulture.

I.

Ad *effugandos ſerpentes.* Vulturis pennas ſi uras, fugabis omnes ſerpentes. 2. Ad *capitis dolorem.* Vulturis os de capite, ſuſpenſum collo

collo, dolorem ſanat. Idem facit cerebrum ejus, ſi commiſcebis cum oleo cedrino, & inde nares ſubinde tangas, capitis dolorem aufert.

3. *Ad concubitum.* Vulturis jecur à parte dextra ſi ſumpſeris, & aliquid in cute gruis alligatum ſuſpenderis, ad concubitum paratior eris.

4. *Si ad mulierem quis non poteſt.* Vulturis renes & teſtes ſiccos tundes, & dabis cum vino ei, qui cum uxore ſua concumbere non poteſt, remedium obtinebit. 5. *Ad caducos.* Vulturis jecur totum cum ſanguine ipſius vulturis tritum, per dies octo potui datum caducos emendat.

6. *Ad caliginem oculorum* Vulturis ſel mixtum cum ſucco marrubii omnem caliginem diſcutit, & incipientem ſuffuſionem pariter ſiſtit.

7. *Ad nervorum dolorem & articulorum.* Vulturis adeps & ventriculus cum axungia contritus & perunctus, omnem nervorum dolorem tollit, & articulorum emendat. 8. *Adverſus mala medicamenca.* Cor vulturis ligatum in pelle lupina ſi circa brachium habeas, nullum medicamentum nocere tibi poterit, nec ſerpens, nec latro, nec ulla malitia; nec quidem phantaſma ſenties, nec ſi per heremum iter facias. 9. *Ad hydropicos.* Vulturis ſtercus cum albore ſtercoris canis mixtum ad ſextarios duos in aqua heminis tribus maceratum percolatum datur hydropicis bibere. It. qui aquam intercutem habet, aſperſis in potione elelisphaci drach. 4. aſari etiam drachm. 4. hoc magnum ajunt carne humana paſtum & datum caducis remedium eſſe. 10. *Ad vexatos preſſatos.* Sub pectore ejus cera oblitum ita ut liquorem capiat, ſi ſibi dederis quotidie bibere, mox viveſcunt, & vexatis prodeſt. 11. *Ad difficulter parientes.* Vulturis pennas ſi talibus ſubjeceris, efficies, ut ſine labore partum edant. De penna autem ſi tibi dentes purgaveris, male olebit. 12. *Ad pediculoſos, quem affectum Græci Phtiriaſin nominant.* De vulture vivo exciſam medullam ſi dabis bibere patienti, mox curabitur.

CAP. XXV.
De Accipitre.

I.

Ad ſuffuſionem vel caliginem oculorum. Accipiter in oleo ſuſino decoctus & inunctus, ſuffuſionem & caliginem diſcutit.

CAP. XXVI.

De Grue.

I.

A*d duritias & collectiones corporis.* Gruis adeps cum adipe anſerino remiſſus, locorum duritias & concretiones diſcutit, & emendat. *Item* in acopa etiam conjicitur. 2. *Ut mulier concipiat.* Cerebrum gruis cum adipe anſerino, & Leonis, drachm. 3. myrrhæ & folio & vaſculo reponitor in argenteo vel vitreo, inde vir colliniet naturam ſuam ante coitum, ut & poſſit mulier concipere; quæ concipere non conſveverat.

CAP. XXVII.

De Perdice.

I.

A*d morbum regium.* Perdicis cerebrum cum vini cyathis tribus potui dabis, mirifice morbum regium ſanat. 2. *Ad caliginem, incipientem ſuffuſionem & glaucomata. (Leucomata)* Hæc eſt compoſitio vera, quam frequentius ipſi experti ſumus. Perdicis fellis veſicula quicquid habuerit, ad hæc commiſcens opobalſamum cyatho uno, *(Humelb. addit:* Cyperum Sidoniæ cyatho dimidio) in ſe comixtum conteres diligenter & repones in pyxide ſtannea ſive argentea, & inde inunges, miraberis effectum. Et licet quis prorſus non videat, ſed tamen pupillam integram habeat, ſine difficultate curabitur. Hoc nos ipſi frequenter tentavimus.

CAP. XXVIII.

De Corvo.

I.

A*d capillos denigrandos.* Corvi ova capillos hac ratione inficient: defunduntur in vas cupreum, & tam diu moventur, donec mutent colorem. Deinde raditur caput, & illinitur, donec ova conſumantur, debebit autem tam diu in ore oleum tenere, donec ſiccceſcant capilli, ne & dentes innigrentur. Deinde caput illigabit, & poſt quartum diem ſolvet, & hoc quoque efficit, ut cani nunquam exeant.

2. *Ad*

2. *Ad porcos manſuetos faciendos, vel ut porcus ubique te concomitetur.* Cerebrum corvi de pane collectum ſi porcis ſeu ſcrofis ad manducandum dederis, ſequentur te, quocunque ieris. 3. *Ad tuſſim infantium.* Corvi ſtercus lana collectum ſi infantis tuſſientis collum attigerit, remedium dabit.

4. Ad *dolorem dentium tollendum.* Stercus corvi ſi cavo denti infuſum vel impoſitum fuerit, dentem franget & dolorem tollet.

CAP. XXIX.
De Pavone.

I.

A*d caducos.* Pavonis fimus potatus, caducos mirabiliter ſanat.

CAP. XXX.
De Gallo.

I.

A*d araneæ & viperæ morſum.* Galli cerebrum ex poſca, adjecto pipere potum his, qui ab araneis morſi ſunt, auxilio eſt. Item quicunque vipera morſi ſunt vel percuſſi, his galli cerebum cum vino potatum proderit. 2. A*d citatrices & leucomata.* Galli ſanguis ex membrana, quæ cerebrum continet, fluentem comprimet. Item cicatrices oculis extenuat, ſi eo cum aqua inungas. Additur etiam in compoſitiones, quæ faciunt ad ſuffuſiones & leucomata. 3. A*d caducos.* Galli teſticuli poti cum aqua & lacte à jejuno. Abſtineat autem poſtea à vino diebus decem, remedium eſt. Debebunt autem teſticuli ſicci reſervari, & cum fuerint neceſſarii, continuo triti ſumantur. 4. A*d concubitum.* Galli teſticuli potati cum vino efficient plus, quam voluerint, ſineque injuria bibentur. Iidem cum adipe anſerino teſticuli in arietis pelle, in brachio dextro ſuſpenſi, concubitum excitant, ſi autem ſuppoſiti fuerint cum ipſius galli ſanguine, efficiunt, ne concumbant hi, qui ſimul jacent. 5. A*d furunculos.* Galli ſtercus rufum impoſitum, furunculos rumpit, & dolorem tollit. 6. A*d aurium ſucceſſionem.* In ventriculo galli parvuli ſeu pulli pellicula, quæ interior eſt, ex vino trita, & auribus indita, emendat.

7. A*d ventrem ſtringendum.* Eadem membranula cum exiguo oleo patienti exhibita, ventrem claudit, & omnem humorem exſiccat. Et tuſſientes illam ſi ederint, mox exſcreant. 8. A*d calculoſos.* Cortex eodem

dem

dem modo, ut ſupra, in potu ſumptus calculoſis remedium optimum eſt, frangit enim lapidem & deinde per urinam ejicit. 9. Jus vetuli galli potum *ventrem ſolvit*, ſi immittas in ventrem ejus ſalis drachmas ſex, & ſuccum totum coxeris. Poteris pro ſale in ventrem ejus ſardam, aut cerebrum mittere. Item jus ſimili modo factum, ſi de ſale minus adjeceris, quam ſupra ſcriptum eſt, præclarum erit remedium his, qui propter concubitum biberint. 10. A*d ſedandum capitis dolorem.* Si quis gallinaceum ad os tenuerit his, qui dolore capitis torquentur, & poſt triduum pennas ejus exciſas vel inciſas, & in linteolo alligatas, & cervici vel collo appenſas portaverit, mox ſanabitur. Stercus ejus fracta fictilia ſolidat.

11. A*d ilii dolorem.* Si gallus vetus vel ſeptem annorum cum aqua coquitur, quæ ubi potui datur, mire ſanat.

CAP. XXXI.
De Gallina.

I.

A*d oculorum punctiones.* Gallinæ ovum, notiſſimum eſt omnibus, habere vim ad omnium oculorum dolorem, cujus album oculis infuſum ſedat punctiones & dolores. 2. A*d lacrymas oculorum reſtringendas & ſomnum.* Eſt & alia cura, nam gallinæ album mixtum cum thuris manna, ita ut lanam colligas, & temporibus imponas, hoc fluentes lacrymas continet, & facit ſomnum, ſi exiguum oleum adjicias. 3. A*d ignem ſacrum.* Ovo crudo linies corpus ubi fervor fuerit, & tum folium betæ loco applicabis ferventi. 4. A*d profluvium mulieris.* Gallinæ ovum totum combures, & vino miſcebis, ſi loco illinieris, proderit multum & reſtringet.

5. A*d tuſſim.* Ovum ſorbile & combuſtum aſſumptum, tuſſientibus eſt optimum remedium. Item. Sorbile ovum adjecto ſulphure & vino cochlearium unum, infantibus tuſſientibus prodeſt. 6. *Ad pruriginem.* Gallinæ ova mixta cum oleo communi, & lentis polline multum proſunt. 7. A*d difficulter parientem.* Ova duo & trita, puſillum item de aneto, cymino, & vino mixto ſi biberit, continuo pariet. 8. A*d torminoſos.* Ovum infundas in vas, ac putamen illud ovi oleo plenum, ſimili modo adjicies corticem pinus drachm. 1. mellis obolos 5. in vino omnia commiſcebis, & cum eodem vaſe pones ſuper cinerem calidum ut bene ferveat, & cum cœperit fervere, ſtatim illud contrahes & dabis bibere patienti,

enti, ubi torminibus laborare cœperit, mox & efficaciter ſanat, inveteratum autem malum tarde.

9. *Ad tumorem & ignem ſacrum.* Ovorum duorum album, & ceruſſæ drachm. 2. & myrrhæ drachm. 1. teruntur ſimul, & corpori illiniuntur, & experimentum oſtendunt.

10. *Ad ephelides quæ propter ſolem naſcuntur.* Ova macerata in aceto, ita ut putamine abſumpto appareant aperta, & tantum album eorum effluat, quantum adjicietur, tantundem pollinis farinæ & tantundem de thuris granulis, deinde hæc omnia, trita cum vino, melle poſtea comprehendantur, inde inlinietur facies, ſi etiam myrmecia totius corporis fuerit, teſtimonium ſuæ operationis præbebit.

11. *Ad ſmigma totius corporis.* Ovorum album ſmigma cum duobus ſextariis fabæ freſæ confractum, & in ſole ſiccatum, muliebre præbet coſmetorium hæc ovi ſubtilitas, nam calce mixtum hoc album vitrea vaſa ſolidat. 12. *Ad mulierum dolorem in natura.* Ova decocta cum lacte exiguo & croco, poſtea in lana muliebri loco inducta, & impoſita, mire dolorem ſedant. 13. *Item* album ovi cum paſſo & roſa commixtum & in lana collectum ad idem facit. 14. *Ad loca mulierum anicularum.* Ova commixta cum ſemine apii & polenta & aqua mulſa, & loco impoſita mirum facit. 15. *Item ad omnem tuſſim*, ſi tepefactum ſumpſeris ovum jejunus.

16. *Ad arſuram ſtomachi, & ad ſitim ſedandam.* Ovum crudum ſi aliquantulum abſorbeatur, mox arſuram ſtomachi & ſitim compeſcit.

17. *Ad eos, qui ſanguinem exſcreant.* Item dantur ovorum quinque vitelli crudi, & mixti vini cyathis tribus. 18. *Ad livores & tumores univerſos locorum omnium.* Vitellum ex aqua coctum, per ſe & impoſitum tollit livores. 19. *Ad eos, qui cibum non continent.* Duas horas ante, quam ſolito more, comede vitellum ovi cum vini hemina & etiam hemina olei decoctum ſeq. aſperſa polenta comedes & multum proderit. 20. *Ad profluvium mulierum.* Ovi putamen continet, ſi cum oleo myrtino tritum & locis mulierum in peſſi modum ſuppoſitum fuerit.

21. *Ad puſtellas oculorum.* Gallinæ adeps puſtulas oculorum reprimit. 22. *Ad coli dolorem.* Pedes gallinæ à genibus exciſos coctos ſi des ex ſale & oleo, coli ſedant dolores fortiter. 23. *Ad perniones & Scorpionum ictus.* Stercus gallinæ impoſitum, & illitum valet.

CAP. XXXII.
De Anſere.

1.

A*d aures.* Adipem anſerinum cum cepæ ſucco mixtum, auriculæ, cui aqua ineſt, infundes, prodeſt, quin & ſurdaſtris auditum revocat.

2. *Ad duritiam locorum.* Adeps anſeris illitus, duritias & concretiones locorum diſcutit.

3. *Ad inguen.* Fel anſerinum cum melle mixtum & pauca cera conteres & eo locum linies, remedio erit.

CAP. XXXIII.
De Columba.

1.

A*d omnium ſerpentium morſus.* Columba inciſa viva & impoſita calida venena omnia rapit, & ſanare creditur.

2. *Ad ſuffuſionem oculorum, vel ad ſanguinem in oculis ex ictu.* Columbæ ſanguis recens in oculos ſubinde infuſus optime facit. Debebit autem vena aperiri, quæ in aſcella ejus eſt, imponitur & ſanguis columbæ in lanula cum melle decoctus oculis, valde proficue medetur. 3. *Ad ſanguinem profluentem.* Sanguis columbæ, quem membranula cerebri continet, ſanguinem fluentem retinet.

4. *Ad omnem corporis duritiem.* Stercus columbæ habet has vires: omnes duritias diſcutit, & humores (tumores) omnes exſiccat, cum oleo aut melle calefacto diſtemperatum, & ſuper duritias ligatum; in fomentis ad prædicta quoque faciens.

CAP. XXXIV.
De Hirundine.

1.

A*d tonſillas & faucium dolorem.* Pulli hirundinis ſi fuerint combuſti, & de cinere ejus fauces patientis inunxeris, mox medelam recipient.

2. Ad

2. *Ad omnia vulnera linguæ & labiorum.* Hirundines cum melle vel mulſo decoctæ, poſtmodum linguæ vel labiis appoſitæ, optime perſanant. 3. *Ad ungulas curandas.* Si pulli hirundinum combuſti fuerint in olla nova usque ad cineres, hic cinis in ungula ſparſus mox te credere facit. 4. *Ad caducos.* Hirundines comeſtæ, caducos ſanant. 5. *Ad oculorum dolores & lippitudines & caligines.* Hirundinis pulli cinerem cum melle in oculos mitte, aut hirundinis fel & ſanguinem inungito: mire prodeſt.

Hactenus libellus SEXTI PLACITI.

Siburius, Marcello Burdegalenſi in præfatione, niſi ibi potius ſcribendum ſit *Scribonius*, à quo ſatis conſtat ipſum Marcellum multa accepiſſe, nec usquam alibi hujus Siburii fit mentio.

Sidaſcar, Raſi lib. I. Continentis c. III.

Sideniar, eidem ejusdem operis lib. IV. c. I.

Sidbſar, Raſi ejusdem operis lib. IIX. c. I.

Sigon, Galeno in libris medicamentorum κτ̀ τόπους IX. c. IV. Tom. II. pag. 299.

Silarius, Raſi lib. Continentis I. c. V. ex Lapidario.

C. *Claudius Silianus.* Inſcriptio vetus apud Fulvium Urſin. p. 98. & Jacobum Sponium Miſcell. pag. 134. Γ. Κλαύδιος Σιλιανὸς ἰατρὸς Ἐφέσιος.

Silicius Medicus ab oculis. In veteri lapide apud Urſinum p. 99. Gruter. p. DCXXXV. 3.

Siligenus, Raſi lib. Continentis 3. c. II.

Silimachus Hippocratis ſectator, Cælio Aureliano lib. Chronion I. c. 3. Hic puto eſt ille Salimachus de quo ſupra.

Silius Italicus Medicinæ ſe peritum oſtendit, Tiraquello judice propter ea quæ ſcribit de Synabo Hannibalis Medico lib. V. 353. ſeq. 369. vel de Maro, haud rudi ferre medicamina lib. VI. 91. ſq.

Sillanus de Nigris qui à Campegio nominatur, inter medicinæ ſcriptores.

Silo, Galeno κτ̀ γένη lib. VI. T. II. p. 403.

Simeon Sethus Antiochenus, qui ad Michaelem Ducam imperatorem ſcripſit librum περὶ δυνάμεων τροφῶν, id eſt, de facultate cibariorum, qui etiamnum extat, de illo dixi Vol. X. hujus Bibl. pag. 320. ubi & de aliis ejus ſcriptis.

Simeon alius ut opinor, citatus Raſi lib. I. Continentis c. II. & III. non ſemel, & cap. VI. & lib. III. cap. III.

Simmias Ochlagogus, Galeno in libro ſecundo Antidotorum, ſive Semmias de quo ſupra. In Græco eſt Σημμίας ὁ ὀχλαγωγὸς, T. II. p. 451. ubi etiam χαρίτωνος ὀχλαγωγοῦ antidotum refertur.

Simon Athenienſis ex coriario Philoſophus, Socratis diſcipulus, qui inter plures dialogos ſcripſerat περὶ εὐπαθείας, quod *de bona valetudine* interpretantur, cum rectius fortaſſe *de animi tranquillitate* poſſit intelligi, apud Laërtium lib. II. ſect. 122.

Simon alter Medicus Seleuci & Nicanoris temporibus apud Laertium in Simone illo Athenienſi, lib. II. ſect. 123.

Simon imperitus Medicus in quem Lucilii epigramma T. II. anthologiæ p. 214.

Simon de Janua ſive Genuenſis ſeu Genuates, Canonicus Rothomagenſis, Nicolai IV. Pontificis circa A. C. 1292. Capellanus & Medicus qui inter alia opera tranſtulit una cum Abrahamo, Judæo, librum Joannis filii Serapionis de Simplicibus medicamentis, & librum Servitoris, ſcriptum à Bulchaſi, ediditque clavem ſanationis, ſive librum Synonymorum quo uſus jam eſt Matthæus Sylvaticus in pandectis Medicinæ. Eſt igitur emendandum, quod apud Lindenium & Merclinum non modo Simon Genuenſis à Januenſi tanquam diverſus diſtinguitur, ſed etiam Genuenſis traditur in Matthæi Pandectarum opus annotationes compoſuiſſe.

Simon, ſcriptor Hippiatricus de quo Vol. VI. hujus Bibl. p. 499. ſeq.

Simon alius, ut opinor, ſimpliciter citatus Raſi lib. III. Continentis c. VII. non ſemel, niſi ſit ille Simeon eidem quoque ſimpliciter citatus.

Simonactides Chius, rei coquinariæ ſcriptor Julio Polluci citatus atque Athenæo. Vide Allatium de Simeonibus p. 219. ſq.

Simonides medicus memoratus Plinio lib. VII. c. XXIV. cum inquit: *Ars poſtremo memoriæ facta & inventa eſt à Simonide medico*, ita enim legitur in veteribus exemplaribus impreſſis, verum jampridem Domitius Calderinus monuit ibi legendum eſſe, *melico*, non *Medico*, quod & in editionibus poſterioribus recte emendatum eſt.

Simus Cous, cujus Strabo meminit lib. XIV. p. 657.

Sindiſar, ſive *Sindibſar*, niſi ſit Sandaxar, aut Scindaxar de quibus ſupra, vel

vel etiam *Sindaxar* Serapioni Simplicium c. LXXXIV. & CXI. & ſeqq & Raſi libro quinto Continentis, c. I.

Siphnius patriæ nomen non Medici, Diphilus enim Galeno lib. IV. de differentiis pulſuum atque alibi ὁ Σίφνιος, ex Siphno inſula una Cycladum cujus etiam apud Theophraſtum mentio lib. de lapidibus p. 397.

Sirachides ſcriptor Eccleſiaſtici. Vide ſupra in Jeſu.

Siſyphus Æoli F. Theoſophos cognominatus, qui primus areſodina ſive anodyna & dolores ſedantia medicamenta ἤπια atque ὀδυνήφατα ab Homero dicta excogitavit. De cujus inſigni ſcientia qua vitam ſibi ex graviſſimo morbo reſtituit, ita vetus Poeta Theognis

verſ. 701. οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ,
Πλείονα δ' εἰδείης Αἰολίδου Σισύφου,
Ὅστε καὶ ἐξ ἀΐδεω πολυϊδρίῃσιν ἀνῆλθεν
Πείσας Περσεφόνην αἱμυλίοισι λόγοις.
& 711. Ἀλλ' ἄρα κἀκεῖθεν Σίσυφος πάλιν ἤλυθεν ἥρως
Ἐς φάος ἠελίου σφῇσι πολυφροσύναις.

Socinus Bentius, cujus frequens eſt mentio apud Lilium Gregorium Gyraldum.

Socles chirurgus in quem Nicarchi epigramma lib. 2. Anthologiæ p. 215.

Socrates chirurgus, Cœlio Aureliano lib. V. Chronion c. I.

Socration, Galeno lib. medicamentorum ſecundum locos V. c. VII. T. II. p. 227.

Solomon Rex, vide Salomon.

Claudianus Solon ad quem περὶ εὐπορίστων ſcripſit Galenus, Tom. IV. p. 438.

Solon Diætarius, Galeno libro medicamentorum ſecundum locos 3. cap. I.

Solon Lycius ſæpe Plinio citatus lib. XX. & XXI. & aliis pluribus ſeq.

Solon Smyrnæus, Plinio lib. XX. c. item XX.

Solon ſimpliciter, ſive unus ex illis, ſive alius, Plinio eidem lib. XX. cap. XXI. in fin.

Sophocles Plinio lib. XXII. cap. quoque XXII.

Sopolis Aëtii hæretici in arte Medica præceptor, ἀνὴρ ἐν τῇ τέχνῃ μηδενὸς ἔχων τὰ δεύτερα, judice p. 258. Philoſtorgio III. 15. p. 52. Sed ſecus de illo Greg. Nyſſenus lib. I. contra Eunom. p. 293. Aëtium

um

um hunc diverſum eſſe ab Medico cujus ſcripta habemus, notavi Vol. IIX. hujus Bibl. p. 318. ſq.

Somnus Mallotes de quo Suidas.

Soranus Epheſius, qui primum Alexandriæ profecit, deinde Romam venit, ubi artem exercuit temporibus Trajani & Hadriani, libroſque complures & optimos in medicina compoſuit. Hæc Suidas. Hodieque etiam habemus Latine, Sorani Iſagogem in Artem medendi, & Græce libellum περὶ ἐπιδέσμων de faſciis ad liganda vulnera, inter opera Galeni T. XII. edit. Pariſ. pag. 505. aliaque de quibus Vol. XII. hujus Bibl. p. 675. ſq. & 684. ubi non diverſum eſſe noto Soranum quem Methodicæ ſectæ inſtructiſſimum vocat Tertullianus lib. *de anima* c. VI. volumina ejus quatuor de eodem argumento memorans. Eumque citant Galenus, T. II. p. 158. 247. 252. 261. 262. T. IV. p. 373. Aetius, Paulus Aegineta, atque etam Cælius Aurelianus lib. I. Chronion c. III. ex *libris cauſarum*, αἰτιολογουμένους vocant. Sed & is è diverſo Galenum citat Iſagoges c. XIII. Fuere enim eodem tempore. Eumque laudat ipſe Galenus lib. I. ſecundum genera, c. IIX. ex quarto περὶ φαρμακείας & ex libro quem *Monobiblum* inſcripſit Φαρμακευτικὸν T. II. p. 170. & τὰ περὶ φαρμάκων γεγραμμένα T. II. p. 357. Methodicum fuiſſe docet T. IV. p. 43. Is Gallicam Aquitaniam inviſit, & illic medicinam exercuit, ſi verum dicit Marcellus cap. XIX. in prin. Ejus diſcipulus Attalus, tempore Trajani Imp. Galeno teſte Tom. IV. p. 178.

Soranus alter & ipſe Epheſius Junior, qui libros IV. Muliebrium ſcripſit, ut dicit Suidas, ex quibus Aëtius ſæpe eum citat, nec non alia, de quibus Volum. XII. hujus Bibl. p. 684.

Soſagoras, Cornelio Celſo lib. V. c. XIIX. alii Saſagoras ſcribunt.

Soſander, Galeno libro medicamentorum ſecundum locos IV. cap. VII. & Aetio Tetrab. II. Serm. III. c. LXXIIX. In Soſandrum hippiatrum ſive mulomedicum epigramma lib. IV. Anthologiæ p. 485.

Soſicrates Galeno ejusdem operis lib. VII. cap. VI. eodemque ultim. T. II. pag. 273.

Soſimenes Plinio citatus lib. XX. & ſeq.

Soſipolis Alexandrinus, Aëtii Antiocheni magiſter. Philoſtrog. III. I.

Soſtratus, Celſo lib. VII. poſt princip. & cap. VI. & Galeno in libris Pharmaco-

macorum & T. XII. edit. Pariſ. p. 493. 496. Scholiaſtæ Nicandri, & Garioponto lib. de Febribus c. VII.

Soſthenes. In Sertorii Urſati monumentis Patavinis p. 70. Sponii Miſc. p. 145. Reineſii Inſcript. XI. 2. p. 607. Apud Fulvium Urſinum p. 100. *P. Carm. Soſthe. Medic. IIIIII VIR* *) *Aug. Anchar.*

Sotacus vetuſtiſſimus ſcriptor, apud Plinium libro XXXVI. cap. XVI. & cap. XX.

Soterichus Chirurgus. Sexto Empirico f. 17.

Soteridas, cujus meminit Fauſtinus in litteris ad Marcum Antoninum apud Vulcatium Gallicanum in vita Avidii Caſſii c. x. *Soteridam Medicum in Formianum ut dimittas rogo. Ego autem Piſitheo nihil credo qui puellæ virgini curationem neſcit adhibere.*

Sotion, Galeno, ſi is eſt, in medicinis expertis, *maximus Medicorum Græcorum, qui habebat pluria experimenta in fine nobilitatis, quæ nos acquiſivimus à diſcipulis ejus Ieranoz & Hargemez & Harcoz.* p. 110. C. edit. Juntin. & p. 112. G. *Hoc medicamen dedit Zotion* (leg. *Sotion*) *de ſcriptis Zenonis.* Is fuit præceptor Teranonis, de quo infra. Et hujus, aut alterius ejus nominis meminit Conſtantinus, ſive is fuit Cæſar, aut alter ejus nominis, in libris Agriculturæ, ex quibus præſertim lib. XII. eum fuiſſe rei medicæ peritiſſimum conſtat.

Sotiræ obſtetricis Gynæcia Plin. indice lib. XXIIX.

Speuduſa, Galeno lib. III. κτ̀ τόπους, c. I. T. II. p. 192.

Speuſippus Athenienſis, Platonis diſcipulus ac ſucceſſor nec minus quam ille curioſus in animalium & plantarum natura ſcrutanda, ſic ut cum Platone rideatur eo nomine ab Epicrate comico.

Speuſippus Herophileus Alexandrinus, Diogeni Laertio memoratus, in vita Speuſippi Athenienſis, in fin. lib. IV. Sect. V. Hunc Menagius putat eſſe cujus ſcriptum de piſcibus allegatur ab Athenæo.

Spittalus Medicus Athenienſis, de quo Suidas ex Ariſtophanis Acharnenſibus verſ. 1031. 1220. ubi Πιτάλου habent codices editi. Sed Suidas legit: ἄπελθε πρὸς τὸν Σπιττάλου.

Staneſmodus Alexandro Tralliano citatus.

Stanoſmodus, Aetio, niſi idem ſit, quod magis puto.

Staphylus laudatus Plinio.

Statius Anneus, Senecæ Philoſopho amicitiæ *fide & arte medicinæ* probatus,

*) In alia inſcriptione *Six Vir.*

tus, apud Cornelium Tacitum lib. xv. cap. LXIV. cujus etiam meminit quisquis is fuit, qui vitam Senecæ deſcripſit.

Stephanus Alexandri Tralliani pater, Juſtiniani Imper. tempore. Vide T. XII. hujus Bibl. p. 593.

Stephanus Athenienſis, Theophili Protoſpatarii diſcipulus, de cujus ſcriptis in eodem Tomo XII. p. 693. ſeq.

Stephanus Dutempleus: cujus ſunt tabulæ in libros Galeni de morbis & Symptomatis.

Stephanus cognomento *Magiſter*, cujus Collyrium editum in Matthia Theodoro Melanelio.

Stephanus Edeſſenus, qui Cabade Perſarum rege à morbo curato, multas opes retulit apud Procopium lib. II. de bello Perſico. c. XXVII.

Q. Stertinius, Romæ clarus, teſte Plinio XXIX. I.

Stolus Britannicus celebris ocularius, ἄξιος ὀφθαλμικός. Galeno Pharmacorum localium IV. cap. VII. T. II. p. 218.

Walafridus Strabo ſeu *Strabus*, Gallus Monachus Benedictinus ex Decano Cœnobii S. Galli A. C. 842. Abbas Augiæ majoris in Diœceſi Conſtantienſi, defunctus 849. cujus Hortulus vernantiſſimus facili & eleganti carmine hexametro exponens deſcriptionem & vires plantarum XXV. prodiit Argentorati & cum Macro de herbis, Friburgi Briſgoiæ 1530. 8. & in collectione Medicorum Latinorum Aldina. Venet. 1547. fol. & in Antiquis Lectionibus Caniſii T. VI. p. 672. & edit. novæ T. II. part. II. p. 266. & Andrea Rivino curante Lipſiæ 1653. 8. & in Bibliotheca Patrum T. XV. edit. Lugd. p. 236. Præfatio ad Grimaldum Abbatem S. Galli extat etiam apud Barthium IV. 24. Adverſar. qui & loca quædam emendat, ſicut Tho. Bartholinus quoque libro de Medicis Poëtis p. 118. ſeq.

Stratiotes, Aetio Quaternionis II. Serm. III. cap. CX.

Stratius, Livio lib. V. decadis V. memoratus. XLV. 19.

Strato, Phyſicus Lampſacenus Galen. T. III. p. 369. male Στρατόνικος T. I. p. 243. Ariſtoteles Stratonem προσήγαγεν εἰς ἴδιόν τινα χαρακτῆρα φυσιολογίας. Galen. T. II. edit. Pariſ. p. 23.

Stratones duo alii, apud Laertium in philoſopho memorati, lib. V. ſect. 61. alter Eraſiſtrati diſcipulus, aut ut quidam dicunt, alumnus memoratus etiam Erotiano in ἄμβην, & Galeno de venæ ſectione adverſus Eraſiſtratum T. X. edit. Pariſ. p. 409. Ab hoc Stratone ſchola

la Stratoniceorum, ex qua Apollonius ὁ ἀπὸ Στρατῶνος, de quo ſupra pag. 75. Alter Strato antiquior, ut idem Diogenes Laërtius ſcribit autoritate Ariſtotelis, ſive ut Ambroſius, Ariſtoclis.

Stratonem ſimpliciter, ſive unum ex illis, ſive alium citat Alexander Trallianus lib. I. cap. XV. non ſemel, & Aëtius Serm. XIII. cap. XLVI.

Strato alius ut opinor, & ipſe medicus, apud Macrobium libro in Somnium Scipionis I. Ita Tiraquellus. Sed cum Strato ille Peripateticus à Macrobio appelletur, non dubito Philoſophum intelligi, de quo jam dictum fuit.

Stratocles Sidonius memoratus Philoſtrato in vita Apollonii lib. VIII. cap. XIV. p. 349.

Stratonicus Pergamenus unus ex Galeni præceptoribus, Sabini Hippocratici diſcipulus, ut dicit idem Galenus in lib. de atra bile. T. III. p. 359. edit. Baſil.

Sulemen Eben Haſen, Serapioni Simplicium cap. CCLXXX.

Sulahin Heben Hahaſen, & Sulahin ſimpliciter citatus eidem Serapioni.

Surdus, quisquis eſt, laudatus Raſi lib. VII. Continentis cap. IV.

Suribes, Avicennæ lib. V. ſumma II. tractat. II. non ſemel.

Symmachus Anatomicus, e quo, aut alio ejusdem nominis Martialis libro quinto Epigramm. IX.

Languebam, ſed tu comitatus protinus ad me
Veniſti centum Symmache diſcipulis.
Centum me tetigere manus, Aquilone gelatæ,
Non habui febrem Symmache, nunc habeo.

Et lib. VI. Epigramm. LXIX.

Oſtendit digitum, ſed impudicum
Alconti, Daſioque, Symmachoque.

Et lib. VII. Epigramm. XVII.

Pedere te mallem, namque hoc nec inutile dicit
Symmachus, & riſum res movet iſta ſimul.

Symphorianus Champerius, ſive Campegius, cujus in re medica, & aliis ſunt multa opera non omnino contemnenda. Illa diligenter à Lindenio enumerantur. Pulchro quoque Campegium elogio mactat Joannes Neander, Bremanus in libro quo Medicinæ natalitia & ſectas

ctas exponit p. 192. ſeq. *Unum ei* Tiraquello judice *defuit, uti & multis aliis, quod putabat non ſatis præſtitit: hoc uno tamen laudandus, quod in magnis voluiſſe ſat eſt.*

Synali duo, alter vetuſtior, Jovis Ammonis comes, alter medicus Hannibalis, memoratus Silio Italico libro quinto, verſ. 353. ſeq.

T.

Tabari, citatus Joanni Serapioni.

Tabri, niſi idem ſit, Raſi lib. I. Continentis cap. III. non ſemel, & cap. V. non ſemel, & alibi ſæpe.

Tacuinus, cujus quædam opera habemus, vide ſupra Elluchaſem.

Talius, ſive *Thalius Aelius*, Galeno κτ̀ γένη lib. VI.

Talius Athenienſis ejusdem Galeni, ut ipſe Galenus ſæpius dixit, præceptor.

Tallus Medicus Mag. H. V. in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. DCXXXV. 4.

Tarentios, Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II.

Tarentinus, Galeno in Antidotis, & autori Geoponicon lib. XIII. cap. IIX. & alibi ſæpe. Videtur intelligi Heraclides Tarentinus, de quo ſupra.

Talſamat, Raſi lib. X. Continentis c. I.

L. Tauranius L. L. Olympus Medicus in veteri lapide apud Fulvium Urſinum p. 100. & Gruter. p. DCXXXV. 5.

Telamon Pater Teucri, Chironis diſcipulus de quo Philoſtratus in Heroicis.

Telamon alius, Galeno medicamentorum κατὰ γένη libr. II. Tom. II. p. 339.

Telephanes, id. T. II. p. 339.

Temeſon, Æmilio Macro, aut quisquis is fuit, memoratus in libro de herbis in Plantagine, de cujus laudibus dicit illum ſcripſiſſe. Sed ne erres, ibi legendum *Themiſon*, quem Plinius lib. XXV. cap. IIX. in prin. ſcribit celebraſſe eam herbam volumine de ea edito.

Temimius Miconis, Rabbi Moyſi Aphoriſmorum parte IIX. non ſemel, & iterum parte XIII. ad fin. ubi illum citat ex Introductorio ipſius.

Teranon, ſive Theranon, diſcipulus Sotionis, de quo ſupra, Galeno.

Terentius Eutychianus, apud Octavium Horatianum, ſive malis Theodorum Priſcianum lib. IV. vide Eutychianus.

Marcus

Marcus Terentius Aſclepiadeus Galeno T. II. p. 310.

Terentius Valens, Galeno Pharmacorum localium lib. IX. c. IV.

Terentius Velpiſtus, cujus δυνάμεις herbarum memorantur Marcello Burdegalenſi, in epiſt. ſub Hippocratis nomine ad Mæcenatem. leg. *Evelpiſtus.*

Terentius ſimpliciter, vel unus ex illis, vel alius, Galeno in medicamentis, & κατὰ τόπους lib. IV. c. 7. T. II. p. 387.

Tertius Damianus, Viſſenacus Decapolitanus, cujus eſt Theorica medicinæ, & Chirurgiæ, & libellus περὶ τῆς ἱδρωνόσου, id eſt, de morbo ſudorifico.

Teucer Telamonis filius, Chironis diſcipuli, à quo Teucrium herba.

Thaddeus Florentinus, qui ſcripſit Commentarios in multos libros Hippocratis, & in Parvam artem Galeni, Conſilia multa, aliaque opera edidit. Hujus tanta nominis celebritas fuit, ut ad curam extra urbem vocatus, non vilius quam aureorum quinquaginta in ſingulos dies peregrinaretur, vocatusque ab Honorio quarto A. C. 1286. centum ſibi ſtatui voluit. Itaque reverſus ab eo jam curato decem milia aureorum reportavit, teſtibus Baptiſta Mantuano, lib. I. De patientia, c. VI. & aliis.

Thalaſſerus, Paulo Æginetæ citatus.

Thalelaus Cilix, Medicus Thaumaturgus & Martyr A. C. 284. Acta Sanctor. XX. Maji T. V. p. 178. ſqq.

Thallus Medicus Mag. H. V. in veteri lapide apud Fulv. Urſinum p. 100.

Thalius Ælius, vide ſupra Talius.

Thamor Æthiops, Galeno ſi is eſt, in medicinis expertis.

Thamyras, Galeno medicamentorum κατὰ τόπους lib. IX. c. V.

Tharmadinus, Raſi lib. V. Continentis c. I.

Tharreas, ſive *Tharrias*, Celſo lib. III. c. XX. & XXI.

Tharſeus chirurgus, Galeno medicamentorum ſecundum genera lib. IV. c. XIII. T. II. p. 373. infra Thraſeas.

Thebaus, Galeno medicamentorum ſecundum genera lib. IV. & κατὰ τόπους lib. I. c. IIX. T. II. p. 170. 372. videtur Hierax Thebanus intelligi, qui laudatur T. II. p. 387.

Themiſon Laodiceus Syrius, ex Aſclepiadis auditoribus, Pompeji magni ætate, qui primus princepsque fuit tertiæ illius factionis, quam Methodicem vocant, teſte Celſo præf. & Galeno aut ut aliis placet, Herodoto, in Introductione ſive Medico. T. IV. p. 372. Seneca Epiſt.

95. *Alia eſt Hippocratis ſecta, alia Aſclepiadis, alia* Themiſonis. Hunc tradit Dioſcorides lib. VIII. VI. cap. ſecundum Hermolai diviſionem, emorſum fuiſſe ab homine rabioſo, rabioſumque inde factum, evaſiſſe poſtea. Eum citat Cælius Aurelianus ſæpe ex III. *libris tardarum paſſionum*, ex *libro ſalutari*, & *ex libris de elephantiaſi*: atque etiam ex IX. *libris Epiſtolarum ad Dimantem*, atque etiam *ex libris Epiſtolarum ad Aſilium*: & Paulus Ægineta, lib. III. cap. XV. ex *libr.* X. *epiſtolarum*: ut non ſit nuper excogitatum quod Manardus & alii recentiores medicinam epiſtolis tractarunt. Ejus volumen *de herba Plantagine* Plin. XXV. 8. & ſupra, in Temeſon. De hoc Juvenalis Satyra X. 221.

Quot Themiſon *ægros autumno occiderit uno.*

Ad quem locum ſcholiaſtes vetus notat illum fuiſſe Archiatrum illius temporis. Eum quoque citat Damocrates apud Galenum & Galenus T. II. pag. 218. 161. 280. 416. Tom. III. pag. 326. T. IV. p. 40. 42. 46. 77. T. V. p. 338. Aetius Tetrab. III. Serm. I. cap. X. Hunc ſummum authorem vocat Plinius lib. XIV. cap. XVII.

Themiſon alter multo poſterior, ut qui fuit tempore Apuleji, qui illius mentionem facit in Apologia I. *Themiſon ſervus noſter, medicinæ non ignarus.* Vide Lipſium lib. I. elector. c. XIIX. & Scipionem Gentilem ad Apuleji apologiam pag. 179. Alius Themiſon mercator de quo Herodotus IV. 154. Suidas in Βάττος. Alius Themiſon Samius Navarchus de quo Diodorus Siculus T. II. p. 786. 704. Alius cujus libidinem perſtringit Martialis XII. 20.

Theocrates, Avicennæ lib. V. ſumma II. tract. II.

Theocritus, Galeno medicamentorum ſecundum genera lib. VI.

Theoctiſtus apud Procopium lib. II. De bello Gothorum, c. II.

Theodas Empiricus. Galen. T. IV. p. 57.

Theodogius, Raſi lib. V. Continentis, c. I. niſi mendum ſit, & legendum Theodoſius, de quo dicam poſtea.

Theodoretus, Paulo Æginetæ.

Theodoricus Cemenſis epiſcopus, idemque Dominicanus, cujus chirurgiam habemus, ſupra cum Bruno.

Theodoricus Dorſtenius, cujus eſt Botanicon continens herbarum aliorumque ſimplicium, quorum uſus eſt in medicinis, deſcriptiones & imagines.

Theo-

Theodoricus Gerardus, Gaudanus, *) qui libros ſimplicium medicamentorum Galeni, & alios multos transtulit.

Theodoricus Greſmuntius, qui ſcripſit de regimine ſanitatis, tempore peſtis.

Theodoricus Reatinus.

Theodorus Muſcienus, ſive Moſchion, Alexandro Tralliano lib. I. cap. XV. vide ſupra Moſchion.

Theodorus Priſcianus, qui de herbis ſcripſit, & libros γυναικείων, id eſt, muliebrium, vide ſupra Octavius Horatianus.

Theodorus alius, ni fallor, Athenæi de quo ſupra, diſcipulus, memoratus Diogeni Laertio in Ariſtippo lib. II. ſect. 104.

Theodorum ſimpliciter, ſive unum ex illis, ſive alium memorant Plinius, Aetius Tetrab. II. Serm. II. cap. XCI. & Serm. IV. cap. XLVI. & cap. XCI. & alias ſæpe: alter Plinius Valerianus lib. III. c. XXII. & Tzetzes hiſtoriarum Chil. IV. & Raſis Continentis lib. II. cap. item II. Eſtque unius ex iſtis Diæta, quibus vel ſalubriter utendum, vel cautius abſtinendum. Vide Bibl. Latin. lib. IV. c. XII.

Theodoſius ſimpliciter, ſive alius, ſive unus ex Theodotis, Aetio Tetrabibl. II. Serm. item II. cap. LIV. & in Tacuinis Elluchaſem citatus: & Raſi lib. I. Continentis c. I. & cap. IV. & alibi ſæpe.

Theodotion.

Theodotius Severus, Aetio Tetrab. II. Serm. III. c. XXVII.

Theodotius Philoſophus, cujus medicamenta complura referuntur ab Alexandro Tralliano.

Theodotus, Celſo lib. VI. citatus c. item VI. qui fortaſſe unus ex illis eſt.

Theodotus Laodicenſis epiſcopus, de quo Euſebius VII. 28. (32.) Hiſt. Eccleſ. p. 288. ἰατρικῆς μὲν σωμάτων ἀπεφέρετο τὰ πρῶτα τῆς ἐπιστήμης, ψυχῶν δὲ θεραπευτικῆς οἷος οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων ἐτύγχανε.

Theognis non ille quidem qui Elegiam ad Cyrnum ſcripſit, quæ γνῶμαι inſcribitur, id eſt, Sententiæ, ſed alius Arabibus citatus.

Theombrotus, de quo ſupra, in Eraſiſtrato.

Theomedon, apud Laertium in Eudoxo Gnidio VIII. 86.

Theon Alexandrinus, qui plures libros Gymnaſticorum, & quatuor περὶ τῶν κατὰ μέρος γυμνασίων ſive de particularibus exercitiis ſcripſit,

*) Male *Gandavus* apud Lindenium & Merklinium.

apud Galenum libro ſecundo, de Sanitate tuenda, ubi & alia multa de eo videbis. T. IV. p. 234. 235. ſq. 237. 247. 251.

Theon Medicus in Gallia, quem laudat Eunapius ubi de Medico Jonico.

Theon, cujus ſunt Commentarii in Nicandrum.

Theon, aut unus ex illis, aut alius Aetio citatus in præparatione vini bilem purgantis, Tetrab. I. Serm. 3. c. 58.

Theophiletes in veteri inſcriptione apud Gruterum p. DCXXXV. 6. *D. M. Theophiletis Medici Severa marito Cariſſimo.*

Theophilus Medicus & Comes Archiatrorum cujus mentio in S. Chryſoſtomi Epiſt. ad Olympiadem Diaconiſſam.

Theophilus Protoſpatarius, cujus ſunt ſex libri *de Fabrica humani corporis*, quos Junius Paulus Craſſus Patavinus ex Græcis Latinos reddidit, & ego utraque lingua recuſos exhibui Vol. XII. hujus Bibl. p. 785. ſq. ubi & dixi p. 649. ſq. de aliis ejus ſcriptis, ut ſunt liber de excrementis & pulſibus, & Commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, & de cognitione urinæ.

Theophilum, quisquis is fuit, citat Galenus in libro de ſymptomatum differentiis. T. 3. p. 215. & Aetius Tetrabibli II. Serm. 3. c. 52. & Raſis libr. I. Continentis cap. tertio, non ſemel, & libr. quinto ejusdem operis, cap. I. ex libro de membris dolentibus. Eorum unus fuit contemporaneus Galeni, atque ab eo in precio habitus: refertque illius delirium exempli cauſa, in libro de Symptomatum differentiis, qvum morbo correptus ex cerebro laboraſſet.

Theophraſtus Ariſtotelis diſcipulus, de cujus vita & ſcriptis dictum à me lib. 3. c. 9. Vide & lib. 4. cap. 17. p. 588. Effigies ejus in veteri marmore apud Fulvium Urſinum p. 59. elog. atque inde in Laërtio Wetſteniano, in iconibus Bellorianis, & apud Jac. Gronovium T. 2. theſauri Antiquitat. Græcor. tabula XCII.

Theophraſtus Bombaſius, ſive Bombaſt ab Hohenheim, dictus *Paracelſus* Germanus, qui Germanice ſcripſit de chirurgia, & de gradibus & compoſitionibus receptorum & naturalium, aliaque multa, junctim edita Latine Francof. 1603. 4. Tomis duodecim & Genevæ 1658 Tomis tribus. Vide Lindenium & Merklinum in voce *Aureolus* Melchiorem Adamum in vitis Medicorum, Jo. Jac. Boiſſardum. T. 2. iconographiæ p. 290. Jo. Sambuci icones n. 62. Andream Jociſcum oratione de vita Jo. Oporini, B. J. Diecmanni præf. ad D. Jo. Arndii verum Chriſtianiſmum A. 1706. & Tom. 2. Teutſche Schriff-

Schrifften. p. 188. ſq. Bibliothec. Schraderianam Dreſdæ editam n. 1169. G. Paſchii inventa novantiqua c. 6. pag. 323. ſeqq. Gotfrid. Arnoldi Käßer-Hiſtorie. T. 2. p. 312. ſq. 618. 649. Tom. 4. pag. 139. &c. ſupplement p. 527. Obiit Salisburgi An. 1541. Sept. 24. ut conſtat ex epitaphio quod exhibet Carolus Patinus relat. hiſt. & curieuſes des voyages p. 236. & Lambecius II. p. 670. ubi etiam inſignia ære deſcripta.

T*heopolemus* Plinio ſæpe citatus libro vigeſimo, & ſequenti. Alii autem legunt Tlepolemus.

T*heopompus* Actio Quaternionis 4. Serm. 4. c. CXXII.

T*heoſebius* Actio Quaternion. 3. Serm. 1. c. 49.

T*heoſenus*, Cornelio Celſo lib. V. c. 18. lege T*heoxenus*.

T*heotropus*, Galeno Medicamentorum κτ γένη lib. V.

T*heranos* diſcipulus Sotionis, Galeno in Medicinis expertis, ſi is liber ejus ſit, vide Teranon.

T*heſeus* cujus nomine vocata herba alvum purgans de qua Theophraſtus VII. II. hiſtoriæ Plantar. & Plin. XXI. 17. XXII. 22. Alia de hoc Chironis diſcipulo Jo. Meurſius libro de Theſeo, qui exſtat Tom. X. theſauri Antiquitatum Græcar. Gronoviani.

T*heſius* Marcello Burdegalenſi citatus, atque etiam Octavio Horatiano, ſive hic fuit Theodorus Priſcianus lib. IV. de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium.

T*heſmichin*, Galeno in libello de viribus Centaureæ, cap. 1. al. T*hemiſtius*.

T*heſpianus* ſive T*heſpeſianus*, utrumque enim legimus, niſi diverſi ſint, apud Galenum in libris Medicamentorum κτ τόπȣς, vide num ſit Apollonius ille Theſpianus, de quo ſupra.

T*heſſalus* Cous Hippocratis filius, ad quem fertur ejus Epiſtola T. II. edit. Lindenianæ pag. 934. qua ei Geometriæ ſtudium & Arithmetices tanquam ad medicinam utile commendat. Theſſali πρεσβευτικὸς ad Athenienſes T. II. p. 937. Mentionem facit hujus Theſſali Galenus lib. II. de Dyſpnœa, c. VIII. & lib. III. cap. 1. & in Commentario lib. 1. Prorrhetici Hippocratis, & lib. VIII. Therapeuticæ, & alibi ſæpe. Is, ut tradit Galenus, T. III. p. 181. & 187. ſcripſit libros II. IV. & VII. Epidemion, qui dicuntur Hippocratis. Fuitque in familia Archelai Macedoniæ regis. Et de eo eſt epigramma Græcum incerti authoris lib. Florilegii III. p. 348.

Θέσσαλος Ἱπποκράτους, Κῷος γένος ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς.
Πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης,
Δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

Id eſt, Thoma Moro interprete,

Theſſalus Hippocratis, Cous genere, hac jacet urna
Phœbi immortalis ſemine progenitus.
Crebra trophæa tulit morborum, armis medicinæ,
Laus cui magna, nec id ſorte ſed arte fuit.

Hunc quoque Suidas tradit ſcripſiſſe ſex libros medicinales. De aliis illi tributis ſcriptis vide lib. IV. hujus Bibl. cap. XVII. p. 588.

Theſſalus alter medicus, qui venenum Alexandro Magno, quo ipſe interiit, propinaſſe à nonnullis creditur, ut tradit Juſtinus lib. XII. 13. & 14.

Theſſalus Trallianus, quem Galenus alioquin illius hoſtis perpetuus, dicit Methodicen ſectam abſolviſſe T. IV. p. 373. in lib. cui Introductio, ſive Medicus titulus eſt, ſi modo Galeni eſt ille liber, quod minime crediderim, ob id quod in eo libro Theſſali hujus honorifice meminerit, quisquis eum librum ediderit. Et certe plerique illum dicunt eſſe Herodoti medici, alii Plutarchi. Sectæ Methodicorum princeps (poſt Themiſonem) dicitur à Galeno etiam T. I. pag. 27. Alia Galeni loca quibus hunc Theſſalum reprehendit notavi lib. IV. hujus Bibl. cap. 17. p. 588. 589.

Theſſalum, aut illum, aut alterum citat Dioſcorides & Cœlius Aurelianus lib. II. Chronion c. XII. ex II. libro Diætetico, & lib. I. Oxeon. cap. I. ex libris Diæteticis.

Theudas Sarcophagus, aut ut alii vocant, Theodas, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη, VI. T. II. p. 402.

Thirron.

Theutras, Empiricus, ſupra, Teuthras.

Thograi, de quo Joannes Leo Africanus cap. XIII. ſupra p. 276.

Thomas Medicus & a ſecretis Juſtiniani Imp. propter perfidiam capite minutus. Chron. Paſchale p. 338. 340.

Thomas de Garbo Florentinus, circa An. C. 1340. Dini, de quo diximus, filius,

lius, cujus liber eſt Summa medicinæ, & Commentarii in Galenum. Vide Trithemium cap. 613. de viris illuſtribus.

Thomas Gybſon Anglus, qui ſcripſit herbarium & alia multa.

Thomas Tiſcus, cujus genituram deſcripſit Hieronymus Cardanus libro exemplorum genitalium.

Thomas Linacer Anglus, quem non verebor, inquit Tiraquellus, omnibus authorum medicinæ interpretibus anteponere.

Thomas Murchius Genuenſis.

Thomas Paynelus Anglus, qui regimen ſanitatis tranſtulit ex Latino ſermone in Anglum.

Ibnu Thophail de quo Joannes Leo Africanus cap. XVII. ſupra pag. 280. Præceptor Moſis Maimonidis. id. cap. XXVIII. p. 296.

Thraſeas Chirurgus, Scribonio Largo, cap. 208. vide Tharſeas.

Thraſias Θρασύας ὁ Μαντιεὺς (leg. Μαντινεὺς) Mantinenſis, memoratus Theophraſto qui illi ſuppar fuit, libro nono Hiſtoriæ plantarum c. XVII. una cum diſcipulo *ejus Alexia*, quo in loco de repertis per eos venenis, quæ ſine dolore & celeriter mortem inferrent. δεινότατος ὢν τὰ περὶ τὰς ῥίζας. id. cap. XVIII.

Thraſyander Aetio, p. 488. 500. edit. H. Stephani.

Thraſybulus, ad quem de optima ſecta & de Gymnaſtica ſcripſit Galenus T. I. p. 16. T. IV. p. 281.

Thraſyllus Plinio lib. XXXII. cap. V.

Thraſyaleus Thaſius, unus ex antiquis Phyſicis, Straboni XXVII. p. 585.

Thryphon, Plutarcho Problematon Convivialium decade III. cap. I.

Thucydides, de peſte Athenienſi citatur à Galeno in libris de Spirandi difficultate, multisque aliis in locis. Ac notum eſt Thucydidem illum celeberrimum antiquiſſimumque hiſtoricum peſtem illam inſignem Athenienſium deſcripſiſſe lib. II. belli Peloponneſiaci, ſicut fecit & veſtigiis ejus inſiſtens Lucretius in calce libri ſexti, ſive ultimi. Notat autem Galenus peſtilentiam illam enarraſſe non ut Medicum Medicis ſed ὡς ἰδιώτην ἰδιώταις. T. III. p. 180. 181. Confer ſi placet dicta lib. II. hujus Bibl. cap. XXV. § 4.

Tiaducus, Raſi lib. III. Continentis cap. II.

Tiberius Cæſar Galeno T. II. p. 388. ſupra in Nerone.

Timaus, qui & *Timaos*, & *Thymaus*, Raſi libro primo Continentis cap. I. & libro nono, capite tertio.

T*imæus* Locrenſis, Philoſophus è Pythagoræ ſchola, de cujus libro de natura dixi lib. II. hujus Bibl. cap. XIII. lib. III. cap. I. §. 31. & Volum. VIII. p. 523.

T*imæus* quisquis eſt, cujus compoſitionem deſcribit Cornelius Celſus libro quinto, cap. vigeſimo ſecundo.

T*imæus* alius, ut opinor, qui de medicina metallica ſcripſit, ut dicit Plinius in Indice lib. XXXIII.

T*imæus* ſimpliciter citatus Raſi lib. I. Continentis cap. III. & V.

T*imariſtus* qui carmen de herbis compoſuit, teſto Plinio lib. XXI. cap. XXXI.

T*imochares* perfidus Pyrrhi regis medicus, de quo ſupra in Nicia.

T*imocrates* citatus Galeno Pharmacorum localium lib. V. cap. V. VII. non ſemel, T. II. p. 228. 236. & Aetio Quaternion. II. Serm. IV. cap. XXXV.

T*imon* Phliaſius, Philoſophus Pyrrhonius idemque Medicus qui filium Xanthum artem Medicam docuit teſte Laërtio IX. 109.

T*imotheus* Mithridatis medicus, apud Appianum in libro qui Mithridaticus inſcribitur. f. 232.

T*itianus*, Octavio Horatiano, aut quod nonnulli credunt, Theodoro Priſciano, libro quarto.

T*imotheus* Hebræus Medicus quo uſus Juſtinus Junior Imperator teſte Nicephoro Urano in vita Simeonis Stylitæ junioris T. V. Act. Sanctor. Maji p. 378.

T*itus* Imperator, cujus malagma deſcribit Galenus X. 3. Pharmacorum κτ̀ τόπȣς T. II. p. 312.

T*itus* Aſclepiadis diſcipulus, apud Cœlium Aurelianum lib. Chronion I. c. VII. ad fin. & lib. III. c. V. & lib. Oxeon. II. c. XXIX. Hic eſt Titus Aufidius, Siculus cujus mentio apud Stephanum Byz. in Δυῤῥάχιον.

T*lepolemus*, vide ſupra Theopolemus.

T*onſor* Bithynius, ſive arte, ſive nomine, ὁ κȣρεὺς, ita citatus Galeno Pharmacorum localium lib. IX. c. 3. & Aetio Tetrab. 3. Serm. 2. c. XXII.

Joannes de T*ornamira* laudatur à Valeſco de Taranta in Philonio lib. I. c. 8. atque aliis in locis.

T*orquatus*, Alexandro Tralliano.

T*oxaris* Scytha, de quo multa Lucianus in libro cui eſt Toxaris titulus. Is ſtatua & honoribus divinis dignus habitus eſt, quod peſtilentia populum Athenienſem liberarat.

Tra-

Trachius Philoſophus in lib. XI. Alex. Tralliani ex Albani Torini verſione, nam in Græco, Heraclides.

Traſeas, Scribonio Largo, niſi ſit Thraſias, de quo ſupra, quod facile crediderim.

Treptus, Galeno librorum medicamentorum κτ̀ γένη.

Tribunus Palæſtinus Coſrois Perſarum regis medicus, cujus virtuti inſigne teſtimonium præbet Procopius lib. IV. belli Gothici c. X. & ex eo Suidas in Τϱιβȣ̂νος.

Trigon, Paulo Æginetæ libro tertio, capite quadrageſimo ſecundo, & Cœlio Aureliano lib. I. Chronion c. IV.

Triphon, vide infra, Tryphon.

Trophilus, apud Plutarchum in Salutaribus præceptis, & Stobæum Sermone centeſimo.

Trota, ſive *Trotula*, Salernitana ſub cujus nomine liber, *de remediis muliebribus* ſæpius prodiit, male à quibusdam viris doctis tributus Eroti, Juliæ liberto, cum longe recentiorem ætatem præ ſe ferat, ut notarunt Thom. Bartholinus qui Doctorem Salernitanum auctorem eſſe non dubitat diſſ. VI. de legendis libris p. 167. Jo. Rhodius p. 11. ad Scribonium & vir erud. Jo. Baptiſta Morgagnus Epiſtola de locis Sereni Sarmonici p. 69. ſq. Trotula ipſa laudatur in illo libello c. XX. quaſi magiſtra operis chirurgici peritiſſima.

Truſianus Florentinus, Taddei Florentini de quo ſupra diximus, diſcipulus, qui adeo τέχνην Galeni ſuis Commentariis illuſtravit, ut plusquam Commentator dici & appellari meruerit. Is autem cum ſe videret non ſatis fortunatum in ægris curandis, ordinem Carthuſienſium profeſſus eſt. Hic à nonnullis dictus eſt Druſianus.

Trypho, Galen. T. 2. p. 218. Gortyniates T. 2. p. 293.

Tryphon, Pater, Cornelio Celſo lib. VI. c. V. & iterum lib. VII. in prin. Scribonio Largo c. 175. Tryphon præceptor. Conf. Joannis Rhodii notas p. 262.

Tryphon, antiquus, ὁ ἀϱχαῖος, qui forte idem eſt, Galeno Pharmacorum localium lib. V. c. I. & c. VII.

Tryphon, Chirurgus apud Scribonium Largum c. 201. 240.

L. Tuccius Valla Medicus, dum mulſi potionem haurit defunctus, teſte Plinio VII. 53.

Tullius Baſſus, Cælio Aureliano lib. Oxeon 3. c. XVI. Et facile crederem illic *Julius Baſſus* eſſe ſcribendum, de quo ſupra diximus, niſi hic ſæpius Tullium citaſſet, ut ſtatim dicam.

Tullius

T*ullius*, Galeno in libro medicamentorum κτ̀ τόπȣς IX. c. IV. non ſemel, T. 2. p. 298. 299. & Sereno Sammonico c. IV. & Cælio Aureliano lib. Oxeon 3. c. XIII.

T*urpilianus* Galen. T. 2. p. 372.

Jordanus de T*urre*, quem citat Valeſcus de Taranta pluribus Philonii locis.

T*yleus Baſſus*, Dioſcoridi in præfatione, idem cum Tullio Baſſo.

T*ylius*, qui ut tradit Epiphanius Cyprius lib. adverſus hæreſes I. poſt prin. de herbis ſcripſit, idem cum ſuperiore. Nam eosdem omnes propemodum illic nominat, qui & Dioſcoridi in præfatione memorati ſunt.

T*ymauſus*.

T*yrannion* citatus Nicandri Scholiaſtæ.

T*yrannus*, ſive ille, ſive alius, Galeno in lib. IX. Medicamentorum ſecundum locos capite ſexto. T. 2. p. 303.

V.

Valens, vide *Vectius*, & *Alburnius Valens*. Galeno autem ſimpliciter citatur Valens libro Pharmacorum κτ̀ γένη ſeptimo, ad fin. & κτ̀ τόπȣς, lib. 7. c. 6. & lib. 9. c. 4. & 5.

Valens Phyſicus, Cælio Aureliano lib. Oxeon 3. c. I. ex libris Curationum.

T*erentius Valens* Galen. T. 2. p. 298.

Valens alius ab illis, Marcelli Burdegalenſis præceptor, ut ipſe Marcellus dicit, capite decimo ſexto.

Valentinus Polydamus, cujus libros habemus de pulſibus, de urinarum judiciis, & alios plerosque.

Valerianus. Vide ſupra in Avianio & in Plinio.

Valerius Anſelmus Ryd, Bernenſis, vir quidem diligentiſſimus, qui tamen pauca in medicina ſcripſit.

T. *Cl. Valerius Licinianus*, ſacerdos Æſculapii, in marmore Smyrnenſi inter Arundeliana n. 46. Τ. ΚΛ. ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. De dignitate ſacerdotum Æſculapii apud Smyrnæos, cujus plus ſimplici vice facit mentionem Ariſtides in ſacris Orationibus, Vide Richardum Mead de numis in honorem Medicorum cuſis p. 50. ſq.

Valerius Paulinus memoratus Galeno T. 2. p. 418. Plinio Valeriano, lib. 3. c. 14.

Valeria Verecunda Jatromæa hoc eſt obſtetrix & medica, in veteri lapide apud Reineſium p. 637.

Vale-

Valerius Piſaurenſis, medicæ artis profeſſor, & poëta celebratus Lilio Gyraldo lib. 1. de poetis ſui temporis.

Valeſcus Tarentinus, quem de Tarento vulgo appellant, Bernardi Foreſterii diſcipulus, medicinam Monspelii cum laude fecit ab A. C. 1382. deinde Regis Galliæ Caroli VI. Archiater. Hujus eſt Philonium, ſive opus eximium Practicæ Pharmaceuticæ libris 7. & chirurgicæ capitibus XXXI. quod poſt editiones Venetam A. 1521. Lugdun. Guidonis Deſiderii 1560. 8. Rovillianamque An. 1574. & alias, accuratius editum eſt à Johanne Hartmanno Beyero, Francof. 1599. 4. & noviſſime à D. Georgio Wolfgango Wedelio, τῷ μακαρίτῃ, ibidem 1680. 4.

INDEX
In Valeſci de Taranta Philonium, ad paginas edit. Francof. A. 1599. 4.

Abohaly princeps p. 616.
Ægidii verſus p. 536.
Agrippæ unguentum p. 476. 522.
Albertus p. 158. in ſua philoſophia p. 476.
Albucaſis p. 116. 454. 668.
Alexander p. 258.
Alexandri aurea p. 320.
Algafagius p. 517. 518.
Andronis paſtillus. pag. 164.
S. Antonii ignis. pag. 628.
Apollonii Collyrium p. 144.
Archigenes pag. 11. 572. ejus hiera pag. 97. 98. 523. 651. 652.
Ariſtoteles lib. de anima pag. 158. 170. 185. 187.
Metaphyſ. p. 181. de generatione animalium pag. 493.
Arnoldus p. 158. 180. 203. 245. 336. 339. 662. 675. Villanovanus pag. 140. 241. 464. 545. Ejus ſpeculum p. 624. de retardanda ſenectute p. 12. 655. libello de vinis pag. 541. in aphoriſmis p. 20. 429. 464. in ſuis parabolis pag. 460. 638. ad Regem Arragoniæ ſcribit p. 35. ad Papam Clementem p. 214.
Stephanus Arnaldus p. 455. 539. in defenſorio vitæ p. 568.
Arteſagerus p. 22.

Auctor de proprietatibus rerum p. 611.
Avenzoar p. 356. 340.
Averroës quinto colliget p. 596.
Avicennæ Fen quarti tractat. 1. p. 12. 13. 612. 670. & ſæpius. Quintus Canon pag. 144.
Biernenſes p. 245. 502. 596. 674.
Botallus p. 431.
Petrus de Brolio p. 258.
Vice Comitiſſa Caſtri boni. p. 511.
Mulierum Cataloniæ ſudatio p. 433.
Cauliacus. p. 419. vide Guido.
Manus Chriſti. p. 493.
Conſtantinus p. 63. 68. &c. ſeptimo theorices p. 647.
Conſtantini viaticum p. 4. 7. 607. &c. ſuper viaticum p. 240. 278. 499. in pantechno p. 592.
Franciſcus Cuniculus p. 236.
Damaſcenus p. 9. 64. 327. 331. 468.
Bernardus Foreſtius (leg. Foreſterius) p. 236. magiſter noſter in Monte peſſulo. p. 552.
Fulgentius p. 335. *Exercitium eſt humanæ vitæ conſervatio, caloris naturalis excitatio, naturæ dormientis ſtimulatio, ſuperfluorum conſumtio, membrorum conſolidatio, mors morborum, fuga vitiorum, medicina languorum, temporis lucrum, juventutis debitum, ſenectutis gaudium, ſalutis adjutorium, morborum omnium deſtructio & otii inimicum.*
Domina Comitiſſa Fuxi p. 207.
Galenus, ſæpius.
in magno antidotario p. 216. ad Cæſarem p. 454. 509.
in paſſionario p. 424.
de venæ ſect. contra Eraſiſtratum p. 431. lib. de rigore p. 511.
ad Glauconem p. 450. &c.
Gerardus Cremonenſis p. 17. 172. 546. &c. ſuper viaticum p. 1. 79. 270. 286. 390. 460.
Gordonius p. 4. 6. 11. 12. 27. &c. ſuperſtitioſum ejus conſilium pag. 76. in lilio p. 245. repugnans Meſuæ p. 249. ſequitur Petrum Hiſpanum p. 591.

Guido

Guido p. 6. 10. 116. Guido Cauliacus. p. 499. 551. 631. 635. 419. à Cauliaco p. 503. 648. Raſim ſecutus p. 551.
Guilbertus Anglicus p. 48. lege Guilelmus ut p. 660. 662.
Guilelmus Placentinus p. 676. ejus emplaſtrum p. 145. 637.
Guilelmus de Saliceto p. 6. 392. 499. 648. 652.
Haly p. 47. 48. 58. 81. 86. &c. lib. IV. regalis diſpoſitionis p. 508. 509.
Haly abbas p. 482. 483. 507.
Haly Rodoham. p. 572.
Henricus pag. 660.
Hermetis confectio p. 77. 546. hiera p. 215.
Hippocrates, ſæpius. In prognoſticis pulſum omiſit, dixit tantum de anhelitu. p. 256. facies Hippocratica p. 344.
Hiſpani Medici p. 570.
Magiſter Jacobus in ſuo tractatu de epidemia. p. 616.
Joannes Januenſis in proſodia p. 410.
Joannes de Tornamira p. 41. 145. 248. 321. 365. 368. 387. 439. 484. 523.
Jordanus de Turre. p. 96. 365.
Judæus à quo medicamenta accepit Meſuæus p. 3.
Judæi teſte Gordonio ut plurimum patiuntur hæmorrhoides, tum quia non utuntur temporali exercitio, tum quia vitam degunt triſtem, propter tributum, quod Chriſtianis ſolvere coguntur: & quia ultio putatur eſſa Divina, juxta Prophetam*) dicentem: *Percuſſit eos in poſteriora dorſi, & opprobrium ſempiternum dedit illis.* p. 396.
Julius. pag. 277.
Kirannidarum libri p. 1. 395. 437. 520. 550.
Kirannus p. 203. 385. 517. 526. 596.
Lanfrancus Medicus p. 502.
Vigilia S. Laurentii. p. 595.
Logadii hiera p. 522. 651. 652.
Signa ſancti Macharii. p. 112. 147.
Marciatum unguentum p. 26. 112. 162. 476.
Sigillum S. Mariæ. p. 502.
Ave Maria. p. 135.
Ignis Sancti Martialis. p. 628. (656.
Meſuæus p. 3. 233. 249. 260. 326. 327. 332. 392. 409. 416. 439. 497. 583. 655.
Rabbi Moſe. p. 390.
Nicolai Florentini liber de venenis p. 618.

*) Pſ. LXXIIX. 66.

Papias p. 11. 356. 672.
Divus Paulus (Apoſtolus) p. 66.
Petrus Hiſpanus p. 502. 527. 591.
Philo. p. 412. Philonium p. 352.
Pontius de S. Ægidio p. 603.
Portugalenſes p. 561.
Ptolemæus (Aſtronomus) p. 269.
Raſis paſſim citatur. Ejus ad Almanſorem p. 11. 21. 574. 640. 671. &c. nono p. 443. libro de ſecretis medicorum p. 216. in diviſionibus p. 507. antidotarium p. 551.
Roberti herba p. 641. 660.
Rufus p. 3. Rufi hiera p. 517. 656.
De Saliceto. p. 401. 392. vide Guilelmus.
Salomon pag. 245.
Saracenica tryphera. p. 576. 577.
Serapion p. 11. 57. &c.
breviarium p. 40.
Filius Serapionis p. 54.
Superſtitioſa epilepſiæ curatio p. 76.
Theodoricus p. 373. 403. 424. 517. 631.
Theodorus p. 169.
Valeſcus in chirurgico ſuo philonium pharmaceuticum citat p. 652.
Verſus, *linguam compeſcas dum præbes faucibus eſcas* p. 219.
Ad pulmonis opus cum melle coquatur hyſopus pag. 227.
Cogit amare jecur p. 490.
Tempore ſub veris, modice prandere juberis
At calor æſtatis dapibus nocet immoderatis,
Autumni fructus tibi dant ſuſpiria, luctus:
At plenum ſume ventrem ſub tempora brumæ. p. 337.
Salvia cum ruta faciunt tua pocula tuta. p. 470. alii verſus p. 591. 597. 622.

Hactenus Index in Valeſcum de Taranta.

Valgius, vide ſupra in Cajo Valgio.

L. Tuccius Valla, ſupra, in Tuccio.

Varro, quem in re medica laudat Plinius lib. xx. c. v. in fin. & c. xx. & lib. xxII. c. ult.

Ubeſce, quem ex ſuo Antidotario majori citat Raſis lib. I. Contin. c. I.

Vectius, aut ut alii ſcribunt, *Vettius Valens*, de quo Plinius xxIX. I.

Ver-

Vergilius Portus, Mutinenſis, apud Lilium Gyraldum lib. 1. de poetis ſui temporis.

Ugæus, Galeno Pharmac. ſecundum locos lib. 3. c. 1.

Ugo Bentius.

Ugo Senenſis, vide Hugo Senenſis.

Victor Trincavellus, qui multos Galeni libros tranſtulit.

Victoria, cujus meminit Octavius Horatianus præfatione lib. III. in quo Gynæcia.

Vidus Vidius, Florentinus, qui latinitate donavit librum Oribaſii ex Heliodoro de machinamentis. Ei hoc Epitaphium poſuit Franciſcus a) Panagirola:

Qui primæ eripuit multos, hac arte ſecunda
Se rapuit morti Vidius, hicque jacet.

Vincentius Beluacenſis, Dominicanus, qui inter multa ſua opera Speculum naturale, opus quidem magnæ molis circa A. C. 1250. b) edidit libris 33. quorum 13. 14. 15. ad rem medicam ſpectant.

Vindicianus, vir ſagax, Medicæ artis peritiſſimus idemque nobiliſſimus, qui Auguſtinum à genethliaca ſuperſtitione revocavit, ut ipſe refert IV. 5. & VII. 6. confeſſionum. Laudat eundem Epiſt. v. ad Marcellinum (novæ edit. CXXXIIX. n. 3.) *Magnus ille noſtrorum temporum Medicus, Vindicianus, conſultus à quodam, dolori ejus adhiberi juſſit, quod in tempore congruere videbatur: adhibitum ſanitas conſecuta eſt. Deinde poſt annos aliquot eadem rurſus corporis cauſſa commota, hoc idem ille putavit adhibendum, adhibitum vertit in pejus. Miratus recurrit ad Medicum, indicat factum: at ille ut erat acerrimus, ita reſpondit, ideo male acceptus es, quia ego non juſſi. - - - videlicet illi ætati jam non hoc ſe fuiſſe juſſurum.* Tribuitur huic Vindiciano carmen, quod Sereni Sammonici perorationem eſſe Rob. Conſtantinus rectius ſibi perſvaſit. Ut lector judicet, & carmen illud Vindiciano adſcriptum, & Epiſtolam ejus ad Imp. Valentinianum, cujus Comes archiatrorum fuit, ſubjiciemus.

a) Delic. poëtar. Gall. T. 2. pag. 177.

b) In editione Duacenſi pag. 1156. vitioſe legitur 1205. quod ex pag. 2475. facile eſt emendare.

CARMEN

CARMEN DE MEDICINA, ab aliis VINDICIANO adſcriptum, ab aliis MARCELLO Empirico.

Quod natum Phœbus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon
A genitore ſuo, qui quondam verſus in anguem,
Templa *Palatinæ ſubiit ſublimia Romæ:*
Quod Cous docuit ſenior, quodque Abdera ſuaſit,
Quod logos aut methodos, ſimplexque empirica pangit:
Hoc liber iſte tenet, diverſo è dogmate ſumptum.
Namque ſalutiferas diſponit pagina curas,
Iſtic repperies per nomina, perque medelas,
Deſcriptas ſpecies, & pondera menſurarum
Congrua, quæ ſapiens ſumes moderamine certo.
Ne fallare, vide, neu quæ ſunt parta ſaluti,
Vertat in exitium non ſolers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempore, proque labore,
Ætatisque habitu, ſumma ratione paratos.
Gramine ſeu malis ægro præſtare medelam,
Carmine ſeu potius: namque eſt res certa ſaluti
Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.
Quæ curis hominum phyſicorum inventa pararint,
Quæque ſuis natura bonis terraque marique
Edidit, illa ſuis altrix ſimul atque creatrix
Fœtibus omnigenis quos parturit. Ergo ſalubres
Suggerit impenſas ponto & tellure creatas,
Angue, fera, pecude, & fruge, alite, murice, piſce,
Lacte, mero, pomis, lymphis, ſale, melle, & olivo,
Succis, unguinibus, tædis, pice, ſulfure, cera,
Polline, farre, fabis, lino, ſcobe, vellere, cornu,
Baccis, & balanis, lignis, carbone, favilla;
Floribus & variis herbis, olere atque metallis,
Sandice, & creta, pſimmyto, pumice, gypſo,
Cadmia, chalciti, chalcantho, chalco, & aduſto,
Caſſitero molli, lepide Cypria atque atramento.
Prome etiam, ſeu tunde prius, ſeu contere gyro,
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria ſiccum,

Allia

Allia, ſerpyllumque herbas, thymbramque ſalubrem,
Braſſicaque & raphanos, ac longis intyba fibris,
Et mentam & ſinapi, coriandrum, prototomumque
Erucam, atque apium, malvam, betamque ſalubrem:
Rutamque & naſturcum, & amara abſinthia miſce.
Pulegiumque potens, nec non & lene cyminum.
Palmula nec deſint Idumes, nec pruna Damaſci.
Quæ quum multiplici contriveris orbe terendo,
In patinis excocta dabis, aut grandibus ollis,
Verum adoperta coques, ne fumida jura ſaporem
Corruptum reddant, quæ mox faſtidiat æger.
Adde & aromaticas ſpecies, quas mittit Eous,
Vel quæ Judaicis fragrant bene condita capſis,
Thus, coſtum, folium, myrram, ſtyracem, crocomagma,
Aſpalathum, gallam, elleborum, nigrumque bitumen,
Et nardum, & caſias, & amoma, & cinnama rara,
Balſama, peucedanum, ſpicam, crocum, atque bedellam,
Irim, caſtoreum, ſcillamque, opium, panaceam.
Reſinam, lepidum euphorbium, git, atque pyrethrum,
Zingiber & calidum, mordax piper, & laſer algens,
Agaricumque, aſarumque potens, aloen, aconitum,
Galbana, ſandaracham, ſampſucum, pſoricum, alumen,
Acaciam, propolimque, & adarchen, cnicon, acanthum,
Andrachnen, acoronque, opopanaca, pompholygemque.
Cyperum, ladanum, ſagapenumque & tragacanthum,
Scammoniam, cypen, malabathron, ammoniacum.
Denique repperies iſthic, quod lucis in ortu
Indus, Arabs, Seres, Perſis, divesque Sabæus,
Vicino ſub Sole legunt, quod præbet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virga:
Quodque ab Idumæis vectum ſeplaſia vendunt,
Et quicquid confert medicis lalagea cataplus.
Hæc quicunque leges, poteris diſcernere tecum,
Agnoſcenda magis ſive exercenda rearis,
Quisque tamen noſtrum hoc ſtudium dignabere, quæſo
Praſtes judicium purum, mentemque benignam.

Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore,
Et peragas placidam per multa decennia vitam.
Sic non incuſes validam placidamque ſenectam,
Nec tibi ſit medicis opus unquam, nec tibi caſus,
Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem:
Sed procul à curis & ſano corpore vivas,
Quotque hic ſunt verſus, tot agant tua tempora Janos.

Epiſtola Vindiciani, Comitis Archiatrorum ad Valentinianum Imperatorem.

Cum ſæpe, ſacratiſſime Imperator, humani generis fragilitas falſo de natura ſua queratur, aliquando tamen potuimus redditis cauſis, oſtenſisque remediis, vanas & innumeras querimonias refrenare. Nam ſicut rudis gubernator turbatum mare ſulcans, incertus periculorum, dubiusque ſalutis cuncta rimatur: ita & mortalium natura, quæ perpetua ſanitate optat frui, placida quæque deſiderat. Sed quia nec mare ſemper poteſt eſſe tranquillum, nec unus in diem venti ſpiritus durat, nec ſecurus nauta ratem poteſt ſcandere, quum æquor mole fluctuum tollitur: ſic neq; mortales poſſunt ſemper eſſe validi aut viventes, ſed pro ætatis & temporis varietate diverſis morborum aguntur incommodis. Quæ qvum ita ſint, Clementiſſime Imperator, magna laus eſt, veterum inſtituta ſcrutari: major vero gloria, inventa ſervare. Siquidem illi viam laboribus ſuis, virtutibus aperuerunt, nobisque iter intelligentiæ ſua ſapientia reliquerunt. Unde Qvum quidam febribus teneretur, & diu ventris duritia ſtrangulatus, die duodecimo jam morti proximus videretur, adhibitis ad curam multis & magnis medicis, ut remedium conſequeretur, hoc illis ſummum periclitanti præſidium viſum eſt, ut per inteſtinum clyſterio ei curatio pararetur. Qvum ille imminenti periculo æſtuaret, & veluti morti proximus, curationis etiam extrema depoſceret, ego pudoris & reverentiæ modum ſervans quem cunctis ſemper exhibui, proſpexi ad tempus, ne veluti turpis cura forti viro adplicaretur. Cum ergo vidiſſem febrem ejus, quam de colore collegi, & ſiccitate viſcerum fatigari eum penitus advertiſſem, illico infuſo ſale aquam frigidiſſimam obtuli ejus ardori, qui quum deſiderio recentis, quo cruciabatur, totum, quod ei oblatum fuerat, ebibiſſet, autores medicinæ magni, qui id ſpectabant, exclamaverunt, occidiſti hominem: Nec dum vox eorum ab ore manaverat, è veſtigio eum ſomnus occupavit,

ſudor

ſudor que perfudit, quibus ego præſentibus, clementiſſie Imperator, tantis ſudoris ejus abſterſionibus laboravi, ut (ſi dici fas ſit) Nilus ex ejus corpore videretur effluere. Verum cum æger expergefactus recreatum ſe extinctis febribus, & ab infirmitate leviorem eſſe ſenſiſſet, ventris etiam cœpit deſiderio vehementer urgeri: Allato itaque vaſculo, omne alvi onus, quo gravabatur expoſuit, ad tam dirum fœtorem, ut omnes, qui illic aderant, fugarentur: dicentibus egregiis Medicis, quod omnia ejus interna putruiſſent. Poſthæc à me æger ad balnea mittititur, ut lavacro ejus ſiccitas humigetur: qui perunctus unguentis remedialibus, cum poſt balneum veſtimenta accepiſſet, ſitire ſe dixit: ſtatim eum abſinthio, in quo libyſticum fuerat decoctum, progreſſum à balneo potavi, ne quid cauſationis in corpuſculo ejus maneret, quo veſica ſcybalis vel lapidibus per vicina loca meantibus premeretur. Præcepi etiam ei eſcam fieri de minutalibus porcinis, id eſt, podocyliis & ventriculo, in quem ventriculum acetum cyminatum, modico adjecto laſere, mitti mandavi: ut omnino excocta caro etiam oſſium duritiam emolliret, ut ſoluta eorum medulla cum jure ipſo abſorberetur. Non dubium eſt autem, optime Imperator, quod ex indigeſtione heſternarum crudiſſimarumque crapularum, vel ſuperfuſa diverſi nimietate vini repletis, & pæne tumentibus venis, potus in viſceribus amareſcunt, aufertur ſomnus, ſubſequitur calor, atque occultarum febrium peſtis, & quædam phreneſis pulſu cerebrum inquietat, venter dureſcit, qui jam dudum crudus repletus fuerat exuperantibus cibis, qui dum excoqvuntur, conſumptis quæ humida ſunt, inflammationes importuniſſimas faciunt, quæ adjecta calida aqua, amplius neceſſe eſt, excitentur. Inde ergo, venter dureſcit, inflatur pulmo, ſplen diſtenditur, pinnæ etiam jecoris porriguntur, quibus coanguſtatum & coarctatum fel exprimitur, quo infuſo tingitur corpus & fit luteum. Cum ergo pervenerit ad ea loca venarum, in quæ pocula hauſta deſcendunt, duo mala juncta, id eſt, res acris ac dulcis cito auferunt animam. Sicuti petrarum humidarum ſudor igni ſubjectus, cito abſorbetur ab igni: petra autem ipſa exuſta & concremata, ſpongia efficitur, unde calx vel gypſum conficitur: ita calore febrium excoquitur vitium cruditatis, ciborumque congeſtio; quibus conſumptis & exhauſtis, frigida ſine dubio ſuperfundenda eſt, ne penitus areſcant. Nam nimirum æſtimas, ô bone Imperator, calidam & frigidam mortalibus incluſam eſſe corporibus, cum ſingulæ res propriam habeant naturam, ignis ignem, aquam aqua deſiderat: ſed ad horum jungendam ſocietatem ſive temperantiam procurandam, ſyl-

varum materies lignumque depoſcitur, quod & nutrit ac ſuſcitat, & rapit ignem, & frigidam vertit in calidam: ſed non ita in nobis eſt coæquandum. Accipe igitur, ſereniſſime Imperator, quod conveniens in nobis putetur exemplum: Thermarum ſcilicet, ab ſe calidarum, mixtio temperata, ubi nec ignis videtur, nec lignum ſuggeritur, niſi vapor ſolus ſponte conficitur, & aer calidus ſine labore ſentitur. Nonne duo unum ſunt & diverſa atque contraria invicem proſunt, Divina providentia ſalubri permixtione ac temperie procurata? Nonne multam corporibus abluendis ſanitatem præſtant, competentemque medicinam præbentes, varios languores à corporibus mortalium pellunt? Hæc cum ita ſint, nihil aliud reor mortalibus præbendum, niſi id, quod cum infirmi eſſent, deſideraverunt & oblatum ſibi profuiſſe ſenſerunt. His ergo utamur, quibus ſumus bene experti, & quorum beneficio conſequuti ſumus optabilem ſanitatem. Nam ſimiliter quidam cum oculorum (lacrymantium) rheumate carere non poſſet, productus eſt in medium conventum multorum ſpectantium medicorum; qui cum inſpectus ab his fuiſſet, dixerunt ei, palpebras incidi debere, comburi etiam hemicranium & raſo capite venas ſecari, quod Græci *ἀρτηριοτομεῖν* dicunt, imponi etiam eſcharas: & cum jam omnibus locis debilitatum & cauterizatum caput haberet, nihilque ei tormenta, quæ deſiderio ſanitatis patienter tulerat, profuiſſent, deflebat omnibus infelicitatem ſuam. In ultimum hæc ab egregiismedicis inventa curatio eſt, ut qvum dexter oculus lacrymam funderet, vena ei dextri brachii laxaretur: quum ſiniſter, ſimiliter in ſiniſtro brachio fieret: quod cum pati cœpiſſet infirmus, flens & gemens illud *Catonis* ſæpe dicebat; *Corporis auxilium medico committe fideli.* Ego autem dico & *perito.* Reſtiti igitur iis, nec laxari venam permiſi, magnoque ſilentio facto, autores noſtros in medium protuli ac recitavi, dixique ad eos: ſi ex multifario tormentorum genere miſerandus iſte vel unam medelam fuiſſet adeptus, merito vos pateretur: ſed cum neque in unctione, neque inciſione, neque combuſtione inundationem lacrymarum reprimere potueritis, cur indocte venas ei laxari præcepiſtis? cum hic jam ſemianimis viſionem ipſam ferri perrhoreſcat. Unde reddite mihi, ſapientiſſimi viri, hodiernæ cauſas curationis, cur fuerit de ſuper oculus inciſus? cur raſum caput? cur meacula exuſta venarum? Meatus enim rigatio ſi venerit ad ea loca, in quibus habebat receptaculum collectionis ſuæ: quo impetu exinde deſcendebat deorſum, recurrens ſurſum ad fontem cerebri, ibique coanguſtatus cum fervere cœperit,

rit, verendum eſt, ne perforans cutem ac pertundens cratem capitis, generet in eo vitia diverſa, aut ne iterum per aliquam venarum erumpat ad aures, faciatque hominem ſurdum, totum oppilans auditum, aut vermes in auribus generet, vel in naribus polypos nutriat, aut oculis ægilopia excitet, aut dentibus ſit moleſtus, & faciat hominem oris fœtidi, atque corrupti: vel (quod maxime cavendum eſt) ne per uvæ diſtillantis aut exulceratæ vitium, ipſa muſice hominis corrupta langueſcat, pulmonique & ſtomacho plagam inferat, lumbosque renesque diſſolvat: & incipiat humor noxius per inguina & coxas & crura decurrens, facere contractiones talorum atque nervorum, paulatimque auferat greſſus, totoque organo tabeſcente videamini potius conſumpſiſſe hominem, quam curaſſe, quum vere violenta morte videatur de hac luce migrare. Nam ſi ceparum acritudo aliquoties nobis non manducantibus, noſtris tamen oculis moleſta eſt, aut ſinapi, ubi & mel mittitur, (miſcetur) leniri penitus non poteſt, ſed calore ejus commotum cerebrum ita deſudat, ut oculos & nares acer humor infeſtet: quid (putamus) illi patiuntur, quibus circa oculos cura rurſus aut igni adhibetur, aut ferro? Quare, Imperator, fidem noſtris autoribus adhibentes, non credamus quibuscunque medicinis, nec vulneri vulnus ſuperponendum putemus, ſed ita ægris remedium porrigendum eſſe credamus, ut neque gravibus tormentis, neque intolerabili medicinæ curatione crucientur. Plura ergo de obſervatione medicinæ pietati tuæ ac poſteris tuis digna memoria tradidi, quæ homines docti de expertis remediis prodiderunt: quæ tua Divina ſerenitas oro ſuſcipiat, & ad memoriam cæteris relinquat. Vale!

Virgilii, poetæ principis, Medica excerpit atque illuſtrat Thomas Bartholinus diſſ. de medicis Poëtis, & Tiraquellus lib. de Nobilitate pag. 289. ſeq.

Vitalis à Furno, cujus eſt liber de re medica.

Uldarici Pindari (Binder) ſpeculum intellectuale felicitatis humanæ ac ſanitatis 1510. fol. epiphaniæ Medicorum ſive de urinis & pulſibus & cauſis differentiisque febrium diſcernendis. 1506. 4.

Uranius Syrus, qui multa gratia & authoritate pollebat apud Choſroem Perſarum regem Agathiæ lib. II. Peregrinarum Hiſtoriarum.

Urbanus Indus Galeno in lib. II. Antidotorum, vide Indus.

Urbiaſius, Raſi lib. VI. Continentis cap. I.

Urſicinus, Ligur, qui Ravennæ medicinam exercuit & inter CHriſti martyres celebratur 19. Junii.

Urſo, qui de Urinis ſcripſit, ex quo lib. citatur ab Ægidio in libro ejusdem tituli & argumenti.

Wolfgangus Lazius Viennenſis, Medicus quidem profeſſione, cujus declamatio de ſtudii Medici dignitate ac præſtantia, ſed longe plura hiſtorici argumenti exſtant & ſcripta Antiquitates illuſtrantia.

X.

Xanitas, Galeno lib. IX. Medicamentorum localium cap. VI.

Xanthus Timonis Phliaſii ſceptici filius, à patre artem medicam edoctus. Supra in Timone.

Xarch, & *Xarcha* Indus, Serapioni Simplicium cap. XCV. & CVII. vide Zarcha.

Xenocrates non ille quidem philoſophus Platonis auditor (neque enim ex libris ab eo editis, & à Diogene Laërtio ſigillatim deſignatis conjici poteſt, eum quippiam in hac arte ſcripſiſſe) ſed alius junior, clarus Tiberii ætate ac ſæpe Plinio Secundo, alteri Plinio Valeriano, Galeno T. II. p. 269. 324. 390. 403. & alibi *) ſed & ab Alexandro Tralliano, & Aëtio citatus. Huncque Aphrodiſienſem fuiſſe dicit Galenus lib. VI. Simplicium Pharmacorum, in præfatione. Eumque citat ipſe Galenus lib. X. ejusdem operis, quo loco tractat de Sanguine veſpertilionum, ex libris περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, de percipienda ab animantibus utilitate, ubi eum dicit non multo ante memoriam ſuam fuiſſe. Ejus de alimento ex aquatilibus ſervavit Oribaſius, quod ſcriptum Græce & Latine Volum. IX. pag. 454. ſeq. poſt Geſnerum integrius edidi. Sed & de Theriacis ſcripſit, & ſimile quoddam Andromacho confecit antidotum, ut tradit Galenus in libro de Theriaca ad Piſonem. Vide Lambecium II. pag. 542. ſqq. Icon hujus Xenocratis in veteri Codice Dioſcoridis apud Lambecium, Neſſeliumque & T. III. theſauri Gronoviani litera *dd.*

Xenophilus citatus Oribaſio in libro ad Euſtathium, & Aetio Tetrab. III. Serm. 3. cap. 13. & 29.

Xenophon, Eraſiſtrateus de partium corporis humani nominibus, Galeno, ſi is eſt, in Introductione, ſive Medico, T. 4. p. 375. & Cœlio Aureliano lib. Chronion 2. c. 13.

*) Vide lib. IV. hujus Bibl. cap. 17. p. 589.

Xenophon Cous, memoratus Diogeni Laertio in Xenophonte philoſopho, lib. 2. ſect. 59. idem fortaſſe quem citat Galenus T. 3. p. 440.
Xenophon alius, ut opinor, Claudii Imperatoris medicus, apud Tacitum lib. XII. c. LXVII.
Xiraxeg, Rex medicorum Joanni Serapioni vocatus.
Xyſticus Aetio Serm. X. c. XXVI.

Y.

Yhaye, Serapioni Simplicium, c. LXIX.
Yheſu, Raſi lib. 2. Continentis c. 2. Vide ſupra, Jeſu.
Yhia Bimmaſim, & *Bimaſin*, Raſi continentis libr. VI. c. I. & libr. IIX. c. I.
Yhiagran Atticus, eidem Raſi ejusdem operis lib. V. c. I.
Yſaac Eben Amram, Serapioni Simplicium, c. IIX. & c. XLVI. & XLIX. Vide ſupra, Iſaac.
Yſaac filius Naſe, Raſi lib. 3. Continentis c. 3.
Yſaac ſimpliciter eidem citatus.

Z.

Zabri Raſi lib. VII. Continentis c. IV. & lib. IIX. c. I. niſi ſit Tabri, de quo ſupra.
Zacharias de Babylonia. Galen. de medicinis expertis p. III. edit. Junt.
Zacharias, Serapioni Antidotorum c. XXXI. & XXXIII.
Zachariæ filius Joannes Actuarius circa A. C. 1300. de illo Vol. XII. hujus Bibl. p. 635. ſq.
Zacharias Medicus Polignianenſis tonitru extinctus A. C. 1248. teſte Matthæo Spinelli de Juvenatio in Chron. quod edidit Papebrochius in propylæo ad Acta Stor. Maji p. *40. II.
Zaleucus Locrenſium legislator, qui inter alia conſtituit ut qui vinum meracum bibiſſet non juſſus à Medico, capite plecteretur, teſte Athenæo X. p. 429. & Æliano II. 37. Var. Hiſt. Zaleuci medicamentum deſcribi ab Alexandro Tralliano, notat Tiraquellus. Sed *Zalachthæ* *πέιαπτον* adverſus epilepſiam reperio apud Alexandrum libr. I. pag. 83.
Albertus de Zanckariis, in Aphoriſmos Hippocratis, circa A. C. 1326.

Zarcha Indus, ſive *Xarcha*, utrunque enim reperio apud Joannem Serapionem, vide Xarchi.

Zeid, à Meſue citatus in ægritudinibus gutturis.

Zenobius Ægeates, martyr ſub Diocletiano, de quo Metaphraſtes d. 30. Octobr.

Zenon Athenienſis, Galeno in medicinis expertis, ſi ejus eſt is liber. p. 112. F. edit. Junt: *iſte*, inquit, *fuit unus de magnis Medicis. Ego autem non vidi ipſum, quia non fui temporaneus ejus, ſed magiſter meus vidit ipſum.* Et paucis interjectis: *hoc medicamen dedit Sotion de ſcriptis Zenonis, qui compoſuerat id per verſus.*

Zenon alius, νοῆσαι μὲν ἱκανὸς, γράψαι δὲ ἄτονος, intelligentiæ acumine potius quam ſcriptura clarus, ut dicit Diogenes Laertius in Zenone Cittieo VII. 35. nemini Herophileorum ſecundus, ut tradit Galenus lib. IV. De differentiis pulſuum. Et in gloſſis, voce κάμμαρον. Et lib. 2. commentar. in tertium Hippocratis T. 5. p. 410. Ζήνων ὁ Ἡροφίλειος οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ ἐξηγούμενος τοὺς προγεγραμμένους χαρακτῆρας ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Erotian. in καμμάρῳ & ἄμβην. Huncque etiam citat Cornelius Celſus, & Alexander Aphrodiſeus in definitione febris, & Galenus lib. Simplicium medicamentorum I. c. XXIX.

Zenon Laodiceus, apud Galenum lib. 2. Antidotorum.

Zenon, quisquis eſt, ſimpliciter citatus Cornelio Celſo lib. V. in prin. Plinio lib. 22. cap. 22. & Galeno libro medicamentorum κατὰ γένη, VII. ad fin. & lib. IV. non ſemel, & Cœlio Aureliano librorum Chronion IV. c. VII.

Zenonem unum ex illis (Herophileum ut opinor) dicit Galenus in Commentariis lib. 3. Epidemiorum Hippocratis ſcripſiſſe de rebus notis medicorum.

Zeno Cyprius, Oribaſii præceptor, de quo Eunapius pag. 63. 173. Hic apud Alexandrinos artem medicam exercuit, & ab Juliano Imp. in Epiſtola ad eum ſcripta laudatur ut ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκων, καὶ ἤθους καὶ ἐπιεικείας καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχων, *qui non modo ad ſummum artis Medicæ gradum pervenerit, ſed ei adjunxerit parem morum moderationem ac vitæ temperantiam.*

Zerbus, vide ſupra Gabriel Zerbus.

Zetus Arabs, Porphyrio memoratus in vita Plotini Platonici.

Zeuſis, ſive rectius *Zeuxis*, Tarentinus, Galeno in Commentariis lib. VI. Epidemiorum Hippocratis, & Aphor. XLV. lib. 2. Hic eſt Herophileus ille celeberrimus, à quo magnam ſcholam medicorum Herophileorum, διδασκαλεῖον Ἡροφίλειον ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος floruiſſe prope Laodiceam in Syria teſtatur Strabo XII. p. 580. Omnia Hippocratis commentariis illuſtraverat, teſte Galeno T. v. p. 189. 662. δεύτερον τῶν ἐξηγητικῶν libri de locis in homine, laudat Erotianus in καμμάρῳ. De numis Smyrnæorum quibus ut Æſculapii ſacerdos vel Ἀσκληπιακὸς ἰατρὸς atque urbis Smyrnæ Medicus videtur celebrari, conſulendus vir doctiſſ. Richardus Mead p. 50. ſq.

Zeuxis Empiricus, eidem Galeno in libris ad Prorrheticum Hippocratis.

Zeuxis ſimpliciter, eidem Pharmacorum localium lib. v. c. 7.

Zoar, cujus libros Theiſir habemus, & libellum de cura calculi, vide Alguazir.

Ibnu Zohar, de quo Joannes Leo Africanus c. 16. ſupra p. 279.

Filius ejus *Ibnu Zohar*, notus ſub *Raſis* nomine. id. c. 18. ſupra p. 280.

Zoilius, ſive Zoilus Ophthalmicus, id eſt, ocularius Galeno in lib. 2. Antidotorum, & κατὰ τόπους, lib. 3. c. 1. & lib. IV. c. 7. ſæpe, & Aetio Tetrab. 2. Serm. 3. c. XI. & CXIII. non ſemel, & Alexandro Tralliano lib. 2. ubi ejus collyrium Nardinum deſcribit.

Zopyrus Alexandri F. Alexander Medicus, in veteri lapide apud Fulv. Urſinum p. 100. & Gruterum p. DCXXXV. 7.

Zopyrus Gordienſis (è Phrygia) Plutarcho citatur in Sympoſiacis & Scribonio. Largo c. 172. niſi legendum Gortynenſis, (è Creta) Vide Jo. Rhodii notas p. 259.

Zopyrus ſimpliciter, ſive ille, ſive alius Cornelio Celſo libro quinto, capite vigeſimo quinto & Scribonio Largo capite centeſimo ſexageſimo ſeptimo (al. nono) & centeſimo ſeptuageſimo primo (ſecundo) Galeno lib. 2. Antidotorum c. 8. & Paulo Æginetæ memoratus in compoſitione Antidoti Ambroſia nominati, quod Ptolemæo regi compoſuit. Sed & id Antidotum Zopirion nuncupatum memorat Cœlius Aurelianus libro Chronion ſecundo, capite decimo quarto, & Paulus Ægineta libro ſeptimo, capite undecimo, & Aetius Tetrab. III. Serm. III. cap. XXIIX. Herbam quoque Zopyron dictam, ut ab eo inventam ſuſpicari poſſis, memorat Plinius lib. XXIV. c. XV. & Dioſcorides lib. III. c. CIIX. Duos Zopyros ita diſtinguit Hermannus Conringius in Conringianis p. 24. "*Zopy-*

„*rus* non unus, videtur peritia artis noſtræ inclaruiſſe. Alter *Mithri-* „*datis* & *Ptolemæi* Regum æqualis, alter *Gordienſis*, *Scribonii* hoſpes. „Hujus unum illud laudatur de pelle *Hyenæ*, ad Hydrophobiam. Al- „terius patria nusquam exprimitur; ætas autem liquet ex eo, quod „*Celſo* teſte, antidotum ambroſiam *Ptolemæo* Regi (quo nomine in- „telligi profecto nequit ille *Antonii* ex *Cleopatra* filius, cum ad regiam „dignitatem nunquam pervenerit) confecerit, aliam *Zopyriam* di- „ctam, antidotum *Mithridati* transmiſerit; imo ex eo etiam, quod „ejus *Zopyriam Galenus* ex *Apollonii Muris* libris transſcripſerit: *Mus* „autem ille itidem vixerit ætate *Mithridatis* aut potius paulo poſt, „ævo *Julii Cæſaris*, ceu liquet etiam ex eo quod lib. XIV. *Heraclidem* „*Herophileum*, æqualem ſuum laudet, diſcipulum *Apollonii Muris* ſi „fortaſſis quæ lib. II. cap. LIII. de Antidotis leguntur, non vide- „antur ad *Apollonium* illum pertinere. Hoc obſervato, nulla vide- „tur ſupereſſe difficultas. Nec vero *Mithridates* alius videtur intel- „ligi à *Galeno*, quam famoſus ille & magnus *Ponti Rex*: nec *Ptole-* „*mæus* aliquis Rex audivit poſt *Cleopatræ* fratrem. *Zopyrus* tamen „ambroſiam ſuam, in gratiam *Ptolemæi* videtur confeciſſe.„

Zoroaſter cujus libros IV. *de natura* & librum *de lapidibus* pretioſis Suidas memorat. Hunc de lapidibus reſpicit etiam Marbodeus carmine de gemmis, Vincentius Bellovacenſis lib. VIII. cap. XLVI. ſpeculi naturalis, & ante hos Plinius Zoroaſtrem laudans XXXVII. 10. Cælius Calcagnirus lib. III. Epiſt. 16. *Exſtat apud me fragmentum Magiæ Zoroaſtris Græce ſcriptum*, *ſi titulo fidem haberi oportet*, *quo naturæ vis ac majeſtas plantis & animalibus inſita cognoſci poteſt*, *cujus rationem afferre facile non eſt.* Plura de Zoroaſtre & ſcriptis ei tributis dixi lib. I. hujus Bibl. cap. XXXVI.

Zoſimus, Galeno Pharmacorum ſecundum locos lib. IV. cap. VII. & Paulo Æginetæ lib. VII. cap. XIX.

De *Zoſimo* Panopolita, & antiquiore Thebano, utroque Chemico dixi Volum. XII. hujus Bibl. p. 778.

Zotion vide *Sotion.*

Zour qui Sapiens cognominatus eſt, idem fortaſſe qui Raſi vocatur Sapiens, filius Juboye.

CAP.

CAPUT X.

DE

Collectionibus omnis generis ſcriptorum Græcorum junctim excuſorum,

Subjuncto indice earundem Alphabetico.

I. Ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογικὴ JOANNIS PATUSÆ, Athenienſis. Græce Venet. 1710. 8. apud Nic. Sarum, quatuor Voluminibus.

Inſignis hicce & locuples Græcarum veterum lucubrationum delectus, uſibus juvenum Græcas litteras diſcere amantium, qui librorum copia non abundant, à Johanne Patuſa, Rectore Gymnaſii Græcorum Veneti a) quod Flanginianum appellant, factus dicatusque Nobili Viro Spiridoni Perulio. Diviſus in quatuor tomos

Volumine primo offert *Luciani* ſomnium, ſive narrationem ad vitam ejus ſpectantem. p. 1.

Ex Luciani dialogis mortuorum, ſelectos duodeviginti. p. 8.

Mmm Ejus-

a) Titulus integer eſt: ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογικὴ εἰς τέσσαρας τόμους διῃρημένη, πρὸς χρῆσιν τῶν φιλολόγων καὶ φιλομαθῶν τῆς ἑλληνικῆς γλώττης συναρμοσθεῖσα, προσφωνηθεῖσα δὲ τῷ ἐκλαμπροτάτῳ καὶ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι, φιλοσοφίας τε καὶ ἰατρικῆς διδασκάλῳ ἐξοχωτάτῳ κυρίῳ κυρίῳ ΣΠΥΡΙΔΩΝΙ τῷ ΠΕΡΟΥΛΙΩ εὐπατρίδι Ἀθηνῶν, παρὰ τοῦ ἐν ἱερεῦσιν αἰδεσιμωτάτου καὶ λογιωτάτου ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΑΤΟΥΣΑ, τοῦ ἐξ Ἀθηνῶν, φιλοσοφίας καὶ ἱερᾶς θεολογίας διδασκάλου, καὶ τοῦ ἐν ταῖς κλειναῖς Ἐνετίαις ΦΛΑΓΓΙΝΙΑΝΟΥ ἑλληνομουσείου Γυμνασιάρχου, ὑφ' οὗ καὶ συνελέχθη. Hujus Joannis, ſicut etiam Georgii Patuſæ, qui in eodem Gymnaſio Venetiis hodie docet, mentio in Demetrii Procopii notitia brevi eruditorum Græcorum, quam Volum. XI. hujus Bibl. edidi, §. 59. & 88. Ait autem in hoc delectu adjutum ſe Joannes Patuſes à Demetrio-Coleta Athenienſi. Μαθὼν τοὺς περὶ τὰ ἑλληνικὰ φιλομαθοῦντας ἐστερῆσθαι πάντων, ὀλίγου δεῖν, τῶν ἀναγκαίων βιβλίων, - - ταύτην τὴν φιλολογικὴν ἐγκυκλοπαιδείαν ἐρανισάμην. καὶ χορηγὸν εὑράμενος δαψιλῆ τὸν ἐντιμότατόν μοι συμπολίτην ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΚΟΛΕΤΗΝ, εἰς φῶς ἐκδοῦναι οὐκ ὤκνησα.

Luciani dialogum qui inſcribitur Charon, ſive contemplantes p. 37. & Timonem p. 52.

Xenophontis ἀπομνημονευμάτων ſive memorabilium Socratis librum quartum. p. 74.

Platonis Euthyphronem p. 106. Critonemque. p. 123.

Epiſtolas breves ſelectas Joannis Chryſoſtomi VI. p. 138. Iſidori Peluſiotæ LIII. p. 143. Baſilii Magni XI. & Libanii V. p. 162. Phalaridis XV. p. 171. Bruti Ducis Romanorum, reſponſoriasque Pergamenorum, Rhodiorum, Coorum, Patarenſium, Cauniorum, Lyciorum, Smyrnæorum, Mileſiorum & Bithynorum. XXIV. p. 176. Juliani Imp. IX. p. 182. Ariſtotelis & Philippi Regis V. p. 186. Diogenis Cynici, V. p. 188. Cratetis VII. p. 190. Alciphronis V. p. 192. Philoſtrati II. p. 194. Ariſtæneti VII. p. 195. Theophylacti Scholaſtici Simocatæ XLIII. p. 207. Æliani III. p. 229. & Æneæ Sophiſtæ V. p. 230. Procopii Sophiſtæ XXII. p. 233. Dionyſii Sophiſtæ Antiocheni XXII. p. 246. Gregorii Theologi XXXVI. p. 251. Syneſii XLIV. p. 278.

Plutarchi Apophthegmata Regum atque Ducum. p. 299.

Apophthegmata Philoſophorum collecta è *Diogene Laërtio.* p. 359.

Nicephori Baſilacæ fabulæ V. p. 382. narrationes VIII. p. 387. atque Ethopoeiæ VI. p. 395.

Severi Sophiſtæ Alexandrini Ethopoeiæ III. p. 407. De hoc Severo & de Baſilaca dictum à me Volum. IV. præſentis Bibliothecæ c. 30. p. 411.

Libanii Sophiſtæ ἔκφρασις πανηγύρεως ſive feſti deſcriptio. p. 409. Ejusdem Chria in dictum Theophraſti qui interrogatus, quid amor? otioſæ paſſionem animæ eſſe reſpondit. p. 411.

Gregorii Theologi carmina περὶ τῶν τοῦ βίου ὁδῶν. p. 415. In magnum Baſilium. p. 416. Γνωμικὰ δίστιχα. p. 418. Τετράστιχα. p. 423--430.

Volumine Secundo.

Johannis Chryſoſtomi ſermonem de precatione, qui incipit: ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει. p. 1. In Eutropium, incip. ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν εὔκαιρον. p. 8. In S. Paulum Apoſtolum. Incip. τί ποτέ ἐστιν ἄνθρωπος p. 16. Encomium in omnes ſanctos Martyres. Incip. ἐξ οὗ τὴν ἱερὰν πανήγυριν. p. 21. In parabolam de filio prodigo. Incip. ἀεὶ μὲν, ἀδελφοὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν. p. 30.

Baſilii

Baſilii Seleucienſis in Creationem cœli & terræ. Incip. ἅπας μὲν ὁ ἀνθρώπων βίος. p. 41. In Adamum. Incip. οἶδα χρεωστὴν ἐμαυτόν. p. 47. In Noë. Incip. ὅσος ἔνεστι θεῷ. p. 54. In Abrahamum. Incip. τῷ φιλοθέῳ καὶ πνευματικῷ. p. 60. In Joſephum, εἰς τὸν πάγκαλον ἰωσήφ. Incip. τοῖς μὲν τὰ μακρὰ πελάγη διαπερῶσιν. p. 66. In Moyſen. Incip. πολλὰ τὰ πρὸς ὕμνον κινοῦντα. p. 73.

Baſilii Magni in Barlaamum Martyrem. Incip. πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι. p. 80. In XL. Martyres. Incip. μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος. p. 84. Contra iraſcentes. Incip. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων. p. 94. In illud Luc. XII. 18. *deſtruam horrea mea & majora faciam.* Incip. διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. p. 105. In illud Luc. XVII. 3. *Attende tibi ipſi.* Incip. τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν δέδωκεν. p. 115.

Athanaſii magni, Archiepiſcopi Alex. in magnam Paraſceven. Incip. μέγα καὶ οὐρανὸς δημιούργημα. p. 129. In Sanctum Paſcha. Incip. εἰ ταῖς τῶν Ἀγγέλων ἐνῆν. p. 134. In novam Dominicam S. Thomæ & in recens illuminatos. Incip. χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. pag. 139. In aſſumtionem Domini noſtri JEſu Chriſti ſermo I. Incip. οὐκ οἶδα ποίᾳ χρήσομαι γλώττῃ. p. 145. ſecundus incip. ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη. p. 149.

Gregorii Nyſſeni ſermo funebris in Pulcheriam. Incip. οὐκ οἶδα ὅπως τῷ λόγῳ χρήσομαι. p. 156. In Placillam Auguſtam. Incip. ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος. p. 166. In magnum Meletium, Archiep. Antiochenum. Incip. ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμόν. p. 176. in SS. XL. Martyres. Incip. χθὲς οἱ μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς. p. 185. Adhortatorius ad pœnitentiam. Incip. ἀνὴρ φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν. p. 196.

Procli Archiepiſcopi CPol. Encomium in S. Protomartyrem Stephanum. Incip. ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος. p. 209. In ſancta Theophania. Incip. χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐπεφάνη. p. 215. In CHriſti paſſionem, ſancta & magna Paraſceve. Incip. φοβερὰ τῆς σημερινῆς παρατάξεως τὰ μυστήρια. p. 219. In ſanctum Paſcha. Incip. νικάτω καὶ λόγων εὐφορίαν. p. 222. Encomium in ſanctam Deiparam Mariam. Incip. παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον. p. 225.

Gregorii Theologi, Epiſcopi Nazianzeni ad eos qui ſermones ejus flagitabant & ad Julianum ἐξισωτὴν ſive tributorum peræquatorem. Incip. τίς ἡ τυραννὶς ἦν. p. 232. In Maccabæos. Incip. τί δὲ οἱ Μακκα-

καβαῖοι; p. 243. Sermo funebris in Cæſarium fratrem defunctum Parentibus adhuc ſuperſtitibus. Incip. *οἴεσθέ με ἴσως ὦ φίλοι καὶ ἀδελφοὶ καὶ πατέρες*. p. 254. In magnum Athanaſium Archi-Ep. Alexandrinum. Incip. *Ἀθανάσιον ἐπαινῶν ἀρετὴν ἐπαινέσομαι*. p. 272. In Theophania ſive Natalitia Salvatoris. Incip. *χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε*. p. 295.

Aſterii Epiſcopi Amaſeni ſermo contra avaritiam. Incip. *ἄνδρες χριστιανοὶ καὶ κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι*. p. 307.

Cyrilli Alex. contra Neſtorium ſermo dictus in Synodo Epheſina. Incip. *φαιδρὸν ὁρῶ τὸ σύστημα τῶν ἁγίων*. p. 322. De Salvatore noſtro DEO & Homine. Incip. *οἱ τοῖς ἱεροῖς προσέχοντες γράμμασι*. p. 326. De eodem argumento ſermo dictus Epheſi in templo, die S. Joannis Evangeliſtæ. Incip. *τῆς μὲν τῶν ἁγίων εὐκλείας τε καὶ δόξης*. p. 329.

Germani Archiepiſcopi CPol. Encomium S. Deiparæ, dictum die ejus Dormitionis. Incip. *παυσάσθωσαν τῶν αἱρετικῶν οἱ ἀμαθεῖς*. p. 332.

Anaſtaſii Archiepiſcopi Antiocheni in annunciationem S. Deiparæ. Incip. *τί πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ μέγας βούλεται Γαβριὴλ ἡμῖν*; p. 338.

Andreæ Hieroſolymitani, Archiepiſcopi Cretenſis in Natalitium S. Virginis Mariæ. Incip. *ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν ἡ παροῦσα πανήγυρις*. p. 341.

Joannis Damaſceni Encomium S. Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ in ſanctam ejus translationem. Incip. *μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων γίνεται*. p. 351.

Theodoti Ancyrani Epiſcopi ſermo dictus Epheſi contra Neſtorium, die S. Johannis Evangeliſtæ. Incip. *ὅπερ ἐστὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἰατρός* p. 366. Ejusdem ſermo in Nativitatem Salvatoris, in Synodo Epheſina lectus à Cyrillo Alex. Archiepiſcopo. Incip. *λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις*. p. 369.

Simeonis Logothetæ ac Metaphraſtæ ſermo in lamentationem Deiparæ. Incip. *τοῦτο ἐκεῖνο, γλυκύτατε Ἰησοῦ*. p. 381.

Acacii Epiſcopi Melitenes ſermo de incarnatione CHriſti, dictus in Synodo Epheſina. Incip. *ὁρῶντί μοι ἀγαπητὸν τὸ φαιδρὸν τοῦτο*. p. 388.

Theodoreti, Epiſcopi Cyri de Providentia libri duo primores. p. 392-413.

Volu-

Volumine Tertio.

Baſilii Magni, Archiepiſc. Cæſarienſis ad juvenes adhortatio, de Gentilium libris cum fructu legendis. p. 1.

Iſocratis paræneſis ad Demonicum. p. 18. ad Nicoclem, de regno p. 28. Evagoræ Encomium. p. 39. Oratio Platæenſis. p. 56.

Luciani Samoſatenſis encomium Patriæ p. 69. Tyrannicida. p. 73. Abdicatus. p. 83. Non temere credendum eſſe calumniæ. p. 100.

Lyſiæ defenſio pro Eratoſthene de cæde. p. 112. Contra Eratoſthenen unum ex XXX. tyrannis, qui Polemarchum Lyſiæ fratrem interfecerat. p. 121. Sermo funebris de laudibus Athenienſium qui Corinthiis opem tulerunt. p. 139.

Demoſthenis Orationes tres Olynthiacæ, præmiſſis *Libanii* argumentis. p. 157.
Philippica Demoſthenis prima, & tertia cum argumentis ejusdem Libanii. p. 181.

Plutarchi liber de puerorum inſtitutione. p. 210. de auditione. p. 232. de curioſitate. p. 251.

Libanii Declamationes quatuor, prima & ſecunda ſub Menelai & Ulyſſis nomine pro Helena repetenda legati ad Trojanos. p. 265. 273. tertia pro filio abdicato. p. 297. quarta mariti difficilis ſe ipſum accuſantis. p. 308.

Syneſii de regno, ad Arcadium Imp. p. 321.

Themiſtii Philoſophi, cognomento *Euphradæ*, de amicitia. p. 354.

Dionis Chryſoſtomi Diogenes ſive de virtute. p. 372.

Maximi Tyrii, Platonici Philophi, quid DEUS ſecundum Platonem. p. 380

Ælii Ariſtidis laudatio funebris, Cyzici dicta in Eteoneum nobilem Cyzicenum diſcipulum ſuum. p. 389. Lamentatio in Smyrnam terræ motu concuſſam. p. 393.

Gorgiæ Leontini encomium Helenæ. p. 396.

Corcyrenſium Oratio auxilia petentium ab Athenienſibus adverſus Corinthios. Ex *Thucydidis* lib. 1. c. 32. ſq. p. 401. Corinthiorum ex eodem Thucydide lib. 1. c. 37. ſq. p. 404.

Cyri majoris Oratio, Imperium condentis Babylonicum. p. 408. ex *Xenophontis* Cyropædia lib. VII. p. 156. Oratio ejusdem Cyri jam morituri. p. 411--416. ex eodem Xenophonte lib. VIII. p. 184.

Volumine quarto & ultimo.

Euripidis Hecuba p. 3. & Medea. p. 49.
Sophoclis Ajax lorarius. p. 101.
Æſchyli Prometheus vinctus. p. 154.
Ariſtophanis Comici Plutus. p. 194. præmiſſo huic Comœdiæ uti ſuperioribus Tragœdiis ſingulis Græco argumento.
Heſiodi ἔργα ſive Operum ac dierum liber prior. p. 240.
Theognidis Megarenſis Siculi ſententiæ. p. 253.
Phocylidis carmen adhortatorium. p. 268. *Ταῦτα δίκης ὁσίῃσι θεοῦ βουλεύματα φαίνει Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος ὄλβια δῶρα.*
Pythagoræ aurea carmina. p. 276.
Sententiæ *Solonis* Legislatoris. p. 279.
Homeri Batrachomyomachia. p. 282.
Epigrammata ſelecta ex *Anthologiæ* libro primo p. 293. ſecundo p. 335. tertio p. 363. quarto p. 382. & tribus poſtremis libris p. 399.
Theocriti Syracuſii idyllion Thyrſis p. 406. Et in mortuum Adonin Anacreontica. p. 412.
Pindari Olympionicarum Carmen I. in Hieronem Syracuſium. p. 413--416.

II. V. C. MICHAELIS MAITTAIRE *Miſcellanea Græcorum aliquot ſcriptorum carmina*, cum verſione Latina & notis. Londin. forma quarta majore, typis nitidis, A. 1722.

In hoc faſciculo occurrent tibi 1. *Mercurio Triſmegiſto* ſive *Orpheo* tributa prognoſtica de terræ motibus, (*) cum metaphraſi heroica Joannis Antonii Baifii ex edit. Pariſ. apud Morell. 1586. 4.

2. *Zoroaſtris* ſive Magorum qui à Zoroaſtre prodierunt oracula heroica cum metaphraſi Fed. Morelli, ex edit. Pariſ. 1597. 4. De aliis plenioribus oraculorum Zorraſtreorum editionibus dixi lib. 1. hujus Bibliothecæ c. 36. §. 8. Nonnulla etiam in Opſopœi & Patricii

(*) Acta Erud. 1723. p. 399. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc. T. XVIII. p. 220. Fallitur C. C. F. qui hoc Catalecton velut antea ineditum putavit primum ſe proferre ex Bibl. Laurentiana Medicea, edi ditque parum emendate A. 1691. & dicavit celeberrimo Magliabechio. Vide Diarium Lipſienſe, cui titulus: Neuer Bücher-Saal der gelehrten Welt / LVIII. Oeſnung p. 742. De aliis editionibus dictum à me lib. 1. hujus Bibliothecæ c. 9. §. 7. & c. 18. §. 6.

tricii collectionibus non obvia, ex Jo. Laurentio Philadelphienſi Lydo protulit Vir eruditiſſ. Joannes Boivinus, notis ad Nicephorum Gegoram p. 786.

3. *Ariphronis* Sicyonii pæan ſive σκολιὸν in Sanitatem, cum anapæſtica metaphraſi Fed. Morelli (**) ex edit. Pariſ. 1615. 8. Idem ex Athenæo in extremo libri XV. Græce exhibent Dan. Heinſius notis ad Maximam Tyrium p. 145. & Jo. Caſelius ad calcem Demetrii Phalerei. Latina Metaphraſi Jambica donavit Cælius Calcagninus quæ T. I. delic. Poëtarum Italorum p. 546. & in Calcagnini operibus p. 425. legitur. Martini Opitii metaphraſis Germanica occurrit lib. 1. ejus Odarum, oda decima. Laudat hunc pæanem Max. Tyrius diſſ. 41. & Lucianus de lapſu inter ſalutandum T. 1. p. 499.

4. *Procli* Philoſophi hymni quatuor cum Hug. Grotii & Godfridi Olearii τοῦ μακαρίτου metaphraſi (quales dederam Volum. VIII. hujus Bibl. p. 508.) addita ad hymnum in ſolem, alterumque in Muſas etiam interpretatione Fed. Morelli ex edit. Pariſ. 1616. 8.

5. *Ariſtotelis* pæan in Virtutem, Hermiæ dicatus cum metaphraſi Hugonis Grotii, ex florilegio ejusdem Stobæano p. 6. Exſtat & apud Athenæum XV. p. 696. & Diogenem Laërtium lib. V. ſect. 7. & in Andreæ Schotti vita Ariſtotelis p. 137. & in Lyricis Henr. Stephani p. 398. & Scaligeri Patris poëtica p. 108. qui ex hoc jubet perpendere *quantus vir Ariſtoteles fuerit in Poëſi, neque ipſo Pindaro minor.*

6. *Homeri* hymnus ſive (ut Thucydides libr. III. p. 243. vocat) προοίμιον in Apollinem cum verſione Federici Morelli. Hunc ſolum inter hymnos qui ſub Homeri feruntur nomine, Poëtæ genuinum fœtum eſſe contendit V. C. Stephanus Berglerus præf. ad Homerum editionis Wetſtenianæ: qui tamen obſervat Virgilium quoque aliquot reliquorum hymnorum loca eſſe imitatum. Confer ſi placet quæ de hymnis Homericis notavi lib. 2. cap. 2. §. 4.

7. Inſcriptio Triopii fundi ab *Herode* Attico Sophiſta conſecrati, cum inter-

(**) Orphei hymnos duos in Hygieam & Æſculapium, quos Ariphronis pæani Morellus junxerat, quemadmodum & Virgilii Pollionem eclogam, Græca metaphraſi à Daniele Holſworthο donatam Maittairius exhibet in notis. In iisdem p. 180. ſeq. illuſtrat veterem inſcriptionem Sigeam de qua infra. Paſſim quoque notat vocabula Græca rariora in vulgatis Lexicis haud obvia.

interpretatione Federici Morelli & Claudii Salmaſii. Nec non Dedicatio ſtatuæ Regillæ cum ejusdem Salmaſii expoſitione. De utraque dictum à me lib. 3. c. 17. §. ult.

8. *Theodori Prodromi* amicitia exulans, drama jambicum cum interpretatione Conradi Geſneri, ex editione Anni 1549. De aliis dixi Volum. VI. p. 816.

9. *Plochiri Michaëlis* poëmatium dramaticum breve, Muſarum & Fortunæ querimoniam continens. Cum Jambica Fed. Morelli metaphraſi, ex edit. Pariſ. 1593. 8.

III. JO. JACOBI SCHUDT τ̃ μανα€ίτȣ *faſciculus Græcus.* Francof. 1702. 8.

In hoc faſciculo Græce ac Latine tironum ſe uſibns offerunt *Iſocratis* Orationes III. ad Demonicum, ad Nicoclem & Nicocles. *Plutarchi* libellus de puerorum educatione cum phraſibus ac ſententiis, opera Joannis Gerlachi Wilhelmi, Rectoris Gymnaſii Heidelbergenſis. *Pythagoræ* & *Phocylidis* carmina: *Iſocratis* Epiſtola I. ad Philippum Regem Macedoniæ. *Lyſiæ* Orationes II. pro cæde Eratoſthenis, & contra Eratoſthemen. *Luciani* Timon, dialogus.

IV. JOANNIS VORSTII *veterum Poëtarum Græcorum poëmata, aut poëmatum apoſpasmatia ſelecta*, eo conſilio hunc in modum congeſta, ut Juventus jam in ſcholis non unum ſed pleroſque omnes veteres poëtas Græcos, quorum quidem ſcripta ſuperſunt, cognoſcere poſſit, atque ita mature ad legenda eorum cetera alliciatur. Berolin. 1674. 8. & Francofurti ad Viadrum 1692. 8.

Quæ in hoc libro ſeligere operæ pretium duxit & cum latina verſione exhibet doctiſſimus Vorſtius, hæc ſunt:

Homeri Iliadis liber ſextus.
Heſiodi Opera & dies.
Theognidis Megarenſis ſententiæ.
Pythagoræ & *Phocylidis* ſententiæ.
Pindari Olympionicarum Oda prima. Pythiorum ſeptima. Nemeorum ſecunda, Iſthmiorum tertia.
Hecuba *Euripidis*.
Sophoclis Ajacis lorarii pars.
Pars Promethei vincti *Æſchyli*.

Pars

Pars Pluti *Ariſtophanis.*

Theocriti idyllium quartum, nonum, decimum ſextum & decimum ſeptimum, quo laudatio Ptolemæi Regis continetur.

Moſchi Idyllium quartum, & quintum *Bionis.*

Arati Phænomenon verſus LXII.

Apollonii Rhodii Argonauticorum particula.

Callimachi hymnus in Jovem.

Dionyſii orbis deſcriptionis particula.

Particula *Oppiani* Cynegeticorum, ſive de venatione.

Selecta epigrammata XXXVIII. ex *Anthologia* Maximi Planudæ.

Similem etiam poematum atque apoſpasmatiorum Latinorum poëtarum delectum notis quoque illuſtratum bono atque uſibus adoleſcentum conſecravit doctiſſimus Vorſtius Lipſ. 1675. 8. in quo pars lib. I. *Lucretii.* Eclogæ *Virgilii* I. IV. V. IX. & pars lib. I. Georgicon, atque Æneidos liber I. & II. Ex *Horatii* lib. I. Od. 1. 2. 3. 4. 7. 14. 24. 28. 31. 34. 37. lib. II. Od. 1. 2. 3. 10. 14. lib. III. Od. 1. 2. 3. 16. 24. lib. IV. Od. 3. 4. 5. 7. 7. 8. 15. Epodon 1. 2. 7. 9. Carmenque ſæculare. Satirarum lib. I. ſat. I. Epiſtolarum lib. I. Epiſt. I. *Ovidii* heroidum lib. I. Epiſt. I. Metamorphoſeon lib. I. fabulæ primores ſeptem. Faſtorum libri primi particula, & lib. I. Triſtium elegiæ primæ octo. Librique III. totidem, cum decima libri IV. 1. 2. 5. & libri V. quinta. Et de Ponto lib. I. elegia 2. 6. (al. 8.) & II. 3. III. 2. IV. 2. 4. *Catulli* carmen 1. 4. 9. 12. 14. 22. 27. 32. 40. 45. 47. 50. 51. 53. 74. 78. 85. 94. 102. 103. *Tibulli* lib. I. eleg. 1. 7. 10. lib. II. 2. 5. III. 1. 3. 5. IV. 1. carmen Heroicum in Meſſalam. *Propertii* I. eleg. 21. 22. III. 5. 7. 16. IV. 6. 11. *Phædri* lib. I. fabul. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & lib. V. fab. 5. 7. 10. *Manilii* aſtronomicon libri I. particula. Particula Cynegeticon *Gratii,* Faliſci. *Perſii* Satira III. *Lucani* particula libri I. *Statii* Silvarum lib. I. carmen 1. lib. II. 4. V. 4. *Juvenalis* ſatira 8. *Martialis* epigrammatum I. 4. 9. 15. 16. 22. 23. 26. 40. 44. 56. 61. 62. 71. 102. 108. III. 6. 38. 50. 66. IV. 1. 8. 18. 27. 32. 40. VI. 3. 10. 11. 38. VIII. 11. 15. 21. 56. X. 70. 71. 96. XI. 5. 6. XII. 6. *Silii* de bello Punico ſecundo libri I. particula. Particula libri primi Argonauticon *Valerii Flacci.* *Claudiani* in tertium Honorii Aug. Conſulatum Panegyricus. Ejusdem tria epigrammata. *Auſonii* epigramma 8. 12. 52. 111. *Idyllium* 2.

3.4.16.20. *Prudentii* hymnus matutinus, hymnus omnis horæ & in martyrium Cypriani Carthag. Epiſcopi.

V. HIERONYMI FREYERI, Pædagogii Regii Glauchani Inſpectoris *Faſciculus Poëmatum Græcorum* ex antiquis ac recentioribus Poëtis collectus, & ad innoxium Scholaſticæ Juventutis uſum accommodatus. Halæ Magdeburgicæ 1715. 8. cum Latina verſione & brevi ad calcem libri de poëtis Græcis, quorum carmina referuntur, notitia:

Exſtant in hoc faſciculo:

1. *Adonica* quædam mei quondam Doctoris Jo. Gothofredi Cyrilli, ſive Herrichen, cujus poëmata Græca & Latina junctim excudi deinde curavi Lipſiæ 1717. 8.
2. Metaphraſes *heroicæ* Pſalmi primi Davidis, 1) ab *Apollinari*, 2) Olympia Fulvia Morata, 3) Henrico Stephano, 4) Æmilio Porto, 5) Jacobo Duporto. Pſalmus Octavus ex ejusdem Apollinaris metaphraſi.
3. *Pythagoræ* aurea carmina.
4. *Moſchi* Idyllium quartum, *Theocriti* vigeſimum primum.
5. *Homeri* Iliadis liber ſeptimus.
6. In genere *elegiaco*, Epigrammata quædam *Callimachi* & *Theocriti*: *Philippi* Theſſalonicenſis in Imp. Auguſtum: *Gregorii Naz.* epigrammata III. ſacra. Ex Joannis Poſſelii regulis vitæ quædam.
7. Metaphraſis elegiaca Orationis Manaſſeæ, auctore, laudato Cyrillo ſive Herrichen, quam pridem juris publici feci in editione Græco latina librorum Tobiæ, Judith & Eccleſiaſtici, Lipſ. 1691. 8.
8. Ejusdem Herrichii hexaſticha quædam ſacra.
9. *Anapæſticæ* metaphraſes duæ Pſalmi centeſimi. Prudentii hymnus X. Cathemerinon, anapæſtis Græcis expreſſus à Georgio Leuſchnero.
10. *Jambicæ* metaphraſes hymnorum quorundam ſacrorum Eccleſiæ noſtræ Lutheranæ, à Joanne Mylio, & jam dicto Leuſchnero.
11. *Simonidis* Jambi in vitam humanam, *Timoclis* jambi παρηγορικοὶ ſive conſolatorii ex Stobæi ſermone XCVI. & CXXIII. *Gregorii Nazianzeni* ſententiæ quædam ſpiritales.
12. *Anacreontis* carmen in cicadam & aliud in ſe ipſum.
13. Henrici Stephani metaphraſis Pſalmi XLVII. verſibus Anacreonticis. Samuelis Cnauthii carmen in Martinum Euringium.
14. *Theocriti* carmen *Scazonticum* in Hipponactem.

15. Ge-

15. Genere *Trochaico* hymnus à Georgio Leuſchnero μεταφρασθεὶς in Nativitatem CHriſti.
16. Ariſtophanis nubium actus III. ſcenæ 4. chorus.
17. Jo. Godofredi Cyrilli ſive Herrichen tetraſticha quædam ſacra trochaica.
18. Genere *Phalæcio*, epigramma *(a) Theocriti* in Piſandrum qui Ἡράκλειαν ſive poëma de Hercule ſeripſerat. *(b) Alphei* Mytilenæi, & *(c)* Martini Cruſii.
19. Genere *Sapphico*, oda *Erinnæ* Lesbiæ in fortitudinem. Henrici Stephani metaphraſes Sapphicæ Pſalmi XV. & CI.
20. *Glyconio* genere, Oda Jo. Henrici Schultzii de malitia humana. Precatio ante cibum ex Pſalmo CXLV.
21. Genere *Choriambico Alclepiadeo*, carmen Martini Cruſii, aliud de contemnenda invidia, auctore laudato Schultzio. Aliud Georgii Frid. Thryllitſchii ex Proverbior. I. 10. 11.
22. Genere *Choriambico Alcaico*, Idyllium *Theocriti* XXVIII. ſive colus.
23. Genere *Alcaico*, Nicolai Reuſneri ad Joach. Camerarium. Laudati Thryllitſchii metaphraſis metri octavi in libro tertio Boëthii de Conſolatione Philoſophiæ. Q. Septimi Florentis Chriſtiani metaphraſis Pſalmi XI. Anonymi gratiarum actio poſt cibum.
24. *Archilochio* genere metaphraſis Pſalmi octavi. Georg. Frid. Thryllitſchii meditatio in Matth. XX. 16.
25. *Theocriti* epigramma in Archilochum.
26. *Pindari* Olympionicon Oda 2. Nemeonicon Oda 2.
27. Ex *Heſiodi* ἔργοις verſus primores CCLXIX.
28. Ex *Theognidis* ſententiis ſelectæ quædam. Et ex *Phocylidis*, verſus primores CLII.
29. Ex *Arato* verſus primores LXXVI. Ex *Apollonii* Rhodii libro IV. verſus primi LII. Ex *Dionyſii* periegeſi verſus primores CII.
30. Ex *Oppiani* Cynegeticon libro I. ſegmentum verſuum LXIII.
31. Ex *Nonni* paraphraſi in Evangelium Joannis, tria apoſpaſmatia.

Ejusdem Freyheri ſimilis faſciculus poëmatum Latinorum lucem viderat Halæ Saxonum A. 1713. 8. in quo non tantum ſelecta quædam Plauti, Terentii, Lucretii, Catulli, Virgilii, Horatii, Tibulli, Publii Syri, Propertii, Ovidii, Manilii, Phædri, Senecæ, Perſii, Lucani, Juvenalis, Silii Italici, Martialis, Statii, Catonis: Chriſtianorumque Auſonii, Prudentii, Claudiani, Sedulii, Boëthii & Columbani:

bani: ſed recentium quoque Eobani Heſſi, Andreæ Alciati, Joannis Mylii, Viti Amerbachii, Jacobi Micylli, Julii Cæſ. Scaligeri, Philippi Melanchthonis, Georgii Sabini, Petri Lotichii, Georgii Fabricii, Joach. Camerarii, Jobi Magdeburgi, Petri Suederi, Adami Siberi, Nicod. Friſchlini, Eliſabethæ Joannæ Weſtoniæ, Frid. Taubmanni, Jo. Oweni, Conradi Bachmanni, Hermanni Hugonis, Caſp. Barlæi, Sidronii Hoſchii, Jacobi Wallii, Danielis Heinſii, Auguſti Buchneri, Jacobi Baldei, Annæ Mariæ Schurmanniæ, Jo. Ludovici Praſchii & Dan. Georgii Morhofii, cum feſtiva ſententiarum ſelectarum copia reperiuntur.

VI. *Gymnaſmatum literaturæ Græcæ libri tres*, curante MATTHÆO DRESSERO, Græce & Latine Lipſiæ 1574. 8.

Libro *primo* occurrunt 1) Oratio *Demoſthenis* de Pace, præmiſſo argumento analyſique Rhetorica & ſcholiis.

2) Sermo *S. Chryſoſtomi* adverſus contemtum Eccleſiæ DEI & Myſteriorum, quæ incipit: *ὀλίγοι ἡμῖν σήμερον.* p. 72.

3) Formæ exordiorum variæ, à perſona dicentis & auditorum, à re ipſa, à cauſa, à voto, à chria, à temporis circumſtantia &c. p. 108.

4) Dreſſeri Oratio Græca, ad Demoſthenicæ de pace exemplum compoſita, de conſenſu doctrinæ in Eccleſia conſervando. p. 118.

Libro *ſecundo:* Epiſtolæ cum ſcholiis Grammaticis, binæ *Gregorii* Nazianzeni p. 150. *Baſilii* magni tres, *Platonis* ad Archytam p. 192. *Iſocratis* ad Alexandrum, p. 194. Philippi Melanchthonis Epiſtola Græca ad Joaſaphum Patriarcham CPol. p. 198. binæ Joachimi Camerarii p. 204. & Dreſſeri quinque p. 214. Melanchthonis Epiſtolam etiam hoc loco non illibenter lectores recognoſcent.

Τῷ παναγιωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς ἐκκλησίας χριςοῦ τῆς ἐν Κωνςαντίνου πόλει, κυρίῳ Ιωάσαφ σεβασμιωτάτῳ εὖ πράττειν.

Ἀεὶ μὲν ἡ ἐκκλησία Θεοῦ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ, ὥσπερ πλοῖον ἐν κύμασιν, ἐν πολλαῖς θλίψεσι χειμάζεται.

Sanctiſſimo Patriarchæ Eccleſiæ CHriſti quæ eſt Conſtantinopoli Domino Joaſapho reverendiſſimo.

S. D.

Semper Eccleſia DEI in hac vita tanquam navis in fluctibus, multis afflictionibus jactatur.

νυνὶ

νυνὶ δὲ ἐν τῷ νοσερῷ τοῦ κόσμου γήρᾳ μᾶλλον ταράττεται, ἢ πάλαι. ὅπερ ὁρῶντες, πολλάκις στενάζοντες εὐχόμεθα, τὸν Υἱὸν Θεοῦ, κριτὴν ἁπάντων ἀνθρώπων ὅτι τάχιστα ἐλθεῖν, θριαμβεύσοντα, καὶ ξύμπασαν τὴν ἐκκλησίαν προσάξοντα εἰς τὴν φανερὰν τοῦ ἀϊδίου Πατρὸς συνήθειαν, ὅπου ἐν πᾶσι μακαρίοις ὁ Θεὸς πάντα ἔσεται. τὰς δυστυχίας οὖν τὰς κοινὰς ἀποδυρόμεθα ὑμῶν. ἡ δὲ τοῦ Δημητρίου διήγησις παραμύθιόν τι συνέμιξε, λέγοντος, ὅτι θαυμαστῶς ἔτι σώζει ὁ Θεὸς ἐκκλησίαν οὐκ ὀλίγην ἐν τῇ Θρᾴκῃ καὶ Ἀσίᾳ, καὶ Ἑλλάδι, ὥσπερ πάλαι τρεῖς ἄνδρας ἐν φλογὶ χαλδαϊκῇ σέσωκε. τοιγαροῦν εὐχαριστοῦμεν τῷ ἀληθεῖ Θεῷ τῷ Πατρὶ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι κραταιᾷ χειρὶ, ἐν τοσούτῳ πλήθει ἀσεβῶν καὶ θεοστυγῶν ἐχθρῶν, σώζει ποίμνιον αὐτῷ, ὃ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν ὀρθῶς τιμᾷ καὶ ἐπικαλεῖται, καὶ δεόμεθα, ἀεὶ πανταχοῦ συλλέγεσθαι καὶ συγκροτεῖσθαι ἁγίας ἐκκλησίας. ἑώρακε δ' ὁ αὐτὸς Δημήτριος ἡμετέρας συνάξεις, καὶ διδασκαλίας ἀκροατὴς ἐγένετο. διηγήσασθαι οὖν δυνήσεται, ὅτι εὐσεβῶς τὰς ἁγίας γραφὰς, τὰς προφητικάς τε καὶ ἀποστολικὰς, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων συνόδων κανόνας περὶ δογμάτων, καὶ τὴν ὑμετέρων πατέρων διδασκαλίαν, τοῦ Ἀθανασίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, Ἐπιφανίου, Θεοδωρήτου, Εἰρηναίου, καὶ τῶν ὁμονοούντων τούτοις, τηροῦμεν. τὰς δὲ παλαιὰς βδεληρίας, τὰς τοῦ Σαμο-

nunc vero in morboſa mundi ſenecta magis turbatur, quam dudum. Quod cum videamus, ſæpe gementes precamur Filium DEI, judicem omnium hominum, ut quam celerrime veniat triumphaturus, & univerſam Eccleſiam adducturus in manifeſtam æterni Patris conſuetudinem, ubi in omnibus beatis omnia erit. Calamitates igitur communes veſtras deploramus. Demetrii vero narratio ſolatii aliquid aſperſit, cum diceret, quod mirabiliter adhuc ſeruet Deus Ecceſiam non exiguam in Thracia & Aſia, & Græcia, quemadmodum jam olim tres viros in flamma Chaldaica ſervavit. Quocirca gratias agimus veraci Deo Patri JEſu CHriſti, quod valida manu in tanta multitudine impiorum, & nefariorum hoſtium ſervat ſibi gregem, qui Filium ipſius Jeſum Chriſtum recte colit, & invocat: & oramus, ut ſemper ubique colligat, & inſtruat ſanctas Eccleſias. Vidit autem Demetrius ipſe noſtros cœtus & doctrinæ auditor fuit. Narrare igitur poterit, nos pie ſcripturas ſanctas Propheticasque & Apoſtolicas, tum ſanctarum etiam Synodorum canones de dogmatibus, & veſtrorum patrum doctrinam, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Epiphanii, Theodoreti, Irenæi, & qui cum his conſentiunt, retinere. Antiquas vero nugas Samoſateni

σατέως, καὶ Μανιχαίων, καὶ πάντων καταράτων, οὓς ἀποδοκιμάζει ἡ ἁγία ἐκκλησία, διαῤῥήδην ἀποβδελυττόμεθα: καὶ διδάσκομεν, εὐσέβειαν εἶναι, τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ ὑπακοὴν τὴν κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἡμῖν ἐπιταχθέντας: οὐ τὰς δεισιδαιμονίας, ἢ ἐθελοθρησκείας, ἃς ἀπαίδευτοι τῶν Λατίνων μοναχοὶ εὑρήκασιν, ἔξω τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. Δεόμεθα οὖν, μὴ πιστεύειν ὑμᾶς, σοφοὺς ἄνδρας, ταῖς διαβολαῖς, ἃς πλάττουσι καθ' ἡμῶν ἐχθροί τινες τῆς ἀληθείας: ἀλλὰ κατὰ τόν φυσικόν τε καὶ θεῖον νόμον, ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ συνηγορεῖν: ὥσπερ οἴδατε, τοῦτο τὸ ἔργον λατρείαν εἶναι Θεῷ μάλιστα ἀρέσκουσαν. ἔῤῥωσο σεβασμιώτατε πάτερ. ἐν τῇ Σαξονίᾳ, ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, α. φ. ν. θ.

Φίλιππος Μελάγχθων.

& Manichæorum, & omnium damnatorum, quos reprobat Eccleſia ſancta, palam deteſtamur, & docemus pietatem eſſe veram fidem, & obedientiam juxta leges DEI nobis impoſitas, non illas ſuperſtitiones, aut propria voluntate electas religiones, quas indocti Latinorum monachi invenerunt extra mandata Dei. Petimus igitur, ne fidem habeatis, cum viri ſapientes ſitis, calumniis quas fingunt contra nos, hoſtes nonnulli veritatis: Sed juxta naturalem pariter, & Divinam legem, ſimiliter utramque partem audiatis, & veritatis, & legis Dei patronos vos præbeatis. Sicut ſcitis hanc rem cultum eſſe Deo maxime placentem. Vale Reverendiſſime pater. In Saxonia, Anno ab in carnatione ſeu functione muneris in carne, Domini noſtri JEſu CHriſti. 1559.

Philippus Melanchthon.

Libro *tertio* denique Dreſſerus præmiſſa Græca ad Lud. Helmbolduum Epiſtola & brevi de figuris poëticis & de uſu lectionis *Homeri* admonitione, exhibet, 1) Batrachonyomachiam cum argumento & œconomia poëmatis, ſcholiisque Grammaticis, p. 244. 2) *Gregorii* Naz. threnum de vitæ miſeriis p. 305. & epicedium carmen in magnum Baſilium p. 306. 3) Carmina novem Græca à Dreſſero compoſita, ſacri argumenti. p. 313.

VII. MICH. NEANDRI, Soravienſis opus aureum & Scholaſticum. Lipſiæ 1577. 4.

In hoc volumine bipartito exſtant Græce & Latine, editoris ſcholiis illuſtrata:

1) *Py-*

1) *Pythagoræ* carmina aurea. p. 1.
2) *Phocylidæ* poëma admonitorium. p. 80.
3) *Theognidis* Megarenſis Siculi Gnomologia. p. 121.
4) Gnomologici ex Græcis ſcriptoribus proſariis collecti libri duo. pag. 329--671. Hoc Gnomologicon Græcæ linguæ non magis quam bonæ mentis ſtudioſis utiliſſimum, lucem viderat ſeparatim Baſileæ 1564. 8. lingua utraque, cum copioſis prolegomenis de utilitate hujus collectionis & teſtimoniorum Ethnicorum de virtute.
5) Apophthegmatum ex Græcis ſcriptoribus libri duo, collecti à Matthæo Gotho, Elrichenſi, p. 672--789. Græce ſine Latina verſione.
6) *Nili* Epiſcopi & Martyris ſententiæ, cum verſione Mich. Neandri & ſcholiis p. 1--45.
7) *Coluthi* Lycopolitæ Thebæi, Helenæ raptus. p. 46--123.
8) *Thryphiodori*, Poëtæ Ægyptii poëma de Trojæ excidio p. 124--268.
9) *Cointi* Smyrnæi de Ilii excidio libri duo & Reditus Græcorum poſt captam Trojam liber unus, cum verſione Laur. Rhodomanni p. 1-137.
10) *Luciani* ſomnium ſeu Gallus, cum verſione Mich. Neandri. p. 139--191. Hunc Luciani Gallum Neander Græce & Latine etiam ſubjunxit Gnomologiæ Stobæanæ, ſive ſententiis e Stobæo excerptis, editisque Baſileæ 1557. 8.

Longe plura eidem præſtantiſſimo Viro debemus, ſtudiis ſcholaſticis accommodata inprimis, quæ cur negligantur hodie, vel non in uſum quem præbere poſſunt inſignem vertantur, comminiſci non poſſum. Ex his ſunt:

VIII. Ἀνθολογικὸν, Anthologicum Græco-latinum, Baſil. 1556. 8.

Hoc eſt inſigniores flores ſeu ſententiæ, decerptæ ex *Heſiodo*, *Theognide*, *Pythagora*, *Phocylide*, *Arato* & *Theocrito*, & in locos prope bis centenos digeſtæ, cum expoſitione, uſuque & accommodatione ſingulorum in margine. p. 1--381. His acceſſerunt præterea etiam alii tres libelli excerpti ex ſcripits *Platonis*, *Xenophontis*, *Plutarchi* & *Juſtini* Martyris ac Philoſophi. p. 382--465.

IX. Ariſtologia *Pindarica*, Græco-Latina, & ſententiæ *Novem Lyricorum*, ex variis tum Patrum tum Ethnicorum libris collectæ. Baſil. 1556. 8.

X. *Anonymi* (*) poëtæ Græci Argonautica, Thebaica ſive bellum ad Thebas Boeoticas de regno Oedipi Thebani, Troica ſive bellum Trojanum, & Ilias Parva, carmine heroico, Græce. Nec non Arion, dictione Dorica. Troicis ſubjicitur narratio de bello Trojano, excerpta ex *Conſtantini Manaſſis* Annalibus, ſcriptis carmine Græco politico, & tunc Græce adhuc ineditis. Lipſ. 1588. 8. curante Mich. Neandro.

XI. Loci communes Philoſophici Græci, ſive doctrinæ veterum ſapientum de moribus & virtutibus, ex omnibus fere Græcis veteribus excerptæ, & è notationibus *Michaelis Neandri*, (**) præceptoris ſui editæ à *Johanne Vollando.* Lipſiæ 1588. 8. Similes loci communes Philoſophici Latini

(*) Non veteris Poëtæ, ſed *Laurentii Rhodomanni* hæc eſſe conſtat, qui Witebergæ Ao. 1606. diem obiit & *Poëta vel ad veterem Græciam elegans* dicitur Lipſio pag. 366. Epiſt. *unus qui Homeri facilitatem exprimeret,* Grotio judice Epiſt. 576. Barthius LIX. 1. Adverſar. *Locus Calabri vulgo corruptus circumfertur, ſed nos eruditiſſimi Rhodomanni emendationem merito ſequemur, qui eum divinum Poëtam totum in ſe redegerat, adeo ut ſimilia eâdem rara felicitate ſcribere poſſet. Quo quidem ego viro græcum Poëtam neminem unquam meliorem habuiſſe Germaniam noſtram exiſtimo. cujus Poëmatis pleriſque talibus ſi nomen abeſſet, nos antiquum auctorem & non de bucconibus aliquem adſcripturum fuiſſe, rectiſſime judicavit Joſephus Scaliger.* Ejusdem Rhodomanni cætera Græca poëmata edita ſunt: Palæſtina ſive hiſtoriæ ſacræ libri IX. Græco ſcripti heroico carmine, Latinoque redditi, curante Mich. Neandro prodiere Francof. apud Wechel. 1589. 4. IlfeldaHercynia Lipſ. 1611. 8. & ad calcem IV. librorum Mich. Neandri, de re poëtica Græcorum in quorum 1. epitheta, 2. Phraſes. 3. deſcriptiones & 4. elegantiæ poëticæ. Lipſ. 1613. 8. Chriſtianæ Theologiæ tyrocinia & B. Lutheri Catechiſmus, Lipſ. 1597. 8. 1626. 8. Hiſtoria vitæ & doctrinæ Lutheri ibid. 8. De Rhodomanno adeundæ Henningi Witte memoriæ Philoſophor. p. 23. ſq. Bælii Lexicon, Alphonſus Clarmundus in vitis doctorum, editis Germanice T. 2. p. 223. Jo. Georg. Leuckfeldus in antiquitatibus Walckenredenſibus parte 2. p. 149. Jo. Georg. Bertram in Evangeliſchen Lüneburg parte 2. p. 649.

(**) Ex cæteris ſcriptis Michaëlis Neandri, meritiſſimi de pietate ac litteris viri, qui in Ilfeldenſi ſchola ad Hercynian ſilvam per quadraginta annos docuit & A. 1595. ſeptuagenarius obiit, ſunt: Græcæ linguæ ero temata, cum copioſa & luculenta præfatione, tanquam ſpecimine pandectarum litterariarum ſive Bibliothecæ univerſalis, Baſil. 1565. 8. Notitia ſcriptorum Gnomologiæ Stobæanæ præmiſſa. Baſil. 1557. 8. Phraſeologia Iſocratis Græco-latina, ibid. 1558. 8. ſubjectis Græce & Latine Iſocratis Epiſtolis cum Hieron. Wolfii verſione. Orbis terræ partium ſuccincta explicatio, cui ſubjunctum hodœporicon Salomonis Sweickeri, Sulzenſis, CPolin & ad varias regiones Orientis, ſcriptum à Martino Cruſio Lipſ. 1589. 8. Omitto alia quæ ad præſentem Bibl. minus pertinent, ut ſunt Chronicon & Hiſtoria Eccleſiæ. Lipſ. 1590. 8. S. Linguæ Hebrææ erotemata cum Vett. Rabbinorum teſtimoniis de CHriſto, apophthegmatibus veterum Hebræorum

rum

Latini ex Latinis claſſicis ſelecti ſcriptoribus lucem viderunt ibid. 1590. 8. nec non Ethice vetus & ſapiens veterum Latinorum ſapientum. ib. 1585. 8. cum verſibus veteribus proverbialibus Leoninis, ordine litterarum digeſtis, & veterum ſapientum Germanorum ſapientia, ſive proverbiis Germanicis, quæ Græcis etiam verſibus Laurentius Rhodomannus expreſſerat, ſed quæ lucem non viderunt.

XII. Catecheſis Martini Lutheri parva, (*) Græcolatina, ex verſione Græca Joannis Mylii, poſt editionem Anni 1558. recognita cum Litania p. 148. & precibus, aliisque ἀξιομνημονεύτοις.

Sententiæ Patrum Græcolatinæ, brevem ſummam doctrinæ Chriſtianæ & commonefactionem de moribus, virtutibus & vitiis complectentes. p. 220.

Apocrypha, hoc eſt narrationes de CHriſto, Maria, Joſepho, cognatione & familia CHriſti, extra Biblia, apud veteres tamen Græcos ſcriptores, Patres, Hiſtoricos & Philologos reperta, ex oraculorum & Sibyllarum vocibus, gentium etiam teſtimoniis, denique multorum veterum auctorum libris deſcripta, expoſitaque, Græce & Latine. p. 321. & 392--528. per *Michaëlem Neandrum.* Baſil. 1564. 1567. 8.

Protevangelium, *Jacobo* Apoſtolo tributum, & nunc primum editum (**) Græce & Latine. p. 356.

Ooo Locus

rum, & notitia de Talmude, Cabbala, & librorum rariorum variis linguis, Baſil. 1567. 8. Parva Biblia Latino Germanica, ſive Theologia & Ethica Scripturæ Sacræ Witeb. 1594 8 Theologia Megalandri Lutheri & S. Bernardi & Jo. Tauleri. Witeb. 1581. 8. De ineditis ſuis Neander ipſe ad calcem erotematum Græcæ Linguæ. Plura de Neandro V. C. Jo. Georgius Leuckfeld in antiquitatibus Ilfeldenſibus cap. 14. Jo. Samuel Magnus in litteratis Soravienſibus p. 14. ſeqq. Jo. Arnold Zeitfuchs in Hiſtor. Eccleſiaſtica Stollbergenſi edita Germanice p. 420. ſeq. Valentinus Mylius Concione in funere Neandri habita. Melchior Adami in vitis Philoſophor. f. 183. Alphonſus Clarmund in vitis eruditor. lingua Germanica vulgatis T. 6. p. 201. ſeq. Antonius Teiſſerius in elogiis Thuaneis ad A. C. 1595. Caſp. Sagittarius introduct. in Hiſt. Eccleſ. T. 1. p. 30.

(*) B. Lutheri Catechiſmum Græce etiam reddidit Jobus Magdeburgius ac Nic. Selneccerus: & Græcis verſibus Laurentius Rhodomannus. Græcæ verſioni Mylii, Neandri, Magdeburgi & Selnecceri, analyſin Grammaticam addidit Johannes Rhenius. Lipſ. 1630. 8.

(**) Jacobi Protevangelium Latine vulgaverat Theodorus Bibliander Baſil. 1552. 8. De aliis editionibus & quæ fides huic ſcripto habenda ſit, dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. ubi hoc Pſeudevangelium dedi Græce & Latine cum notis, ſicut & JEſu tributam ad Abgarum Epiſtolam.

Locus ex Suida in voce Ἰησȣ̃ς. p. 341.

De *Abgaro* Edeſſenorum Rege, & Epiſtola ejusdem, cum JEſu reſponſione, ex Euſebio. p. 392. De imagine CHriſti, ex Procopio, Evagrio, Damaſceno, Nicephoro. p. 398.

Locus *Joſephi* de CHriſto. p. 402.

Pilati ad Tiberium Imp. de CHriſto Epiſtola. p. 402. 410. *Lentuli.* p. 410.

Effigies formæ Domini noſtri JEſu CHriſti, ex Nicephori II. 23. p. 408. effigies Mariæ, ex eodem. p. 500. & Petri ac Pauli. ibid.

De miraculis & prodigiis, tempore nativitatis CHriſti. p. 411. de eclipſi quæ paſſionis Chriſti tempore accidit. p. 414.

De CHriſto naſcituro ex virgine, lapis effoſſus, de quo p. 416. è Zonara.

Sibyllarum de CHriſto teſtimonia. p. 418. 450. 464. 466. 474. 484. *Hermetis* triſmegiſti. p. 446. *Pſelli.* p. 448.

Oracula de CHriſto. p. 448. 456. 466. 474. 482.

De genere CHriſti, & de Domitiani Cæſaris inquiſitione in poſteros Davidis, ex Euſebii Hiſt. Eccleſ. p. 488.

De ſtatua mulieris, ſanguinis fluxu laborantis ac ſanatæ à CHriſto. Ex eodem Euſebio. p. 490. & ex Sozomeno de Juliano Apoſtata ſtatuam CHriſti tollente & ſuam ſubſtituente. p. 492.

Aurelii Philoſophi Platonici de verbis Joh. I. *in principio erat Verbum.* Ex Euſebii præparat. Evangel. XI. 10. p. 496.

De Joanne Baptiſta ex Joſepho & Euſebio. De Pilato, è Suida in Νέρων. p. 502.

De obitu Pilati. p. 506. De obitu Arii, blaſphemantis Filium DEI & turbantis Eccleſias. p. 506.

De Edeſſenorum conſtantia, è Sozomeno. p. 510.

Ex Joſepho de obitu miſerando Herodis magni p. 514. & Herodis Agrippæ. p. 520.

In editione Anni 1567.8. acceſſit qui in priore Anni 1564.8. deſideratur *Prochorus* (*) de vita & miraculis Johannis Evangeliſtæ, cui inſerta eſt Apollonidis Rhethoris Epiſtola ad Myronem Patrem ſuum.

Epiſtola *Plinii* ad Trajanum Imp. & *Trajani* ad Plinium de Chriſtianis. p. 526.

Antequam à Neandro abeam, cujus plures hactenus collectiones retuli, apponam ex ejus erotematibus Græcæ Linguæ. p. 399. Dodecaſtichon *in Chriſtianos*, conſtans ex audaciore ſed ingenioſa compoſitione vocum in hanc ſententiam: Εἱμα-

(*) B. Ittigius de Bibliothecis Patrum. p. 777.

Εἱμαπροσηκοφόροι, ἀνυποκριταλυποπρόσωποι,	Veſtedecentigeri, ſedatoſimplicivulti,
δουλαχρηστολόγοι, ἱεραμισθοδόται,	Confitipeccati, gratidocentiſacri.
αὐτοκαθημαποσταυροὶ, θεομουνοσεβασταὶ,	Secruciquottidiefigi, Deiſolicolentes,
ἐννομακοιτίλαβοι, πορνακαθαρτόφυγοι,	Connubicaſtiſequæ, turpivolupticavi.
ἀγκυλομισηταί, κοσμουσωτηριοδίψαι,	Curvidoloſperni, totorbiſalutipetentes,
πνευμαπενητόφρονες, κερματατημελέες,	Spiritegenhumiles, fraudepecunifugæ.
καρδιαληθάγιοι, κοινωφελιμεργομελησταὶ,	Veranimoſancti, communiacommodicuræ,
εἰρηναιόφιλοι, ἁπλοϊκοφρόνιμοι.	Pacificatores, candidacordevoli.
βομβαρδοξιφεσισχοινεγχεσιπυρσοδιώκτοι,	Bombardagladiofunhaſtaflammipetiti,
βιβλοθεοτριβέες, δογματοθειόσοφοι.	Bibliaſacricolæ, dogmaperitodei.
ὑψιθεοπρεπέες, καθαρουφωτεργοδιῶκται,	Summideogeniti, puræluciſtudioſi,
ὀρθοφρενίζωοι, οὐρανοκληρονόμοι.	Mentebonavivi, cœlicaregnipetæ.

Similium compoſitionum exemplis qui delectatur, evolvet Plautum, Baſilium Epiſt. 207. Pratinum apud Athenæum lib. 14. Suidam in ὀρθοφ. & ψαμμακ. Alſtedium in encyclopædia poëtica. p. 729. Joſephum Scaligerum in limine conjectaneorum ad Varronem. Cerdam ad Tertullianum de pallio p. 41. b. Ægidii Menagii Miſcellanea p. 79. Nicolai Catharini Epigrammata p. 98. Réponſe au reſcrit de Georges l'Apotre p. 6. Sed quid vetat aliud item exemplum apponere ex Jo. Laurentii otio Sorano. p. 98.

Εἰς Τυροφάγους.	*In Caſeovoros.*
Σηπεδονηθένται ζωευλελμινθοδιώκται,	Rancidovermivori, viventecadaverilambæ,
Σκωληκοτροφέες, θηριοσαπροφάγοι,	Lumbricocomedæ, putriliguriferæ,
Σκωροπολοσπαπληπυραθηκοπροκακκααάσται,	Latrinifœthircomephitiſtercorolentes,
Λαιμοβαρυβδέζαι, πρωκτοχανιστόπνοοι.	Oregravipedæ, gutturimerdotrahi,
Εἴπετέ μοι, τοῖς ἀμβροσίη τυρὸς ἐστὶ σεσηπὼς,	Dicite, num vobis queis putrivermeliqueſcens
Οὐχ᾽ ἡμῖν γλυκερὸν ναυτία νέκταρ ἔφυ;	Caſeus ambroſia eſt, nautea nectar erit?

Nec non tertium hoc ex Petri Danielis Huetii poëmatibus. p. 24.

EPIGRAMMA

ΑΙΝΙΓΜΑΤΩΔΕΣ.

Syrmatopullilutoſitrahus, doctorionummus,
Romulidiſtoricus, gloriolaucupida,
Loripedatquecathedrituus, mentaureobarbus,
Putrididentinus, rufipiloſicutis,
Simychonarifluus, rubicundoculumidilippus,
Hircaxillolidus, roſtrirepandibrochus,
Trinigalerigerus, ſimulacriplateidecorus,
Franciſcanicola, nugipolyloquides.

Sed & quartum hoc Hegeſandri veteris Poëtæ in Sophiſtas:

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξογένειοι,
Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι.
Ἱματανωπεῖβαλλοι, νηλιποκαιβλεπέλαοι,
Νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκταπαταπλάγιοι.
Μειρακιεξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί,
Δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι.

Quod ita cum Lucilio imitatione Græcorum Joſephus Scaliger (*) vertit Latine:

Silo-

(*) Fruſtra Scaligeri verſionem reprehendit Kircherus in turri Babel. p. 207. nullam meliorem auſus reddere.

Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,
Manticobarbicolæ, extenebropatinæ,
Obſuffarcinamicti, planilucernituentes,
Noctilatentivori, noctidoloſtudii.
Pullipremoplagii, ſutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepi.

XIII. Apocrypha; parænetica, philologica cum verſione NICOLAI GLASERI, Thuringi, Walterhuſani. Hamburg. 1614. 8.

Relatio de CHriſto, ex *Suida*, in Ἰησοῦς.

Teſtimonium de CHriſto ex *Joſephi* XVIII. 6. Antiquitatt. p. 42.

Agbari ad JEſum Epiſtola, JEſu reponſio ex *Euſebii* Hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. 13. p. 44.

Deſcriptio formæ JEſu ex *Nicephori* lib. 1. c. ult. p. 48.

De eclipſi quæ paſſionis Dominicæ tempore contigit, ex *Dionyſii* Areopagitæ Epiſtola ad Polycarpum, & *Suida* in Διονύσιος. p. 52.

De ſtella Magis viſa, ex *Chryſoſtomi* in Matthæum homilia 7. interprete M. Joanne Potinio, Juliæ Academiæ Profeſſore. p. 56.

De Juliano Apoſtata, CHriſti imaginem hæmorrhouſam curantis evertente, ex *Sozomeni* V. 21. p. 58.

Pontii Pilati Epiſtola ad Tiberium, Latine ex Egeſippi anacephalæoſi, p. 60.

Epiſtola *Lentuli* ad Tiberium, (*) itidem Latine. p. 64.

(*) Glaſerus Lentuli Epiſtolam inſcripſit ad Tiberium, aitque ſe eam afferre ex neſcio cujus Eutropii annalibus Romanorum Senatorum. Alii Epiſtolam hujuscemodi à Lentulo ad Senatum Romanum ajunt miſſam eſſe. Porro ad eo quæ de utrisque commentitiis Epiſtolis Lentuli ac Pilati pridem notavi in Codice Apocrypho Novi Teſtamenti, addes quod Lentuli Epiſtolam edidit Laziardus hiſtor. univerſ. c. 12. Emendatiorem Codicem habuit Goldaſtus qui ex eo hæc affert p. 517. in Tom. XII. hujus Bibl. *Homo quidam ſtaturæ proceræ, ſcilicet quindecim palmorum & medii, ſed ſpectabilis, vultum habens venerabilem.* Pro genuina etiam affert Joannes Huartus in ſcrutinio ingeniorum p. 549. unde notatur à Bælio in ſupplemento Lexici. pag. 75. edit. Genevenſis. Aliam Pilato ſuppoſitam Epiſtolam ex Codice MS. Taciti Bodlejano vulgavit nuper V. C. Abrahamus Gronovius præf. ad luculentam illius ſcriptoris editionem Lugd. Bat. 1721. 4. quæ ita ſe habet: PONTIUS PILATUS Judææ procurator, Tiberio Cæſari Imperatori S. P. *De Jeſu Chriſto, quem Tibi plane poſtremis meis declaraveram, nutu tandem populi acerbum me quaſi invito & ſubnitente ſupplicium ſumtum eſt. Virum hercle ita pium, ita ſeverum nulla ante ætas habuit nec habitura eſt: ſed mirus exſtitit ipſius populi*

De Pilati ad Tiberium Epiſtola, ex Euſebii lib. 2. Hiſt. Eccleſ. 2. p. 66.
Nili Epiſcopi & Martyris ſententiæ, diviſæ in decurias XXIII. p. 1.
Ejusdem ad dictum Eſaiæ I. 18. *ſi fuerint peccata veſtra ut vermiculus.* p. 68.
Gregorii Thaumaturgi de S. Trinitate, doctrina à Johanne Theologo dictata. p. 1.
Leonis Magni ad Flavianum Epiſtola, ex MS. Byzantinæ nobis direptioni ſubtracto. p. 7. Variæ lectiones collatæ cum editione Joannis Leunclavii. p. 50.
Conſtantini Harmenopuli Nomophylacis de fide orthodoxa. Græce. p. 53.

XIV. Epiſtolæ Græcæ ex diverſis auctoribus ſelectæ: Luciani Saturnalia, Cronoſolon & Epiſtolæ Saturnales. Græce Lovan. 1520. 4. apud Theodoricum Aluſtetenſem.

XV. Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία. Pariſ. ex typographia Stephani Prevoſteau, heredis Guilelmi Morellii, typographi in Græcis Regii, in clauſo Brunello 1583. 4. Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

1. *Chionis* Epiſtola ad Matridem. 2. *Philippi* Regis ad Ariſtotelem. 3. 4. 5. *Diogenis* Cynici ad Apollex idem & Mileſippum 6. 7. *Crutelis* ad amicos. 8. ad Origenem. 9. *Apollonii* Tyanenſis ad Euphratem. 10. 11. *Phalanidis* ad Lacritum & Paurolum. 12. *Libanii* ad Baſilium 13. *Baſilii* ad Olympium. 14. & 15. ſive nomine ejus ad quem ſcriptæ ſunt. 17. ad καλλιγράφον. 18. ad Gregorium Naz. 19. *Gregogorii* Theologi ad Nicobulum. 20. *Philoſtrati* ad Epictetum. 20-25.

populi conatus, omniumque ſcribarum & principum ac ſeniorum conſenſus, ſuis Prophetis more noſtro Sibyllis contra monentibus hunc veritatis legatum crucifigere, ſignis ſupra naturam apparentibus dum penderet, & Orbi univerſo, Philoſophorum judicio lapſum minitantibus. Vigent illius diſcipuli opere & vita continentia Magiſtrum non mentientes, immo in ejus Nomine beneficentiſſimi. Niſi ego ſeditionem Populi prope æſtuantis exoriri pertimuiſſem, fortaſſe adhuc Vir ille nobis viveret: etſi Tuæ magis Dignitatis fide compulſus quam Voluntate mea adductus pro viribus non reſtiterim, ſanguinem juſtum, totius accuſationis immunem, verùm hominum malignitate inique, in eorum tamen, ut Scripturæ interpretantur, exitium venundari & pati. Vale, V. Kal. April. Audio etiam exſtare editam Londini 1720. 8. Diſſertationem de Pontii Pilati ad Tiberium Epiſtola circa res JEſu CHriſti geſtas per Myſtagogum. Sed eam non vidi. Glaſerus iſte cujus collectionem recenſui; fuit Rector Scholæ Verdenſis. Alius circa idem tempus claruit Philippus Fridericus Glaſerus qui A. 1629. Argentorati edidit Parris ſui Philippi Glaſeri, JCti Argentoratenſis ſyngramma hiſtoricum, de quo Caſpar Sagittarius T. I. introductionis in Hiſt. Eccleſ. p. 140.

25. *Syneſii* ad Simplicium, Heliodorum, ad fratrem tres, & una ad Theodorum medicum. 26-30. *Dionyſii* Sophiſtæ ad Stephanum, Demophilum, Anthemium, Euſtathium & Julianum. 31, 32. ex *Alciphronis* Epiſtolis Ἁλίκτυπος ἐγκύμονι, Ἀμνίων Φιλομόσχῳ. Ex Epiſtolis *Theophylacti* Scholaſtici. 33. Εὐαγίερας Ἀντιπάτρῳ. 34. Διογένης χρυσῇ. 35. Ἀντισθένης Περίκλει. 36. Ἡρακλείδης Ἀντισθένει. 37. Εὐρυάδης Κίμωνι. 38. Παρμενίδης Χρυσοσθένει. 39. Πλάτων Ἀξιόχῳ. 40. Πλάτων Διονυσίῳ. 41. Προκόπιος Νηφαλίῳ. 42. Φιλίππῳ ἀδελφῷ. 43. Ἰωάννῃ. 44. Ἰλασίῳ. 45. Ἡλίᾳ. 46. Νηφαλίῳ. 47. *Juliani* Imp. ad Theodoram, Θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ. 48. ad Libanium. 49. ad Gregorium Ducem. 50. Lucianum Sophiſtam. 51. Zenonem. 52. Libanium, & 53. ad Maximum Philoſophum. 54-62. *Iſocratis* Epiſtolæ quatuor ad Philippum Regem. Ejusdem ad Alexandrum, Jaſonis liberos, ad Timotheum, ad Mytilenæorum Principes. & ad Dionyſium ſingulæ. Epiſtolæ *Anacharſidis* novem ex eadem Prevoſtæi officina 1581. 4. ad Athenienſes, ad Solonem, Hipparchum, Medocum, Hanonem, ad filium Regis, ad Tereum, Thraſylochum & Crœſum.

XVI. Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία καὶ τῶν σοφῶν ἀποφθέγματα. Patavii 1710. forma minore.

De aliis Græcarum Epiſtolarum collectionibus, abunde dixi lib. 2. hujus Bibliothecæ cap. 10. In præſenti placet ad lectoris voluptatem ſubjungere ſalutandi formulas, quibus in Epiſtolis ſuis utuntur noſtra ætate Græci. Edidit illas ſuperiore anni 1724. Londini in 4. Vir humanitatis & exquiſitæ doctrinæ laude cumulatiſſimus Joſephus Waſſe in Bibliothecæ litterariæ num. IX.

Nuncupationes Eccleſiaſticæ & ſalutandi Formulæ, quibus utuntur in ſuo litterarum commercio Græci recentiores. Deſcripſit Beatiſſimus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Patriarcha ac D. D. CHRYSANTHUS. Nobiſcum vero communicavit GENNADIUS, Alexandriæ Hieromonachus & Archimandrita Digniſſimus, Londini Hoſpes & Inquilinus.

Τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

✠ Τῷ παναγιωτάτῳ, λογιωτάτῳ τε καὶ σεβασμιωτάτῳ δεσπότῃ, τῷ οἰκουμενικῷ

νικῷ πατριάρχῃ, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ καὶ περιποθήτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Πανευλαβῶς.

Patriarchæ Oecumenico.

✠ Præſanctiſſimo, Doctiſſimoque & Reverendiſſimo Deſpotæ Patriarchæ Oecumenico ac D. D. (*) *Jeremiæ*, mediocritatis noſtræ dilecto & chariſſimo Fratri & Conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Venerationem Maximam.

Τῷ πατριάρχῃ τῆς Ἀντιοχείας.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ, θεοσεβεστάτῳ τε, καὶ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, τῆς μεγάλης θεουπόλεως Ἀντιοχείας, καὶ πάσης ἀνατολῆς, κυρίῳ κὺρ Ἀθανασίῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ καὶ περιποθήτῳ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος. Πανευτυχῶς.

Εἰς Δαμασκόν.

Patriarchæ Antiocheno.

✠ Beatiſſimo, religioſiſſimoque & ſanctiſſimo Patriarchæ magnæ Dei urbis Antiochiæ & univerſi Orientis, D. D. (**) Athanaſio, mediocritatis noſtræ dilecto & chariſſimo Fratri & Conſacerdoti in Spiritu Sancto

Feliciter agere.

Damaſci.

Τῷ πατριάρχῃ τῆς Ἱερουσαλήμ.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ, σοφωτάτῳ τε, καὶ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ, καὶ πάσης Παλαιστίνης, κυρίῳ κὺρ Χρυσάνθῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος, Πανευτυχῶς.

Εἰς Κωνσταντίνου πόλιν.

Patriar-

(*) Jeremias Patriarcha Conſtantinopolitanus, ad quem ſcripſere Doctores *Tubingenſes*, hic vero illis cum judicio, zelo ac pietate multa reſpondit. *Demetrius Procopius de eruditis Græcis, in Bibliotheca hujus Græcæ, Vol. XI. p. 770.*

(**) Athanaſius ex Antiochia, Patriarcha Antiochenus, vir pietate & morum probitate venerandus, linguas Græcam callens atque Arabicam, ſacrarum gnarus Scripturarum, ſermonibus & vita ad virtutem adducens aſſiduè Chriſtianum, qui ſub eodem vixit, populum. Id. p. 792.

Patriarchæ Hieroſolymitano.

✠ Beatiſſimo, ſapientiſſimoque & ſanctiſſimo Patriarchæ ſacræ urbis Hieruſalem & univerſæ Palæſtinæ D. D. (*) Chryſantho, mediocritatis noſtræ dilecto & chariſſimo Fratri & Conſacerdoti in Spiritu Sancto

Felicitatem omnimodam.

Conſtantinopoli.

Τῷ πρώην οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

✠ Τῷ παναγιωτάτῳ, σεβασμιωτάτῳ τε καὶ λογιωτάτῳ δεσπότῃ, πρώην οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, κυρίῳ κυρίῳ κυπριανῷ, τῷ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ καὶ ποθεινοτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

αἰσίως καὶ εὐτυχῶς.

Patriarchæ nuper Oecumenico.

✠ Præſanctiſſimo, reverendiſſimoque & doctiſſimo Deſpotæ, Oecumenico nuper Patriarchæ D. D. Cypriano, mediocritatis noſtræ dilecto & chariſſimo Fratri & Conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Proſpere & feliciter.

Τῷ πρώην Ἀλεξανδρείας.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ, σοφωτάτῳ τε καὶ παναγιωτάτῳ Πάπᾳ καὶ πατριάρχῃ πρώην Ἀλεξανδρείας, κυρίῳ κυρίῳ Γερασίμῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι σεβασμιωτάτῳ μοι πατρί. Αἰσίως καὶ περιχαρῶς.

Εἰς Ταμιάθι.

✠ Beatiſſimo, ſapientiſſimoque & præſanctiſſimo Papæ & Patriarchæ nuper Alexandrino, D. D. (**) Geraſimo reverendiſſimo Patri in Spiritu Sancto, Proſperitatem & plurimum Gaudium.

Tamiathi.

(*) Chryſanthus Notaras Peloponneſius, Patriarcha Hieroſolymitanus, conſobrinus Domini *Doſithei*, qui ante ipſum eodem Patriarchatu functus fuit, ſed non parum illo doctrina variaque eruditione ſuperior. Linguarum Græcæ & Latinæ, Theologiæ ac Mathematicæ peritus, in patribus Eccleſiæ bene verſatus; ſtuduit primum Conſtantinopoli, deinde in Italia, omnemque fere Europam peragratus eſt. Ipſo Patriarchatum gerente inſtauratum eſt Templum Hieroſolymitanum & Sancti Sepulchri cubiculum, concedente Turca. Scripſit *Introductorium in Geographiam*, Pariſiis; & librum *de Officiis Eccleſiaſticis Orientalis Eccleſiæ*, Bucareſti in Hungaro-Walachia impreſſum, utrumque vernacula Græcorum recentium Dialecto. Id. p. 793.

(**) Geraſimus Cretenſis, Patriarcha Alexandrinus, Theologus & Philoſophus, Græcæ, Hebraïcæ

Τῷ ἁγίας Θηβαΐδος.

✠ *Τῷ πανιερωτάτῳ, λογιωτάτῳ καὶ θεοπροβλήτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Θηβαΐδος, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ παντὸς τοῦ πέραν Νείλου, κυρίῳ Ἀρσενίῳ.*

Sacræ Thebaïdos Metropolitano.

✠ Reverendiſſimo, doctiſſimoque & religioſiſſimo Metropolitæ ſacroſanctæ Metropolis Thebaïdos, univerſæ terræ ultra Nilum Principi & Exarcho, D. Arſenio.

Τῷ πρώην Αὐθέντῃ τῆς Οὐγκροβλαχίας.

✠ *Τῷ εὐσεβεστάτῳ, ὑψηλοτάτῳ, ἐκλαμπροτάτῳ καὶ χριστιανικωτάτῳ αὐθέντῃ καὶ ἡγεμόνι πάσης Οὐγκροβλαχίας, κυρίῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ Κωνσταντίνῳ Μπασαράμπα Βοεβόδα, κατὰ Πνεῦμα τὸ ἅγιον υἱῷ καὶ περιποθήτῳ τῆς ἡμῶν μετριότητος,* Ἀξιοπρεπῶς.

Εἰς Οὐγκροβλαχίαν.

Ungrovalachiæ nuper Principi.

✠ Religioſiſſimo, celſiſſimo, illuſtriſſimoque & Chriſtianiſſimo Domino & Duci univerſæ Hungaro-Valachiæ, D. D. Joanni Conſtantino Baſſarampa Boëboda, mediocritatis noſtræ dilecto & chariſſimo Filio in Spiritu Sancto, Honorem.

in Hungaro-Valachia.

Τῆς Μολδοβίας.

✠ *Τῷ εὐσεβεστάτῳ, ὑψηλοτάτῳ, ἐκλαμπροτάτῳ καὶ χριστιανικωτάτῳ αὐθέντῃ καὶ ἡγεμόνι πάσης Μολδοβλαχίας, κυρίῳ Ἰωάννῃ Δημητράσκῳ Βοεβόδα, κατὰ Πνεῦμα τὸ ἅγιον υἱῷ ἀγαπητῷ καὶ ποθεινοτάτῳ τῆς ἡμῶν μετριότητος,* Ἀξιοπρεπῶς.

Εἰς Μολδοβίαν.

Moldaviæ Principi.

✠ Religioſiſſimo, celſiſſimo, illuſtriſſimo Chriſtianiſſimoque Principi & Re-

Hebraïcæ & Latinæ Linguæ callentiſſimus. Alexandrinæ Eccleſiæ ultra annos 20. præfuit; tandemque ſe ſponte ſua Throno abdicavit, atque in ſacrum Montem Atho ſeceſſit, ubi per non multum temporis cum vixiſſet, tranquillo animo ac quieto diem obiit ſupremum. Scripſit *Decreta* atque *in Sacram Scripturam dilucidationes*, & *adverſus Judæos.* Id, p. 772, 773.

& Rectori univerſæ Moldaviæ, D.D. Joanni Demetraſco Boeboda, mediocritatis noſtræ dilecto & deſideratiſſimo Filio in Spiritu Sancto,

Honorem.

in Moldavia.

Τῆς α΄ τῆς Ἀχριδῶν.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς Ἀχριδῶν, καὶ πάσης Βουλγαρίας, κυρίῳ Διονυσίῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Περιχαρῶς. Εἰς

Primæ Juſtinianæ ſive Acridæ Archiepiſcopo.

✠ Beatiſſimo & religioſiſſimo Primæ Juſtinianæ, h.e. Achridæ & univerſæ Bulgariæ Archiepiſcopo, D. Dionyſio, mediocritatis noſtræ dilecto Filio & Conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Gaudium plurimum, in

Τῆς β΄ Ἰουστινιανῆς.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς νέας Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Κύπρου, κυρίῳ Συλβέστρῳ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Ὑγιῶς καὶ εὐτυχῶς.

Εἰς Κύπρον.

Secundæ Juſtinianæ Archiepiſcopo.

✠ Beatiſſimo & religioſiſſimo Archiepiſcopo novæ Juſtinianæ & univerſæ Cypri, D. Sylveſtro, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Salutem & proſperitatem.

in Cypro.

Τῷ Σερβείας.

✠ Τῷ μακαριωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Πεκίου, καὶ πάσης Σερβείας, κυρίῳ Καλλινίκῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος, Ὑγιῶς τε καὶ εὐτυχῶς εἰς.

Archiepiſcopo Serviæ.

✠ Beatiſſimo & religioſiſſimo Archiepiſcopo Pekii & univerſæ Serviæ, D. Callinico, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Bene & feliciter in

Τῷ Ἡρακλείας.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγιωτάτης Μητροπόλεως Ἡρακλείας καὶ Ῥαιδέστου, προέδρῳ τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἐξάρχῳ πάσης Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας, κυρίῳ Νεοφύτῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Περιχαρῶς.

Εἰς Κωνσταντίνου Πόλιν.

Metropolitano Heracleenſi.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano ſanctiſſimæ Metropolis Heracleæ & Raideſti, principum Antiſtiti, & Exarcho univerſæ Thraciæ & Macedoniæ, D. Neophyto, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto.

Plurimum Gaudium.

Conſtantinopoli.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγίας Μητροπόλεως Κυζίκου, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ πάσης Ἑλλησπόντου, κυρίῳ Κυρίλλῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Περιχαρῶς,

Εἰς Κωνσταντίνου Πολιν.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano ſanctæ Metropolis Cyzici, Principi & Exarcho univerſi Helleſponti, D. Cyrillo, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Plurimum Gaudium.

Conſtantinopoli.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγιωτάτης Μητροπόλεως Νικομηδείας, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ πάσης Βιθυνίας, κυρίῳ Παρθενίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος,

Περιχαρῶς.

Εἰς Κωνσταντίνου Πόλιν.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano ſanctiſſimæ Metropolis Nicomediæ, Principi & Exarcho univerſæ Bithyniæ, D. Parthenio, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto,

Plurimum gaudere.

Conſtantinopoli.

✠ Χαλ-

✠ Χαλκηδόν☉, πάσης Βιθυνίας, κυρίῳ Κωνςαντίῳ.
✠ Chalcedonis, univerſæ Bithyniæ, Domino Conſtantio.

✠ Θεοσαλονίκης, πάσης Θετλαλίας, κυρίῳ Ἰγνατίῳ.
✠ Theſſalonicæ, univerſæ Thraciæ, D. Ignatio.

✠ Καισαρείας Καππαδοκίας, ὑπερτίμῳ τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἐξάρχῳ πάσης Ἀνατολῆς, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ.
✠ Cæſareæ Cappadocenſis, principum Principi & Exarcho univerſæ Orientis, D. Jeremiæ.

✠ Ἐφέσου, πάσης Ἀσίας κυρίῳ Θεοφάνει.
✠ Epheſi, univerſæ Aſiæ, D. Theophani.

✠ Ἀγκύρας, πάσης Γαλατίας, κυρίῳ Μακαρίῳ.
✠ Ancyræ, univerſæ Galatiæ, D. Macario.

✠ Ῥόδου, πασῶν τῶν Κυκλάδων Νήσων, κυρίῳ Ἰγνατίῳ.
Rhodi, omnium Cycladum Inſularum, D. Ignatio.

✠ Τορνόβου, πάσης Βουλγαρίας, κυρίῳ Διονυσίῳ.
✠ Tornovi, univerſæ Bulgariæ, D. Dionyſio.

✠ Λαρίσσης, δευτέρας Θετλαλίας, καὶ πάσης Ἑλλάδ☉ κυρίῳ Παρθενίῳ.
✠ Lariſſæ, alterius Theſſaliæ, & univerſæ Græciæ, D. Parthenio.

✠ Ἰωαννίνων, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ Κερκύρων, κυρίῳ Κλήμεντι.
✠ Joanninorum, Principi & Exarcho Cercyreorum, D. Clementi.

✠ Ἀδριανουπόλεως, παντὸς Αἱμημόντου, κυρίῳ Ἀθανασίῳ.
✠ Adrianopolis, univerſi Hæmimontis, D. Athanaſio.

✠ Φιλιππουπόλεως, Θρᾴκης Δρογοβητίας, κυρίῳ Νεοφύτῳ.
✠ Philippopolis, Thraciæ Drogobeticenſis, D. Neophyto.

✠ Κρήτης, πάσης Εὐρώπης, κυρίῳ Ἰωάσαφ.
✠ Cretæ, univerſæ Europæ, D. Joaſaph.

✠ Σμύρνης, πάσης Ἀσίας, κυρίῳ Παρθενίῳ.
✠ Smyrnæ, univerſæ Aſiæ, D. Parthenio.

✠ Μιτυλήνης, πάσης Λέσβου, κυρίῳ Νικοδήμῳ.
✠ Mitylenæ, univerſæ Lesbi, D. Nicodemo.

✠ Νικαίας, πάσης Βιθυνίας, κυρίῳ Γενναδίῳ.
✠ Nicææ, univerſæ Bithyniæ, D. Gennadio.

✠ Προύσης, πάσης Βιθυνίας, κυρίῳ Κυρίλλῳ.
✠ Priuſæ, univerſæ Bithyniæ, D. Cyrillo.

✠ Ἀμασείας παντὸς Εὐξείνου Πόντου, κυρίῳ Διονυσίῳ.
✠ Amaſeæ, univerſi Ponti Euxini, D. Dionyſio.

✠ Ἀγχιάλου, πάσης μαύρης Θαλάσσης, κυρίῳ Μακαρίῳ.
✠ Anchiali, univerſi maris rubri, Domino Macario.

✠ Ναυπάκτου καὶ Ἄρτης, πάσης Αἰτωλίας, κυρίῳ Νεοφύτῳ.
✠ Naupacti & Artæ, univerſæ Ætoliæ, D. Neophyto.

✠ Πισιδίας, Σίδης, Μυρέων, καὶ Ἀτταλείας, κυρίῳ Λεοντίῳ.
✠ Piſidiæ, Sides, Myreorum, & Attaliæ, D. Leontio.

✠ Ἰκονίου, πάσης Λυκαονείας, κυρίῳ Ἀνθίμῳ.
✠ Iconii, univerſæ Lycaoniæ, D. Anthimo.

✠ Νεοκαισαρείας, Πόντου Πολεμονιακοῦ, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Neocæſareæ, Ponti Polemoniaci, D. Gregorio.

✠ Ἀθηνῶν, πάσης Ἑλλάδος, κυρίῳ Μελετίῳ.
✠ Athenarum, univerſæ Græciæ, D. Meletio. (*)

✠ Τραπεζοῦντος, πάσης Λαζικῆς, κυρίῳ Παϊσίῳ.
✠ Trapezuntii, univerſæ Lazices, D. Païſio.

✠ Δρύστρας, παντὸς περὶ Δουνάβου, κυρίῳ Ἀθανασίῳ.
✠ Dryſtræ, univerſæ terræ ultra Danubium, D. Athanaſio.

✠ Θηβῶν, πάσης Βοιωτίας, κυρίῳ Μακαρίῳ.
✠ Thebarum, univerſæ Bœotiæ, D. Macario.

✠ Μαρωνείας, πάσης Ῥοδόπης, κυρίῳ Καλλινίκῳ.
✠ Maroniæ, univerſæ Rhodopes, D. Callinico.

✠ Παροναξίας, παντὸς Αἰγίου πελάγους, κυρίῳ Κυρίλλῳ.
✠ Paronaxiæ, univerſæ Pelagi Ægæi, D. Cyrillo.

✠ Σερ-

(*) Meletius, vir doctus, variæque eruditionis; Rhetor, Medicæ Artis abunde peritus, Græcam, Latinam, & Italicam Linguam callens, Joanninorum Scholæ primum ſtuduit, deinde in Italia; ſcripſit Librum *de Eccleſiaſtica Hiſtoria.* D. Procop. ib. p. 784.

✠ Σεῤῥῶν, πάσης Μακεδονίας, κυρίῳ Στεφάνῳ.
✠ Serrarum, univerſæ Macedoniæ, D. Stephano.

✠ Εὐρίπου. πάσης Εὐβοίας, κυρίῳ Καλλινίκῳ.
✠ Euripi, univerſæ Eubœæ, D. Callinico.

✠ Μηθύμνης, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ Λέσβου, κυρίῳ Ἀνθίμῳ.
✠ Methymnæ, Principi & Exarcho Lesbi, D. Anthimo.

✠ Οὐγκροβλαχίας, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ Πλαγηνῶν, κυρίῳ Ἀνθίμῳ.
✠ Hungaro-Valachiæ, Principi & Exarcho Plagenarum, D. Anthimo.

✠ Μολδοβλαχίας, Σοτζάβας καὶ Πλαγηνῶν, κυρίῳ Μισαήλ.
✠ Moldovalachiæ, Sotſavæ & Plagenarum, D. Miſael.

✠ Βεῤῥοίας, ὑπερτ. καὶ ἐξ. Θετταλίας, κυρίῳ Λεοντίῳ.
✠ Berrœæ, Principi & Exarcho Theſſaliæ, D. Leontio.

✠ Φιλίππων καὶ Δράμας, ὑπερτ. καὶ ἐξάρχῳ Μακεδονίας, κυρίῳ Ἀνθίμῳ.
✠ Philipporum, & Dramæ, Principi & Exarcho Macedoniæ, D. Anthimo.

✠ Διδυμοτείχου, ὑπερτίμῳ καὶ ἐξάρχῳ Ῥοδόπης, κυρίῳ Ἰωακείμ.
✠ Didymotichi, Principi & Exarcho Rhodopes, D. Joachimo.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγιωτάτης Μητροπόλεως Χίου, κυρίῳ Γενναδίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος. Ὑγιειῶς
εἰς Χίῳ.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano ſanctiſſimæ Metropolis Chii, D. Gennadio, mediocritatis noſtræ dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto, Salutem
in Chio.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ τῆς ἁγιωτάτης Μητροπόλεως Αἴνου, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ, τῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano ſanctiſſimæ Metropolis Æni, D. Jeremiæ, dilecto in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ

✠ τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Μητροπολίτῃ Νέων Πατρῶν, κυρίῳ Γρηγορίῳ, τῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Metropolitano Neopatræ, D. Gregorio, in Spiritu Sancto.

✠ τῷ πανιερωτάτῳ Μητροπολίτῃ Ξάνθης καὶ Περιθεωρίας, κυρίῳ Μακαρίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

✠ Reverendiſſimo Metropolitano Xanthes & Peritheorii, D. Macario, in Spiritu Sancto.

✠ Μελενίκου, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Melenici, D. Gregorio.

✠ Μεσημβρίας, κυρίῳ Μακαρίῳ.
✠ Meſembriæ, D. Macario.

✠ Προϊλάβου, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Proilavi, D. Gregorio.

✠ Βιδύνης, κυρίῳ Συμεών.
✠ Vidynæ, D. Simeoni.

✠ Βιζύης, κυρίῳ Ἰωακείμ.
✠ Viſyæ, D. Joachimo.

✠ Βάρνης, κυρίῳ Μακαρίῳ.
✠ Varnæ, D. Macario.

✠ Γοτθίας καὶ Καφᾶ, κυρίῳ Παρθενίῳ.
✠ Gotthiæ & Caphæ, D. Parthenio.

✠ Σοφίας, κυρίῳ Ἀναστασίῳ.
✠ Sophiæ, D. Anaſtaſio.

✠ Λήμνου, κυρίῳ Ἰωαννικίῳ.
✠ Lemni, D. Joannicio.

✠ Δέρκων, κυρίῳ Νικοδήμῳ.
✠ Dercorum, D. Nicodemo.

✠ Σηλυβρίας, κυρίῳ Λεοντίῳ.
✠ Sylebriæ, D. Leontio.

✠ Μηδείας, κυρίῳ Παϊσίῳ.
✠ Medeæ, D. Païſio.

✠ Σωζυπόλεως, κυρίῳ Δαμασκηνῷ.
✠ Sozypolis, D. Damaſceno.

✠ Γάνου καὶ Χώρας, κυρίῳ Κωνσταντίνῳ.
✠ Gani & Choræ, D. Conſtantio.

✠ Ἴμπρου, κυρίῳ Γερμανῷ.
✠ Impri, D. Germano.

✠ Κορίνθου, πάσης Πελοποννήσου, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Corinthi, univerſæ Peloponneſi, D. Gregorio.

✠ Μονεμβασίας, Πάσης πελοποννήσου, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Monembaſiæ, univerſæ Peloponneſi, D. Gregorio.

✠ παλαιῶν πατρῶν, Πάσης Ἀχαΐας, κυρίῳ Ἀρσενίῳ.
✠ Palapatræ, univerſæ Achaïæ, D. Arſenio.

✠ Ναυ-

✠ Ναυπλοίȣ καὶ Ἄργȣς, κυρίῳ Ἀμβρωσίῳ.
✠ Nauplii & Argi, D. Ambroſio.

✠ Χριςιανȣπόλεως, κυρίῳ Γρηγορίῳ.
✠ Chriſtianopolis, D. Gregorio.

Οἱ Ἀρχιεπίσκοποι.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ τȣ͂ ἁγίȣ καὶ θεοβαδίςȣ ὄρȣς Σινᾶ, κυρίῳ Ἀθανασίῳ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτȣργῷ.

Archiepiſcopi.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Archiepiſcopo ſancti & cœleſtis Montis Sina, D. Athanaſio, fratri dilecto & conſacerdoti in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Προικοννήσȣ, κυρίῳ Θεοκλήτῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ.

✠ Reverendiſſimo & doctiſſimo Archiepiſcopo Prœconeſi, D. Theocleto, fratri dilecto in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ πανιερωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Λιτίτζης, κύρ Παλατίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ.

✠ Reverendiſſimo Archiepiſcopo Lititzæ, D. Palatio, fratri dilecto in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Κώȣ, κύρ Κυρίλλῳ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῷ.

✠ Religioſiſſimo Archiepiſcopo Coi, D. Cyrillo, fratri in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Σάμȣ καὶ Ἰκαρίας, κύρ Γρηγορίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτȣργῷ.

✠ Religioſiſſimo Archiepiſcopo Sami & Icariæ, D. Gregorio, fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Μύλȣ καὶ Κημύλȣ, κύρ Νεοφύτῳ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

✠ Religioſiſſimo Archiepiſcopo Myli & Cemyli, D. Neophyto, in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Καρπάθȣ καὶ Κάσȣ, κύρ Νεοφύτῳ, ἐν ἁγίῳ Πνέυματι ἀγαπητῷ.

✠ Religioſiſſimo Archiepiſcopo Carpathi & Caſi, D. Neophyto, dilecto in Spiritu Sancto.

✠ Κασανδρείας, κύρ Ἰγνατίῳ.
✠ Caſandriæ, D. Ignatio.

✠ Φαναρίȣ, κύρ Ὠδινα.
✠ Phanarii, D. Odina.

✠ Ἄνδρȣ, κύρ Ἀθανασίῳ.
✠ Andri, D. Athanaſio.

✠ Σίφνȣ, κύρ Μακαρίῳ.
✠ Siphni, D. Macario.

✠ Τζίας καὶ Θερμίων, κύρ Βαρθολομαίῳ.
✠ Tziæ & Thermiorum, D. Bartholomæo.

✠ Σαντορίνης, κύρ Ζαχαρίῳ.
✠ Santhorinæ, D. Zachario.

✠ Κυθήρων, κύρ Μελετίῳ.
✠ Cytherorum, D. Meletio.

✠ Κεφαληνίας καὶ Ζακύνθȣ, κύρ Τιμοθέῳ.
✠ Cephaleniæ & Zacynthi, D. Timotheo.

✠ Λευκάδος καὶ ἁγίας Μαύρας, κύρ Ἀνθίμῳ.
✠ Leucados & Sanctæ Mauræ, D. Anthimo.

✠ Πωγωνιανῆς, κύρ Εὐθυμίῳ.
✠ Pogonianæ, D. Euthymio.

✠ Χαλδίας, κύρ Γρηγορίῳ.
✠ Caldeæ, D. Gregorio.

Οἱ Ἐπίσκοποι τῆς Ἡρακλείας.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Καλλιȣπόλεως καὶ Μαδύτων, κύρ Ἱερεμίᾳ, ἐν ἁγίῳ Πνέυματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ.

Epiſcopi ſub Metropol. Heracleenſi.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Καλλιȣπόλεως καὶ Μαδύτων, κύρ Ἱερεμίᾳ ἐν ἁγίῳ Πνέυματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ.

✠ Religioſiſſimo Epiſcopo Calliopolenſi & Madytorum, D. Jeremiæ, dilecto fratri in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Μάτρων καὶ Ἀθύρων, κύρ Νείλῳ, ἐν ἁγίῳ Πνέυματι.

✠ Religioſiſſimo Epiſcopo Matrorum & Athyrorum, D. Nilo in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Τυρȣλώης καὶ Σερεντζίων, κύρ Νεκταρίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνέυματι.

✠ Reli-

✠ Religioſiſſimo Epiſcopo Tyroloæ & Serentziorum, D. Nectario in Spiritu Sancto.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Μυριοφύτου καὶ Περιςάσεως, κὺρ Ἰωάσαφ τῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

✠ Religioſiſſimo Epiſcopo Myriophyti & Periſtaſis, D. Joaſaph, in Spiritu Sancto.

Ὁ Ἐπίσκοπος τοῦ Ἀδριανουπόλεως.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Ἀγαθουπόλεως, κὺρ Ῥωμανῷ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ.

Epiſcopus ſub Metropol. Addrianopolenſi.

✠ Religioſisſimo Epiſcopo Agathopolenſi, D. Romano, dilecto in Spiritu Sancto.

Οἱ Ἐπίσκοποι τοῦ Θεσσαλονίκης.

✠ Τῷ θεοφιλεςάτῳ Ἐπισκόπῳ Κίτρους, κὺρ Ἀθανασίῳ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ.

Epiſcopus ſub Metropol. Theſſalonicenſi.

✠ Religioſisſimo Epiſcopo Citri, D. Athanaſio, dilecto fratri & conſacerdoti in Spiritu Sancto.

✠ Καμπανίας, κὺρ Κωνςαντίῳ.
✠ Campaniæ, D. Conſtantio.

✠ Σερβείων, κὺρ Διονυσίῳ.
✠ Serviorum, D. Dionyſio.

✠ Ἀρδαμερίου κὺρ Θεοφιλήτῳ.
✠ Ardamerii, D. Theophileto.

✠ Πέτρας, κὺρ Μακαρίῳ.
✠ Petræ, D. Macario.

✠ Πολυάνης, κὺρ Συμεών.
✠ Polyanes, D. Simeoni.

✠ Ἱερισσοῦ καὶ Ἁγίου Ὄρους, κὺρ Ἀνθίμῳ.
✠ Hieriſſi & Sacri Montis, D. Anthimo.

✠ Πλαταμῶνος, κὺρ Μελετίῳ.
✠ Platamonis, D. Meletio.

✠ Ῥεντίνης, κὺρ ———————
✠ Rentinæ, D. ———————

Τȣ̃ Τορνόβȣ οἱ Ἐπίσκοποι.

Sub Metropol. Turnovi, Epiſcopi.

✠ Τζερβενȣ̃, κύρ ——————
✠ Tzerveni, D. ——————

✠ Λοφτζȣ̃, κύρ ——————
✠ Lophtzi, D. ——————

✠ Πρεσλάβας, κύρ ——————
✠ Preslavæ, D. ——————

Τȣ̃ Λαρίσσης οἱ Ἐπίσκοποι.

Epiſcopi ſub Lariſſenſi Metropol.

✠ Δημητριάδος, κύρ Ἰωαννικίῳ.
✠ Demetriadis, D. Joannicio.

✠ Λητζᾶς καὶ Ἀγράφων, κύρ Διονυσίῳ.
✠ Letzæ & Agraphorum, D. Dionyſio.

✠ Σταγῶν, κύρ Ἀρσενίῳ.
✠ Stagorum, D. Arſenio.

✠ Γαρδηκίȣ, κύρ Γρηγορίῳ.
✠ Gardecii, D. Gregorio.

✠ Θαυμακȣ̃, κύρ ——————
✠ Thaumachi, D. ——————

✠ Ζητȣνίȣ, κύρ ——————
✠ Zetunii, D. ——————

✠ Λοιδωρικίȣ, κύρ ——————
✠ Loidoricii, D. ——————

✠ Ῥαζδοβιζίȣ, κύρ ——————
✠ Razdovizii, D. ——————

✠ Σκιάθȣ καὶ Σκοπέλȣ, κύρ Κλήμεντι.
✠ Sciathi & Scopeli, D. Clementi.

Οἱ Ἐπίσκοποι τȣ̃ Ἰωαννίνων.

Epiſcopi ſub Metropol. Joanninorum.

✠ Βελᾶς, κύρ Φιλαρέτῳ.
✠ Velæ, D. Philareto.

✠ Δρυνȣπόλεως, κύρ Παρθενίῳ.
✠ Drynopolis, D. Parthenio.

✠ Δελβίνȣ καὶ Χειμάῤῥας, κύρ ——————
✠ Delvini & Chimarræ, D. ——————

✠ Βοθρόντȣ καὶ Γλυκεῶν, κύρ ——————
✠ Bothronti & Glycorum, D. ——————

XVII. Ut

XVII. Ut ad collectiones ſcriptorum Græcorum, quas recenſendas hoc capite in me ſuſcepi, redeam, variæ nec contemnendæ exſtant, quas *Joachimo Camerario* (*) Phœnici Germaniæ debemus. Sunt autem hæ:

1. ἐκλογὴ καὶ οἷον ἀπάνθισμα διαφόρων Ἐπιστολῶν Ἑλληνικῶν, ὑπό τε τοῦ Ἄλδου καὶ ἄλλων ποτὲ τινῶν ἐκδοθεισῶν, καὶ νῦν δὴ ὑπὸ παντοίων εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων γλῶσσαν μεθερμηνευθεισῶν, ὧν ἑκάστου τοὔνομα ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἐκπονήματος προστεθὲν ὀφθήσεται. Complectitur libellus hic Epiſtolas ſelectas LXXXVI. Græce deſcriptas, ***Dionis*** unam ad Dionyſium quæ inter Platonicas legitur, tum nonnullas ***Ariſtotelis***, ***Phalaridis***, ***Apollonii*** Tyanenſis, ***Platonis***, ***Baſilii***. &c. Separatim deinde ſubjuncta legitur Latina harumce Epiſtolarum verſio, variis auctoribus, ***Joach. Camerario*** ipſo, ***Joanne Sciuro***, ***Paulo Vadino***, ***Chriſtophoro Buſtio*** Papebergenſi, ***Matthia Flacio*** Illyrico, ***Laur. Durrio*** Norico, ***Hieronymo Schnœdo***, ***Matthia Irenæo*** & ***Johanne Sechelio***. Denique ſubjunctæ ſunt aliæ Epiſtolæ undecim, quarum ſingulæ ſuam ſtatim annexam habent verſionem. Harum binæ auctorem habent ipſum Camerarium, una ſub Ariſtotelis nomine ad Philippum, altera ſub Sopatri ad Dionyſium Areopagitam, cujus ad hunc Epiſtola præmittitur. Tubing. 1540. 8.
2. Libellus gnomologicus, bonarum utiliumque ſententiarum generalem expoſitionem Græcam Latinamque continens, ad puerilem quidem inſtitutionem accommodatus, ſed qui tamen adultioribus quoque oportunus eſſe poſſit. Lipſ. 8. ſine anni nota. Græce, & ad calcem voluminis Latine.

περὶ γνωμικῆς διδασκαλίας σύνοψις p. 25. de doctrina generalium ſententiarum, ſummula conſiderationis, auctore Joach. Camerario. p. 157.

 Sen-

(*) De Camerario optimo ac ſingulari Viro, & pulcherrime promerito de bonis litteris, Græcis præſertim, conſuli poſſunt D. *Andreas Freyhubius* oratione dicta in ejus funere 19. April. 1574. editaque Lipſiæ in 4. *Melchior Adami* in vitis Philoſophorum, *Jeremias Sohnius* narratione de vita Joach. Camerarii, *Theodorus Beza* in iconibus F. I. *Antonius Teiſſerius* in elogiis Thuaneis, *Jacobus Thomaſius* in præfationibus pag. 488. ſeq. *Gregorii Richteri* Melanchthoniana p. 443. ſeqq. *Adolphus Clarmundus* ſive qui latet ſub illo nomine Rudigerus in vitis eruditorum vulgatis Germanice T. VI. ſub init. & *Jo. Abrahamus Wimmerus* in ſchediaſmate ad B. Joannem Chriſtianum Buckium, de Camerario, Lutheri meritis nihil detrahente Witeb. 1723. 4. Apud Voſſium de ſcientiis Mathematicis p. 377. ubi digna laude Camerarium mactat, pro Anno CIƆ IƆ LXXXIV. quo denatus fuiſſe traditur, emendandum eſt LXXIV.

Sententiæ ſelectæ ex *Platone*. Græc. p. 33. 79. ſeq. 83. & Lat. pag. 165. 219. 224.
Ex *Lyſiæ* & *Iſocratis* Orationibus. Gr. p. 42. 43. ſeq. & Lat. p. 176.
Ex Orationibus *Lycurgi* Gr. p. 85. Lat. p. 226.
Ex Orationibus *Andocidis*, *Dinarchi*, & *Æſchinis*. Gr. p. 47. Lat. p. 182.
Ex Orationibus *Demoſthenis*. Gr. p. 49. 86. Lat. p. 183. 227.
Ex *Herodoto*. Gr. p. 55. Lat. p. 190. ſeq. & 301.
Ex *Thucydide*. Gr. p. 59. 81. 84. Lat. p. 195. 221. 225.
Ex *Xenophonte*. Gr. p. 63. 82. 86. Lat. p. 200. 223. 227.
Ex *Ariſtotele*. Gr. p. 70. 80. 82. 84. Lat. p. 208. 220. 222. 225.
Ex *Polybio*. Gr. p. 75. Lat. p. 215.
Ex *Plutarcho*. Gr. p. 77. 85. 87. Lat. p. 217. 227. 228.
Ex *Halicarnaſſeo* (Dionyſio) Gr. p. 79. Lat. p. 218.
Ex *Athenæi* Dipnoſophiſtis. Gr. p. 81. 83. Lat. p. 221. 223.
Ex *Theophraſto*. Gr. p. 86. Lat. p. 227.
Ex *Euſtathio* ad Homerum. Gr. p. 85. 86. Lat. p. 226. 227.

Agapeti ἔκθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν, expoſita capita præceptionum ad Imperatorem Juſtinianum ex MS. Joannis Sambuci, quod cum editione Colonienſi ante annos quinquaginta duos vulgata Camerarius contulit. Gr. pag. 87 -- 108. Lat. pag. 227 -- 251. Sicut in Græcis primæ capitum litteræ ſive acroſtichi reddunt hæc verba: Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγάπητος ὁ ἐλάχιστος διάκονος, ſic in Latina Camerarii verſione (*) ex primis capitum litteris leges hæc; *Diviniſſimo & pietate ſummo Regi noſtro Juſtiniano Agapetus in minimis Diaconus.* Confer ſi placet quæ de hocce ſcripto dicta a me ſunt Volum. VI. hujus Bibl. pag. 570. ſeq.

Epiſtola

(*) Camerarius annotat, à Græcis capita illa Agapeti vocari σχεδὴν βασιλικὴν ſeu σχέδια βασιλικά, quibus nominibus ſignificatur compoſitio minus elaborata, & operæ feſtinatæ fabrica, & quaſi commentarius ad Regum pertinens conſiderationem. *Fuit autem interpretatio noſtra aliquanto operoſior, in ſtudio illam Græcæ orationis* πανηγυρικῶς *comtæ formam effingendi.* Scholia Græca quæ in Sambuci MS, reperit, indigna editione Camerarius exiſtimavit, *nam adjectam,* inquit, *in Sambuceo libello puerilem verborum explicationem, neque tempore hoc neceſſariam, neque propoſito noſtro congruentem duximus.* Auctor illorum ſcholiorum græcorum adhuc ineditorum *Moſchopulus*, ex quibus excerpta quædam dedi Volum. XII. hujus Bibl. pag. 306. ſeq.

Epiſtola *Palladii* de Indicis gentibus & de Bragmanibus, edita primum ex MS. Jo. Sambuci, quod mendoſe exaratum ab imperito linguæ Græcæ & indocto ſcriba Camerarius queritur. Græce p. 110-149. Latine p. 253-294. notæ p. 302. ſeq. Hanc Palladii Epiſtolam centum amplius annis interjectis tanquam ineditam Græce & Latine Eduardus Briſſæus Lond. 1668. 4. in lucem protulit, ut dixi Volum. IX. hujus Bibl. p. 10.

3. ἐπιγράμματα ἑλληνικὰ τῶν παλαιῶν ποιητῶν καὶ ἐπιτάφια, Epigrammata Veterum Poëtarum atque Epitaphia, cum epigrammatis Joachimi Camerarii & Jacobi Micylli, Baſileæ ex officina Hervagiana 1538. 8. In hoc libello Græce exhibentur inprimis *oracula* ex veterum ſcriptis collecta, cum nonnullis Sibyllinis p. 1-34. Deinde p. 35. ſeq. *griphi* ſive *ænigmata*. Hinc *epigrammata* omnis generis ἐγκωμιαστικὰ καὶ σκωπτικὰ, παροιμιακά τε καὶ γνωμικὰ καὶ ὅσα παιγνιώδη ἢ τοιουτότροπα p. 38. Porro ἀναθηματικὰ καὶ εἰς εἰκόνας. p. 63. ἐπιτάφια p. 79. Non ex anthologia epigrammatum Planudea ſed ex aliis veterum ſcriptis hanc collectionem à Camerario adornatam facile apparet, cui deinde ſubjunxit epigrammata quædam Græca recentium *Politiani* p. 97. *Jacobi Micylli* Argentoratenſis p. 100. & quæ ipſe non infelici vena compoſuit Camerarius p. 103-141. in quibus & griphi quidam p. 117. & hymni ſacri p. 122. ſeq. & onirocritica adjuncta, onirocriticis *Aſtrampſychi* (*) ſine nomine auctoris præmiſſis p. 138. Claudunt volumen nonnulla ex oraculis & epigrammatibus priſcis à Camerario Latine verſa p. 143-159.

4. Diſputatio de piis & catholicis atque orthodoxis precibus & invocatione Numinis Divini: & expoſitæ formulæ harum, tam de ſacris Scripturis quam aliorum uſurpatione deſcriptæ Græce & Latine. acceſſerunt definitiones præcipuarum rerum quarum mentio in hac diſputatione fit. Argentorat. 1560. 8.

In hoc libro poſt piam & eruditam Camerarii de precibus & adoratione ad ſolum DEUM, non ad imagines nec ad Mariam aut Sanctos referenda diſſertationem p. 1-70. ſequuntur Preces SS. *Chryſoſtomi*, *Baſilii*

(*) De his dictum lib. IV. hujus Bibl. c. 13. §. 11. Hadrianus Junius lib. I. animadverſor. c. 18. verſus LXXV. onirocriticos edidit & verſione etiam donavit. In hac Camerarii editione autem ſunt verſus LXXXIV.

Baſilii, Gregorii Nazianzeni, *Jo. Damaſceni*, & aliorum Græce deſcriptæ ex libello precationum quo Græcæ Eccleſiæ utuntur, & Camerarius appellat Μηνάιον p. 71--92.

Preces Græce excerptæ ex ſacris litteris: *Oratio Dominica*, p. 99. *Oratio JESU* ex Johannis XVII. p. 100. cum Græca elegiaca Camerarii metaphraſi p. 103. Oratio *Jacobi* Geneſ. XXXII. & *Moſis* Deut. IX. p. 108. & Exod. XXXII. XXXIII. p. 141. ſeq. *Joſaphati* 2. Paralipom. VIII. ex Heroica metaphraſi Græca p. 109. & Latina elegiaca p. 231. Precatio *Hiskiæ* Regis 4. Reg. XIX. p. 111. *Manaſſæ* Regis p. 112. *Jonæ* Prophetæ ex Jon. II. & *Jeremiæ* p. 114. cum Latina Heroica metaphraſi p. 232. Precatio *Danielis*, Dan. IX. p. 116. *Esdræ*, Esdr. IV. & Neem. IX. p. 118. 121. *Judithæ*, Judith. IX. & VI. p. 126. 128. *Tobiæ*, Tob. III. ibid. *Baruchi* p. 129. *Mardochæi* & *Eſtheris* ex Eſther. XIII. & XIV. p. 130. 131. Precatio *Salomonis* nomine ex libro Sapientiæ c. IX. p. 133. quem librum Camerarius ait exiſtimari compoſitum à Philone κατὰ προσωποποιΐαν. *Salomonis* ex 3. Reg. VIII. p. 135. Ex Proverbior. XXX. p. 140. *Neemiæ* 2. Maccab. I. *Pſalmus* LI. p. 142.

Formulæ precationum piarum recentes, à Camerario Græce compoſitæ p. 144. ſeq. elegia Euchariſtica ad CHriſtum p. 157.

Formulæ benedictionum & laudes atque gratias DEO agendi, ex ſacris litteris, Melchiſedechi, Geneſ. XIV. p. 160. Iſaaci Geneſ. XXVIII. Jacobi Geneſ. XLVIII. Benedictio ſacerdotalis Num. VI. Salomonis 3. Reg. VIII. p. 161. Eſdræ, Eſdr. VII. p. 162. Trium puerorum (*) p. 163. Zachariæ ex Luc. I. p. 167. cum Latina metaphraſi Heroica p. 234. Eliſabethæ ex Luc. I. Eſaiæ XII. ex Metaphraſi Græca Camerarii Heroica. p. 168. Tobiæ XIII. p. 169. Moſis (**) Exod. XV. p. 172. Annæ & Elcanæ (***) 1. Samuel. II. p. 174. Davidis

(*) Ad calcem hujus hymni ſive δοξολογίας, ex libris eccleſiaſticis Græcorum hæc adduntur. p. 167. εὐλογεῖτε Ἀπόστολοι, προφῆται καὶ Μάρτυρες Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογοῦμεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Τὸν Κύριον ὑμνοῦμεν καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, προσκυνοῦμεν τὸν Κύριον, ὑμνοῦντες καὶ ὑπερυψοῦντες αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

(**) ἄρδην βυθίσας Φαραὼν, Μωσῆς λέγει.

(***) Θεὸν γεραίρει χήρα τίκτουσα ξένως.

Davidis 2. Reg. XXII. p. 176. Hiskiæ Regis, Eſai. XXXVIII. p. 180. Judithæ, Judith. XVI. p. 181. Jeſu Sirachidæ p. 182. Mariæ Virginis ex Luc. I. p. 185. cum metaphraſi Latina Heroica Camerarii. p. 236. hymnus ἐξιτήριος ſive valedictorius Simeonis, ex Græca ejusdem Camerarii metaphraſi p. 186.

Doxologia Eccleſiaſtica p. 186. Precatio Clementis Alex. p. 222. Hymnus in Salvatorem p. 223. Hymnus quotidianus: p. 224.

Hymni recens Græco carmine à Camerario compoſiti, in SS. Trinitatem p. 187. in CHriſti genethlia ſive Nativitatem. p. 188. 191. 192. 212. 218. in Spiritum S. p. 195. in paſſionem & reſurrectionem CHriſti. p. 208. ᾠδὴ εὐλογητική. p. 225.

Formulæ gratiarum actionum recentes Græcæ. p. 227.

Preces pro Catechumenis in terra proſtratis, incipiente Diacono, lege Eccleſiæ, ex his quæ ſunt apud S. Chryſoſtomum in primum ſecundæ ad Corinthios, Latine verſæ à Camerario. p. 230.

Formulæ precum Latinæ. p. 237. Pſalmi XLVI. meditatio, DEUS noſter refugium & virtus. p. 250.

Definitiones rerum ſacrarum, Græcè compoſitæ à Camerario. p. 255--261.

Reſponſio verſibus Græcis jambicis ad triplex dubium, quomodo precibus precumque formulis ſit opus, cum DEO jam nota ſint omnia, nec curet ille verborum cultum aut blanditias, & ipſe immotus atque immutabilis ſit in ſuis conſiliis. p. 262. 263. Sed tertium dubium ejusque ſolutionem non injucundum fuerit hoc loco ipſius verbis cognoſcere:

Ἀλλ᾽ ὅϛὶν ὁ Θεὸς οἷος αἰὲν ὁ αὐτὸς ὤν,
καὶ ἀμετάβλητος ἐν οἷς προέθετο πανταχοῦ,
πῶς οὖν ἀκούσας τῶν ἐμῶν προσευγμάτων
μεταστρέφοιτο προσπαθὼν πάθεσιν ἐμοῖς;
οὐ γὰρ μετανοεῖ κεῖνος ὥσπερ τις βροτός.

ΛΥ΄ΣΙΣ.

Διὰ τοῦτο γίνεθ᾽ ὅσα γ᾽ αἰτησώμεθ᾽ ἂν
τῇ πίστει ἀντιβολοῦντες, ὅτι κεκελεύσμεθα
καὶ τῆς ἐπαγγελίας πάρεστι τἀσφαλές.
ὄντος γὰρ ἀτρέπτου Θεοῦ καϊδίου,
οὐκ ἔσθ᾽ ὅμως τοῦδ᾽ ἀνελεήμων στεῤῥότης.

ἀλλ᾽ αἰὲν εὔσπλαγχνον τρόπον ἔχει χρηστὸς ὤν.
οὐ γὰρ ἐπαΐειν δυναμένης ἀνθρωπίνης
φύσεως, λεγομένων ῥήμασιν θείων Θεοῦ,
ταῖς ἀσθενίαις τῶν βροτῶν ὁ Κύριος
συμπεριφέρετο διαλεχθεὶς σωτηρίως,
ἅτε οἶδε προφερῶν, ἅτε προεῖπεν ἀποτελῶν.
βούλῃ δὲ πάντα καταειδέναι σαφῶς τάδε;
πίστευε, τῇ πίστει γὰρ ἡ γνῶσις ἕπεται.
πίστις δὲ τὰς ἱερὰς γραφὰς στήριγμ᾽ ἔχει
ἐπὶ τοῦ Θεοῖο τεθελιωμένη λόγῳ,
τίκτουσα γνῶσιν ἀληθείας σωτήριον.

8. Ἀριθμολογία ἠθική, in quo libello continentur Græcè numeris (*) definitæ indicationes variæ, de quibus animus inſtrui poteſt multiplici cognitione, inprimis prudentiæ & honeſtatis præceptis, v. g. *tria non indigent multis laudibus, ſed præſtantiam ipſa ſuam ſatis produnt per ſe:* α΄, καλὸς οἶνος πινόμενος, β΄ λόγος σοφὸς προφερόμενος, γ΄ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τοῖς δεινοῖς. *1. bonum vinum quando bibitur. 2. ſermo ſapienter prolatus. 3. vir magnus in rebus adverſis. Ad quatuor res properare ſtolidum eſt,* α΄ ἐπὶ μάχην καὶ πόλεμον. β΄ ἐπὶ τὸ μεθύσκεσθαι καὶ τὴν κυβείαν. γ΄ πρὸς δεῖπνον ἂν ἧς ἄκλητος, δ΄ πρὸς τὸ λαλεῖν ὄντα ἀνόητον. *1. ad rixam & bellum. 2. ad ebrietatem & aleam. 3. ad cœnam ſi non ſis vocatus, & 4. ad loquendum ſi non ſapias* &c. Huic arithmologiæ Ethicæ ſubjiciuntur Græcè, fabulæ ſex: Etho-

(*) Qualia Græce hoc libello dedit Camerarius, & Philo offert libello de numero ſeptenario talia multa notarunt libris Latine editis Petrus Bungus in opere de myſteriis numerorum Bergoni 1585. & Pariſ. 1618. 4. Petrus Lindenbergius de præcipuorum tam in ſacris quam Ethnicis ſcriptis numerorum nobilitate, myſterio & eminentia, cum auctario Henr. Ranzovii, Roſtoch 1591. 8. & cum novo auctario ad calcem Chriſtiani Woldenbergii de numeris utriusque juris, Francof. 1670. 4. Athanaſius Kircherus in arithmologia de abditis numerorum myſteriis, Rom. 1665. 4. Joannes Rhodius ſive Roſenbergius in trinis Theologicis, Philoſophicis & Jocoſis, Chiliade 1. & 2. A. 1584. & 1585. 8. Jo. Paulus Wurfbainius de numero ſeptenario, Jo. Bona de Divina Pſalmodia p. 413. 443. 451. Opp. & Auctor libri Germanice editi das ein mal eins cum notis variorum. Dreßden 1703. 8. Jo. Fridericus Riedererus in der Geheimniß reichen Zahl Drey. Norimb. 1712. 8. Carolus Biſani in dem Schlüſſel zum Geheimniß der Weiſen und klugen Welt, 1708. 8. atq; idem Riddererus in Unterſuchung der Zahl Sieben. Francof. 1719. 8. &c.

Ethopœia Heſiodi adverſus Lucianum (*) ſe defendentis, ὅσα εἴποι ἂν εὐλόγως ὁ Ἡσίοδος ἀποκρινάμενος πρὸς τὴν Λουκιανικὴν ἀντιλογικὴν προσλαλιάν. Exempla narrationis, apophthegmatum & parabolarum. Ænigmata XXI. ſive griphi Græcis verſibus hexametris. στίχοι ὑφαντοὶ ſive verſus per verba ſingula invicem ſibi reſpondentes, quales ſunt hi duo:

ἄρτος, χιτὼν, πατήρ τε καὶ λιμὴν γίνου
πεινῶσι, γυμνοῖς, ὀρφανοῖς, τοῖς ἐν ζάλῃ.

& retrogradiendo:

αἰδὼς, πόνοι, φρόνησις, ἡσυχία πρέπει
Γέρουσιν, ἀνδράσιν, νέοισι, παιδίοις.

Problemata arithmetica IV. & Geometrica IV. quorum primum petitum ex Plutarchi convivio VII. ſapientum. Dialogi III. more Socratico inſtituti. Confirmatio definitionis de pulchro. Expoſitio definitionis de ratiocinatione. Confutatio, quod Plato non in Ægypto res ſacras Hebræorum didicerit. Chria de dicto Biantis quo malos pœnam effugere negavit. Laus ſententiæ Iſocrateæ in Orat. de pace, quod nullum præſentius ſit remedium adverſus animorum ægritudines & cupiditates quam prudens & oportuna oratio. Deſcriptio picturæ qua tempus noſcendum innuitur. Rei admirandæ quæ domo de cœlo tacta olim in qua Hunericus commoratus eſt, accidit, enarratio. Græce omnia, Baſileæ apud Jo. Oporinum 1551. 8.

Eadem collectio auctior vidit lucem addita etiam Latina verſione Joachimi Camerarii filii, ſubjunctisque exemplis diverſis exercitii Rhetorici, id eſt, oratione perſpicua enunciandi cogitationes prudentiæ & doctrinæ. Lipſiæ ex officina Valentini Papæ, 1552. 8. & apud Voegelinum 1571. 8.

6. De invocatione ſanctorum qui ex hac vita exceſſerunt. Lipſiæ 1584. 8. In hoc libello poſt præfationem Latinam ad Petrum Medmanum de miſeria eorum qui veritati improbe reſiſtunt, exhibentur Græce (1) Camerarii (**) Epiſtola ad Bartholomæum Latomum, qui

 ſan-

(*) Luciani Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον legitur T. 2. edit. Amſt. p. 486.

(**) Inſcribitur Epiſtola: ὁ Ταμίας τῷ Λατόμῳ χαίρειν. Denotat autem vocabulum

ſanctorum invocationem tuendam in ſe ſuſceperat. (2) Epiſtola Camerarii ad Matthiam Irenæum Francum de ſtatu illorum temporum, & de Lutheri ac Melanchthonis meritis in Eccleſiam remediisque Eccleſiæ emendandæ. (3) Epiſtola *Antonii Eparchi* ad Philippum Melanchthonem, quam dignam lectu infra ſubjiciam, fateor enim & mihi contigiſſe, quod legentem eandem ſenſiſſe ſe teſtatur Camerarius, *ἣν ἀναγνοὺς ἥσθην τε τῆς λέξεως εὐαρμοστίᾳ καὶ γνώμης εὐστοχίᾳ, καὶ ἐδόκουν ἐν ἐκείνῃ ἐναργῆ τινα εἰκόνα τῆς πάλαι ἑλληνικῆς σοφίας καθορᾶν, ἐχάρην δὲ καὶ ὑπὸ τοιούτου ἀνδρὸς ἀξίως ἐπαινούμενον ἰδὼν τὸν Φίλιππον.* (4) Camerarii Epiſtola ad Zoëbium ex amico adverſarium. (5) De futura rerum mutatione præſignificatio, adjuncto loco ex Plutarchi Sylla. Hæc ſcripta Græce vulgata à Camerario, Latine vertit & poſt anni ſpatium in Academia Regii montis edidit M. Melchior Iſinderus, adjuncto ſcripto Melanchthonis de aperiendo ludo liberalium artium litterario, quod idem Iſinderus ex Germanico Latine eſt interpretatus. Sed ecce jam tibi promiſſam Antonii Eparchi ad Melanchthonem Epiſtolam.

ΦΙΛΙΠΠΩ ΤΩ ΜΕΛΑΓΧΘΟΝΙ,

Ἀντώνιος ὁ ἔπαρχος, εὖ πράττειν.

Τὸ σεμνόν σου τῶν τρόπων, καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιείκειαν οἶδα, παρὰ πολλῶν ἀκούσας Μελάγχθον αἰδέσιμε. ἔγνων ἔτι δὲ καὶ τὴν παιδείαν, καὶ τὸ φιλόσοφον ἦθος σου, καὶ τὴν περὶ τοὺς λόγους δεινότητα, ἐντυχὼν τοῖς λογιωτάτοις ὑπομνήμασί σου. ἐπυθόμην δὲ αὖθις καὶ τὸ ἀξίωμα ὃ φέρεις παρὰ πᾶσι τοῖς ἐν τέλει χριστιανοῖς, ἐπὶ τούτοις καὶ ἣν κέκτησαι παῤῥησίαν πρὸς Ὀυελβετίους τε καὶ Γερμανοὺς, καὶ τοὺς λεγομένους Φράγκους, παρ' οὐκ ὀλίγων

lum ταμίας Camerarium ſive Quæſtorem (Kammermeiſter) quod nomen officii majoribus ejus præ avito Liebhardi placuit, ex qua familia patritia Norimbergenſi natus eſt Joannes, Senator Pabebergenſis ſive Bambergenſis Joachimi noſtri Camerarii Pater. Confer Jo. Theodori Leubſcheri τῶν μακαρίτου ἀποσπασμάτια litteraria c. 2. Nova litteraria Germaniæ A. 1705. p. 10. Pauli Freheri theatrum virorum doctorum pag. 1468. & Hiſtoriam Bibl. D. Joannis Fabricii Theologi Helmſt. parte IV. p. 35.

ὀλίγων ἔμαθον. ταῦτα μέγιστα ὄντα σοι, εἴτε παρὰ Θεοῦ, εἴτε παρὰ τῆς φύσεως, εἴτε παρὰ τῆς φιλοπονίας εὐεργετήματα, ἐκκαλυπτικὰ γίνεται σημεῖα, τοῦ μέγα τι δύνασθαι κατορθοῦν ἐν τῷ βίῳ. ὅθεν πολλάκις πρὸς ἐμαυτὸν σκεψάμενος τὴν εὐμοιρίαν ταύτην τῶν προσόντων σοι πλεονεκτημάτων, ἐν μέρει δὲ καὶ τοὺς παρόντας καιροὺς λογισάμενος, ὡρμήθην κἂν μήπω πρότερον ἢ γράμμασι περιτετυχήκαμεν ἀλλήλοις, ἢ ἄλλως συνεληλύθαμεν, ἐν τῷ παρόντι γε ἐπιστεῖλαι σοι. ἅμα μὲν φιλίας ἀῤῥαβῶνα καταβαλλόμενος πρὸς σὲ, ἅμα δὲ, καὶ συμβουλεῦσαι τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸν παρόντα θόρυβον ἐνθυμούμενος. ὁρῶν γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας κάμνουσαν ἤδη τὰ λοίσθια, καὶ τὸν ὑπὲρ ψυχῆς ἀγωνιζομένην ἀγῶνα, μηδένα δὲ τῶν δυναστευόντων ἢ ἐπικουρῆσαι προαιρούμενον, ἢ ὅλως αἰσθανόμενον τοῦ κακοῦ, ἄχθομαι καὶ περιπαθὴς γίνομαι, κινδυνεύων καὶ ταύτης τῆς κοινῆς ἁπάντων πολιτείας ἀποστερηθῆναι, ὥσπερ δήπου καὶ τῆς ἰδίας. ἀσπαζόμενος γὰρ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ τῆς δουλείας ἐπάρατον αἶσχος ἀποφεύγων, ἐν ἀλλοδαπῇ νυνὶ διατρίβω, ὅθεν οὐδ᾽ ἐξ ἀπόπτου μοι γίνεται θεάσασθαι τὸ πατρῷον ἔδαφος ἀδακρυτὶ, Ἑλλάδια τὴν ποτὲ κλεινὴν, ζυγὸν δουλείας ἀκλεῶς ὑποφέρουσαν. συμφέρομαι δ᾽ ὁπωσδήποτε τοῖς παροῦσιν, ἀρκούμενος τῇ κοινῇ ταύτῃ τῶν χριστιανῶν εὐδαιμονίᾳ, ἧς ἀρχὴν ἥγημαι καὶ πηγὴν τὴν ἀοίδιμον ἐλευθερίαν. τὸ δὲ καὶ ταύτης στερηθῆναι κινδυνεύειν χριστιανοὺς, δεινὸν πάντως, καὶ οὔτε οὐρανοῦ οὔτε γῆς ἁπτόμενον φαίνεται. ἀλλ᾽ οἱ μὲν οὔ φασι ταῦτα γενήσεσθαί ποτε. ἐγὼ δὲ τοῦτο μόνον ὑπόθεσιν τῆς ἐπιστολῆς ποιούμενος, καὶ σέ ποτε προσκαλέσομαι μάρτυρα, ἂν μὴ πρὸς τὸ βέλτιον μεθαρμοσθῇ τὰ χριστιανῶν. τί γὰρ, αἰδέσιμε Φίλιππε, Σολιμάνης ὁ πάσης ἀρετῆς ἐχθρὸς, νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν πραγματεύεται; οὐδὲν ἄλλο πάντως, ἢ τὸν τοῦ ψευδοπροφήτου νόμον κύριον ἀνὰ πᾶσαν καταστῆσαι τὴν οἰκουμένην. μήτιγε χρημάτων ἀπλήστως ἔχει; μήτιγε προσόδων; ἥκιστα. καὶ χρήματα γὰρ καὶ προσόδους ὅσας οὐδεὶς ἄλλος ἔχει. μήτιγε πόλεων καὶ χώρας ἐπιθυμεῖ; καὶ μὴν παρὰ πάντας πλείονα μένος ἔχει. τί δ᾽ ἐστιν ὃ βούλεται; εὐσεβές τι, νὴ τὰς χάριτας, καὶ θεῖον, ὡς οὐκ

οἶδ' εἴτις ἄλλος λογίζεται. ὥσπερ ἕτερος Ἡρακλῆς, ἐξελάσαι τοῦ κόσμου τὴν κακίαν προῄρηται, καὶ καταστῆσαι τὴν ἀρετὴν, μακαρίους τε ἡμᾶς ἁπαξάπαντας ἀποδεῖξαι. τί τοῦτο λέγεις; παπαὶ τῆς εὐεργεσίας. οἰόμενος μηδένα τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμόνως οἷόν τε βιοῦν, ἂν μὴ κατὰ τὴν Μαωμὲθ πολιτείαν βιώῃ, βούλεται τὸν νόμον αὐτοῦ, ἄρχοντα πάντων ἀποφῆναι. τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, Φίλιππε, τοῦτ' ἔστι τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ. κἂν δαίμονί τινι πονηρῷ, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ὑπὸ χεῖρά οἱ ξυμβαίη γενέσθαι, τούτου δὲ μόνου μὴ τύχοι, οὐ παύσαιτ' ἂν αὖθις πολεμῶν ἡμῖν, ἔστ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ. οἱ δὲ τὰ χριστιανῶν διοικοῦντες, τίνων ἔχονται πρὸς Θεοῦ; ἢ τί πρὸς ἐπανόρθωσιν κατορθοῦσι τῷ βίου; ἐν πέντε σισύραισιν ἐγκεκορδυλημένοι καὶ ῥέγχοντες, φησὶν ὁ κωμικὸς, οὐδ' ὄναρ λογίζονται τῶν σφίσι προσηκόντων. οὔτε γὰρ τῶν παρόντων ἐπιμελοῦνται, οὔτε τοῦ μέλλοντος πρόνοιαν τίθενται, ἀλλ' ἔργον κηφήνων ἐργαζόμενοι, μάτην ἀεὶ τρίβουσι τὸν χρόνον. κἂν δέποτ' ἐνθυμηθῶσι τι τῶν δεόντων ποιεῖν, αὖθις ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀναβαλλόμενοι, ἄτῃσι παλαίουσι παρὰ τὸν Ἀσκραῖον Ἡσίοδον. ἢ γὰρ τῶν καιρῶν ὑστεροῦντες, οὐδὲν συμπεραίνουσιν, ἢ διιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους ἐπ' οἴκου πάλιν ἄπρακτοι γίνονται. διὸ συμβαίνει τὸν τύραννον, οὐ μόνον ἀνεπιλήπτως ἄρχειν φαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἐπαινετῶς. ἡμᾶς δὲ ἀτημελήτως, καὶ εἰ μὴ προπετὲς εἰπεῖν, πάνυ ψυχρῶς. ἔνθεν δὴ τὰ μὲν ἡμέτερα, σάλῳ πολλῷ καὶ κλύδωνι καθ' ἑκάστην κατὰ κρημνοῦ φέρεσθαι συμβαίνει. τὰ δὲ τῶν πολεμίων, ἀλληλουχίας ἀρρήτῳ τινὶ τάξει, ὀρθούμενα καὶ κατευοδούμενα δείκνυσθαι. εἶθ' ἡμεῖς ποτνιώμεθα καὶ τὰς χεῖρας αἴρομεν, καὶ τὸ θεῖον ἐπιβοώμεθα. οἱ δὲ καὶ καταγελῶσιν ἡμῶν. ἀλλ' εἰ μὲν ἡ κάκωσις αὕτη θεόθεν ἐφέρετο τοῖς πράγμασιν, ἦν ἂν παντὸς νοῦν ἔχοντος τὴν θεομηνίαν γενναίως ἐνεγκεῖν. ὅταν γὰρ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν, λέγει Σοφοκλῆς. ἐπειδὴ δὲ, οὐδὲν ἄλλο τοῦ σφάλλεσθαι καὶ κακῶς διατίθεσθαι τὰ ἡμέτερα αἴτιον εἶναι φαίνεται, ὅ τι μὴ μόνον τὸ ῥαθυμεῖν καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους διΐστασθαι, τί δεῖ Θεῷ προσάπτειν τὰ ἡμῖν ἁμαρτανόμενα; ἢ τύχῃ μέμφεσθαι

ὅταν

ὅταν ἡμεῖς ἀμελῶμεν, καὶ μηδὲ τὴν χεῖρα τοῖς πράγμασιν ἐπιβάλλωμεν; δεῖ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰν χεῖρα ποτιφέροντα, καὶ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν. ἐπειδὴ τοῖς ῥαθυμοῦσι καὶ ἀμελῶς ἔχουσι, καὶ τὸ δαιμόνιον ὀργίζεσθαι πέφυκεν. ὅπερ γὰρ οἰκίας δεσπότης, καὶ στρατοπέδου στρατηγὸς, καὶ νοσούντων ἰατρὸς, τοῦτο καὶ βασιλεὺς πόλεων ἐστὶ καὶ δήμων. ὥσπερ δὲ, ἂν μὴ καλῶς ἐκεῖνος τὰ τῆς οἰκίας οἰκονομήσῃ, μήθ' ὁ στρατηγὸς τὰ τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὰ περὶ τοὺς νοσοῦντας ὁ ἰατρὸς, συμβαίνει κακῶς ἀπόλλυσθαι πάντα, οὕτω καὶ βασιλεὺς δήμων καὶ πόλεων, ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ διὰ κακίαν ὀλιγωρήσας, ἀνάγκη κἀκεῖνον καὶ ταύτας καταστρέψαι κακῶς. ὥς τε οὐκ ἄπο τοῦ δέοντος λέγοιτο, ὅτε τὰς πόλεις ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, ὅταν οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν ἢ βασιλεύσωσιν οἱ φιλόσοφοι. καλῶς ἔχει ταῦτα, εἴποι τὶς, ἂν μὴ φρενῶν ἀμοιρῶν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰς πόλεις καὶ τὸν δῆμον, πρὸς τὸ τοῦ βασιλέως ἁρμόζεσθαι βούλημα, εἴπερ ὁλοσχερῶς μέλλοι καλῶς ἕξειν τὰ πράγματα. ὥσπερ γὰρ οὔτε νοῦς ἄνευ χειρῶν ἰσχυρὸς, οὕτως οὔτε χεῖρες ἰσχύουσιν ὑπὸ νοὸς μὴ ὑπηρετούμεναι. ἰσχὺς οὖν καὶ σοφία συνδυασθεῖσαι, ἄμαχόν τι καὶ δυσχείρωτον γίνεται. ὁ γὰρ νοῦς ἐν ἀνθρώπῳ, τοῦτο βασιλεὺς ἐν πόλει. ὁ δὲ χεῖρες, τοῦτο τὰ πλήθη. ἀμφότερα μὲν οὖν συγγενόμενα, δυσπολέμητα γίνεται. θάτερον δὲ, ἀλυσιτελὲς παρὰ θάτερον φαίνεται. ὀρθῶς οὖν καὶ ὁ Κῷος κεῖνος Ἱπποκράτης, δεῖ φησὶν οὐ μόνον τὸν ἰατρὸν ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέειν ἐθέλοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἐκτὸς, ὥς τε δοκεῖ καὶ τὸν οἶκον καλῶς διιθύνεσθαι, ἂν ἁρμοδίως ἔξῃ καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τὸν οἰκοδεσπότην, καὶ τὸν ἰατρὸν εὐδοκιμεῖν, ἂν εὐπειθὴς ὁ νοσῶν ᾖ. οὐκοῦν καὶ τὸν βασιλέα ὡσαύτως, ἂν οἱ δῆμοι τὰ δέοντα ποιῶσιν. ἀλλ' ἔοικε καὶ κατὰ τοῦτο δυσμενείᾳ τινὶ τύχης, ἐλαττοῦσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς. τοὺς γὰρ ὑπὸ τὸν τύραννον δήμους, συμφρονοῦντας ἅπαντας πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὸν νοῦν αὐτῷ μόνῳ προσέχοντας ἴδοι τις ἂν, οἴκοι τε μένοντας κἂν ταῖς πολεμικαῖς περιστάσεσι γενομένους. ὅθεν συμβαίνει τὸ δέον ἀεὶ διαφερόντως ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι. χριστιανοὺς δὲ, παραπλήσια πάσχειν συμβαίνει τοῖς ἀδεσπότοις σκάφεσιν. ὅταν γὰρ καταφρονῶσι τὸν

προσ-

προεστώτων, καὶ πρὸς ἀλλήλους στασιάζωσιν οἱ πλωτῆρες, διὰ τὸ μὴ δοκεῖν πᾶσι τὰ αὐτὰ, τῶν μὲν προτεινόντων τοὺς κάλως καὶ πλέειν προαιρουμένων, τῶν δὲ ἐκσειόντων καὶ προσορμίζειν ἀναγκαζόντων, ὁ πλοῦς ἐπισφαλὴς τότε γίνεται, καὶ τὸ σκάφος ὑπὸ μικροῦ πάνυ χειμῶνος περιτρέπεται. οὐ μόνον δ' ἔξω γινόμενοι χριστιανοὶ ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλ' ἔστι καὶ οἴκοι μένοντας θεάσασθαι οὐκ εὐαρμόστως ἔχοντας. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν ἀνθρώπων γένη, κατὰ τοὺς κειμένους νόμους, τὰ μὲν αἱρούμενοι, τὰ δὲ φεύγοντες, κατ' ἰδίαν τοὺς βίους ἔχουσι σώφρονας καὶ ὁσίους. ἡμεῖς δὲ, ἔθεσι καὶ δόξαις διαφόροις ἑπόμενοι καθ' ἑκάστην πρὸς ἀλλήλους μαχόμεθα, καὶ εἰς αἰῶνα γε μαχησόμεθα ἂν μὴ Θεὸς εὐμαρίσῃ τὸ πάθος. οὐ λέγω δὲ ἰδιώτας, ὧν οἱ μὲν εὐεξίαν σώματος τἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, οἱ δὲ οἰνοφλυγίαν, οἱ δὲ καὶ χείρονα τινὰ τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων παιδείας μεταλαχεῖν. οἱ μὲν γὰρ νῦν πλεῖστον διαβιώσωσιν ἡδόμενοι, τοῦτο εὐδαιμονίαν ἥγηνται τὴν ἀνωτάτω· οἱ δὲ, ἐν ἀρετῇ τὸ μακάριον τίθενται. καὶ οἱ μὲν λόγους καὶ μαθήματα πρὸς τὸν εὐδαίμονα συντελεῖν νομίζουσι βίον. οἱ δὲ φεύγουσι ταῦτα, ὑπό τινων κακοδαιμόνων γοήτων παραπεισθέντες. καὶ οἱ μὲν γάμους, οἱ δὲ τὴν μοναυλίαν ἐπαινοῦσιν, οἱ δὲ περὶ τὰ χρήματα ἐπτόηνται. οἱ δὲ, ἄλλο νομίζουσι τἀγαθόν. καὶ αὖθις ἄλλο ἄλλοι. ἕκαστοι δὲ τούτων ταῖς ἰδίαις ἑπόμενοι δόξαις, τὸν ἀκήρυκτον ἄγουσι πόλεμον πρὸς τοὺς λοιπούς. συμβαίνει γὰρ τῶν ὄχλων, τοὺς μὲν, τούτοις, τοὺς δ' ἐκείνοις, τοὺς δὲ τοῖς ἄλλοις προστιθεμένους, διαφέρεσθαι παρὰ πάντα τὸν βίον. τὰς μὲν οὖν ἀληθεστάτας αἰτίας τοῦ νοσεῖν καὶ κακῶς ἔχειν τὰ χριστιανῶν, Θεὸν ἀνάγκη μόνον εἰδέναι. τὰς δὲ πιθανὰς καὶ εὐλόγους εἶναι δοκούσας, ταύτας ἥγημαι μόνας, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ στοχαζόμενος. ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὰ παρόντα; ἐν ἄλλῳ χρόνῳ πολυπραγμονεῖν ἔσται περὶ τούτων. ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς, ὦ συνετώτατε Φίλιππε, κατὰ Δημοσθένην εἰπεῖν, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. ἐστὶ δὴ τάγε ἐμοὶ δοκοῦντα ἔρωτι κατεχομένῳ τῆς εὐσεβοῦς

πολι-

πολιτείας, ἐν τῷ παρόντι τὰς ἔριδας ὑπερβάντας, ἓν τοῦτο μόνον ζητεῖν, ὅπως εὖ διαγενώμεθα. δῆλον γὰρ ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας ὁ τύραννος ἡμῖν πολεμεῖ, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος. σὲ γοῦν ὑπολαμβάνων μόνον ἱκανώτατον εἶναι πάντων ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταγαγεῖν τὰ παρόντα, παρακαλῶ τοῦ θεοφιλοῦς ἕνεκα, πείθειν ἐθέλειν Γερμανοὺς οἷς οἶδας τρόποις καὶ ὡς ἔχεις δυνάμεως, ἐς ἄλλον ἀναβάλλεσθαι καιρὸν, τήν τε πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλονεικίαν. δεινὸς δὲ εἶ τοῦτο δρᾶσαι, διά τε φρονήματος ὕψος, καὶ λόγου δύναμιν, καὶ τὴν λοιπὴν ἀρετήν. τοῦτο γὰρ μόνον ἀρκέσει τὴν ὁρμὴν ἀναστεῖλαι τοῦ Σολιμάνου, τάχα δὲ καὶ τὸ θράσος ἐπιτρίψαι. ἓν γὰρ βούλευμα σοφὸν, πολλὰς χεῖρας ὑπερνικᾷ κατὰ τὸ Σοφόκλειον ἔπος. ἄμεινον μὲν ἂν ἦν εἰ μὴ ἐγένετο τὰ σκάνδαλα τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' οὖν γεγονότα, τὸ βυθῷ λήθης παραδοθῆναι, κράτιστον ἔοικεν ἐν τῷ παρόντι γίνεσθαι. ὁ γὰρ Σολιμάνης ὡς ἐπυθόμην παρ' ἀνδρῶν οὐ ψευδομένων, κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὡς οὐδέποτ' ἄλλοτε παρασκευαζόμενος, πρὸς Γερμανοὺς πλησίστιος φέρεται, λεληθότως δὲ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς λοιποὺς χριστιανούς. οὐδενὶ μᾶλλον ἄλλῳ θαῤῥῶν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἢ ταῖς πρὸς ἀλλήλους διαστάσεσι. σωφρόνων μὲν οὖν ἀνδρῶν δεῖ καὶ λογισμῷ χρωμένων ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, τὰς οἴκοι διαφορῶν ἐπιλανθανομένους, μόνῳ προσέχειν τῷ πολέμῳ. ἠλίθιον γὰρ ἂν εἴη καὶ πάνυ σχέτλιον, τὰς καθόλου καὶ τοῦ περὶ ψυχῆς ἀγῶνος ἀμελήσαντας, τὸ λεγόμενον περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς διαφέρεσθαι. ὅπου γε καὶ τῶν ἀλόγων ὁρῶμεν τὰ πλεῖστα παρὰ τῆς σοφωτάτης φύσεως διδασκόμενα, ἐν ταῖς χρείαις ὁμοφρονεῖν, καὶ τοῦ κοινῇ συμφέροντος μὴ ἀμελεῖν. κύνες γάρ τοι πολλάκις περὶ μικρῶν ὀστέων οἴκοι διαφερόμενοι, τὸν κλέπτην ἰδόντες προσκύψαντα, εὐθὺς πρὸς ἀλλήλους συνέστησαν κατὰ τοῦ κοινοῦ λυμαντῆρος. καὶ σύες ὑπὲρ πόας ὀλίγης ἢ βαλάνου διιστάμενοι, τῶν θηρευτῶν παραστάντων, ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐτράποντο, ὁμόσε γινόμενοι καὶ συνασπίζοντες ἀλλήλοις. ἀνθρώπους δὲ, γενομένους ἐν περιστάσει, πόσῳ μᾶλλον εἰκὸς ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος συμφρονῆσαι. ἄτοπον παντελῶς καὶ ξένον, περὶ με-

πώρων φιλονεικεῖν ἐν τῷ παρόντι. γρηγορεῖν ἀκριβῶς ὀφείλομεν ἂν μὴ μαινώμεθα, καὶ πρὸς μόνον ἀτενίζειν τὸν κίνδυνον, ἵνα μὴ τὸν οὐρανὸν ζητοῦντες, τὴν γῆν ἀπολέσωμεν. οὐ γὰρ οἱ νῦν ἔχοντες, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχουσι περὶ τῶν πραγμάτων κινδυνεύοντές τε καὶ μὴ κινδυνεύοντες. ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὰ παρόντα βουλεύονται ταῖς περιστάσεσιν ἐπακολουθοῦντες. οὐδ' ἀκριβολογοῦσι τὸ δίκαιον, οἱ ἐν δεινῷ γενόμενοι, ἀλλὰ τοῦ συμφέροντος ἔχονται. πέπεισμαι δὲ νὴ τὸν ἐποπτεύοντα πάντα, ἂν ἅπαξ ὁμονοοῦντας ὁ τύραννος αἴσθηται Γερμανοὺς, κἀγαθῷ τινι πειθομένους ἡγεμόνι, μὴ δ' ἐπιβῆναι τῆς χώρας αὐτῶν, ἄλκιμον παρὰ τὰ λοιπὰ τὸ γένος ἡγούμενος καὶ πολεμικώτατον. ἀλλ' ὅπουγε δύνανται, καὶ γυναῖκες ἂν αὐτῶν περιγένοιντο. ἐγὼ μὲν οὖν ἐλευθερίας ἐραστὴς ὢν διάπυρος, τοῦ εὐσεβοῦς ἕνεκα ταῦτα πρὸς σὲ διεξῆλθον. σὺ δὲ, συνετώτατε φίλιππε, ἐς ἄκρον ἐληλακὼς τῆς ἑλληνικῆς παιδείας, οὐκ ἀπορήσεις παραδειγμάτων ἑλληνικῶν, δι' ὧν Γερμανοὺς πείσεις ἑλέσθαι τὸ κράτιστον, εἰ τυχόν τις οἴκοθεν οὐ πείθοιτο. ἔρρωσο καὶ μὴ ἀπαξιώσῃς ἡμῖν ἀντεπιστεῖλαι ἢ ἑλληνιστὶ ἢ ῥωμαϊστί. ἐλαφηβολιῶνος ζ' φθίνοντος. α φ μ γ'. ἐνετίησι.

Sed antequam alias aliorum collectiones referam; juvat elenchum cæterorum ſcriptorum laudatiſſimi Camerarii ſubjungere, pleniorem etiam & accuratiorem quam A. C. 1646. Gedani 8. ſingulari ſchediaſmate vulgavit Georgius Summerus.

Anno CHriſti M D XXIIII.

Converſio in Latinum ſermonem primæ Olynthiacæ *Demoſthenis*. Haganoæ in officina Seceriana in 8.

1525.

Converſio in Latinam linguam *Luciani* ſcripti contra indoctum, multa tamen librorum ſupellectile tumentem. Witenbergæ in 8. 1525.

1528.

Primum editus libellus continens præcepta honeſtatis atque decori puerilis, qui auctior deinde A. 1544. prodiit. Scripſit enim in librum Camerarii de decoro Thomas Venatorius hendecaſyllabos quosdam an. 1527. Vide tertium libellum Epiſtolarum Eobani lit. N. 6.

& præ-

& præfationem Camerarii ad Megalam in præcepta morum, de quibus infra ad an. 1544.

1530.

Theocriti Græca poëmata cum præfatione Græca Joachimi Camerarii ad Georgium Heltum. Haganoæ apud Johannem Secerium in 8. De Græco-Latina editione cum Camerarii notis, infra ad A. 1553.

1531.

Illuſtrium ac Clarorum virorum memoriæ ſcripta epicedia per Helium Eobanum Heſſum, item Epitaphia epigrammata compoſita à Joachimo Camerario. Norimbergæ apud Frid. Peypus in 8.

Δίωνος Προυσιέως σοφιστοῦ περὶ ἀπιστίας. *Dionis* Pruſaenſis Sophiſtæ, de eo quod non temere credendum, Latine verſum cum annotationibus. Apud Joh. Petreum Norimberge in 8. Exſtat etiam una cum apophthegmatibus & dictis ſeptem ſapientum quæ Græce & Latine cum notis editis Leonhardus Lycius, Lipſiæ 1562. 8.

Fabii Quintiliani libri duo priores reſtituti, & annotationibus aucti. Haganoæ apud Secerium in 8. & Coloniæ apud Soteren. 1532. 8. cum Petri Moſellani, Protegenſis, viri eruditiſſimi in Quintiliani Inſtitutiones annotationibus. DeindeQvintiliani libri XII. editi ex recenſione Camerarii, cum Sichardi & aliorum notis, Coloniæ ex officina Gymnici 1534. 8. & adjectis Guilelmi Philandri caſtigationibus. 1536. 8. Baſil. 1548. 8. &c.

1532.

Aſtrologica ex Hephæſtione, Vettio Valente & aliis Græce, cum nonnullorum verſioneLatina,&Græca præfatione Camerarii. Norimbergæ apud J. Petrejum 1532. 4. De his abunde dixi lib. 3. præſentis Bibl. c. 20. p. 505. ſqq. Volumen parvum claudunt Medicationes accommodatæ ad Aſtrologicam rationem, ſive *Hermetis* trismegiſti iatromathematica Græce p. 37. Similem collectionem MS. ex Hephæſtione Thebano, Juliano Laodicenſi Hermete & aliis memorat Lambecius lib. 7. p. 255.

Norica ſive de Oſtentis libri duo,primum editi cum præfatione PhilippiMelanchthonis. Wittebergæ apud Georgium Rhau in 8. Et Baſileæ apud Oporinum A. 1552. 8. cum Julio Obſequente, per Conradum Lycoſtheneum ſuppleto, &Polydori Virgilii libris III. de prodigiis, nec non Lugduni apud Johann. Tornæſium Typographum Regium an. 1589. in 12.

Johannis Varennii Syntaxis Græcæ linguæ cum annotatiunculis Joachimi Camerarii: Coloniæ 8. & Pariſ. 1548. 8. atque etiam Coloniæ 1576. 8.

1533.

De Theriacis & Mithridateis remediis Commentariolus, item ad Pamphylianum de Theriaca libellus *Galeni.* Item Galene antidota Andromachi. Theriaca Antiochi. Antidotus Philonis converſa in latinum, adjectis his & aliis quibusdam Græcis diligenter emendatis. Norinbergæ apud Joh. Petreum in 8.

Alberti Dureri, Clariſſimi Pictoris & Geometræ de Symmetria partium in rectis formis humanorum corporum libri in latinum converſi. Norinbergæ in ædibus viduæ Durerianæ 1533. in fol. Ejusdem Dureri de varietate figurarum & flexuris partium ac geſtibus imaginum libri duo. ibid. 1534. fol.

1534.

Tragœdiæ *Sophoclis*, Græce cum Camerarii notis in Oedipum Tyrannum Coloneum & Antigonem. In officina Seceriana Haganoæ. in 8. Notæ Camerarii in totum Sophoclem cum exemplo duplicis verſionis proſariæ, qua Latine reddidit Ajacem lorarium & Electram. Baſil. adpud Oporin. 1556. 8. & in editione Sophoclis quam cum Græcis ſcholiis H. Stephanus Gen. 1568. 4. & cum verſione Viti Winſemii & ſcholiis Græcis Paulus Stephanus dedit, Genev. 1603. 4.

1535.

Erratum ſive ὑπὲρ πλάσματος, (*) in quo circiter quadraginta loca Autorum cum veterum tum recentium notantur. *Æolia*, Carmen elegiacum de Eventis, ad Mauricium Huttenum: nomina locaque Ventorum Græca & Latina. *Phænomena*, quæ eſt ſiderum & ſtellarum hiſtoriola carmine elegiaco ad Danielem Stibarum. *Prognoſtica*, ad eundem elegia, qua ſupra trecenta & triginta indicia tempeſtatum memorantur. Norimb. apud Joh. Petreum in 8. His in meliore editione Baſil. 1536. 8. apud Balthaſarem Laſium & Thomam Platterum accedunt Victus & cultus ratio, & quid fieri debeat per ſingulos menſes. Nec non diſticha, ex Græcis verſa pleraque.

Κλαυδίου Πτολεμαίου Πελουσιέως τετράβιβλος σύνταξις πρὸς Σύρον ἀδελφόν.

(*) Hoc Camerarii ſcriptum nuper recuſum eſt Halæ Sax. 1709. 8. in nova librorum variorum collectione, faſciculo I. p. 89-125.

φοῦ. ἢ αὐτοῦ καρπὸς πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. 1. *Claudii Ptolemæi* Peluſienſis libri quatuor compoſiti Syro fratri. 2. Ejusdem fructus librorum ſuorum, ſive centum dicta ad eundem. 3. Traductio in linguam latinam librorum Ptolemæi duum priorum: & ex aliis præcipuorum aliquot locorum. 4. Converſio centum dictorum Ptolemæi in Lat. Joviani Pontani. 5. Annotatiunculæ ejusdem Joachimi ad libros priores duos judiciorum Ptolemæi. 6. Matthæi Gvarimberti Parmenſis opuſculum de radiis & adſpectibus planetarum. 7. Aphoriſmi Aſtrologici Ludovici de Rigiis ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. Norimbergæ apud Jo. Petrejum. 4.

Macrobii opera omnia ſingulari diligentia ab eodem Camerario emendata. Baſileæ ex off. Joh. Hervagii in fol.

Πρεσβευτικὸς Αριςείδου πρὸς Ἀχιλλέα, & Αντιῤῥητικὸς Λιβανίου p. 34. Hoc eſt, quid dici amplius ab Ulyſſe legato ad Achillem, & reſponderi ab hoc potuerit. Utraque oratio *Ariſtidis* & *Libanii* converſa in Latinum à Joach. Camerario. Ejusdem & Paraphraſis Græca Homerici utriusque loci Iliad. ι. addita eſt. p. 81. & 90. Haganoæ anno XXXV. 8vo.

1536.

Theodoriti Epiſcopi Cyrenſis rerum Eccleſiaſticarum libri quinque in Linguam Latinam converſi à Joach. Camerario. Acceſſit eodem Camerario autore Catalogus Imperatorum aliquot, ut & Epiſcoporum in præcipuis Eccleſiis, nec non hæreſeon & Catholicorum aliquot quorum in Theodoriti ſcripto mentio fit, index: interpretatio denique vocabulorum οὐσία *Eſſentia* & ὑπόςασις *Subſtantia:* & de diſcrimine inter iſta duo, Baſilii Magni Epiſtola. Baſileæ, apud Johannem Hervag. in fol. 1536. Et poſtea cum aliis ſcriptoribus Eccleſiaſticis apud Froben. 1544. Nec non apud Sebaſtian. Henric. Petri anno 1611. cum præfatione D. Joh. Jacobi Grynæi ad Nobil. D. Barthol. Schachmannum, gente Boruſſum anno 1587. ſcripta.

1537.

Narratio ſtragis Heidelbergenſis edita à disjecta turri veteris arcis, in quam fulmen adactum fuiſſet, expoſita epiſtola Jacobi Micylli, præmiſſa epiſtola quadam Joachimi Camerarii, cui Micyllæa reſpondet. Tubingæ per Ulric. Morhardum, hoc anno ſeorſim edita Confer Micylli Sylvar. lib. 3. p. 216. 217. 228.

1538.

Æſopi Phrygis Fabularum celeberrimi Autoris vita. Fabellæ Æſopicæ plures quadringentis, quædam prius etiam, multæ nunc primum editæ, omnes antem orationis conveniente & æquabili veluti filo pertextæ â Joachimo Camerario Pabergenſi. Fabulæ item Livianæ duæ: & Gellianæ aliquot, nec non Politiani, Gerbelii, Eraſmi narrationes. His acceſſerunt explicatio nonnullorum & demonſtratio Græcorum, de quibus Fabulæ aliquæ vel præcepta decerpta fuerunt: cum indice capitum & locorum quorundam doctrinæ & ſententiarum, ad quæ narrationes referri poſſunt. Tubingæ ex officina Ulrici Morhardi: menſe Septembri &c. in octav. Sæpius deinde hæ fabulæ ex collectione & interpretatione Camerariana recuſæ ſunt ut A. 1564. 8. & Alberto Reineccio curante Lipſiæ 1689. 8. adjectis phraſibus Latino Germanicis in tironum uſum. Et eodem anno ibidem cum locis veterum apud quos fabulæ memorantur notatis à Chriſtiano Daumio. In editione luculenta Lipſ. apud Vœgelin. A. 1570. 8. exſtant fabulæ plures quingentis. Prodierunt etiam ex Camerarii recenſione Lipſiæ 1547. 8. Fabellæ quædam notiores, partim exceptæ de priori editione, partim tunc primum compoſitæ. Et cum fabulis Gabrielis Faërni, curante Gregorio Berſmanno Annæbergenſi, Lipſiæ apud heredes Steinmanni 1590. 8. &c.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΒΑΡΙΝΟΥ ΒΑΒΩΡΙΝΟΥ τὸ μέγα καὶ πάνυ ὠφέλιμον. Dictionarium *Varini Phavorini* (*) Camertis magnum & per utile, cum præfatione Joachimi Camerarii. Baſil. apud Robert. Winter in fol. 1538.

1538.

Epigrammata veterum Poëtarum cum Epitaphiis &c. vide ſupra p. 495. Baſileæ apud Hervag. 8.

Commentarius explicationis primi libri *Iliados*, & ejusdem converſio in Latinos verſus, cum Græco textu: Argentorat. apud Cratonem Myllium in 4. Similis commentarius & Metaphraſis in librum Iliadis ſecundum prodiit ibid. 1540. 4. utraque recuſa Francof. 1584. 8.

Galeni librorum Grææ editionis pars quarta ab ipſo emendata. Baſil. In officina Hervagiana in fol.

Theognis

(*) Vide Volum. X. hujus Biblioth. p. 78.

Theonis Alexandrini in Cl. Ptolemæi magnam conſtructionem, commentationum libri XI. Græce ejus opera editi. Baſil. apud Joh. Walderum in fol. ad calcem magnæ Syntaxeos Ptolemæi.

Oratio funebris dicta de *Eberhardo* primo duce Wirtenbergenſi, cum aliquot Epitaphiis in eundem. Tubingæ apud Morhardum. 4.

1540.

Delectæ quædam Græcæ Epiſtolæ, Tubingæ apud Ulricum Morhardum. in 8. De his ſupra p. 493.

Poëmatia duo Bucolica Joachimi Camerarii Pabenp. *Diræ* ſeu *lupus & querela* ſive *Agelaus εἰς ποτηριοκλέπτην*. 8. & deinde inter eclogas. an. 1568. 8.

Opera *M. T. Ciceronis* à Joach. Camerario diligenter caſtigata: additis Petri Victorii, & ipſius annotationibus, Baſil. ex officina Hervagiana in fol. duobus Tomis diſtincta. Notæ Camerarii recuſæ noviſſime in luculenta Ciceronis editione Verburgiana, Amſt. 1724. fol. quart. & octav.

Cætera ſcriptis Ciceronis recenſendis vel illuſtrandis opera à Camerario narrata, ut ſub unum hoc loco conſpectum ponatur, hæc eſt: Commentarii (*) in Orationem *pro Murana*, Lipſiæ 1542. 8. apud Nic. Wollab. & inter diverſorum ad Ciceronis Orationes commentarios. Baſileæ 1553. fol. apud Oporin. Vide ſis etiam tomum quartum Orationum Ciceronis edit. Grævianæ. Commentarii in librum primum *Tuſculanarum quæſtionum*, ad Julium Pflugium, quibus inſerta copioſa diſputatio de imitatione, defenſaque utilitas & bonitas & ratio quædam ac quaſi via demonſtrata illius, una cum Epiſtola ad Oporinum, qua Apollonii Tyanei de imitatione quoque ſententia declaratur. Baſileæ apud Robertum Winter. 1538. 3. Commentarii in reliquos quatuor libros, ad Danielem Stibarum, Canonicum Wirtebergenſem, adjecto copioſo indice: cum privilegio Cæſaris ad quinquennium. Baſil. 1543. 4. menſe Martio. Recuſi in libros univerſos quinque commentarii, Baſileæ 1548. 4. Adjuncti etiam ſed non integri libris Tuſculanarum, editis Pariſ. 1549. 4. cum notis

(*) *Philippus Melanchthon Epiſt. ad Camerar. p. 419.* Cum his diebus interpretari Murænianam Orationem cœpiſſem, tuasque enarrationes adjunxiſſem, legi dulciſſimam concionem tuam de amicitia In hac viſus ſum mihi videre imaginem animi tui, vera ratione cum cæteras virtutes tum & amicitiam colentis, magnamque ex cogitatione tuæ virtutis & noſtræ amicitiæ voluptatem cepi.

tis Georgii Vallæ, Philippi Beroaldi, Eraſmi, Pagalini &c. Libellus *de partitione Oratoria,* totius artis capita complectens editus & alicubi explicatione auctus. Lipſiæ in officina Valentini Papæ 1544. 8. atque ibid. 1549. 8. *Epiſtolæ* quas vulgo appellarunt *familiares* cum præfatione & caſtigationibus. Lipſiæ ex officina Valent. Papæ 1544. 8. *De officiis libri III. De ſenectute, de amicitia, paradoxa* & *ſomnium Scipionis* cum prolegomenis. Lipſiæ ex officina Valent. Papæ 1548. 8. & 1558. 8. ubi etiam notæ Eraſmi, Melanchthonis, Barthol. Latomi & Dionyſ. Lambini, nec non varietas lectionum ex antiquis libris. Commentarii in Orationem *pro L. Flacco,* ex Camerarii lectionibus collecti, editique inter variorum commentarios in Tullii Orationes, qui prodierunt Baſileæ 1553. fol.

Θέωνος σοφιςῦ γυμνάσματα.

Theonis Sophiſtæ, primæ apud Rhetores exercitationes, innumeris quibus ſcatebant antea, mendis repurgatæ & in Latinum ſermonem converſæ, verſione ad calcem voluminis ſeparatim ſubjuncta. Baſil. ſumtu & cura Joh. Oporini 1540. in 8.

Elementa Rhetoricæ ſive capita exercitationum ſtudii puerilis & ſtyli, ad comparandam utriusque linguæ facultatem. 8. Eadem locis aliquot auctiora, Baſileæ apud Oporin. 1545. 8. 1551. 8. Lipſiæ apud Vœgelin. 1562. 1580. 8.

Elegiæ (*) *ὁδοιπορικαὶ* v. & Carmen *ὁδοιπορικὸν* Joh. Ludovici Braſſicani. I. Metallaria. II. Dyringica & Encomium vitæ Ruſticæ. III. Nemetum. IV. Saxonica. V. Plumbaria cum aliis quibusdam nunc primum editis, ut Elegia Vangionica de morte Eobani Heſſi, & paraphraſi elegiaca loci: *Judaa & Jeruſalem, nolite timere.* Argent. ex off. Cratonis Mylii in 8.

Herodoti libri novem quibus Muſarum indita ſunt nomina, Græcè. Ad hæc *Georgii Gemiſti,* qui & *Pletho* dicitur, de iis, quæ poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt, libri II. una cum Joachimi Camerarii præfatione, annotationibus, Herodoti vita: deque figuris, & qua uſus eſt, dialecto: omnia in ſtudioſorum utilitatem diligenter conſcripta. Baſileæ in officina Hervagiana in fol. anno 1540. per Jo. Hervagium & 1557. apud Bernardum Brand.

Thucy-

(*) Recuſæ in Jani Gruteri deliciis Poëtarum Germanorum Tom. 2. p. 17. 22. 24. 39. 46. Metallaria prodiit etiam poſt Mich. Barthii Annæbergam, Baſil. 1557. 8.

Thucydides cum ſcholiis antiquis Græce editus additis caſtigationibus & annotationibus Camerarii. Baſil. apud Hervag. fol. 1540. & 1557.

1541.

Homeri Ilias & Odyſpea cum ſcholiis Græcis, Porphyrii Homericarum quæſtionum libro & opuſculo de antro Nympharum, Græce ex recognitione Jacobi Micylli & Joach. Camerarii. Baſil. in officina Hervag. 1541. 1551. parvo fol.

Θεοφράστου τοῦ Πλάτωνος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ Ἀριστοτέλους, μαθητοῦ καὶ διαδόχου τὰ μέχρι νῦν σωζόμενα ἅπαντα. *Theophraſti* opera, quæ reſtant, partim hinc inde conquiſita, atque in unum veluti corpus redacta, partim à multis mendis, Doctorum virorum induſtria & meliorum exemplarium ope repurgata. Græce: adjuncta *Priſciani Lydi* metaphraſi in Theophraſtum de ſenſu & phantaſia. Acceſſit Joach. Camerarii Præfatio, in qua de præſtita in hiſce omnibus opera, tum de Simonis Grynæi CL. viri obitu aliquid dicitur. Baſ. apud Hervagium in fol. In quibusdam exemplis præmittitur præfatio Hieron. Gemuſæi.

Præcepta morum ac vitæ, accommodata ætati puerili: proſa oratione & carmine Elegiaco. De Gymnaſiis ſive Exercitationibus & ludis puerorum, dialogus. Ludus ſeptem ſapientum: carmine latino jambico. Expoſitio verſuum Solonis, Tyrtæi, Callinoi Latine. Baſ. apud Rob. Winter in 8. atque iterum Lipſiæ apud Vœgelin. 1544. 8. & apud hæredes Valent. Papæ, ibid. 1564. 8. 1576. & 1583. 8. & apud Jo. Steinmann. Lipſiæ 1588. 8. & noviſſime in tomo tertio methodorum de ſtudiis inſtituendis, quas collegit & cum obſervatis ſuis edidit Tho. Crenius. Roterdam 1699. 4. Plurima idem præmiſit in Camerarii laudem eruditiſſimorum virorum præclara teſtimonia.

Oratio de ſtudio bonarum artium atque linguæ Græcæ atque Latinæ pronunciata ab ipſo in Academia Lipſienſi. Lipſ. apud Valent. Pap. in 8.

1542.

Oratio ſenatoria de bello Turcico κατὰ προσωποποιίαν. Item Tyrtæi Carmina παραινετικὰ & alia nonnulla. Tubingæ apud Morhardum in 4to.

1543.

Synodica, id eſt, de Nicæna Synodo, Lipſiæ ex officina Jacobi Berwald. in 8. Vide infra ad A. 1561.

Doctrinæ de Religione controverſæ inter ſeſe oppoſita capita.

Verſibus certis reſpondit Camerarius ad ſcurrilem criminationem de tribus Martinis: vide in Epiſt. Philippi ad Camer. Epiſtolam Crucigeri pagin. 432.

Xenophontis Athenienſis de Forma Reipub. Lacedæmoniorum: ejusdem de Forma Reipub. Athenienſium: Ejusdem de præfectura & diſciplina Equeſtri liber: omnia nunc primum in Latinum ſermonem converſa à Joach. Camerario, adjunctis annotationibus quibusdam, præmiſſaque Xenophontis vita. Lipſiæ in officina recente Valent. Papæ. 8. Eosdem Xenophontis libellos deinde Camerarius vulgavit ex eadem officina, 1556. 8. cum hippocomico ſuo ſive diſputatione de curandis equis: & de nominibus equeſtribus Græcis & Latinis: & hiſtoria rei numariæ ſive de nomiſmatis Græcis & Latinis. Hæc ſeparatim prodierant Tubingæ 1539. 8. apud Ulrica Morhardum.

1544.

Elegiaco Carmine Græco expreſſit Camerarius Pſalmum CXXXIII. de concordia: de quo Philippus in Epiſt. ad Camerar. pag. 419. *Tuum Pſalmum de Concordia multis jam ipſe mea manu deſcripſi: imo & verſionem multis ſcripſi ad verbum, adeo quotquot viderunt avide expetierunt.* Vide libellum in quo exponuntur V. quæſtiones quibus tota doctrina & univerſum negotium Evangelicum continetur. propoſitæ Lipſiæ futuris Doctoribus Theologiæ. Lipſiæ ex Officina recente Valent. Papæ in 8.

1545.

Libellus Græcæ Grammaticæ Philippi Melanchtonis. Vide infra ad An. 1549.

Oratio dicta de cultu Pietatis ac Virtutis & ſtudiis bonarum artium, exordiis doctrinæ publicæ, ſemeſtri æſtivo à Joach. Camerar. Pabergenſi. Lipſiæ in officina Valentini Papæ in 8.

De invocatione Sactorum, vide ſupra p. 499. ſeq.

Capita pietatis & Religionis vide ad an. 1547.

1546.

Hiſtoria rerum geſtarum in Græcia, ſuccincta interpretatione librorum *Xenophontis* à Leonhardo Aretino expoſita. Addita narratio eſt præcipuarum rerum temporis ſecuti prælium ad Mantineam usque ad Alexandrum Magnum. Lipſiæ apud Valent. Pap. in 8. Ab hoc Are-

Aretino Latine verſus eſt etiam Procopius, non à Camerario, cui id præter rem tribuitur in Clarmundi vitis eruditorum T. 6. p. 52.

1546.

Belli Smalcaldici Anno MDXLVI. inter Carolum V. Cæſ. & Proteſtantium Duces geſti origo, progreſſus & exitus. Commentarius Græco ſermone eleganter ſcriptus à Joach. Camerario Papebergenſi cum verſione Latina & ſupplemento Simonis Stenii, Lomacenſis, de prælio ad Muhlbergam, & captivitate Johannis Friderici, Electoris. Extat in Marquardi Freheri Rerum Germanicarum ſcriptorum Tomo tertio pag. 387. edit. novæ Clariſſ. Struvii p. 439--494.

1547.

Capita Pietatis & Religionis Chriſtianæ, verſibus Græcis comprehenſa ad Inſtitutionem puerilem, cum interpretatione Latina. Veri Epiſcopi ſolicitudo & Presbyterorum cura indicata de Cap. XX. Act. Apoſtol. πῶς ἐπιστέλλοι ἂν ὁ ἅγιος Παῦλος τοῖς Ἐφεσίοις ὑπομιμνήσκων τὰ ῥηθέντα πρὸς αὐτοὺς ἐκκληθέντας εἰς τὴν Μίλητον. ὑποθῆκαι Salomonis, ut vitentur conſortia pravorum; de teutonicis verſibus translatæ in Græcos & Latinos. Preces Chriſtianæ expoſitæ verſibus Heroicis à Johanne Stigelio: Epiſtolæ binæ S. Baſilii ad Eccleſiam Antiochenſem & ad Tyanenſium Senatum. Auſonii precatio matutina & protrepticum ad nepotem. Lipſiæ apud Valentin. Pap. in 8. Recuſus hic liber Lipſiæ in officina Valentini Papæ 1555. 8. & Erneſti Vœgelini Conſtantienſis 1569. 8.

1548.

Thomæ Linacri, Britanni de emendata ſtructura Latini ſermonis libri VI. Cum indicatione locorum, unde exempla ab autore adducta fuerunt, recognita à Joach. Camerario. Acceſſit libellus ejusdem Camerarii de arte Grammatica & figuris dictionum. Lipſiæ apud Val. Pap. in 8. In editione ſecunda Lipſ. in officina hæredum Valentini Papæ 1559. 8. habentur etiam Philippi Bechii in Linacrum annotationes.

1549.

Vocabula rei nummariæ, ponderum & menſurarum Græca, Latina, Ebraica, quorum intellectus omnibus neceſſarius eſt: collecta ex Budæi, Joachimi Camerarii & Philippi Melanchthonis Annotationibus: additæ ſunt & volucrum & piſcium appellationes, collectæ

lectæ à Paulo Ebero & Caſparo Peucero. Witebergæ per Joſephum Klug. 8.

Libellus Græcæ Grammaticæ Ph. Melanchthonis, accuratius & perfectius editus ſtudio Joach. Camerarii Papenb. adjectis tabulis flexionum verborum circum flexorum & verborum in *μι*. Acceſſit ejusdem Camerarii lib. de Orthographia, qui in editione A. 1545. deerat. Lipſiæ apud Valentin. Papam in 8. Recuſus hic liber Lipſiæ in officina hæredum Valentini Papæ 1560. 8.

Ἐυκλείδȣ ϛοιχείων βιβλία ἕξ. Euclidis Elementorum Geometricorum libri VI. converſi in latinum ſermonem. Lipſ. apud Valentin. Pap. in 8.

Hoc anno edidit Camerarius etiam annotationes in *Terentium* cum præfatione ad diſcentes bonas literas. Vide Terentium Matthiæ Bergii Profeſſoris Altdorfini. pag. 472. Sed ſecunda editio hujus Comici ex Camerarii recenſione lucem vidit Lipſiæ ex officina Valentini Papæ 1555. 8.

1550.

Libellus Scholaſticus utilis & valde bonus, quo continentur *Theognidis* præcepta, *Pythagoræ* verſus aurei: *Phocylidæ* præcepta, *Solonis, Tyrtæi, Simonidis* & *Callimachi* quædam Carmina, collecta & Græcis commentariis explicata à Joach. Camerario Baſil. 1550. 8. Acceſſit rerum & verborum memorabilium Index. Baſileæ per Oporinum. Et ex iterata editione ibid. 1555. 8. atque additis *Wolfgangi Seberi* notis geminis, quarum priores varietatem lectionis ex MSS. Codd. Bibl. Palatinæ atque Auguſtanæ, ſimulque uberiorem ſententiarum explicationem exhibent: poſteriores citatorum à Camerario teſtimoniorum fontes commonſtrant, Lipſiæ impenſis hæredum Thomæ Schureri, excudebat Thomas Glück. 1620. 8.

1551.

De Carminibus ad Veterum Imitationem artificioſe componendis præcepta bona & utilia, collecta à Georgio Sabino. Enumeratio eorum, (*) quæ in docendo præcipue ſequenda eſſe videantur, Græce & Latine expoſita à Joach. Camerario Pabep. Lipſiæ apud Val. Pap. in 8.

Ἀριθμολογία ἠθική, de quo libello ſupra p. 497.

Com-

(*) Vide infra ad Annum 1554.

Commentarii utriusque linguæ, in quibus eſt διασκευὴ ὀνομαστικὴ τῶν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι μερῶν. id eſt, diligens exquiſitio nominum, quibus partes corporis humani appellari ſolent. προστεθεισῶν καὶ τῶν τῆς χρείας ἑκάστων ὀνομασιῶν, καὶ παρεπομένων τινῶν αὐταῖς. i. e. additis & functionum nomenclaturis & aliis his accidentibus, παραλλήλως σχεδὸν κειμένων τῶν τε ἑλληνικῶν καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν λέξεων, poſitis fere contra ſe Græcis & Latinis vocabulis. Baſil. apud Joh. Hervag. in fol.

Sententiæ *Jeſu Siracidæ* Græce ſumma diligentia cum neceſſariis annotationibus editæ. Baſil. apud Joh. Oporinum in 8. Altera Græcolatina editio cum verſione & additis novis etiam ad Latina notis. Lipſiæ apud Vœgelinum, 1568. 8.

1552.

Hymni XXIIII. Georgii Fabricii de hiſtoria & meditatione mortis CHriſti cum duobus carminibus Camerarii, altero latino ad CHriſtum Σωτῆρα altero græco de σταυρώσει τοῦ Σωτῆρος.

Vita fortiſſimi & laudatiſſimi Ducis *Mauricii*, Saxoniæ quondam Electoris, Græce conſcripta ac in ſermonem Latinum converſa à Simone Stenio, Lomacenſi Miſnico, Vide Marquardi Freheri partem tertiam ſcriptorum Germaniæ p. 447. 448.

1553.

Indicationes multorum, quæ ad lectionem fabularum *Plauti* nonnihil momenti afferre poſſint, quæ collegit Georg. Fabricius Chemnicenſis. Emendationes editi exempli Plautini à Joachimo Camerario de recognitione ipſius in officina Valentini Papæ in 8. De Plauto Camerarii vide ad An. 1558.

Oratio habita Lipſiæ ad funus Illuſtriſſimi Principis, *Mauricii* Ducis Saxoniæ Electoris, cum præter duceretur XVII. Cal. Aug. Lipſ. in officina Valentini Papæ in 4. Recuſa cum aliis Lipſ. 1566. 1569. 8. & in Simonis Schardii, T. 2. rerum Germanicar.

Θεοκρίτου εἰδύλλια, τουτέστι σμικρὰ ποιήματα ἓξ καὶ τριάκοντα. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιγράμματα ἐννεακαίδεκα. Τοῦ αὐτοῦ πέλεκυς καὶ πτερύγιον. Μετὰ τῶν σχολίων Ζαχαρίου Καλλιέργου πάνυ ὠφελίμων. Theocriti Eidyllia, hoc eſt, Parva Poëmata XXXVI. cum ſcholiis Græcis. Ejusd. Epigrammata XIX. Ejusdem Bipennis & ala. Præter hæc & Latina verſio Carmine non infeliciter reddita per H. Eobanum Heſſum,

 & Joa-

& Joachimi Camerarii ſcholia non inerudita acceſſere. Francofurti ex officina Petri Brubachii in 8. De priore Græca Theocriti editione dictum ad A. 1530.

Narratio de Eobano Heſſo comprehendens mentionem de compluribus illius ætatis doctis viris, Epiſtolæ Eobani Heſſi (*) ad Camerarium & alios quosdam familiari in genere cum lepidæ & facetæ, tum literatæ & eruditæ, cum quibusdam Camerarii ſcriptis carmine & aliorum. Norimberg. apud Joh. Montanum & Ulricum Neuberum in 8.

1554.

Prophetæ *Jeremiæ* lamenta converſa in Anapæſtos Latinos cum aliis nonnullis verſibus. In officina Valent. Papæ in 8.

Verſus Senarii Græci de Analogiis: ſive de proportione Arithmetica, Geometrica & Harmonica, *περὶ μεσοτήτων ἢ μέσων ἀνάλογον τριῶν τῆς Ἀριθμητικῆς καὶ Γεωμετρικῆς, καὶ Ἁρμονικῆς σύνοψις.* Diviſio puerilis inſtitutionis, *διαιρέσεις διδασκαλικαί.* Enumeratio eorum quæ in docendo præcipue ſequenda eſſe videntur, Græca & Lat. proſa. Graphica ſive ratio parandi atramenti, (**) calami & chartæ, & ipſa ſenariis verſibus Græcis expoſita. Omnia nunc primum partim edita, partim recognita. Lipſ. in officina Valentini Papæ in 8vo.

Querela M. Lutheri ſive ſomnium. Baſileæ apud Oporinum in 8. Recuſa Gorlicii in 4. &c. Typis Ambroſii Fritſch. anno 1580.

1555.

Syneſii Cyrenæi Oratio (***) ad Arcadium Theodoſiii f. de Regno ſive de Officio Imperatoris, ſive Regis, converſa in Latinum ſermonem, addita hiſtoriola de ipſo authore. In officina Val. Papæ in 8.

Querela Martini Lutheri ſive ſomnium ὅλον hypar, ſive Syndicus Querelæ Lutheri. Baſil. apud Oporinum in 8.

Con-

(*) Liber II. A. 1557. & III. 1561. Prodierunt & Heſſi Epiſtolæ familiares, Marpurgi 1543. anno poſt ejus obitum, quem epicediis decorarunt Jacobus Micyllus, Bedrottus, Joannes Stigelius. 1542. 8.

(**) Eobani Heſſi atramentum:

Integra ſit gallæ, ſit dimidia uncia gummi.
Quartaque vitrioli, ſint partes octo falerni,
Sextarii reliquum laticoſum fundat acetum.

(***) Confer infra ad A. 1583.

Conciones Synodicæ ſtatis temporibus habitæ in Eccleſia Merſeburgenſi à Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principe *Georgio Anhaltino* & Aſcaniæ &c. Præpoſito Magdeburgenſi & Miſnenſi: editæ à Joachimo Camerario præmiſſa ejusdem ad Illuſtriſſ. Dn. Joach. Principem Anhalt. epiſtola dedicatoria, & de Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Anhalt. Georgio, (*) Narratione. Lipſiæ in officina Valent Papæ. fol.

1556.

P. Virgilii Maronis Bucolicorum explicatio præſcripta de commentatione Joach. Camerarii, cum indicatione & interpretatione locorum *Theocriti*, cujus author eſt Eobanus Heſſus, Argent. apud Blaſium Fabricium, in 8.

1557.

De Græcis Latinisque & Indis numerorum notis, &c. infra ad A. 1569. Additæ ſunt γνῶμαι Græce, ſerie literarum expoſitæ, ad uſum pucrilis inſtitutionis. Norimb. in officina Helleriana in 8.

Libellus alter Epiſtolas complectens Eobani & aliorum quorundam doctiſſimorum virorum, nec non verſus varii generis & argumenti Lipſ. in officina Valentini Papæ in 8. De libro I. vide A. 1553. & de III. 1561.

Hoc anno 1557. profecto Philip. Melanchth. ad Colloquium Wormatienſe, mortua eſt ejus conjux Wittebergæ. Exorarunt igitur Camerarium communes amici, ut ad Philippum quam primum ſe conferret, ut nuncio accepto domeſtici luctus aliquid ei allevationis contingeret ex præſentia Camerarii, cujus conſuetudo & uſus ei eſſet jucundiſſimus. Vide vitam Philippi pag. 368. 369. pertinet huc Camerarii Hodœporicon Hyemale: Tertio libello Epiſtolar. Eobani P. 3. b. & Hodœporicor. Reuſneri libro VI. pagin. 480.

1558.

M. Accii Plauti Comœdiæ XX. diligenti & ſingulari ſtudio emendatius nuncquam ante unquam ab ullo editæ: Adjectis etiam Camerarii ad ſingulas comœdias argumentis, & annotationibus. Acceſſerunt jam indicationes multorum ad lectionem Plautinam conferentes, Georgii Fabricii (**) Chemnicienſis. Baſ. per Jo. Hervagium & Bernhardum Brant. in 8. Comœdiæ quinque Amphitruo, Aſinaria, Curculio,

(*) Hæc narratio recuſa Lipſ. 1696. 8. cum vita Melanchthonis & Eobani Heſſi à Camerario ſcripta.

(**) Supra, ad. A. 1553.

culio, Caſina, Ciſtellaria, cum notis & præmiſſa de carminibus Comicis diſſertatione prodierunt Lipſiæ apud Valentinum Papam 1545. 8. Comœdiæ ſex, ibid. 1549. 8.

1559.

De eorum qui Cometæ appellantur, nominibus, natura, cauſis, ſignificatione, cum hiſtoriarum memorabilium illuſtribus Exemplis Diſputatio atque Narratio Joach. Camerarii. Lipſiæ in officina hæred. Val. Papæ in 8. Recuſum hoc ſcriptum ibidem 1578. 8. in officina Joannis Steinmann.

1560.

Diſputatio de precibus, earumque formulæ. Argentorat. 8. vide ſupra pag. 495. ſq.

Epitaphium Philippo poſitum in templo arcis Wittembergæ, laminæque æreæ literis inauratis inciſum, authorem habet Camerarium quem vide in vita Philippi pag. 420. & ſeq.

1561.

Tertius libellus (*) Epiſtolarum Eobani Heſſi & aliorum quorundam virorum autoritate, virtute, ſapientia, doctrinaque excellentium, editus autore Joachimo Camerario Papebergenſi. Lipſiæ apud Vœgelinum. in 8.

Capita quædam pertinentia ad doctrinam de moribus, & civilis rationis facultatem, quæ eſt ἠθικὴ & πολιτική. Lipſiæ apud Joh. Rhambam in 8.

Chronologia ſecundum Græcorum rationem, temporibus expoſitis autore (**) *Nicephoro* Archiepiſcopo Conſtantinopolis, converſa in Latinam linguam, & illuſtrata à Joachimo Camerario Papeberg. Addita eſt ejusdem narratio (***) *de Synodo Nicæna;* & acceſſit nova enumeratio Synodorum Oecumenicarum. Baſil. apud Joh. Oporinum in fol. Recuſus hic liber deinde Lipſiæ apud Vœgelin. 1574. 4. & apud Joannem Steinmannum 1583. 4.

Poëmata doctrinæ eruditione, virtute & ſapientia præſtantis Viri PETRI LOTI-

(*) Liber I. A. 1553. & II. 1557.

(**) De Nicephori Chronologia dixi Volum. VI. hujus Bibliothecæ p. 153. ſq. Præmittitur etiam ex Camerarii verſione, Hiſtoriæ Miſcellæ, Baſil. 1569. 8. Errores quosdam illius Chronologicos notat Jo. Garnerius præfat. ad Liberatum.

(***) Hæc prodierat Lipſiæ ex officina Jacobi Berwald 1543. 8. Recuſa ibidem 1546. 1552. 1560. 8. ex officina Valentini Papæ.

TICHII Secundi, artis Medicinæ clariſſimi Doctoris, quæ paſſim edita hoc libello comprehenſa ſunt & nunc primum iſta forma expreſſa, cum præfatione Joachimi Camerarii ad Erneſtum Vœgelinum & Eraſmum Neuſteter. Lipſiæ apud Vœgelinum. 8. Iterum edita ſunt hæc Poëmata Lotichii Solitarienſis cum præfatione Camerarii ad Chriſtianum Lotichium, Lipſiæ iisdem Typis Vœgelinianis, imprimente Johanne Steinmanno 1563. 8.

Annotatio rerum præcipuarum quæ acciderunt ab anno 1550. uſque ad annum 1561. V. C. Joachimi Camerarii Papebergenſis. Ex adverſariis manu ejus exaratis edita à Marquardo Frehero Rerum Germanicarum ſcriptorum Tomo Tertio pagin. 460.

1562.

Ecloga de morte optimi & doctiſſimi, & Virtute, Sapientia, Pietate excellentis Viri *Joh. Stigelii* & alia quædam Poemata quorum eſt autor Joachimus Camerarius. Lipſ. in officina Vœgelinian in 4.

1563.

Capita quædam propoſita ad diſputandum, de felicitate, ſeu vita beata in terris. In Academia Lipſ. apud Vœgel. in 8.

Votum ſive preces: poëmatium de horum temporum miſeria & cladibus. Lipſiæ in officina Vœgelini in 8. Vide infra ad A. 1568.

Oratio habita in declaratione Magiſtrorum opt. diſciplinarum & artium. In qua copioſa fit mentio præſtantiſſimi Viri *Joh. Homilii* Mathematici ſuperiore anno mortui, adjectis epicediis, Epitaphiisque diverſorum. Lipſiæ in officina Vœgeliniana in 8.

Dialogus de vita decente ætatem puerilem, quodque hoc ſtudium Deo placeat, cum reſpondentibus figuris quibusdam Germanici & Latini ſermonis, itemque verſibus variis. Lipſiæ apud Vœgel. in 8. & cum auctario ibid. 1572. 8.

Hiſtoria de JEſu CHriſti ad mortem pro genere humano acceſſione, dierum ante Paſcha ſex, & alia indicata tempora, resque præterea quædam narratæ oratione, quam recitatione ſolenni pronunciavit M. Martinus Gaſſarus. 8.

Catecheſis ſeu initia doctrinæ in Eccleſia Chriſti, Græce iterum nuper edita: Κατήχησις τοῦ χριστιανισμοῦ, ἤγουν κεφάλαια τῆς ὑγιοῦς διδαχῆς ΧΡΙΣΤΟΥ τε αὐτοῦ καὶ τῶν Ἀποστόλων. Sine nomine auctoris, niſi quod p. 497. edit. Gr. & p. 522. Lat. Camerarii nomen legitur:

& ſine anni nota & loci in 8. paginar. 500. & nunc primum in Latinum ſermonem converſa, cumque indicio & notatione locorum quorundam expreſſa. Lipſ. apud Vœgelin. in 8. Etiam Auguſtanæ confeſſionis Græce verſæ à Camerario Melanchthon meminit Epiſtolis ad Camerarium p. 579. 580.

Epithalamii verſus de nuptiis, nobilitate generis, virtute, ſapientia & humanitate præſtantiſſ. D. Erichi Volemari à Berlips V. CL. Præfecti Saliſſæ longæ in Duringis compoſiti. Lipſiæ apud hæredes Valent. Papæ in 4.

Poëmata Georgii Sabini edita Lipſiæ in Officina Vœgeliniana; Extant in hoc libello duæ Elegiæ Græcæ Camerarii, & ipſum libellum ſe Epiſtolis quibusdam auxiſſe & jus privilegiis de talibus ſcriptis ſibi aliquando impetrati Typographo tum impertiiſſe teſtatur Camerarius in Epiſtola Poëmatis præfixa ad Sabini generum, M. Euſebium Menium, hoc anno ſcripta Lipſiæ, repetita editione ipſa anno 1581. Typis Steinmanianis. in 8.

1564.

Orationes duæ S. *Gregorii* Epiſcopi *Nyſſæ*, una de Filii & Spiritus Sancti Deitate, (a) altera dicta die Paſchatis; (b) converſæ in Latinum ſermonem, additis brevibus annotatiunculis. Antè non editæ. Lipſ. apud Vœgel. in 8.

Ejusdem Gregorii orationes duæ aliæ, una de nativitate (c) Domini noſtri Jeſu CHriſti, altera de Sancto Stephano primo martyre, (d) jam primum editæ, converſæ in Latinum ſermonem, cum brevibus notationibus. Lipſ. apud Vœgelinum in 8.

Capita propoſita ad diſputandum, ea explicantia & diſtinguentia, quibus ſtudium Sapientiæ, quæ eſt Philoſophia, continetur. Lipſiæ apud Vœgelin. 8.

In renuntiatione Magiſtrorum in Academia Jenenſi expedivit quæſtionem hanc, cur Aruſpas apud Xenophontem dicat ſe duas habere animas probam unam & bonam, improbam alteram & malam? Jenæ excudebat Donatus Ritzenheyn in 4.

Oeconomica ſcripta, quæ exſtant titulo *Ariſtotelis*, in Latinum ſermonem converſa & explicata, adjunctaque iis interpretatio Oeconomici libri *Xenophontis*. Lipſ. apud Vœgelin. in 8.

Enchi-

(a) Cum alia verſione in Operibus Nyſſeni T. 2. edit. Græco-Lat. p. 896.
(b) id. pag. 866. (c) id. pag. 771. (d) id. pag. 786.

Enchiridion pietatis puerilis, hoc anno ab Adamo Sibero editum, & Carmen in Veſtibulo exhibet Camerari Heroicum ad Siberum, & in ipſo libro ex ejusdem Camerarii & aliorum Doctorum monumentis plurima. Baſil. per Joann. Oporinum in 8.

Archytæ decem prædicamenta: (*) Anonymi de Logica: quid & quale quid quomodo definiendum eſſe videatur: alterius Methodus εἰς τὰς τρόπους τῆς φιλοσοφίας: Georgii Pachymerii de Sex definitionibus Philoſophiæ: omnia Græcè: cum præliminari Epiſtola Græca Joachimi Camerarii ad Michaelem Sophianum. Lipſiæ typis Erneſti Vœgelini Conſtantienſis. 8.

1565.

Converſa ex *Thucydidis* hiſtoria quædam in Latinum ſermonem, & de autore illo, deque ſcriptis ipſius expoſita, nec non explicata aliqua. Witenbergæ apud Joh. Cratonem in 8.

Narrationes duæ facinorum atrocium ſuperioribus annis in Italiæ civitatibus duabus diverſo tempore attentatorum, cognitione digniſſimæ, opera Joach. Camerarii primum typis expreſſæ. Lipſiæ in Officina Vœgeliniana. in 8.

1566.

De *Philippi Melanchthonis* Ortu, totius vitæ curriculo, & morte; implicata rerum memorabilium temporis illius, hominumque mentione atque indicio, cum expoſitionis ſerie cohærentium, Narratio diligens & accurata. Lipſ. apud Vœgelinum in 8. Recuſus hic lectu dignus & jucundus liber ibidem ſed minus luculenter 1592. 8. tum cum indice, Hagæ Com. 1655. 12. & nitide curante Frid. Benedicto Carpzovio τῷ μακαρίτῃ cum Vitis Georgii Anhaltini & Eobani Heſſi ſcriptis ab eodem Camerario. Lipſiæ 1696. 8. Notæ non contemnendæ ad hanc vitam inſertæ catalogo Bibl. Schraderianæ Dresd. 1710. 8. parte priori n. 3226.

Hiſtoriæ JEſu CHriſti filii DEI, nati in terris, matre ſanctiſſima ſemper virgine Maria, ſummatim relata expoſitio, itemque eorum quæ de Apoſtolis JEſu CHriſti ſingulatim commemorari poſſe recte & utiliter viſa ſunt. Additis aliis quibusdam non indignis pietatis Religioſæ ſtudio. Lipſ. apud Vœgelin. in 8. Volumen clauditur Nazianzeni pentaſticho de Apoſtolis, Camerarii de Evangeliſtis tetraſticho,

Uuu 2

(*) Confer librum 2. hujus Bibl. cap. 13. pag. 483.

cho, & Nicephori Xanthopuli jambicis LXXVIII. de JEſu ſeptuaginta diſcipulis.

1567.

Capita ad diſputandum propoſita, conſuetudine Academiæ Lipſicæ in ſchola Philoſophica. Lipſ. apud Joh. Rhambam in 4.

1568.

De natura & effectionibus dæmonum libelli duo *Plutarchi*, de defectu oraculorum ex verſione Adriani Turnebi cum ejus notis: & de figura EI conſecrata Delphis, ex verſione Camerarii cum ejus explicationibus & proœmio. Quibus eruditæ & raræ nec inutiles rerum memorabilium & ſingularium expoſitiones continentur. Lipſ. in Officina Vœgelini in 8. atque iterum 1576. 8.

Libellus continens Eclogas XX. Græcas duas, cæteras Latinas, & alia quædam poëmatia diverſis temporibus & occaſionibus compoſita, quæ ſunt 1) *Votum* ſeu preces, pro pace Germaniæ. 2) Carolus ſive *Vienna Auſtriaca* A. 1532. obſeſſa. 3) Carolus ſive *Tunete* A. C. 1534. Lipſ. apud Joh. Rhamb. ſumtibus Vœgelini in 8.

Hoc anno 1568. Maximilianus II. Cæſar Camerarium Viennam Auſtriæ (nemine conſiliariorum ſuggerente) evocatum de doctrina Eccleſiæ & rituum ſacrorum cum Saxonicis ineunda conformitate clementer audivit, & re ſua bene functum domum non ſine favoris argumento à ſe dimiſit. Melch. Adamus in vitis Philoſophor. Germaniæ p. 264. vide Proœminm Camerar. in libellum ſuum Gnomologicum p. 20. de quo libello dictum ſupra p. 493. ſq.

Libellus novus Epiſtolas & alia monumenta doctorum ſuperioris & hujus ætatis complectens. Lipſ. apud Joh. Rhamb. in 8.

Liber (*) continens Epiſtolas *Philippi Melanchthonis* ſcriptas ab A. 1522. per annos 38. ad Joach. Camerarium, primum ab eodem pio ſtudio & accurata conſideratione editus. Lipſ. curante eum exprimi Vœgelino in 8. Confer Clariſſ. Buchard Gotthelff Struvii Bibl. antiquam A. 1705. p. 545. & A. 1706. p. 357. ſqq.

1569.

De Græcis Latiniſque numerorum notis, & præterea Saracenicis & Indicis cum Indicio Elementorum ejus, quam Logiſticam Græci nominant (quæ eſt methodus conficiendarum rationum) & vocabulorum

(*) Hic eſt liber quartus inter Melanchthonis quæ cum Eraſmi, Thomæ Mori & Lud. Vivis Epiſtolis recuſæ ſunt Lond. 1642. fol.

rum artis interpretatione & aliis quibusdam ad hanc pertinentibus. Acceſſerunt explicationes Arithmeticæ doctrinæ *Nicomachi* & alia quædam ad contemplationem ſcientiæ iſtius pertinentia. Witenb. apud Joh. Cratonem in 8. Prodierant etiam Auguſtæ Vindel. 1554. 8. & Norimb. 1557. 8. Explicationem librorum duorum Nicomachi Geraſeni Samuel Tennulius recudi curavit ad calcem Jamblichi in Nicomachum, Græce & Latine cum notis editi Arnhemiæ 1668. 4.

Orationes numero decem funebres, quarum prima cum illuſtriſſ. Ducis Saxoniæ Principis Electoris Mauritii funus An. 1553. per urbem Lipſiam duceretur: additis epitaphiis carminibus Græcis ac Latinis. Cæteræ, anniverſariæ memoriæ diebus habitæ ſunt, nec dum quædam expreſſæ. Addita XI. complectente lugubris mortis Illuſtriſſ. Principis Elector Saxon. Auguſti filii Alexandri mentionem. Lipſiæ excudebat Joh. Rhamba in 8.

Joach. Camerarii Epiſtola ad Iſaiam Cæpolitam hoc anno ſcripta, extat ſub finem Libri Quinti Paraphraſeos Pſalmorum Eſromi Rudingeri.

1570.

Aphthonii libellus progymnaſmatum, id eſt, præparantium exercitationum, in ſermonem Latinum converſus: Græco ſcripto & exemplis compluribus additis. Lipſ. apud Erneſt. Vœgelin. in 8.

Propoſita annis compluribus Academiæ Lipſicæ, antiqua conſuetudine, diebus præcipue feſtis, quibus ſolemnes conventus Eccleſiaſtici aguntur, nunc conveniente ſerie & uno libello ad lectionem commodiorem comprehenſa. Lipſ. in Officina Rhambaviana in 8.

1571.

Libellus *Plutarchi* de virtute Morali: quo exponitur ſumma doctrinæ illius: Itemque adjunctorum ſcriptorum Græce editorum interpretatio Latina: Una cum explicatione præcipuorum locorum & rerum neceſſariarum enarratione. Autore Joachimo Camerario, Lipſiæ. in 8.

Libellus Gnomologicus, 8. de quo ſupra p. 493. ſeq.

Aliquot Epiſtolæ *M. Antonii Flaminii* de veritate doctrinæ & ſanctitate Religionis, ex Italico in ſermonem Latinum converſæ, nec non narrationes de Flaminio & aliis quibusdam, cognitione opt. diſciplinarum,

rum, ac artium & pietatis ſtudioſorum non indignæ. Norimb. in Officina Dieterichi Gerlacii. in 8.

V. Cl. *Georgio Fabricio* Chemnicenſi P. L. Epitaphia ſcripta à V. Cl. Joachimo Camerario, Paulo Dolſcio, Adamo Sibero, & aliis. Edita à Jacobo Fabricio Chemnicenſi, cum Epiſtola Joan. Sturmii ad Fabricios Fratres conſolatoria. Lipſiæ in 4.

1572.

Notatio figurarum Sermonis in libris quatuor Evangeliorum, & indicata verborum ſignificatio, & orationis ſententia, ad illorum ſcriptorum intelligentiam certiorem ſtudio Joachimi Camerarii, poſt primam editionem Lipſ. apud Valent. Papæ hæredes 1552. 8. recuſa cum locuplete indice rerum & verborum inſignium ad obſervandum. Lipſiæ apud Erneſt. Vœgelin. in 4. Notatio figurarum Orationis & mutatæ ſimplicis Elocutionis in Apoſtolicis ſcriptis, ad perſpicendam de intellecto ſermone ſententiam autorum: edita pridem Lipſiæ apud Valentini Papæ hæredes 1556. 8. Acceſſere & in librum πράξεων & ἀποκαλύψεως ſimiles notationes, nunc primum elaboratæ ſtudio Joach. Camerarii. Lipſiæ edita denuo procurante Ern. Vœgelino. in 4. Hæ eximiæ Camerarii in Novum Teſtamentum annotationes ſuadente Melanchthone ab eo compoſitæ, quarum novam editionem promiſit V. C. Jo. Andreas Boſius Diſp. de νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις. cap. 3. recuſæ etiam ſunt Cantabrigiæ 1642. fol. cum Beza: & Francof. 1712. 4. ſub titulo exegeſis N. T.

Xenophontis Athenienſis de Cyri Regis Perſarum vita atque diſciplina libri 8. nec non alia quædam ejusdem autoris ſcripta in ſermonem Latinum converſa, explicationibus alicubi additis, ſtudio & diligentia Joach. Camerarii. Pariſiis, apud Andr. Wechelum. in 4.

Commentatiuncula, non eſſe ex Eventis de conſiliis actionibusque hominum judicandum: de exordio verſus Ovidiani: *Exitus acta probat.* Additur ſcholium de congiario. Edente ob patris Valetudinem Ludovico Camerario filio. Lipſiæ typis Ern. Vœgelini in 8.

Reverendi Viri Doctoris Martini Lutheri Epiſtola, miſſa ad Theologos Norinbergenſes (orta quadam inter ipſos diſſenſione:) *Pia & vere Apoſtolica Epiſtola*, quemadmodum tum ad exemplum illius eo tempore Vir, dignitate & auctoritate & ſtudio pietatis excellens aſſcripſit. Cum appendice non ſpernenda. Lipſ. apud Vœgelin. in 8.

1573.

1573.

Homiliæ, quæ ſunt ſermones habiti de iis, quæ in Chriſtianis Eccleſiis leguntur, congregato populo diebus Dominicis & feſtis, excerptæ ex ſcripturis Evangelicis, autore Joach. Camerario: Editæ ſimul Græce & Latine. Lipſiæ procurante Vœgelino. in 4.

Pſalmi Septem qui Pœnitentiæ titulo celebrantur, translati in Latinos verſus jambicos dimetros, autore non nominato. Quibus & Threnorum Hieremiæ Prophetæ, & Pſalmorum quoque aliquot carmina adjuncta ſunt, compoſita à Joach. Camerario. Lipſiæ in 8.

Ornatiſſimi cujusdam viri de rebus Gallicis & ad Stanislaum Elvidium Epiſtola: Et ad hanc de iisdem rebus Gallicis reſponſio, autore Joach. Camerario. Lipſiæ in 4. apud Vœgelin. Atque hæc ſunt, quæ vivo Joachimo Camerario autore edita ſunt, qui obiit Lipſiæ, Anno MDLXXIIII.

Poſt obitum Joachimi Camerarii edita & ex parte recuſa ſunt iſta:

1575.

Phile Sapientiſſimi Verſus Jambici de Animalium proprietate, cum auctario JOACHIMI CAMERARII: Expoſita nunc primum eodem metro verſuum Latinorum à Gregorio Berſmano Annæbergenſi. Lipſiæ imprimebat Andreas Schneider, Typis Vogelinianis in 4. Iidem Phile verſus Jambici de Animalium proprietate cum Auctario Joach. CAMERARII, ſecunda cura Gregor. Berſmani editi ſunt anno 1596. in Typographeo H. Commelini in 8. Vide quoque Tomum ſecundum Poëtarum Græcorum veterum, Coloniæ Allobrogum editorum in fol. typis Petri de la Roviere Anno 1624. pag. 237.

1576.

Commentarius de Generibus divinationum, ac Græcis Latinisque earum vocabulis, autore Joachimo Camerario, editus ab ejusdem filio Ludovico, ſubjunctis Gregorii Berſmanni in funus Camerarii epicediis. Lipſiæ typis Vœgel. à Joh. Steinmann. in 8.

1577.

Meditatio in Adverſis, adjuncta eſt conſolationi Philoſophicæ Jacobi Sadoleti, cum Joannis Sambuci & Joachimi Camerarii filii Epiſtolis & carminibus ejusdem argumenti. In hujus meditationis præfatione promittitur editio Chryſoloræ & Joach. Camerarii Græcarum Epiſtolarum. Francofurt. apud Andream Wechelum in 8.

1578.

1578.

Ethicorum Ariſtotelis Nicomach. explicatio accuratiſſima Joach. Camerarii Papebergenſis, ejus poſt obitum à filiis in lucem edita. Francof. apud Andream Wechelum in 4.

1580.

Politicorum & Oeconomicorum Ariſtotelis & Xenophontis converſio ac interpretatio Joach. Camerarii. Francof. apud hæredes Wecheli in 4.

1583.

Epiſtolarum Familiarum libri VI. priores à filiis editi. Francofurti apud hæredes Andreæ Wecheli. 8.

Opuſcula moralia à filio Joachimo Camerario, Medico Norimbergenſi edita, in quibus *Syneſius*, de regno ad Arcadium, ex verſione Camerarii-patris, Plutarchi præcepta gerendæ Reip. ex Xylandri verſione. Camerarii patris ὑποθῆκαι ſive præcepta de officio Principis, Latino ſermone proſario ad Mauricium Huttenum: Ejusdem parænefes ſcriptæ ſermone familiari ad præcipuæ familiæ adoleſcentem: Epiſtolæ duæ ad Ludovicum Huttenum. Gnomæ, verſibus Latinis ſenariis. Francof. apud hæredes Andreæ Wecheli, 1583. 8.

1589.

Inter Epitaphia quorundam Comitum ex antiquiſſima Ortenburgenſium familia oriundorum, illorumque Conjugum, hoc anno edita extant quoque quædam Joach. Camerarium, Eſromum Rudingerum & alios autores habentia. Norinbergæ Typis Lochneri & Hofmanni in 4.

Animadverſiones ad librum primum *Lucani* edente Gregorio Berſmanno. Lipſ. 8. in editione illius Poëtæ Jac. Micylli & Hofmanni ſcholiis illuſtrata.

1595.

Onoſander de re militari ex Græco verſus. Norimb. 1595. 8.

Decuriæ XXI. συμμίκτων προβλημάτων ſive variarum & diverſarum quæſtionum de natura, moribus, ſermone, Græcæ & Latinæ expoſitiones. Apud Hieronymum Commelinum. in 8. Hæc problemata recuſa ſunt in theſauro Critico ſive face artium Jani Gruteri, Tomo quarto.

Epiſto-

Epiſtolarum ad diverſos volumen ſecundum, libros quinque poſteriores complectens. Francof. impenſis Petri Fiſcheri, ex Officina Paltheniana. In 8.

Scriptum, de diſſidio in Religione, & collatione veterum rituum cum recentioribus, editus ſine nomine auctoris Baſileæ 1598. 8. ſcriptus A. 1549.

1596.

Appendix problematum D. Joach. Camerarii, varias & diverſas quæſtiones morales, naturales, Mathematicas, Poëticas & Mythologicas complectens. Apud Commelinum. in 8.

Regionum quarundam & Nationum proprietates: recenſente Joachimo Camerario. Vide variorum in Europa itinerum delitias Nathanis Chytræi, expreſſas typis Chriſtophori Corvini ad 1596. pag. 630. 631. &c.

1598.

De rebus Turcicis Commentarii duo Joach. Camerarii Papebergenſis, à filiis nunc primum collecti ac editi. Acceſſere & alia nonnulla lectu admodum digna & utilia, quæ in adverſa pagina indicantur. Nimirum Imperatorum Turcicorum Chronologicon ex *Franciſco Sanſovino* de Italico in Latinum ſermonem converſum. Domini *de la Nue* Galli, Imperatoris bellici clariſſimi diſputatio de bello Turcico, Latine de Gallico ſermone interpretata. *Johannis Cuſpiniani* viri Clariſſimi, Imperatorum Maximiliani I. Caroli V. & Ferdinandi Auguſtorum Conſiliarii, Oratoris, & Hiſtorici oratio protreptica, qua Chriſtiani ad bellum Turcicum excitantur. Cui acceſsit *Alphonſi* Regis Neapolitani ſapientiſſimi oratiuncula ejusdem argumenti, opera Johannis Weidneri Landſidelii. Francofurti apud hæredes Andr. Wecheli, Claud. Marn. & Joan. Aubr. in fol.

De clade A. 1526. accepta in Pannonia ad Morgacium & de Ludovici Regis interitu. Francof. 1603.

Oratio ſive Conſilium de bello Turcis inferendo. Isleb. 1604.

1605.

Definitiones Capitum Doctrinæ Chriſtianæ. Lipſ. 8.

CL. V. Joachimi Camerarii Papebergenſis Hiſtorica Narratio de fratrum orthodoxorum Eccleſiis in *Bohemia*, *Moravia*, & *Polonia*, nunc primum edita ex Bibliotheca Ludovici Camerarii IC. *Acceſſerunt ad eam & alia quædam cognitione digniſſima, quorum hæc eſt*

ſeries: I. Clariſſimi V. *Eſromi Rudigeri* Papebergenſis de Fratrum Eccleſiolis in Bohemia & Moravia, Narratiuncula ſcripta Evanzizii in Moravis A. C. 1579. p. 145. II. Vita & mors *Johannis Huſſi* Bohemi ex actionibus & monumentis Martyrum. p. 163. Epiſtolæ Jo. Huſſi ſelectiores. p. 211. III. De ultimo ſupplicio *Hieronymi Pragenſis* ex iiſdem actionibus Martyrum. p. 227. IV. De ejusdem Hieronymi obitu & ſupplicio, Pogii Florentini ad Leonhardum Aretinum Epiſtola: p. 241. Hujusque ad illam reſponſio. p. 249. V. Oratio de Huſſiticis motibus recitata publice Witebergæ ab Illuſtri & Generoſo Domino Michaële Slavata, Barone Bohemo A. C. 1572. p. 251. VI. De origine Eccleſiarum Bohemicarum, & de confeſſionibus ab iis editis, Narratio: p. 263. Cui ſubjuncta ſunt de his B. Lutheri, Melanchthonis & aliorum magnorum quorundam virorum judicia & teſtimonia. p. 273. VII. Methodus quam obſervant Fratres, in eligendis ordinandis & confirmandis Miniſtris. p. 282. VIII. Epiſtola Fratrum ad Illuſtr. Principem Fridericum III. Elector. Illuſtr. Palatinum, de cantionibus in ipſorum Eccleſiis uſitatis. p. 286. IX. *Eſromi Rudigeri* de Cantionibus ſacris inter Fratres conſuetis, deque tota Chriſtianorum Muſica, Diſſertatiuncula. p. 290. X. De excidio reliquiarum è Waldenſibus & Albingenſibus Merindolii & aliis in locis Provinciæ facto ſub Franciſco II. Rege Galliæ, ex monumentis Martyrum. p. 303. XI. CL. V. D. *Petri Weſenbecii* JCti Oratio de Waldenſibus & Albigenſibus Chriſtianis, Jenæ habita A.C. MDLXXXV. p. 409. XII. Inſignis locus de iiſdem ex Caroli Molinæi JCti tractatu de Monarchia Francorum. p, 443. XIII. Conſenſus in fide & religione inter Eccleſias Evangelicas Regni Poloniæ, & illarum Eccleſiarum Acta Synodica. p. 449. Heidelbergæ Typis Vœgelianis. 8. & Francof. 1625. 8,

1606.

Annotationes quædam poſtumæ in *Julii Cæſaris* lib. 2. & 4. de bello Gallico, & 3. de bello Civili, publicatæ ſunt à Gothofredo Jungermanno in luculenta Cæſaris editione Francof. 1606. 4.

1607.

Valde utilis Dn. Joach. Camerarii de quinque Grammaticis ſingularum dictionum affectionibus præceptio, edita cum Homeri Βατραχομυομαχία & annotationibus Leonhardi Lycii, Profeſſoris quondam Lipſienſis, typis Chriſtoph. Elgeri in 8. Joach.

Joach. CamerariiDialogi Græco Latini. Lipſiæ Typis Vœgel.

Nondum edita.

Orationum tam ſuo quam aliorum nomine compoſitarum volumina duo. Epiſtolarum aliquot libri. Procemiorum in varios autores, & Prolegomenorum volumen unum. Prolegomenorum & orationum variis autoribus explicandis præmiſſarum volumen.

Commentarii in autores nonnullos Latinos:

In III. libros Officiorum Ciceronis. In Dialogum de amicitia, de Senectute, in Somnium Scipionis, in παράδοξα. In libros Ciceronis de legibus. In Tuſc. Quæſtionum commentarios à ſe editos emendatio & additio. In libros de finibus. In Ciceronis lib. de Oratore. In I. librum de natura Deorum. In Epiſt. IX. Cicer. ad Lentulum lib. I. In artem Poëticam Horatii. In odas plures ejusdem. In Epiſtolas nonnullas ejusdem. In aliquot libros Faſtorum Ovidii. In Herculem furentem Senecæ. In Troades ejusdem. In Gryphum ternarii numeri, Auſonii. In Salluſtium de bello Jugurthino & in Conjurationem Catilinæ.

Commentarii in aliquot autores Græcos.

In III. IV. V. & VI. Iliados Homeri. In Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας. Annotationes in Grammat. Græcam Theodori Gazæ. In φαινόμενα Arati. In orationem Iſocratis contra Sophiſtas. In Pindari νεμεῶνια. It. in ejusdem Olympia. In Hecubam Euripidis. In Herculem furentem ejusdem. Converſio orationis Lycurgi contra Leocratem, additis annotationibus. In IV. libros Xenophontis ἀπομνημονευμάτων.

Imperfecta tam Græca quam Latina varii generis.

Commentarii de partium internarum humani corporis nominibus tam Græcis quam Latinis. De nominibus morborum: ubi prolegomena leguntur ſatis copioſa & accurate compoſita, cætera deſignata ſunt in diverſis chartis. De nominibus Græcis & Latinis conjunctionum variarum generis humani. De nominibus Græcis & Latinis Agriculturæ. Quæſtiones Homericæ Græcæ & Latinæ. Quæſtionum nuptialium lib. II. in quibus diſputatur an ducenda uxor, vel non ducenda. De nominibus militaribus, & rei bellicæ, ex Polluce potiſſime translata. De legibus. περὶ νόμων. Proverbia. In Comment. de bello Gallico Julii Cæſaris. Hiſto-

ria varii generis. Converſio in Latinam linguam τῆς πράξεως τῶν Ἀποςόλων. Appendix ad narrationem de vita Melanchthonis. In Euripidem ſcholia. Comment. in Ptolemæum. Epiſtolæ Græcæ ex diverſis autoribus collectæ, & antea non editæ, una cum commentario proprio περὶ ἐπιςολῶν, Græce. De Hiſpanica Inquiſitione ſcriptum D. Carolovicii, quod Camerarius copioſius Latine reddidit. Ὅροι ſeu definitiones Græcæ. Comment. in Hypotypoſes Procli. Explicatio in Epiſtolas Græcas Beati Baſilii. Defenſio orationis Ciceronis pro Muræna, ubi tractat de Jure ad Cl.V. D. Joh. Stramburgerum IC. qui contra iliam ſcripſerat. Grammatica quædam. In Sphæram Procli, accurati commentarii. Converſio & explicatio Hypotheſium Procli. Epigrammatum & diverſorum carminum volumen. Epitaphiorum carminum liber: præparatus ad editionem à filiis, una cum carminibus diverſorum in obitum Camerarii. Diſputatio Logices: quid & quale quid eſſe videatur? veteris autoris, cujus nomen non eſt additum, in Latinam paraphraſin translata. In verſum Epicharmi: Θνητὰ δεῖ τὸν θνητὸν &c. Diſputatio contra Ariſtotelis ſententiam. Propoſita nomine Rectoris & Decani publice, variis anni temporibus, Lipſiæ. Propoſita publice nomine Rectoris in funeribus præcipuorum virorum, Lipſiæ. Alia ad Scholam Lipſienſem pertinentia.

Hactenus ſcripta Joachimi Camerarii.

XVIII. Poſt Camerarium, neminem novi qui inter Germanos tantum Græcas litteras amplificaverit, atque in lucem protractis variis præclaris Græcis monumentis, eorumque collectionibus, tam bene fuerit de elegantioribus ſtudiis promeritus, quam *David Hœſchelius* Auguſtanus, quem anno ætatis LXI. beatus obitus A. C. MDCXVII. 20. Sept. rebus humanis abſtulit. De illo, quem *Pelaſgæ eruditionis anteſignanum* appellat, ita B. D. Theophilus Spizelius in templo honoris reſerato. p. 329.

"Præcipuum induſtriæ ſuæ curriculum Hœſchelius uſque ad extremum vi-
"tæ ſpiritum in erudienda exercendaque in bonis literis juventute
"Auguſtana conficiebat, non ignorans quanta vis in prima illa inſti-
"tutione ad reliquum vitæ curſum ineſſet, tamque apte & elegan-
"ter hoc faciebat, ut nihil aptius: nam in iis ſcriptionibus, in quibus
"adoleſcentes exercebat, nil niſi grave, eruditum, fructuoſum conti-
neba-

nebatur, & ex Græcis cumprimis auctoribus, quos interpretabatur,„ ſententias ad mores componendos idoneas eligebat, fuſiusque ex-„ plicabat, quinimo in munere ſcholaſtico annos ſex & triginta ita ex-„ egerat, ut tum diſcipulis ſuis, tum aliis exemplum eſſet probitatis,„ modeſtiæ, humanitatis, virtutumque omnium. Sinceram Hœſche-„ lii pietatem, tum domi, tum foris, gratamque gravitatem, & erga„ ſingulos humanitatem ac benevolentiam nemo complecti oratione,„ poſſet etiamſi vellet. Et quam præclare quamque feliciter deman-„ datæ ſibi functioni ſatisfecerit, plurimi teſtari poſſunt Viri eruditi,„ qui è variis Germaniæ, Italiæ, Belgiique civitatibus Hœſchelii gratia,„ Auguſtam ſe contulerunt, quibus Viri hujus inſtitutione uti, in que„ lingua græca proficere curæ & cordi fuit. Verè de illo dici poteſt,„ quod,„

Mille foro dedit juvenes, bis mille miniſtrorum
Adjecit numero purpuræque togæ.

Cum inſuper celebratiſſimæ Bibliothecæ Auguſtanæ adminiſtratio,„ ipſi eſſet demandata, omni virium niſu ejus procuravit incremen-„ tum, nec ulli parcens labori, libros excuſos pariter ac manuſcri-„ ptos, maxime græcos, melioris item notæ Authores, ac librorum,„ editiones conquiſivit, ſicque Bibliothecam Auguſtanam veluti pu-„ blicum aliquod Ærarium inſtruxit ad omnium promiſcue indigen-„ tiam ſublevandam. Et cum rariſſimorum Codicum MSS. Græco-„ rum, (*) magno ære ab *Antonio Eparcho* Epiſcopo Corçyrenſi coëm-„ ptorum copiam eſſet conſecutus, maximam curam adhibuit, ne,„ theſaurus iſte librarius in arcanis Bibliothecæ hujus receſſibus veluti„ in perpetuo quodam cuſtodiretur carcere, ſed in publicam etiam,„ lucem magno cum totius Reipublicæ literariæ bono & commodo,„ prodiret. *Hactenus B. Spizelius.*

Xxx 3 Hæc

(*) Circa A. C. 1545. ampliſſimus Senatus Auguſtanus Græcos Codices MSS. ab Antonio Eparcho Venetiis redimendos curavit numis aureis octingentis, ut teſtatur B. Antonius Reiſerus noſter, qui Indicem MSS. Bibl. Auguſtanæ Græcorum Latinorumque publici juris fecit A. 1675. 4. Prodierat quidem Græcorum MSS. jam index qualiscunque neſcio quo editore A. 1575. 4. ſed longe melior locupletiorque à Davide Hœſchelio, qui illum Patronó ac Muſageta ſuo Marco Velſero hortante concinnavit, ediditque 1595. 4. Exſtat præterea Catalogus Bibl. Auguſtanæ etiam librorum impreſſorum vulgatus A. 1599. ſine nomine auctoris, qui putatur Georgius Heniſchius: & A. 1633. fol. curante Elia Ehingero.

Hæc vulgata ab Hœſchelio vetera monumenta paucis jam recenſere placet. Plutarchum quidem ab eo editum cave credas Alphonſo Clarmundo parte V. vitarum Germanice editarum p. 22. Sed de *Photio* ejus a) & *Geographis* Græcis minoribus, b) & de *Eclogis* legationum, c) & *Procopio*, d) atque *Origene* contra Celſum e) alibi dixi. Dixi etiam de *Horapollinis* hieroglyphicis, f) de iatromathematicis *Hermetis*, g) de vita S. Antonii ſcripta à D. *Athanaſio* h) de homiliis *S. Chryſoſtomi* contra Judæos i) de Sapientia *Sirachidis* k) de ſcriptis nonnullis *Philonis* Judæi, l) *S. Maximi* martyris, m) *Gregorii Nazianzeni* n) *Nyſſenique* o) & *Annæ Comnenæ*, p) atque *Adriani*. q) Jam alia ejus alibi mihi indicta referre non alienum ab hoc loco exiſtimo, in quibus ſunt

1) Ὁμιλίαι Θεοφόρων τινῶν Πατέρων, Homiliæ quædam ſacræ, r) ex MSS. Codicibus vel nunc primum vel emendatius editæ, cum notis. Auguſtæ 1587. 8. typis Michaelis Mangeri. In hoc volumine continentur:

BASILII

a) Volum. IX. hujus Bibl. p. 379. ubi etiam inedita antea veterum quæ in Hœſchelii ad Photium notis exſtant ἀποσπασμάτια refero.
b) Libro IV. c. 2. §. 7. Volum. III. p. 33. ſeq.
c) Volum. VI. p. 230. & 491.
d) ibid. p. 251. e) Volum. V. p. 219. f) lib. 1. cap. 13. pag. 90.
g) lib. 1. cap. 9. pag. 59. ſeq. h) Volum. V. pag. 302.
i) Volum. VII. pag. 651.
k) lib. 3. cap. 29. §. 2. pag. 730.
l) lib. IV. c. 4. p. 106. 109. 110. Libro *Philonis* περὶ τῆς ἑβδόμης ſive *de ſeptenario* quem Hœſchelius Græce primum edidit Auguſtæ Vindel. 1614. 4. ſubjunxit fragmenta duo libri ejusdem περὶ προνοίας, *de Providentia*, deprompta ex *Mich. Apoſtolii*, Byzantzii ἰωνιᾷ. MS. Deinde *Niceta* de VII. mundi admirandis, quibus ille ſexto loco Capitolium Romanum & ſeptimo templum Adriani Cyzicenum accenſet. Denique locum *Hippocratis* de ſeptem ὥραις ſive gradibus ætatis humanæ, & *Gregorii Nyſſeni* ex Sermone de Pentecoſte de numero ſeptenario. In volumine autem quod Hœſchelius excudi curavit Francof. apud Jo. Wechelum 1587. 8. Græce cum notis exhibentur antea inedita Philonis opuſcula hæc tria, 1) περὶ τῶν μετονομαζομένων, 2) νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον, de formatione Evæ ex Adami latere & de utriusque lapſu. & 3) περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους.
m) Volum. VIII. p. 732. n) Volum. VII. p. 524. ſeqq.
o) Volum. VIII. p. 157. p) Volum. VI. p. 391. q) Volum. IX. p. 381. 382.
r) Aſteriſcis notatæ homiliæ emendatiores atque integriores: reliquæ tunc primum prodierunt.

BASILII MAGNI.

1. In nativitatem CHriſti, cum duobus manu ſcriptis collata, p. 85. * Incipit: χριςȣ͂ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη.

GREGORII NYSSENII.

1. In nativitatem CHriſti & in infantes Bethlehemiticos. p. 103. * Incipit: σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ.
2. Memoriam Stephani primi martyris. p. 131. * Incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολȣθία.
3. In Dictum CHriſti, *Quatenus feciſtis uni*, Matth. XXV. p. 182. Incip. ἔτι πρὸς τῷ Θεάματι τῆς φοβερᾶς.
4. VI. Pſalmum *de octava*. p. 204. Incipit: οἱ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν.
5. In S. Paſcha. p. 213. * Incip. ἡ μὲν ἀληθινὴ τȣ͂ σαββάτȣ κατάπαυσις.
6. Aſcenſionem Chriſti quæ Cappadocibus dicta ἡ ἐπισωζομένη. p. 217. Incip. ὡς γλυκὺς συνέμπορος τȣ͂ ἀνθρωπίνȣ βίȣ ὁ προφήτης Δαβίδ.
7. S. Baptiſma. p. 334. Incip. νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην.

GREG. NAZIANZENI.

1. In nativitatem CHriſti. p. 1. * Incip. χριςὸς γεννᾶται, δοξάσατε. cum Paraphraſi & ſcholiis *Nicetæ*, p. 20--84.
2. In S. Pentecoſten. p. 223. * Incipit: περὶ τῆς ἑορτῆς βραχέα φιλοσοφήσωμεν. cum *Nicetæ* Paraphraſi. p. 243--333.

JOAN. CHRYSOSTOMI.

1. In annunciationem Mariæ. p. 366. Incip. πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια.
2. In S. Theophania, ſeu Baptiſma Chriſti, p. 375. Incip. ἄνδρες φιλόχριςοι καὶ φιλάδελφοι καὶ φιλόξενοι. Eadem homilia quam ſub *Gregorii Thaumaturgi* nomine Gerardus Voſſius vulgavit.
3. Memoriam Joan. Baptiſtæ. p. 387. Incip. Ἰωάννȣ τȣ͂ βαπτιςȣ͂ πανήγυριν ἄγωμεν.
4. In Parabolam *de filio prodigo*. p. 400. Incip. ἀεὶ μὲν ἀδελφοί.
5. Decollationem Joannis Baptiſtæ. p. 418. Incip. πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται.
6. Saltatricem Herodiadem. p. 430. Incip. ὥσπερ τις ἀνὴρ φιλέρημος.
7. Locum Evangelii, Johann. XI. *coëgerunt Judæi concilium*. p. 440. Incip. ἐοίκασιν οἱ τῆς ἐκκλησίας.

8. De

8. De virginibus decem. p. 446. Incip. ὅταν τὸ εὐδαπάνητον.
9. Maria Magdal. pœnitente peccatrice. p. 458. Incip. πάντοτε μὲν Θεὸς ὡς φιλάνθρωπος.
10. Proditione Judæ; Paſchate; Cœnæ Dominicæ inſtitutione; de omnem memoriam injuriarum, oblivione ſempiterna delendo, p. 469. Incip. οὐκ ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον.
11. De S. Paraſceve. p. 490. Incip. πεπλήρωται ἡμῖν λοιπὸν ὁ τῆς νηστείας ἀγών. Jo. Damaſceni eſt, non Chryſoſtomi.

CYRI GERMANI, Patriarchæ CPol. ex pluribus aliis quæ in Auguſtana exſtant homiliis.

1. De infantibus ab Herode occiſis; & in principium ſancti ſecundum Marcum Evangelii. p. 154. Incipit: τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

CYRILLI ALEXANDRINI, quæ deinde Latine vertit Jo. Wegelinus. a)

1. Locus de S. Trinitate. p. 503. 504.
2. Reſponſio ad unam & alteram ab hæreticis motam quæſtionem, de perfectione DEI Patris nec obſtante quo minus Filius ſit Deitatis πλήρωμα, nec imminutâ per Filii generationem. p. 506. 507.

Notæ p. 510--562. In his p. 522. & 549. Hœſchelius affert quædam ex diario Græco MS. de Baſilio Magno & S. Chryſoſtomo, quæ infra adſcribam. Idem Athenæi locum p. 552. ex Codice MS. emendat ac ſupplet.

DE BASILIO MAGNO.

Οὗτος ἤκμασεν ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Οὐάλεντος, πρὸς ὃν καὶ ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς ἐπαῤῥησιάζετο πίστεως: τῆς Ἀρείου κακοδοξίας, ᾗ προσετέθη ὁ Βασιλεὺς, πυρὸς δίκην λυμαινομένης τὴν ἐκκλησίαν. ἦν μὲν πρὸς πατρὸς ἐκ Πόντου: πρὸς δὲ μητρὸς Καππαδόκης. ἐν δὲ λόγοις οὐ μόνον, τοὺς κατ᾽ αὐτὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς παλαιοὺς ὑπερέβαλλε. διὰ γὰρ πάσας ἐλθὼν ἰδέας παιδεύσεως, ἐν ἑκάστῃ τὸ κράτος ἐκτήσατο: οὐχ ἧττον τὴν διὰ πράξεως ἀσκήσας φιλοσοφίαν. καὶ διὰ ταύτης τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων προβὰς, ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνήχθη:

a) Vide Volum. VIII. hujus Bibl. pag. 571.

ἀνήχθη: ἔνθα δὴ πολλὰς ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διανύσας, ἐν τῷ σταθερῷ τοῦ φρονήματος καὶ ἀτρέπτῳ τὸν ἔπαρχον καταπλήξας, καὶ λόγους ἐκδοὺς, δι᾽ ὧν τὰ τῶν ἑτεροδόξων φρονήματα κατεβρόντησε, καὶ τὴν ἐν ἤθει κατάστασιν ἐξεπαίδευσε, καὶ τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν κατέστησεν ἐναργῆ. καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ὁδηγήσας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. ἦν δὲ τὸν τύπον τοῦ σώματος, ἐπὶ πολὺ μῆκος τοῦ ὀρθίου σχήματος ἀναδραμών, ξηρὸς καὶ λεπτόσαρκος, μέλας τὸ χρῶμα, ὠχρότητι τὸ πρόσωπον σύγκρατος, ἐπὶ ῥῖνα εἰς κύκλον τὰς ὀφρῦς περιεγμένος, τὸ ἐπισκήνιον συνεσπακὼς, φροντιστικῷ ἐοικὼς, ὀλίγαις τὸ μέτωπον ἀμαρυγαῖς ῥυτιδούμενος, ἐπιμήκεις τὰς παρειὰς ἔχων, κοῖλος τοὺς κροτάφους. ἠρέμα ἐν χρῷ κουρίας τὴν ὑπήνην δεόντως καθειμένος, μεσαιπόλιος. è diario Græco m. ſ. ubi & hæc adſcripta ;

Βεβίωκεν ἔτη ε. ἐπίσκοπος: ὅλως δὲ, ἔτη με.

Ζῇ Βασίλειος, καὶ θανὼν ἐν Κυρίῳ,
Ζῇ καὶ παρ᾽ ἡμῖν, ὡς λαλῶν ἐκ τῶν βίβλων.
Ιανουαρίοιο θάνες, Βασιλήϊε, πρώτῃ.

Τοῦ πέμπτου ἔτους τοῦ Οὐάλεντος καὶ Οὐαλεντινιανοῦ.

DE S. CHRYSOSTOMO.

Οὗτος ὁ μακάριος καὶ θεῖος ἱεράρχης, διὰ τὸ καλὸν τοῦ βίου, καὶ τὸ μὴ ὑπερορᾷν τὸ δίκαιον μηδὲ αὐτοὺς ἀδικοῦντας τοὺς βασιλεῖς, ὑπερορίζεται. Καὶ πρῶτα μὲν εἰς Κουκουσὸν πέμπεται, τῆς Ἀρμενίας πολίχνιόν τι σαπρὸν, εἶτα εἰς Τραβισὸν καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Πιτυοῦντα: χωρίον οὐ μόνον ἔρημον καὶ τῶν ἀναγκαίων ὄντα ἐπιδεῆ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν γειτονούντων Ισαύρων ἀεὶ πολεμούμενα. ἐν τούτοις τοῖς τόποις γενόμενος, καὶ πολλοὺς πρὸς θεογνωσίαν ἐπιστρέψας, καὶ πάμπολλα θαύματα κατεργασάμενος, τοῦ βίου μεθίσταται, θανὼν ἐν Κωμάνοις.

Ἄπτουν ἑβδομάτῃ κόμισαν δέμας εἰκάδι χρυσοῦν. μηνὸς Ἰανουαρίου.

 2) S. Gre-

2) *S. Gregorii Nyſſeni* Opuſcula quinque Græca, primum edita ex Codicibus Bibl. Auguſtanæ & Maximi Margunii. α) πρὸς Ἁρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα. p. 1. Incip. ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας. β) περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριστιανόν. p. 15. Incip. πρέπουσα τῇ προαιρέσει ἡ σπουδή. γ) περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος. pag. 45. Incip. οἷον τι πάσχουσιν οἱ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων φιλοθεάμονες. δ) πρὸς Θεόφιλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολιναρίου. pag. 169. Incip. οὐ μόνον δεῖ τῆς κοσμικῆς σοφίας. ε) λόγος πρὸς Σιμπλίκιον περὶ πίστεως. p. 175--180. Incip. κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου. Lugd. Batav. 1593. 8. Præter Hœſchelii notas in hoc volumine exſtant *Maximi Margunii* Epiſcopi Cytherenſis Epiſtolæ quatuor ad Hœſchelium Græcæ p. 1. 3. 43. & 157. Exſtant & hæc p. 153. notata documenta quinque, de Divina Chriſtianiſmi origine teſtantia, & quatuor uſus ſacrarum ſcripturarum:

τεκμήρια τοῦ θεόθεν εἶναι τὸν χριστιανισμόν.

α. ἡ θεία πρόνοια.
β. τὸ κῦρος τῆς ἐκκλησίας.
γ. ὁ χριστοῦ βίος.
δ. ἡ ταυτότης τῆς διδασκαλίας.
ε. τὰ θαυμάσια τῶν ἔργων καὶ παθῶν.

Η περιβολὴ τῶν μυστικῶν γραμμάτων.

α. παραμυθία τῶν μικροψύχων.
β. διδασκαλία τῶν ἀγνοούντων.
γ. περιτροπὴ τῶν ἐθελοκακούντων.
δ. ἔλεγχος καὶ κατάπληξις τῶν ἀμετανοήτων.

Lubet etiam hoc loco exhibere Catalogum operum Gregorii Nyſſeni, quem ad ejusdem libelli calcem Hœſchelius conſignavit.

Catalogus Operum Divi Gregorii Nyſſeni.

B. A. Bibliothecam Auguſtanam,

M. M

M. M. Maximi Margunii, Cytherenſis, Epiſcopi.
D. H. Hœſchelii privatam, ſignificat.
Aſteriſcis notata excudit Michael Mangerus, Auguſtæ.

α΄. λόγος περὶ θεότητος Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ, B. A. & M. A. *

β΄. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ χριστοῦ γέννησιν, B. A. *

γ΄. εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα, B. A. *

δ΄. ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν μέγαν Βασίλειον, B.A. *

ε΄. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, B. A. *

ϛ΄. εἰς τὸ ῥητὸν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, B. A.

ζ΄. εἰς τοὺς κοιμηθέντας. B. A.

η΄. εἰς τὸν ἅγιον μέγαν μάρτυρα Θεόδωρον, ἐλλιπής. B. A.

θ΄. ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν Μελέτιον, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. B. A.

ι΄. εἰς τοὺς ἁγίους μ΄. μάρτυρας. B. A.

ια΄. εἰς τοὺς αὐτοὺς λόγος β΄. ἐλλιπής. B. A.

ιβ΄. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα λόγος α΄. B. A. & M. M.

ιγ΄. εἰς τὸ αὐτὸ, λόγος β΄. B. A.

ιδ΄. εἰς τὸ αὐτὸ λόγος γ΄. B. A.

ιε΄. ἄλλος εἰς τὸ αὐτὸ βραχύτερος. *

ιϛ΄. εἰς ἀνάληψιν χριστοῦ. B. A. *

ιζ΄. πρὸς Εὐστάθιον B. A. *extat inter opera Baſilii Magni, pag. 333. & recte. Sic enim ad Codicem m. ſ. Gr. Nyſſ. teſtatur, qui iſthæc margini aſſcripſit;* ὁ παρὼν λόγος, ὃς καὶ ἐν εἴδει ἐπιστολῆς γέγραπται, πρός τινα φιλόσοφον Εὐστάθιον τὸν ἰατρὸν ἐγράφη παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Βασιλείου, καθὼς ἀσφαλῶς ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ εὗρον, καὶ οὐ τοῦδε τοῦ Γρηγορίου. ἔστιν ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος, ὁ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Πέτρον. καὶ δῆλός ἐστιν οὗτος κἀκεῖνος ἀπὸ τῆς φράσεως τοῦ μεγάλου Βασιλείου. τοῖς οὖν ἐντυγχάνουσι περιεσκεμμένως, ἑκατέρου τὴν φράσιν ἐν τοῖς αὐτῶν συγγράμμασιν εἴσονται τὸ οὕτως ἔχειν.

ιη΄. περὶ τοῦ μὴ οἴεσθαι λέγειν τρεῖς Θεοὺς, πρὸς Ἀβλάβιον. B. A. *Hic, cum qui-*

quibusdam aliis, ad Chriſtoph. Plantinum ut exprimeretur miſſus, neſcio qui perierit. Ejus certe miniſtro ſeſe tradidiſſe, Hæſchelio ſcripſit Sylburgius.

ιθ′. πρὸς Πέτρον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, B. A. *editus inter Baſilii M. opera, p.* 297. *Ad marginem codicis A. hæc leguntur aſſcripta:* ὁ παρὼν λόγος οὐκ ἔστι τοῦ μεγάλου Βασιλείου, γραφεὶς δὲ σταλεὶς εἰς τὸν παρόντα ἅγιον Γρηγόριον, ὡς ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ κέκτημαι. καὶ δῆλός ἐστιν ἀπὸ τῆς φράσεως καὶ τοῦ χαρακτῆρος, διὸ καὶ ὀφείλει γράφεσθαι Βασιλείου πρὸς Γρηγόριον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, περὶ &c.

κ′. πρὸς Σιμπλίκιον, περὶ πίστεως. B. A. D. H.

κα′. περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα, πρὸς Ἁρμόνιον. B. A. & D. H.

κβ′. περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν χριστιανόν. D. H.

κγ′. εἰς τὸ, ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, B. A.

κδ′. εἰς Πουλχερίαν, B. A.

κε′. εἰς Πλάκιλλαν, B. A. & M. M.

κϛ′. εἰς τὸν ϛ′ ψαλμὸν, περὶ τῆς ὀγδόης, B. A. *

κζ′. εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, B. A. & *partem* M. M. *atque* D. H.

κη′. εἰς προσευχήν, B. A.

κθ′. εἰς Γρηγόριον τὸν θαυματουργὸν, B. A. & D. H.

λ′. εἰς τὸν ἅγιον Ἐφραὶμ, M. M.

λα′. λόγοι τρισκαίδεκα πρὸς Πέτρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, κατὰ Εὐνομίου, M. M.

λβ′. πρὸς Θεόφιλον Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολιναρίου M. M. & D. H. *ex* Maximi Margunii *liberalitate*.

λγ′. εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν λόγοι η′. M. M.

λδ′. ἀπολογία, περὶ τῆς ἑξαημέρου, πρὸς Πέτρον τὸν ἀδελφὸν, M. M.

λε′. εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν, M. M.

λϛ′. περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ᾽ ἀρετὴν τελειότητος.

τος. *hujus apographum Reverend. & doctiſſimus Dominus Margunius,* ἐπίσκοπος Κυθήρων, *ſua manu exaratum, dono Hœſchelio miſit.*

λζ΄ εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν, M. M.

λη΄. κατηχητικὸς λόγος, M. M. *hujus exemplum ab eodem R. Ep. Cyth. Hœſchelius accepit.*

λθ΄. περὶ παρθενίας, *extat in Bibliotheca Vaticana, converſus à Jo. Livineio, G.*

μ΄. εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν, B. A. *extat interprete Jo. Leunclavio.*

μα΄. περὶ ψυχῆς, πρὸς τὴν ἀδελφὴν, B. A.

μβ΄. εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, λόγοι λε΄. *Latine extant, interprete Joan. Leunclavio.*

μγ΄. πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσι. *Græce editus Pariſiis.*

Codex orationum S. Greg. Nyſſeni ſatis magnus in Bibliotheca nobilis & clariſſim. viri D. Theodori Canteri.

3) Homilia (*) *S. Joannis Damaſceni* & acroſtichis, Μωσῆς Θεοῦ πρόσωπον ἐν Θαβὼρ ἴδε, in transfigurationem CHriſti, emendatior edita Græce & Latine cum notis Auguſtæ Vindel. 1588. 8. Hiſce notis adjunctæ ſunt appendicis loco ex Codicibus MSS. Auguſtanis præclaræ obſervationes, quibus quam plurima loca inſignium ſcriptorum poſſunt emendari vel ſuppleri, *Athenæi* quidem p. 85--92. In *Ariſtophanis* Theſmophoriazuſis pag. 92. ſeq. In *Xenophontis* Hipparchico p. 755. legendum τοῦ ἐμμέσως pro τοῦτο δὲ μέσως. In *ſcholiis Thucydideis*, inquit, p. 93. *quædam à me conſignata, brevi ut ſpero ex H. Stephani, viri optime de Rep. litteraria meriti officina prodibunt.* Ibidem locum *Scholiaſtæ Pindari* & p. 94. plura *Plutarchi* feliciter reſtituit, & ex MS. epitome Athenæi, verſus ſedecim *Panyaſis* poëtæ, πρῶτοι μὲν χάριτές τ᾽ ἔλαχον &c. qui libro ſecundo Athenæi deſiderabantur. Hinc loca *Philonis* Judæi emendata p. 95 -- 104. & *Gregorii Nazianzeni*, p. 104--110. *Baſilii* Magni Epiſtolarum p. 110-116. *Joannis Damaſceni* p. 117. Homiliarum denique variarum quas ſuperiore A. 1587. 8. ab Hœſchelio editas jam reſenſui, loca complura correcta partim ex ingenio, partim è Jo. Damaſceni parallelis, & è libro ὑπομνημονευμάτων MS. Auguſtano. Quæ ex Diario

(*) Dixi de ea Volum. VIII. p. 814. Junioris ſcriptoris eſſe, diſputat Caſimirus Oudinus T. I. Commentar. de ſcriptoribus Eccleſ. p. 1780. ſeq.

Diario Græco ſive ex ephemeridibus quas vocat Græcis MSS. de memoria Transfigurationis CHriſti p. 76. exhibet, hoc loco ſubjiciam:

Τοῦ αὐτοῦ μηνὸς (Αὐγούστου) ἡμέρα ἕκτη, ἡ μεταμόρφωσις τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Θαβὼρ ὑπὲρ πᾶν γῆς ἐδοξάσθη μέρος,
Ἰδὸν Θεοῦ λάμψασαν ἐν δόξῃ φύσιν.

Ἐπειδὴ πολλὰ περὶ κινδύνων ὁ Χριστὸς διελέχθη πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ θανάτου καὶ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ σφαγῆς. καὶ τὰ μὲν ἦν ἐν τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἐν χερσὶν, τὰ δὲ ἀγαθὰ ἐν ἐλπίσιν: βουλόμενος καὶ τὴν ὄψιν αὐτῶν πληροφορῆσαι, καὶ δεῖξαι τίς ἐστιν ἡ δόξα ἐκείνη μεθ' ἧς μέλλει παραγενέσθαι. ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν, καὶ κατ' ἰδίαν. (a) καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένοντο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας συλλαλοῦντες αὐτῷ. παραλαμβάνει δὲ τῶν ἄλλων τοὺς τρεῖς μόνους, ὡς ὑπερέχοντας. Ὁ μὲν γὰρ Πέτρος, (b) ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, ἐδήλου τὴν ὑπεροχήν: ὁ δὲ Ἰωάννης, (c) ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖσθαι: ὁ δὲ Ἰάκωβος, (d) ἐκ τοῦ δύνασθαι πιεῖν τὸ ποτήριον, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἔπιεν. εἰς μέσον δὲ Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν παράγει, τὰς οὐκ ὀρθὰς ὑπονοίας τὰς εἰς αὐτὸν παρὰ τοῖς πολλοῖς γινομένας διορθούμενος. ἐπεὶ γάρ τινες μὲν αὐτὸν Ἠλίαν ἔλεγον, (e) ἄλλοι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν: διὰ τοῦτο τοὺς κορυφαίους (f) ἄγει, ἵνα τὸ μέσον ἐντεῦθεν ἴδωσιν τῶν δούλων καὶ τοῦ δεσπότου. καὶ ἵνα μάθωσιν, ὅτι θανάτου καὶ ζωῆς αὐτὸς ἐστὶν ὁ ἔχων πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

4. S.

(a) Matth. 17. (b) Joan. 21. (c) Joan. 13.
(d) Matth. 20. (e) Matth. 16.
(f) Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, Galat. I.

4) *S. Gregorii Nazianzeni*, Theologi, Arcana ſive περὶ ἀρχῶν, de principiis verſus CCCCXXCII. cum paraphraſi Græca *Nicetæ*. Carmen contra Apolinarium περὶ ἐνανθρωπήσεως, & de poëmatis à ſe editis, nec non in Maximum aliaque quam plurima carmina & in τυμβωρύχους epigrammata. Græce è Bibl. Auguſtana. Lugd. Bat. 1598. 8. His itidem Græce ſubjiciuntur *Maximi Margunii* Cytherorum Epiſcopi carmina tria α) in dictum CHriſti, *qui ex hac aqua bibit, ſitiet iterum.* Joh. IV. 13. β) In parabolam Matth. XIII. de homine ſeminante bonum ſemen in agro ſuo. γ) Metaphraſis Pſalmi CXXXII. quam etiam hoc loco non illibenter legent ſtudioſi.

Τίπτε ἀδελφοσύνας πέλε φέρτερον; ἤπτε δὲ αὖθις
    Τερπνότερον γλυκερᾶς ἦεν ὁμοφροσύνας;
Εὖτε φίλα φρονέοντες ἀμοιβαδὸν ἄνδρες ἀγαυοὶ
    Οἴκῳ ἐν ἱροτάτῳ ναιετάουσιν ἅμα.
Ηὔτε ἐμμένοντος ἐπὶ κρατὸς ἄσπετος ὀσμὴ
    Μύρου ὃ Αρῶνος πώγονα εἰσχέεται.
Ενδύματος δὲ πάλιν καταλείβεται ἔνθεν ἐπ᾽ ὦαν,
    Εκβλύζον προχοὰν Πνεύματος ἁγνοτάτου.
Ηὔτε ὑγροτέρα ὑπὸ ὕψεος Ἑρμονιείου
    Εκχέεται Σιόνος οὔρε ἀεὶ δροσίη.
Οτιγε εὐλογίην ἐντείλατο παμβασιλῆος
    Ομφὰ ἐκεῖ μενέειν, ἄφθιτον ἠδὲ βίον.

Hunc eundem Pſalmum illuſtris Henricus S. R. I. Liber Baro ab Heüel Latinis verſibus expreſſit (*) ſic:

En, quam proficuum eſt, quam delectabile, fratres
    Si liget unus amor, ſi domus una tegat.
Non ſic unguentum redolet, quod, pyxide fuſum,
    Cano Amramiadæ crine, togaque, fluit.
Non ſic fœcundis ſtillant Hermonia guttis
    Culmina, non Solymæ ſic juga roris aquis;

Fragat

(*) In Pſalmodia ſacra, edita Viennæ Auſtriæ 1711. 1721. 8.

Flagrat ut unito felix concordia ſenſu:
Hæc totum grato complet odore forum.
Hæc beat, hæc placidam tribuit ſine turbine vitam:
Pax ubi ſpectatur candida, Numen adeſt.

5) *S. Gregorii Nazianzeni*, (*) definitiones rerum ſimplices, verſibus jambicis CCLXVII. cum Latina proſaria verſione pag. 1. & notis p. 26. *Anonymi* definitiones, ordine alphabetico ex Codice MS. Bibl. Palatinæ: ὅροι κατὰ στοιχεῖον. Incip. τί ἐστιν ἀγαθόν; οὗ πάντες ἐφίενται. Græce *Maximi* Monachi (**) ὅροι διάφοροι. Incip. οὐσία καὶ φύσις ταυτόν. Utraque hæc ex Bibliotheca Palatina Hœſchelio ſuppeditavit vir egregius Frid. Sylburgius, ut ex epiſtola ejus ibi ſubjuncta apparet, in qua obſervationes & emendationes nonnullæ leguntur. Cum autem Nazianzeni & Maximi definitiones inter eorum opera quoque obviæ ſint, illas Anonymi, addita verſione mea hoc loco ſubjungere, illiſque alia quædam conſimilia ſubjungere operæ pretium duxi.

ὍΡΟΙ ΚΑΤᾺ ΣΤΟΙΧΕῖΟΝ.

1. Τί ἐστιν Ἀγαθόν; οὗ πάντες ἐφίενται.

Τί ἐστιν Ἄγγελος; οὐσία ἀσώματος, Θεῷ λειτουργοῦσα.

Τί ἐστιν Ἀρετή; μεγίστη εὐδαιμονία.

Τί ἐστιν Ἀλήθεια; ἀπόφασις λέγουσα τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον. Ψεῦδος δὲ, τὸ ἐναντίον.

Τί ἐστιν Αἴσθησις; δύναμις διακριτικὴ τῶν ἐμπιπτόντων. Αἰσθητικὸν ζῶον; τὸ κεκτημένον τὰς αἰσθήσεις. Αἰσθητὸν δὲ, τὸ ὑποπίπτον ταῖς αἰσθήσεσι.

Τί ἐστιν Αἵρεσις, ἡ περὶ πίστεως

ANONYMI DEFINITIONES.

1. Quid eſt *bonum?* quod omnes deſiderant.

Quid eſt *angelus?* eſſentia incorporalis, miniſtrans DEO.

Quid eſt *virtus?* ſumma felicitas.

Quid *veritas?* enunciatio rem quæ eſt, eſſe affirmans, & quæ non eſt, negans. Huic contrarium eſt mendacium.

Quid eſt *ſenſus?* facultas dijudicans ea quæ incidunt. Quid eſt *animal ſenſitivum?* quod ſenſus poſſidet. *Senſile* quid eſt? quod in ſenſus cadit.

Quid eſt *hæreſis?* opinio de fide

τῆς

(*) Vide Greg. Nazianzeni Opera T. 2. p. 198. edit. Pariſ. Græcolat. & edit. Lipſienſ.

(**) S. Maximi Opera T. II. p. 78.

τῆς οἱασοῦν δόξα. Αἱρετικὸς δὲ, ὁ τῆς ἰδίας ὑπερμαχῶν δόξης.

Τί ἐστιν Ἀγάπη; ἄπαυστος ἐπὶ τῇ φιλίᾳ τοῦ φιλουμένου σχέσις.

Τί ἐστιν Αὐτεξουσιότης; ψυχῆς λογικῆς ὄρεξις, ἀκωλύτως γινομένη πρὸς ὅπερ ἂν θέλῃ.

Τί ἐστιν Ἀΐδιον; τὸ ἀρχὴν μὲν ἔχον, τέλος δὲ μὴ ἔχον. ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια. καὶ ἀΐδιόν ἐστι τὸ μήτ' ἀρχὴν μήτε τέλος ἔχον.

Τί ἐστιν Αἰών; τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσιν, οἷον τὸ χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα.

Τί ἐστιν Ἀνάστασις κοινή; ἡ τῶν διαζευχθέντων στοιχείων, κελεύσει τοῦ κτίσαντος, πρὸς ἑαυτὰ συνδρομή.

Τί ἐστιν Ἀνδρεία, εὐθαρσία μετὰ λόγου.

Τί ἐστιν Ἀγχίνοια; ὀξύτης νοὸς περὶ χρήματα, εὑρετικὴ τοῦ δέοντος.

Τί ἐστιν Ἀκοή; αἴσθησις λόγων καὶ ψόφων ἀντιληπτική.

Τί ἐστιν Ἀσθένεια; ἀλλοίωσις ἢ μεταβολὴ τῆς καθ' ἕξιν δυνάμεως.

Τί ἐστιν Ἄνοια; ἡ τῆς κατὰ γνῶσιν ἐνεργείας ἀναίρεσις.

Τί ἐστιν Αὐθύπαρκτον; τὸ ἐν αὐτῷ καὶ μὴ ἐν ὑστέρῳ (*) τὴν ὕπαρξιν ἔχον.

Τί ἐστιν Ἀήρ; στοιχεῖον οὗ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις καταφέρονται.

Τί ἐστιν Ἄνεμος; ἀέρος ῥεῦμα

(*) ἑτέρῳ

quacunque. Quid *hæreticus?* pro opinione propria dimicans.

Quid eſt *amor?* habitus conſtans amicitiæ erga dilectum.

Quid eſt *libertas arbitrii?* animæ rationabilis deſiderium quod nemine impediente fertur ad quodcunque voluerit.

Quid eſt *æternum*? quod initium habet, finem non habet, ut DEI providentia. Sed eſt quoque æternum initio pariter carens & fine.

Quid nam *ævum* eſt? quod una cum rebus extenditur, ut motus & intervallum temporis.

Quid eſt *communis reſurrectio?* elementorum disjunctorum factus conditoris juſſu ad proprias partes concurſus.

Quid eſt *fortitudo?* bona mentis cum ratione fiducia.

Quid eſt *ſagacitas?* acumen mentis circa res inveniens id quod decet.

Quid eſt *auditus?* ſenſus qui ſermones & ſonos percipit.

Quid eſt *infirmitas?* mutatio vel alteratio facultatis habitualis.

Quid eſt *amentia?* neſcire quid agas.

Quid eſt *per ſe exiſtens?* quod in ſe & non in altero habet exiſtentiam.

Quid eſt *aër?* elementum cujus motus in omnem locum feruntur.

Quid *ventus?* fluxus aëris, pro-

ταῖς τῶν τόπων ἐξαλλαγαῖς, ὅθεν ῥεῖ, τὴν ὀνομασίαν ἀμείβον.

Τί ἐστιν Απερίγραπτον; οὗ τόπος οὐδείς.

Τί ἐστιν Ἄτρεπτον; τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, καὶ τροπὴν μὴ ὑφιστάμενον.

Τί ἐστιν Ασώματος οὐσία; ἧς τὸ εἶναι οὐκ ἔστι κατὰ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος καὶ πλάτος.

Τί ἐστιν Αἴτιον; ἐξ οὗ γίνεταί τι, ἢ δι' οὗ.

Τί ἐστιν Αστραπή; ῥῆξις πυρὸς ἐκ νεφῶν παρατρίψεως.

Τί ἐστιν Ἄστρον; σῶμα πυρῶδες ἐν τῷ οὐρανῷ πεπηγὸς, καὶ τῇ κύκλῳ φορᾷ φερόμενον.

Τί ἐστιν Ἄνω; τὸ πλέον ἀπέχον τοῦ μέσου.

Τί ἐστιν Αἰσθητήριον; σώματος ὄργανον τὸ τὰς αἰσθήσεις τηροῦν.

Τί ἐστιν Αιθήρ; ἀὴρ διαυγέστατος καὶ καθαρώτατος.

Τί ἐστιν Ἄπειρον; οὗ ἀεὶ ἔξω τι τοῦ ληφθέντος ἔστιν εὑρεῖν.

Τί ἐστιν Ανάλυσις; ἀνάκαμψις ἐπὶ τὸ πρῶτον τῆς συνθέσεως αἴτιον.

Τί ἐστιν Αναλογία; τὸ λέγειν ὅτι ὃν λόγον ἔχει ὁ δεύτερος πρὸς τὸν τέταρτον, τοῦτον ὁ τρίτος πρὸς τὸν ἕκτον.

Τί ἐστιν Αλλοίωσις; κίνησις οὐσίας.

Τί ἐστιν Αντιστροφή; κοινωνία δύο

mutatione locorum, unde fluit, nomen permutans.

Quid eſt *circumſcriptum?* cujus nullus eſt locus.

Quid eſt *incommutabile?* quod eodem ſe modo ſemper habet, & mutationem non admittit.

Quid eſt *eſſentia incorporalis?* cujus eſſe non verſatur in longitudine, profunditate, altitudine & latitudine.

Quid eſt *cauſa?* ex quo vel per quod aliquid fit.

Quid eſt *fulgur?* ex nubium colliſione, ignis proruptio.

Quid eſt *ſtella?* Corpus igneum in cœlo collocatum quod circulari motu fertur.

Quid eſt *ſuperius?* quod amplius à centro diſtat.

Quid eſt *ſenſorium?* corporis inſtrumentum quod ſenſus ſervat.

Quid eſt *æther?* aër lucidiſſimus puriſſimusque.

Qid eſt *infinitum?* ubi ſemper aliquid adhuc extra relictum reperitur.

Quid eſt *reſolutio?* ad primam compoſitionis cauſam recurſus.

Quid eſt *proportio?* dicere eandem rationem quam habet ſecundus ad quartum, eandem etiam tertium ad ſextum habere.

Quid eſt *mutatio?* eſſentiæ motio.

Quid eſt *converſio?* eſt commu-

προτάσεων κοινωνούσων κατ' ἄμφω τοὺς ὅρους, τῆς μὲν τάξεως τῶν ὅρων ἀμειβομένης, τῆς δὲ ποιοῦ φυλασσομένου μετὰ τοῦ συναληθεύειν.

Τί ἐστιν Ἀπόφασις; λόγος ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει.

Τί ἐστιν Ἀντίφασις; μάχη καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως διὰ τῶν ἀντικειμένων τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ αὐτοῦ μερίζουσα.

Τί ἐστι Κατάφασις; ἀπόφανσίς τινος κατά τινος.

Τί ἐστιν Ἀπόδειξις; συλλογισμὸς ἐπιστημονικὸς ἐξ αὐτοπίστων καὶ ὁμολογουμένων λόγων λαμβανόμενος.

Τί ἐστιν Ἀναγκαῖον; οὗ ἄνευ οὐδέποτε ὑπάρχει τὸ ἐξ αὐτοῦ.

Τί ἐστιν Ἀραιόν; οὗ τὰ μέσα διαστάσιν πρὸς ἄλληλα ἔχει.

Τί ἐστι Πυκνόν; οὗ τὰ μόρια ἐγγὺς ἐφεξῆς ἀλλήλων κεῖται.

Τί ἐστι Τραχύ; οὗ τὰ μόρια ὑπερέχει ἀλλήλων.

Τί ἐστιν Ἀρχή; τὸ πρὸ αὐτοῦ ἔχον μηδέν.

Τί ἐστιν Ἀρχέτυπον; ἀρχικὸν παράδειγμα ὑφεστηκὸς ἐν αὐτῷ τοὺς τοῦ εἰκονιζομένου χαρακτῆρας περιέχον.

Τί ἐστιν Ἄτοπον; ὃ μὴ ἄν τις ἐννοηθείη.

Τί ἐστιν Ἀναπνοή; εἴσοδος πνεύματος, ὑπὸ μετεώρου πνεύματος, διὰ ψύξιν τοῦ ἐν ἡμῖν θερμοῦ.

nio duarum propoſitionum communes utroſque terminos habentium, quæ ordine eorundem mutato, & ſervata qualitate ambæ veræ ſunt.

Quid eſt *enunciatio?* ſermo cui verum vel falſum ineſt.

Quid eſt *contradictio?* pugna negationis & affirmationis per oppoſita idem de eodem enuncians.

Quid eſt *aſſertio?* affirmatio rei contra aliquem.

Quid eſt *demonſtratio?* argumentatio ſcientifica ſumta ex rationibus per ſe fide dignis & confeſſis.

Quid eſt *neceſſarium?* ſine quo nunquam fit quod ex eo proficiſcitur.

Quid eſt *rarum?* in quo media intervallis diſtinguuntur.

Quid *denſum?* cujus partes proxime invicem ſitæ ſunt.

Quid *aſperum?* cujus partes aliæ aliis eminent.

Quid eſt *principium?* quod ante ſe nihil habet prius.

Quid eſt *originarium exemplar?* quod velut in principali exemplo exiſtente notas exprimendæ imaginis continet.

Quid eſt *abſurdum?* quod nemini ſano in mentem venire poteſt.

Quid eſt *reſpiratio?* ingreſſio ſpiritus ab externo circa nos aëre, quo calidum in nobis refrigeretur.

Τί ἐςιν Ἀξίωμα; ὅσα οἴκοθεν ἄνευ ἀποδείξεως ἴσμεν.

Quid eſt *axioma?* quæ per nos ſine demonſtratione ſcimus.

2. Τί ἐςι Βάθος; ἐπὶ τρία συνεχές. Μῆκος δὲ, τὸ ἐπὶ ἓν συνεχές. Πλάτος δὲ, τὸ ἐπὶ δύο συνεχές.

2. Quid eſt *profunditas?* tres habens continuas dimenſiones. *Longitudo* autem unam, *Latitudo* duas.

Τί ἐςι Βαρύ; τὸ φύσει φερόμενον ἐπὶ μέσον. Κοῦφον δὲ, τὸ φύσει φερόμενον ἀπὸ μέσου.

Quid eſt *grave?* quod per naturam ad centrum tendit, *leve* contra, quod per naturam refugit a centro.

3. Τί ἐςι Γραμμή; μῆκος ἀπλατές.

3. Quid eſt *linea?* longitudo ſine latitudine.

Τί ἐςι Γένος; τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐςι κατηγορούμενον.

Quid *genus?* quod de pluribus & ſpecie differentibus in quid prædicatur.

Τί ἐςι Γένεσις; ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἀγωγή. Φθορὰ δὲ, ἡ ἐκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ εἶναι.

Quid eſt *generatio?* ab eo quod non eſt ad eſſe deductio. Contra *corruptio* eſt ab eo quod eſt, ut non ſit.

Τί ἐςι Γνῶσις; ἡ τοῦ πρώην μὴ ὄντος ἐν τῷ νοῒ νεομφὴς ἔμφασις. Ἐπίγνωσις δὲ, ἡ μετὰ τὴν πρόγνωσιν τοῦ πράγματος κατὰ δύναμιν παντελὴς κατάληψις.

Quid eſt *notio?* rei quæ antea non fuit in mente, recens facta perceptio. *Cognitio* autem, rei antea notæ perfecta quanta poteſt eſſe comprehenſio.

τί ἐςι Γῆ; σῶμα τὸ ξηρότατον καὶ βαρύτατον.

Quid eſt *terra?* corpus aridiſſium graviſſimumque.

τίνα Γένη τὰ τῶν προβλημάτων; τέτταρα. πᾶν γὰρ πρόβλημα ἢ γενικὸν, ἢ ὁρικὸν, ἢ ἰδικὸν, ἢ συμβεβηκός.

Quæ nam ſunt *genera quæſtionum?* quatuor, omnis enim quæſtio aut de genere eſt, aut de definitione, aut de proprietate, aut de accidente.

4. τί ἐςι Διαφορά; τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ ποῖον τί ἐςι κατηγορούμενον.

4. Quid eſt *Differentia?* quod de pluribus & ſpecie differentibus prædicatur in quale quid.

τί ἐςι Διάλεξις; λόγος κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν.

Quid *Diſputatio?* per quæſtionem & reſponſionem oratio.

τί ἐςι Διάλεκτος; φωνὴ σωματικὴ ἐγγράμματος ἑρμηνευτικὴ τῶν ἐν διανοίᾳ.

Quid *lingua* ſive *dialectus?* vox corporalis litterata, qua animi cogitationes exponuntur.

τί

τί ἐςι Δύναμις; ἀρχὴ κινήσεως καὶ μεταβολῆς ἐν ἄλλῳ.

τί ἐςι Διαίρεσις; ἡ τοῦ ἑνὸς εἰς δύο τομή.

τί ἐςι Διαιρετικὴ μέθοδος; ἡ τὰ καθολικώτερα διαιροῦσα εἰς τὰ μερικώτερα.

τί ἐςι Δαίμων; οὐσία ἀθάνατος κατὰ γνώμην, πάσης ἀγαθοεργίας ἐςερημένη.

τί ἐςι Δεξιόν; ἀφ' οὗ αἱ τῶν σωμάτων κινήσεις.

τί ἐςι Δικαιοσύνη; ἕξις ἀπονεμητικὴ τοῦ ἴσου ἐν τιμαῖς καὶ χρήμασι καὶ ὅσα μεριςά. ὅτι ἴδιον δικαιοσύνης, τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμειν. Φρονήσεως δὲ, τὸ ποιεῖν τὰ δέοντα. Ανδρείας, τὸ νικᾷν. Σωφροσύνης, τὸ μὴ ὑπείκειν ἡδονῇ.

τί ἐςι Δίκαιος; ὁ πᾶσαν ἰσοτιμίαν τοῖς ὁμοειδέσι παρέχων.

5. τί ἐςιν Εἶδος; τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐςι κατηγορούμενον.

τί ἐςιν Ενέργεια; δυνάμεως ἀποτέλεσμα.

τί ἐςιν Επιςήμη; ὑπόληψις ἀμετάπειςος ὑπὸ λόγου, ἢ δόξης ὀρθῆς μετὰ λόγου κατὰ πλάτος.

τί ἐςιν Επαγωγή; ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαςα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος,

τί ἐςιν Ερώτησις; ἀποκρίσεως αἴτησις.

Quid eſt *facultas?* principium motus & mutationis in altero.

Quid *diviſio?* unius in duo ſectio.

Quænam eſt *methodus dividendi?* quæ generalia in particularia diſtinguit.

Quid *Dæmon?* eſſentia immortalis, cujus voluntas aliena eſt ab ullo bono opere efficiendo.

Quid eſt *dextrum?* à qua parte corporum motus proficiſcuntur.

Quid *juſtitia?* habitus æqualiter diſtribuens honores, opes & quæcunque diſtribuenda veniunt: proprium enim *juſtitiæ* eſt pro dignitate cuique ſuum tribuere, ut *prudentiæ* facere quod decet, *fortitudinis* vincere, & *temperantiæ* non ſuccumbere voluptati.

Quid eſt *juſtus?* qui omni æqualitate utitur erga alios ejusdem ſecum ſpeciei homines.

5. Quid eſt *ſpecies?* quod de pluribus numero differentibus prædicatur in quid.

Quid eſt *actus?* potentiæ effectio.

Quid *ſcientia?* opinio quæ dimoveri ſe non patitur, nititurque ratione aut recta ſententia cum ratione laxius accepta.

Quid eſt *inductio?* à ſingulis ad univerſale progreſſio.

Quid *interrogatio?* petitio reſponſionis.

Τί ἐςιν Ἐπιφάνεια; πέρας σώματος, μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχον.

Quid *ſuperficies*? extremum corporis, longitudine præditum & latitudine.

Τί ἐςιν ἐπίπεδον; ἐπιφάνεια ἐξ ἴσου ταῖς ἐπ᾽ αὐτῆς εὐθείαις κείμενον.

Quid *planum*? ſuperficies æqualiter ſita per rectas ſuper ea lineas.

τί ἐςιν Ἕνωσις; διεςώτων πραγμάτων κοινωνικὴ συνδρομή.

Quid eſt *unio*? diſtantium rerum communicata conjunctio.

τί ἐςιν Ἐνούσιον; ὑπόςασις ἥτις οὐ μόνον ἔχει τὰς μερικὰς ἰδιότητας χαρακτηρίζουσας, ἀλλὰ καὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας πρακτικῶς ὑφιςάμενον.

Quid eſt *ſubſiſtens*? perſona quæ non ſolum habet particulares proprietates quibus veluti notis ſignetur, ſed & communem eſſentiam reapſe in illa ſubſiſtentem.

τί ἐςιν Ἐνυπόςασις; τὸ καθολικὸν πρᾶγμα καὶ περιεκτικὸν τῶν ὑποςάσεων.

Quid eſt *ſubſiſtentia*? generalis res qua perſonæ continentur.

τί ἐςιν Εἰκός; συλλογισμὸς οὐκ ἀναγκαῖος ἀλλ᾽ ἐνδεχόμενος.

Quid *probabile*? argumentum non neceſſarium ſed contingens.

τί ἐςιν Ἐν χρόνῳ; οὗ τὸ εἶναι μετρεῖται ὑπὸ χρόνου.

Quid eſt *in tempore*? cujus exiſtentia à tempore menſuratur.

τί ἐςιν Ἐνιαυτός; χρόνος ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὸν ζωδιακὸν κύκλον διέξεισι.

Quid eſt *annus*? tempus intra quod ſol Zodiacum circulum percurrit.

τί ἐςιν Ἕξις; διάθεσίς τις βεβαία καὶ ἔμμονος.

Quid eſt *habitus*? affectio firma & conſtans.

τί ἐςιν Εἰκών; ὁμοίωμα ἀρχετύπου τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ ὑπάρξει διαφέρον, ὅλον δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ τοῦ εἰκονιζομένου εἶδος μιμητικῶς διὰ τῆς ἐμφερείας ἀποματτόμενον.

Quid eſt *imago*? Similitudo ad exemplar conformata, quæ eſſentia & exiſtentia ab illo differt, totum tamen illud in ſe, & formam omnem rei effigiatæ per imitationem ſuperficie exprimit.

τί ἐςιν Ἔνςασις; πρότασις προτάσει ἐναντία.

Quid eſt *inſtantia*? Propoſitio propoſitioni contraria.

τί ἐςιν Ἐν τόπῳ; οὗ ἐκτός ἐςι σῶμα περιέχον αὐτό.

Quid eſt *in loco*? extra quod corpus eſt à quo circumdatur.

τί

Τί ἐστιν Εὕρεσις; ζητήσεως συμπέρασμα.

Τί ἐστιν Ενθύμημα καὶ Λογισμός; ἐκτύπωμα καὶ ἐξεικόνισμα νοὸς τὸ πρῶτον.

τί ἐστιν Ἕνωσις ὀσιώδης; ἡ τὰς διαφόρους ὑποστάσεις (*) εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἄγουσα.

6. τί ἐστι Ζωή; συμπλοκὴ ψυχῆς μετὰ σώματος.

Τί ἐστι Ζήτησις; ἔρευνα ἀγνουμένων. καὶ Ζήτησίς ἐστιν, ἔφεσις εὑρέσεως τῶν μὴ προσόντων ἢ ἀμφιβόλων.

Τί ἐστι Ζῶον; οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. ὅτι ἴδιον τῆς φυσικῆς ζωῆς τὸ θρεπτικὸν καὶ αὐξητικὸν καὶ γεννητικόν. τὸ δὲ αἰσθητικὸν, ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις.

7. τί ἐστιν Ηρεμία; στέρησις κινήσεως.

τί ἐστιν Ἥλιος; ἄστρον ἡμεροφαές.

τί ἐστιν Ημέρα; πορεία ἡλίου ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμάς. Νὺξ δὲ, ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολήν.

τί ἐστιν Ηδονή; κίνησις διακεχυμένη τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τῆς ψυχῆς πρός τι τῶν ἐπιθυμητῶν φανέντων.

8. τί ἐστι Θεός; οὐσία ἀναίτιος, αἰτία παναλκὴς, πάσης αἰτίας ὑπερούσιος ὕπαρξις.

(*) οὐσίας.

Quid eſt *inventio*? quæſtionis concluſio.

Quid *enthymema* & *cogitatio*? effigiatio & expreſſio prima mentis.

Quid eſt *unio eſſentialis*? diverſas ſubſtantias in unam eandemque conjungens perſonam.

6. Quid eſt *vita*? conſociatio animi & corporis.

Quid eſt *quæſtio*? ſciſcitatio rerum quas ignoramus. Eſt etiam quæſtio, deſiderium inveniendi ea quæ nobis præſto non ſunt, vel dubia ſunt.

Quid eſt *animal*? eſſentia animata, ſenſibus prædita. Proprium enim vitæ naturalis, nutriri, creſcere & generare: ſenſu autem præditum id quoque habet ut pro lubitu ſe moveat.

7. Quid eſt *quies*? privatio motus.

Quid *Sol*? aſtrum lucens interdiu.

Quid *dies*? progreſſio ſolis ab oriente ad occidentem, *Nox* vero ab occidente ad orientem usque.

Quid eſt *Voluptas*? motus effuſus facultatis concupiſcibilis in anima ad aliquid eorum quæ ipſi deſiderabilia videntur.

8. Quid eſt *DEUS*? eſſentia quæ nullam cauſam habens ipſa cauſa eſt omnipotens omnis cauſæ, ſupereſſentiali exiſtentia.

τί

τί ἐστι Θεωρία; κυρίως Θεοῦ ὅρασις, καθ' ὅσον ὁρᾶν δυνατόν. καὶ Θεωρία ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ θειότερα ὅρασις.

Quid eſt *theoria*? DEI viſio quatenus eum videre fas eſt. Etiam theoria eſt a ſenſibilibus ad res Diviniores adſcendens contemplatio.

τί ἐστι Θεότης; ἡ πάντα θεωμένη καὶ πάντα θέουσα θεία φύσις καὶ πρόνοια.

Quid eſt *Divinitas*? Natura & Providentia Divina, quæ omnia obſervat & omnia pervadit.

τί ἐστι Θυμός; ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, καὶ ὄρεξις ἀντιλυπήσεως.

Quid eſt *ira*? æſtus ſanguinis circa cor, & vindictæ deſiderium.

τί ἐστι Θάνατος; χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.

Quid eſt *mors*? ſeparatio animæ à corpore.

τί ἐστι Θερμόν; τὸ φύσει διακρίνον τὰ ὁμοφυῆ. Ψυχρὸν δὲ, τὸ φύσει συγκρίνον τὰ ὁμογενῆ.

Quid eſt *calidum*? quod per naturam disjungit homogenea, *frigidum* vero quod res ejusdem generis ſive naturæ disjungit.

τί ἐστι Θλίψις; ὑπερβολὴ στενώσεως.

Quid eſt *afflictio*? ingens quædam anguſtia.

τί ἐστι Θέλημα; οὐσίας νοερᾶς καὶ λογικῆς ἔφεσις ὡς τὸ καταθύμιον.

Quid eſt *voluntas*? eſſentiæ mente & ratione præditæ inclinatio ad rem deſideratam.

τί ἐστι Θέσις; ὑπόληψις παρὰ τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν.

Quid eſt *theſis* ſive *poſitio*? opinio celebris cujusdam Philoſophi.

9. τί ἐστιν Ἰσχύς; συμμετρία ὀστῶν καὶ νεύρων.

9. Quid eſt *robur*? competentia oſſium, nervorumque.

τί ἐστιν Ἶσον; τόπος ἔχων τὸ αὐτὸ καὶ μέρος. καὶ ἶσον ἐστὶ, τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

Quid *æquale*? locus, qui habet easdem etiam partes. Eſt quoque æquale quod medium eſt inter id quod plus eſt & quod deficit.

τί ἐστιν Ἰδίωμα; τὸ ἐν τινι φύσει γνώριμον, ἐν ἑτέρᾳ δὲ οὐσίᾳ μηδαμῶς ὑπάρχον.

Quid eſt *proprietas*? in natura quadam conſpicuum, quod in alia natura neutiquam exiſtit.

10. τί ἐστι Κάλλος; συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας.

10. Quid eſt *pulchritudo*? debita conformatio membrorum, partiumque, cum coloris bonitate.

Τί ἐστι Κίνησις; ἐνέργεια τοῦ δυνάμει κινητοῦ ᾗ κινητόν.

Τί ἐστι Καλοκαγαθία; ἕξις προαιρετικὴ τῶν βελτίστων.

Τί ἐστι Κενοδοξία; κενῆς δόξης ὄρεξις.

Τί ἐστι Κεραυνός; ἀστραπὴ σφόδρα κατιοῦσα ἐπὶ τὴν γῆν.

Τί ἐστι Κακόν; τὸ δι' ἑαυτὸ φευκτὸν, ἢ πρὸς ἕτερον βλαβερόν.

Τί ἐστι Καλόν; ὅπερ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ.

Τί ἐστι Κρᾶσις; ἕνωσις ὑγρῶν. Μίξις δὲ, ἕνωσις ξηρῶν.

Τί ἐστι Κύκλος; σχῆμα ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, πρὸς ἣν αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου πρὸς τὴν περιφέρειαν εὐθεῖαι πᾶσαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

Τί ἐστι Κόσμος; τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημα.

Τί ἐστι Κανών; νόμος ἀπαράβατος.

τί ἐστι Καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις; πρᾶγμα ἐκ διαφόρων εἰς ἓν ὑφεστὼς πρόσωπον; καὶ τὴν ἑκάστης ἰδιότητα σώαν καὶ ἄτρεπτον γνωρίζουσα.

τί εἰσι Κοιναὶ ἔννοιαι; αἱ οἴκοθεν τὸ πιστὸν ἑτοίμως ἔχουσαι, καὶ μηδενὸς ἑτέρου δεόμεναι πρὸς ἀπόδειξιν.

II. τί ἐστι Λόγος; φωνὴ σημαντικὴ, ἧς τῶν μερῶν ἐστί τι κεχωρισ-

Quid eſt *motus*? effectus in re mobili quatenus mobilis eſt.

Quid eſt *probitas*? habitus optima ſemper eligens & honeſtiſſima.

Quid eſt *mentis vanitas*? inanis gloriæ deſiderium.

Quid *fulmen*? fulgur vehementer in terram deſcendens.

Quid *malum*? per ſe fugiendum, vel quod alteri damnum affert.

Quid *bonum*? quod honeſtum & jucundum eſt.

Quid eſt *temperatio*? humidarum rerum unio. *Miſtio* autem unio rerum aridarum.

Quid *circulus*? ex uno circumducta puncto figura, ad quam omnes à centro ad circum ferentiam ductæ rectæ lineæ ſunt æquales.

Quid eſt *Mundus*? compages ex cœlo & terra & eorum quæ media ſunt.

Quid *regula* ſive *canon*? lex quam transgredi non licet.

Quid eſt *unio perſonalis*? quæ ex naturis diverſis in unam perſonam facit ſubſiſtere, & unius cujusque naturæ proprietates ſalvas & haud mutatas oſtendit.

Quid ſunt *communes notiones*? quæ per ſe fidem ſtatim inveniunt neque alia re indigent ad demonſtrationem.

II. Quid eſt *ſermo*? vox aliquid ſignificans, cujus ex partibus aliquid ſe-

μένον, ὡς φασί. καὶ λόγος ἐστὶν ἄγγελος νοημάτων, εἰς φῶς ἐκφέρων τὸ νοηθέν.

τί ἐστι Λατρεία; δουλεία Θεῷ μόνῳ πρέπουσα.

τί ἐστι Λύπη; διάθεσις ἡδονῶν ἐστερημένη.

τί ἐστι Λόγος ἐνδιάθετος; κίνησις καὶ διάλεξις ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενος ἄνευ ἐκφωνήσεως.

τί ἐστι Λογισμός; ἐκτύπωμα καὶ ἐξεικόνισμα νοός.

τί ἐστι Λευκόν; χρῶμα διακριτικὸν ὄψεως.

12. τί ἐστι Μέθοδος; ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου, ἢ ὁδὸς μετὰ λόγου.

τί ἐστι Μεγαλοψυχία; ἕξις ψυχῆς τοῖς συμβαίνουσι λυπηροῖς μὴ καταλιγωρούσης.

τί ἐστι Μέτριον; τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

τί ἐστι Μονάς; ἀρχὴ ἀριθμοῦ κατὰ τὸ πῶς ἀδιάθετος.

τί ἐστι Μέρος; εἰς ὃ διαιρετόν ἐστι τὸ ὅλον.

τί ἐστι Μονογενής; ὁ μήτε πρὸ αὐτοῦ μήτε μετ' αὐτὸν ἔχων ἕτερον.

τί ἐστι Μείωσις; τοῦ τελείου μεγέθους ὕφεσις.

τί ἐστι Μέσον; τὸ ἴσον ἀπέχον ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων.

τί ἐστι Μορφή; ἡ ὅλη τοῦ εἴδους ἀπο-

paratim ſignificans exſtat. Ajunt etiam ſermonem eſſe nuncium cogitationum, in lucem proferentem ea quæ mente concepimus.

Quid eſt *cultus religioſus?* ſervitus qua DEUM ſolum colere convenit.

Quid eſt *triſtitia?* affectio voluptatis omnis expers.

Quid eſt *ſermo interior?* motio animi & collocutio quam ſecum ipſo inſtituit aliquis cogitatione citra externam vocem.

Quid eſt *cogitatio?* expreſſio atque effigiatio mentis.

Quid *album?* color viſionem disgregans.

12. Quid eſt *methodus?* habitus viam cum ratione oſtendens, ſive via cum ratione.

Quid *magnanimitas?* habitus mentis, ut triſtibus quæ accidunt non dejiciatur.

Quid eſt *mediocre?* quod inter exceſſum ac defectum, medium eſt.

Quid *unitas?* principium numeri quodammodo otioſum.

Quid *pars?* in quas totum poteſt dividi.

Quid *unigenitus?* qui neque ante ſe neque poſt ſe alium habet.

Quid *imminutio?* à perfecta magnitudine detractio.

Quid *medium?* quod ab utroque extremo pariter diſtat.

Quid eſt *forma?* tota ſpeciei deter-

ἀποπεράτωσις. Σχῆμα δὲ, ἡ τοῦ τυχόντος ὄγκου ἀποπεράτωσις. Διαφέρει δὲ, ὅτι ἡ μὲν μορφὴ ἐπὶ ἐμψύχων λέγεται, τὸ δὲ σχῆμα ἐπὶ ἀψύχων.

Τί ἐστι Μέλαν; χρῶμα συγκριτικὸν ὄψεως.

13. Τί ἐστι Νῦν; ἀρχὴ χρόνου μήτ' ἀρχὴν μήτε τέλος ἔχον.

Τί ἐστι Νέφος; μεταβολὴ ἀπὸ τῆς ἐνεχθείσης ἀναθυμιάσεως εἰς ὕδωρ.

Τί ἐστι Νόσος; ἀσυμμετρία τῶν ἐν σώματι στοιχείων.

Τί Νεότης; ἀκμὴ σώματος. Γῆρας δὲ, παρακμή.

Τί Νοῦς; ὅρασις ψυχῆς ἀσωμάτου, πρὸς πάντα ἐκτεινομένης. (*)

14. Τί ἐστιν Ὅρος; λόγος σύντομος δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος.

Τί Οὐρανός; σῶμα φυσικὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ τοῦ παντὸς περιφορᾷ τὴν κύκλῳ κίνησιν κινούμενον.

Τί Οἰκονομία; ἑκούσιος συγκατάβασις μεγέθους, (**) πρὸς σωτηρίαν τινῶν (***) γινομένη.

Τί Ὅμοιον; οὗ ἡ ποιότης τῶν ὁμοίων ὁμοία.

Τί Οὐσία; πρᾶγμα αὐθύπαρκτον μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν. ὅτι Οὐσίαν καὶ Μορφὴν καὶ Εἶδος ταυτὸν οἱ Πατέρες εἶναι λέγουσι.

Τί Οὐσιῶδες μέρος οὐσίας ἢ συμ-

minatio. *Figura* autem, determinatio molis qualiscunque. Differunt porro, quoniam forma de viventibus, figura de inanimatis dicitur.

Quid eſt *nigrum*? color viſionem congregans.

13. Quid eſt *nunc*? principium temporis quod neque initium habet neque finem.

Quid eſt *nubes*? vaporum adductorum in aquam mutatio.

Quid *morbus*? elementorum in corpore intemperies.

Quid *juvenilis ætas*? corporis vigor, *ſenium* autem, vigoris remiſſio.

Quid *mens*? animæ incorporeæ ad omnia ſe extendens acies.

14. Quid eſt *definitio*? ſermo brevis qui rei propoſitæ naturam exponit.

Quid *cœlum*? corpus naturale quod per extremam Univerſi gyrationem motu circulari volvitur.

Quid *Oeconomia*? voluntaria Magni DEI condeſcenſio ad ſalutem hominum facta.

Quid *ſimile*? cujus qualitas conſimilibus ſimilis eſt.

Quid *ſubſtantia*? res per ſe ſubſiſtens neq; ad ſubſiſtentiam alia re indigens: quanquam ſubſtantiam, formã & ſpeciem Patres dicunt idem eſſe.

Quidnam eſt *eſſentialis pars ſubſtan-*

(*) ἐκτεινομένη. (**) μεγάλου Θεοῦ.

(***) ἡμῶν vel ἀνθρώπων.

βεβηκότος; συμπληρωτικὸν τούτου καὶ συστατικόν.

τί ὅρος; συλλογισμὸς εἰς ὃν ἀναλύεται ἡ πρότασις.

τί ὁμοιομερές; οὗ τὸ μέρος τῷ ὅλῳ ὅμοιόν ἐστι.

τί ὅλον; ᾧ μηδὲν τῶν συνιστώντων αὐτὸ ἐλλείπει.

τί ὄνομα; φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος σημαντικὸν, κεχωρισμένον.

τί ὁμίχλη; παχὺς ἀήρ.

τί οἶκος; σύστημα πλειόνων, αὐταρκείας χάριν.

τί ὁρμή; κίνησις καρδίας ἐπὶ πρᾶξιν τοῦ κριθέντος.

τί ὁμοούσιον, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἀπαραλλάκτως ὑπάρχον. διαφέρει δὲ τῷ χαρακτηριστικῷ ἰδιώματι.

15. τί Πατήρ; ὑπόστασις ἀναίτιος γεννητικὴ ἀγέννητος.

τί Πνεῦμα ἅγιον; δύναμις ἁγιαστικὴ ἀσχημάτιστος, Πατρὶ καὶ Υἱῷ ὁμοούσιος, ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊοῦσα. Πνεῦμα ἐστὶ λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις. καὶ Πνεῦμα ἐστὶν ἀναθυμίασις ξηρὰ καὶ θερμή - - -

λείπει τἆλλα.

tiæ vel accidentis? quæ ad complementum ejus & conſtitutionem facit.

Quid eſt *definitio*? concluſio, in quam præmiſſa propoſitio reſolvitur.

Quid eſt *ex ſimilaribus conſtans* ſive *homoeomeres*? cujus pars quælibet toti eſt ſimilis.

Quid *totum*? cui nihil ex iis quæ ad illud conſtituendum pertinent, deeſt.

Quid *nomen*? vocabulum, aliquid ſignificans ut compoſitum eſt, ſine tempore, & cujus nulla pars ſeparatim aliquid ſignificat.

Quid eſt *nebula*? craſſus aër.

Quid eſt *domus*? ex pluribus facta ſtructura commoditatis gratia.

Quid eſt *appetitio*? motus cordis ad efficiendum quod decrevimus.

Quid eſt *homouſion* ſive *conſubſtantiale*? quod ejusdem eſſentiæ & operationis eſt incommutabiliter, differt tamen characteriſtica proprietate.

15. Quid *DEUS Pater*? perſona, nulla antecedente cauſa, ingenita, generans.

Quid *Spiritus Sanctus*? Potentia ſanctificans, non figuratus, Patri & Filio conſubſtantialis, procedens ex Patre. *Spiritus* eſt ſubtilis immaterialis & figura deſtituta ſubſtantia, procedens. *Ventus* eſt exſpiratio arida calidaque - -

Cætera deſunt in MS.

ALTER-

ALTERCATIO HADRIANI AUG. ET EPICTETI PHILOSOPHI,

Ex Friderici Lindenbrogii V. C. editione.

* *Primum eſt, quid ſit mundus?* Epict. Mundus eſt, ô Hadriane, conſtitutio cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, de quibus paulo plus diſſeram, ſi iis, quæ dicentur, diligenter intenderis. Mundus eſt ſpectabilis ſupellex, ineffabilis circuitus, per ſe genitum theorema; multiformis formatio; æternus tenor: circuitus ſine errore, Solis lumen, dies, nox, aſtra, tenebræ, terra, aër, aqua.

Had. *Quid eſt Oceanus?* Ep. Oceanus eſt terminus coronatus, mundi amplexus, vinculum *ancliticum, univerſæ naturæ circumcurſus. Orbis ſuſtentaculum, Audacia viæ, Limes terræ, Diviſio regnorum, hoſpitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

Had. *Quid eſt DEUS?* Ep. Deus eſt ſummum bonum, mens immortalis, incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, multiplex ſpiritus, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens lux.

Had. *Quid eſt dies?* Ep. Stadium laboris, principium quotidianum, æterna computatio.

Had. *Quid eſt Sol?* Ep. Mundi oculus, noctis concertatio, caloris circuitus, indeficiens cauma, ſplendor ſine occaſu, cœleſtis viator, diei ornatus, cœli pulchritudo, naturæ gratia, horarum diſtributor.

Had. *Quid eſt Luna?* Ep. Cœli purpura, Solis æmula, maleſactorum revelatrix, itinerantium ſolamen, navigantium directio, ſignum ſolennitatum, recalculatio menſium, oculus noctis, roris larga infuſio, tempeſtatum præſaga.

Had. *Quid eſt terra?* Cœli baſis, mundi meditullium, Cuſtos & Mater omnium, operculum miſerorum, devoratrix omnium, ant ** - - - naſcentium, cellarium vitæ.

Had. *Quid eſt homo?* Ep. Mens incarnata, laborioſa anima, parvi temporis habitaculum, ſpiritus receptaculum, phantaſma temporis, ſpecu-

* *Fortaſſe,* cingulum Atlanticum, Græc. ἀτλαντικὸς ζωςήρ. ** *lege:* mater,

ſpeculator vitæ, lucis deſertor, vitæ conſumptio, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes.

Had. *Quid eſt cœlum?* Ep. Sphæra volubilis, culmen immenſum.

Had. *Quid eſt pulchritudo?* Ep. Naturalis captio, parvi temporis fortuna, flos marcidus, incompoſitum negotium, humana concupiſcentia.

Had. *Quid eſt mulier?* Ep. Hominis confuſio, inſatiabilis beſtia, ſollicitudo continua, indeſinens pugna, quotidianum damnum, tempeſtas domus, ſollicitudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adulterii vas, inconciſum prælium, animal proximum, pondus graviſſimum, aſpis inſatiabilis, humanum mancipium.

Had. *Quid eſt amicus?* Ep. Homo vix apparens, deſiderabile nomen, non invenienda poſſeſſio, refugium infelicitatis, miſeriæ reſpectio, indeficiens quies, indeſinens ſollicitas.

Had. *Quid agricola?* Ep. Laborum miniſter, operator multorum, terræ medicus, arbuſtorum plantator, montium complanator.

Had. *Quid eſt navis?* Ep. Domus absque fundamento, avis lignea, incerta ſalus.

Had. *Quid nauta?* Ep. Fluviorum viator, marinus equitator, orbis hoſpes, terræ deſertor, tempeſtatis concertator.

Had. *Quid ſunt divitiæ?* Ep. Auri pondus, curarum miniſtratio, injucunda delectatio, inſatiabilis invidia, res deſiderata, deſiderium inexplebile, inviſa concupiſcentia.

Had. *Quid paupertas?* Ep. Bonum odibile, ſanitatis mater, curarum remotio, ſapientiæ repertrix, poſſeſſio absque calumnia, negotium ſine damno, ſine ſollicitudine felicitas.

Had. *Quid eſt Senectus?* Ep. Optatum malum, viventium mors, Veneris expers, mors expectata.

Had. *Quid eſt ſomnus?* Ep. Mortis imago, laborum quies, vigilantium ſapientia, vinctorum ſolutio, infirmantium votum, miſerorum deſiderium, univerſi ſpiritus requies.

Had. *Quid vita?* Ep. Beatorum lætitia, miſerorum mœſtitia, expectatio mortis.

Had. *Quid eſt mors?* Ep. Æternus ſomnus, diſſolutio corporum, divitum pavor, pauperum deſiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, fuga vitæ, reſolutio omnium.

Had.

Had. *Quid eſt litera?* Ep. Hiſtoriæ cuſtos.
Had. *Quid verbum?* Ep. Animi proditor.
Had. *Quid eſt lingua?* Ep. Aeris flagellatio.
Had. *Quid eſt aër?* Ep. Cuſtodia vitæ.
Had. *Quid eſt libertas?* Ep. Hominis innocentia.
Had. *Quid eſt caput?* Ep. Hominis culmen.
Had. *Quid eſt corpus?* Ep. Animæ domicilium.
Had. *Quid comæ?* Ep. Veſtes capitis.
Had. *Quid barba?* Ep. Sexus diſcretio.
Had. *Quid eſt cerebrum?* Ep. Cuſtos memoriæ.
Had. *Quid oculi?* Ep. Duces corporis, indices animi.
Had. *Quid nares?* Ep. Odorum attrectatio.
Had. *Quid aures?* Ep. Sonorum conſultatores.
Had. *Quid os?* Ep. Nutritor corporis.
Had. *Quid dentes?* Ep. Molæ mordentes.
Had. *Quid labia?* Ep. Valvæ corporis.
Had. *Quid manus?* Ep. Corporis operarii.
Had. *Quid digiti?* Ep. Cordarum plectrum.
Had. *Quid pulmo?* Ep. Servator aëris.
Had. *Quid eſt cor?* Ep. Receptaculum vitæ.
Had. *Quid jecur?* Ep. Cuſtodia caloris.
Had. *Quid fel?* Ep. Iracundiæ ſuſceptaculum.
Had. *Quid ſplen?* Ep. Riſus & lætitiæ capax.
Had. *Quid ſtomachus?* Ep. Ciborum coquus.
Had. *Quid oſſa?* Ep. Robur corporis.
Had. *Quid coxæ?* Ep. Epiſtylia columnarum.
Had. *Quid pedes?* Ep. Mobile fundamentum.
Had. *Quid crura?* Ep. Columnæ corporis.
Had. *Quid ſanguis?* Ep. Humor venarum vitæ.
Had. *Quid venæ?* Ep. Fons carnis.
Had. *Quid eſt lux?* Ep. Facies omnium rerum.
Had. *Quid ſtellæ?* Ep. Pictura culminis, naturarum gubernatores, noctis decor.
Had. *Quid pluvia?* Ep. Conceptio terræ, frugum genitrix.
Had. *Quid eſt nebula?* Ep. Nox in die, labor oculorum.

Had.

Had. *Quid eſt ventus?* Ep. Aëris perturbatio, mobilitas agrorum, (*) ſiccitas terræ.

Had. *Quid ſunt flumina?* Ep. Curſus indeficiens, refectio Solis, terræ irrigatio.

Had. *Quid eſt aqua?* Ep. Subſidium vitæ, ablutio ſordium.

Had. *Quid eſt gelu?* Ep. Herbarum perſecutio, vinculum terræ, fons agrorum.

Had. *Quid eſt nix?* Ep. Aqua ſicca.

Had. *Quid eſt hyems?* Ep. Æſtatis exul.

Had. *Quid eſt ver?* Ep. Pictor terræ, maturatio fructuum.

Had. *Quid eſt quod amarum dulce facit?* Ep. Fames.

Had. *Quid eſt quod hominem laſſum fieri non ſinit?* Ep. Lucrum.

Had. *Quid eſt ſpes?* Ep. Vigilanti ſomnium.

Had. *Quid eſt ſpes?* Ep. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Had. *Quid eſt amicitia?* Ep. Æqualitas animorum.

Had. *Quid fides?* Ep. Ignotæ rei miranda celſitudo. (**)

Had. *Quid erit nobis ſi cinctum ſolvas, neque nudaberis ipſe? reſpice corpus, quo & doceri poſſis.* Ep. Epiſtola eſt.

Had. *Quid eſt epiſtola?* Ep. Tacitus nuncius.

Had. *Quid eſt pictura?* Ep. Veritas falſa.

Had. *Quare hoc dixiſti?* Ep. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non eſt verum.

Had. *Quid eſt aurum?* Ep. Mancipium mortis.

Had. *Quid eſt argentum?* Ep. Invidiæ locus.

Had. *Quid eſt ferrum?* Ep. Omnis artis inſtrumentum.

Had. *Quid eſt gladius?* Ep. Regimen caſtrorum.

Had. *Quid eſt gladiator?* Ep. Sine crimine homicida.

Had. *Qui ſunt, qui ſani ægrotant?* Ep. Qui aliena negotia curant.

Had. *Qua ratione homo laſſus non fit?* Ep. Lucrum faciendo.

Had. *Quid eſt amicitia?* Ep. Concordia.

Had. *Quid eſt longiſſimum?* Ep. Spes.

Had. *Quid eſt ſpes?* Ep. Vigilanti ſomnus, expectanti dubius eventus.

Had. *Quid eſt, quod homo videre non poteſt?* Ep. Alterius animum.

Had. *Qua re peccant homines?* Ep. Cupiditate.

Had.

(*) *leg.* aquarum. (**) certitudo.

Had. *Quid eſt libertas?* Ep. Innocentia.

Had. *Quid Regi & miſero commune eſt?* Ep. Naſci & mori.

Had. *Quid eſt optimum ac peſſimum?* Ep. Verbum.

Had. *Quid eſt quod alii placet, & alii diſplicet?* Ep. Vita.

Had. *Quid eſt optima vita?* Ep. Breviſſima.

Had. *Quid eſt certiſſimum?* Ep. Mors.

Had. *Quid eſt mors?* Ep. Perpetua ſecuritas.

Had. *Quid eſt mors?* Ep. Timenda nulli, ſi ſapiens degat: inimica vitæ, numen amantium, metus parentum, liberorum præda, teſtamenti gratia, poſt obitum ſermo, ſupremæ lachrymæ, poſt memoriam oblivio, fax rogi, onus ſepulchri, titulus monumenti, mors omnium malorum finis.

Had. *Quare mortüus coronatur?* Ep. Agonem ſe vitæ transegiſſe teſtatur.

Had. *Quare mortuo pollices ligantur?* Ep. Ut parem poſt (*) obitum eſſe ſe neſciat.

Had. *Quid eſt Veſpillo?* Ep. Quem multi devitant, & nemo effugit.

Had. *Quid eſt rogus?* Ep. Contentio crediti, perſolutio debiti.

Had. *Quid eſt tuba?* Ep. Belli incitamen. Caſtri ſignum, arenæ admonitio, ſcenæ commiſſio, Funeris deploratio.

Had. *Quid eſt monumentum?* Ep. Saxa ſtigmoſa: otioſi viatoris ſpectatio.

Had. *Quid eſt homo pauper?* Ep. Quem ut puteum deſertum omnes aſpiciunt, & ſuo loco illum relinquunt.

Had. *Quid eſt homo?* Ep. Balneo ſimilis. Prima cella tepidaria unctuaria, infans natus perungitur. Secunda cella ſudatoria, pueritia eſt: Tertia cella aſſa perferentaria, juventus. Quarta cella frigidaria, ſenectus, omnibus æquat ſententiam.

Had. *Quid homo?* Ep. Pomo ſimilis. Poma ut in arboribus pendent, ſic ſunt & corpora noſtra, aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Had. *Quid eſt homo?* Ep. Sicut lucerna in vento poſita.

Had. *Quid eſt homo?* Ep. Loci hoſpes, legis imago, calamitatis fabula. Mancipium mortis, Vitæ mora. Quo Fortuna ſæpe ſuos ludos facit.

(*) *al.* parem poſt mortem obitum eſſe neſciat.

Had. *Quid eſt Fortuna?* Ep. Ut matrona nobilis, quæ in ſervos ſe impingit.

Had. *Quid eſt Fortuna?* Ep. Sine judicio proxima meta. Alienorum bonorum caſus. Ad quem venit, ſplendorem oſtendit: à quo recedit, umbram facit.

Had. *Quot ſunt autem Fortunæ?* Ep. Tres, Una cœca, quæ ubilibet ſe impingit; & alia inſana, quæ concedit, cito aufert. Tertia ſurda, quæ miſerorum preces non exaudit.

Had. *Quid ſunt Dii?* Oculorum ſigna, Mentis numina: Si metuis timor eſt, ſi contines, religio eſt.

Had. *Quid eſt Sol?* Ep. Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quem ſcire nobis curſum horarum datur.

Had. *Quid eſt Luna?* Ep. Diei adjutrix, noctis oculus, fax tenebrarum.

Had. *Quid eſt cœlum?* Ep. Culmen inmenſum.

Had. *Quid eſt cœlum?* Ep. Aër mundus.

Had. *Quid ſunt ſtellæ?* Ep. Fata hominum.

Had. *Quid ſunt ſtellæ?* Ep. Littora (*) gubernatorum.

Had. *Quid eſt terra?* Ep. Horreum Cereris.

Had. *Quid eſt terra?* Ep. Cellarium vitæ.

Had. *Quid eſt mare?* Ep. Iter incertum.

Had. *Quid eſt navis?* Ep. Domus erratica.

Had. *Quid eſt navis?* Ep. Ubilibet hoſpitium.

Had. *Quid eſt navis?* Ep. Numina (**) Neptuni, Anni curſuum tabellarium.

Had. *Quid nauta?* Ep. Amator pelagi, firmi deſertor, contemtor vitæ mortiſque, undæ cliens.

Had. *Quid eſt ſomnus?* Ep. Mortis imago.

Had. *Quid eſt nox?* Ep. Laboranti requies, graſſanti lucrum.

Had. *Quid eſt culcitra?* Ep. In ſomnis volutatorium.

Had. *Quare Venus nuda pingitur?* Ep. Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores:

Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

Had. *Quare Venus Vulcano nupta eſt?* Ep. Oſtendit amorem ardore incendi.

Had. *Quare Venus ſtraba eſt?* Ep. Quia pravus eſt amor.

Had.

(*) *litteræ.* (**) *Nuncia.*

Had. *Quid eſt amor?* Ocioſi pectoris moleſtia, in puero pudor, in virgine rubor, in femina furor, in juvene ardor, in ſene riſus: in deriſore delicti, nequities eſt.

Had. *Quid eſt DEUS?* Ep. Qui omnia tenet.

Had. *Quid eſt ſacrificium?* Ep. Delibatio.

Had. *Quid eſt ſine ſocietate?* Ep. Regnum.

Had. *Quid eſt Regnum?* Ep. Pars Deorum.

Had. *Quid eſt Cæſar?* Ep. Publicæ lucis caput.

Had. *Quid eſt Senatus?* Ep. Ornamentum urbis, ſplendor civium.

Had. *Quid eſt miles?* Ep. Murus imperii, defenſor patriæ, glorioſa ſervitus, poteſtatis indicium.

Had. *Quid eſt Roma?* Ep. Fons imperii orbis terrarum, mater gentium, rei poſſeſſor, Romanorum contubernium, Pacis æternæ conſecratio.

Had. *Quid eſt Victoria?* Ep. Belli diſcordia, pacis amor.

Had. *Quid eſt pax?* Ep. Tranquilla libertas.

Had. *Quid eſt forum?* Ep. Templum libertatis, arena litigantium.

Had. *Quid ſunt amici?* Ep. Statuæ aureæ ſunt.

Had. *Quid eſt amicus?* Ep. Pomo citreo ſimilis, foris beatus,
Nam intra pectus acidum occultat malum.

Had. *Quid ſunt paraſiti?* Ep. Qui tanquam piſces (*) adeſcantur.

Albinus Flaccus Alchuvinus Epiſt. 102. p. 1638. Opp.

De Epiſtola interrogaſti, quid eſſet. Nam ἐπὶ, ſuper, *ſtola* habitus Græce dicitur. Unde Adrianus Imperator Epictetum Philoſophum inter alias inquiſitiones interrogavit quid eſſet *cinctum?* (**) At ille videns

(*) Al. ineſcantur.

(**) Reſpicit Alcuinus quæſtionem Hadriani quæ fuit ſupra p. 560. *quid erit nobis ſi cinctum ſolvas,* unde incipit altercatio ſub Hadriani & Plinii Secundi nomine edita Monaſterii ad calcem Tragœdiæ parabolicæ quæ Pœmandri & Satanæ pugna inſcribitur auctore Bernardo Weſtphalo, typis Lansberti Rasfeldt A. 1597. Eadem ſubjecta poſt Pſeudo Beroſo, jam prodierat Pariſ. 1511. 4. p. 31. & ad calcem notitiæ utriusque Imperii, edente Sigismundo Gelenio Baſil. 1552. fol. & in editione ejusdem notitiæ Labbeana, Pariſ 1651. 12. & ſubjuncta enchiridio Epicteti, editionis Abrahami Berkelii, Amſterd. 1670. 8. & Delphis 1683. 8.

dens Epiſtolam eum manu tenentem, reſpondit: *quod manu tenes.* Volens intelligere, quaſi supercinctorium eſſet Epiſtolæ ſigillum, quo a foris veſtiatur cartula.

Ælius Spartianus in Adriani Auguſti vita cap. 16.

Sed quamvis eſſet in reprehendendis Muſicis, Tragicis, Comicis, Grammaticis, Rhetoribus, Oratoribus facilis, tamen omnes Profeſſores & honoravit & divites fecit, licet eos quæſtionibus ſemper agitavit. - - - In ſumma familiaritate Epictetum & Heliodorum philoſophos habuit.

SECUNDI
Athenienſis Sophiſtæ ſententiæ, ex editione V. C. LUCÆ HOLSTENII, collata cum MS. Gudiano.

De Secundo omnia nobis certiora faciunt Philoſtratus, (a) Suidas, (c) & ſequioris ævi ſcriptor Vincentius Belloacenſis (c) meliores hac in re auctores ſecutus. Suidas autem plane abſurdo & puerili errore Athenienſem hunc ſophiſtam cum C. Plinio Secundo, clariſſimo ſcriptore Romano confundit, eum porro errorem alio haud leviori oſcitantes librarii cumularunt, dum pro Herode (d) nobili item ſophiſta nobis ſubſtituerunt Herodotum. Atque ut Suidam ex Philoſtrato emendare in promtu eſt, ita viciſſim apud hunc ex Suida Secundi cognomen reſtituendum, & pro ἐπίθυρος, ἐπίουρος (e) legendum exiſtimo, ea enim vox clavum ligneum ſeu paxillum ſignificans, fabri filio haud male joculari appellatione tribui videtur. Addam & hoc, brevem illam & argutam Secundi declamatiunculam male acceptam a Philoſtrati interprete, (f) ita diſtingui vertique debere, ut a nobis editur. Ex ea liquido

(a) De Vitis Sophiſtarum lib. I. p. 544. edit. deſideratiſſimi Godofredi Olearii.

(b) In Σεκοῦνδος.

(c) Speculi Hiſtorial. lib. X. cap. 70. 71.

(d) Notatum hoc etiam Meurſio VI, 9. Atticarum Lectionum.

(e) Ita etiam Meurſius loco laudato, & in Critico Arnobiano p. 109, Bochartus in Chanaan lib. 1. c. 38. p. 718. ſeq. & Clariſſ. Kuſterus ad Suidam.

(f) Antonio Bonfiuio. Sed hoc in laudati Olearii editione recte emendatum.

quido apparet gnomas haſce, vel potius ægnimata, verum & genuinum Sophiſtæ illius arguti & βραχυλόγου fœtum eſſe : de quo poſt Antonii (g) & Vincentii teſtimonia dubitare non licet. Ineptiſſimam vero narrationem, (h) quam adtexit Vincentius de pertinaci ſilentio, quod Secundus ſibi indixerat, cum nugacis & inficeti ſeculi genium redoleat, huic opuſculo inſerere religio mihi fuit, poteſt enim vel apud ipſum, vel apud Gaſparem Barthium legi, qui ex vetuſtis membranis in magnum Adverſariorum opus lib. XV. cap. XVII. retulit.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ.

Τί ἐστι κόσμος;

Ἀκατάληπτος περιοχὴ, (i) θεωρητικὸν κατασκεύασμα, ἀσύνοπτον (k) ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικὸς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἑπταπλανὲς (l) κύκλωμα, ἥλιος, φῶς, ἡμέρα, σελήνη, ἄστρα, σκότος, νὺξ, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ.

1. *Quid eſt Mundus?*

In comprehenſibilis complexio, ſtructura mente contemplanda, altitudo oculis inacceſſa, ex ſe natum ſpectaculum, multiformis figuratio, æternus tenor, almus æther, multipartitus ſpiritus, ſeptiuagus circuitus; ſol, lumen, dies, luna, ſtellæ, tenebræ, nox; terra, ignis, aqua, aër.

Τί ἐστιν ὠκεανός;

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον στεφάνωμα, (m) ἁλμυρὸς δεσμὸς, ἀτλαν-

2. *Quid eſt Oceanus?*

Mundi amplexus, corona maritima, ſalſum vinculum, cingulum,

(g) Antonii Meliſſæ ſermon. 122. adde & S. Maximi T. 2. p. 632.

(h) Hæc & ipſa Græcè obvia in Codice Græco Gudiano. Refert & Jo. Raviſius Textor in officina, auctorem laudans Diogenianum.

(i) Veteris verſionis auctor legit: ἀκατάληκτος περίοδος, vertit enim; *inceſſabilis circuitus.*

(k) MS. Gudian. εὐσύνοπτον. Atque infra DEUS ἀσύνωπτον ὕψωμα appellatur.

(l) MS. Gudian. ἀπλανές. Verſio vetus apud Vincentium: *circuitus ſine errore.*

(m) MS. στεφανωμένον ἱερον, περίαμμα ἁλμυραῖον, δεσμὸς ἀτλαντικός.

ἀτλαντικὸς ζωστὴρ, πάσης φύσεως περίδρομος, οἰκουμένης κάτοχος. (n)

Atlanticum, totius naturæ ambitus, orbis faſcia.

Τί ἐστι Θεός;

3. *Quid eſt DEUS?*

Ἰδιόπλαστον ἀγαθὸν, πολύμορφον εἴκασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζήτημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, ἰδία πάντων οὐσία, πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χεὶρ, φῶς, νοῦς, δύναμις.

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo inviſibilis, varie effigiata forma, quæſtio intellectu difficilis, mens immortalis, ſpiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium eſſentia, multinominis poteſtas, manus omnipotens, lumen, mens, poteſtas.

Τί ἐστιν ἡμέρα;

4. *Quid eſt Dies?*

Στάδιον κακοπαθείας, δωδεκάωρος διαδρομὴ, ἀρχὴ καθημερινὴ, ὑπόμνησις βιωτικὴ, δειλινὴ ἀπόταξις, (o) αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα, ἀερίζουσα μέριμνα. (p)

Stadium laboris, duodecim horarum decurſus, quotidianum principium, admonitio victitandi, veſpertina dilatio, perpetua ſupputatio, ſpeculum naturale, ſollicitudo aërea.

Τί ἐστιν ἥλιος;

5. *Quid eſt Sol?*

Οὐράνιος ὀφθαλμὸς, νυκτὸς ἀνταγωνιστὴς, αἰθέριον (q) κύκλωμα, κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλὸξ, καρπῶν περιβόλαιον, ἄσβεστος ἀκτὶς, κεχορηγημένη λαμπὰς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον (r) φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

Oculus cœleſtis, noctis adverſarius, æthereus circuitus, mundi index, flamma ſincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax ſemper ſuppetens, viator cœleſtis, indeficiens lumen, ornamentum diei.

Τί

(n) Addit MS. Gudian. ἡλιακὸς λαμπτήρ.

(o) MS. ἀπότεξις. Ζωολικὴ ἔντευξις.

(p) Addit MS. πηλίνδρομος ἀνάμνησις.

(q) MS. Θερινὸν, vitioſe.

(r) MS. ἀδιάπτωτον.

Τί ἐςι σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχὴ, οὐράνιος ὁδοιπορία, κακούργων ἐχθρὰ, σημεῖον ἑορτῶν, (s) μηνιαῖον ἀνακύκλωμα, παλίνδρομος ἀνάμνησις.

6. *Quid eſt Luna?*

Cœli purpura, ſolumen nocturnum, navigantium, pervigilium, peregrinantium conſolatio, ſolis vicaria, iter cœleſte, facinoroſorum inimica, ſignum feſtorum, menſtrua revolutio, reciprocum memoraculum.

Τί ἐςιν ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα, (t) οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχὴ, τύχης παίγνιον, φρόντισμα (u) χρόνου, ὀστεωμένον ὄργανον, κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποστάτης, γῆς ἀπαίτημα. (x)

7. *Quid eſt homo?*

Mens induta carne, vas ſpirituale, ſenſile domicilium, breve habitaculum, anima ad labores nata, fortunæ ludibrium, temporis cura, inſtrumentum oſſeum, vitæ explorator, lucis deſertor, terræ creditum.

Τί ἐςι γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθύμιον, (y) συνεςιώμενον θηρίον, συγκοιμωμένη (z) λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα, ἱματισμένη

8. *Quid eſt mulier?*

Viri deſiderium, fera contubernalis, leæna lecti ſocia, dracæna cuſtodita, vipera veſtita, pugna

(s) MS. Gudian. ἑόρτιον.
(t) MS. χορήγημα.
(u) MS. φάντασμα.
(x) Addit MS. ἀπαράμονον ἀγαθὸν, ζωῆς δαπάνημα, φυγὰς βίου, αἰώνιος νεκρός.
(y) MS. ἀθυμία.
(z) S. Maximus T. 2. p. 632. & MS. Gudian. & Antonius Meliſſa ſermone 122. συμπλεκωμένη. Iisdem teſtibus mulier à Secundo appellata ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνείας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, συγκαθημένη (MS. Gudian. συνεγειρομένη) μέριμνα, κεκοσμημένη Σκύλλα. Ita & ex veteri Codice Lambeccius VII. p. 270. Ex Anonymii autem Græci Anthologia inedita hoc Secundi dictum affert Holſtenius: τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης, καὶ ὀλομένης γυναικός. τῶν δύο ἐξέφυγον, ὀλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα. In MS. Gudiano præterea mulier ἐννεαπνεύμονος ζάλη,

πισμένη (a) ἔχιδνα, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

voluntaria, bellum ſumptuoſum, diſpendium quotidianum, hominum procreandorum officina, animal malitioſum, malum neceſſarium.

Τί ἐστι πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον, ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευόμενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνέκφραστος, (b) φθόνος συνεστιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος, καθημερινὴ μελέτη, εὐμετάπτωτον (c) πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν πῶμα, (d) ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον εὐτύχημα.

9. *Quid ſunt divitiæ?*

Sarcina aurea, vuluptatum miniſtræ, res inſidiis expoſita, voluptas ineffabilis, invidia domeſtica, ſperatus timor, ſtudium quotidianum, res lubrica, amabile infortunium, deſiderabilis ærumna, ſummus rerum apex, teſſera argentea, erratica felicitas.

Τί ἐστι πενία;

Μισούμενον ἀγαθὸν, ὑγείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμὸς, (e) ἀμέριμνος διατριβὴ, δυσαπόσπαστον κτῆμα, ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις, ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιστος οὐσία.

10. *Quid eſt paupertas?*

Bonum odioſum, mater ſanitatis, impedimentum voluptatum, vita ſine curis, tuta poſſeſſio, magiſtra cogitationum, ſapientiæ repertrix, res abſque invidia, opes ab exploratoribus ſecuræ, mercatura indemnis, divitiæ non ſupputandæ calculis.

Τί

ζάλη, ἰοβόλος ἀσπὶς, συγκοιμωμένη ἀκρασία, οἰκίας χειμὼν, ἀνδρὸς ἀκρατοῦς ναυάγιον, μοιχῶν κατασκευὴ, ἱκανὸν φορτίον.

(a) MS. Gudian. αἱμάλισμένη.

(b) MS. ἀνεύφραντος.

(c) MS. ἐπιβουλευόμενον.

(d) MS. στόμα. Addit idem: ἀπλήρωτος ἐπιθυμία, φίλος ἐλπιζόμενος.

(e) MS. ἐμπόδιον. In eodem additur: ἀζήμιος πραγματεία, ἄφθονος ἐμπορία, ἀσυκοφάντητον κτῆμα, ἀψήφιστος οὐσία, ἀμέριμνος εὐτυχία, ἄδηλος ἀτυχία.

Τί ἐστι φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανὴς, δυσεύρητον κτῆμα, καταφυγὴ δυστυχίας, ἀπορίας παραμύθιον, ἄκος (f) ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόστατον (g) κειμήλιον, ἀκατάληκτος εὐτυχία.

11. *Quid eſt amicus?*

Nomen inane, homo nuſquam comparens, res inventu difficilis, infelicitatis refugium, anguſtiarum ſolatium, miſeriarum medela, vitæ inſpector, homo incomprehenſibilis, theſaurus nuſquam exiſtens, indeſinens felicitas.

Τί ἐστι γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν, ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, (h) φόβος ἐλπιζόμενος, πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, ἀφροδίτης ἀλλότριον, θάνατος προσδοκώμενος, νεκρὸς κινούμενος. (i)

12. *Quid eſt ſenectus?*

Plenitudo dierum, ſanus morbus, viva mors, cura expectata, ſperatus timor, annoſum deridiculum, eneruis prudentia, cadaver ſpirans, Veneris odium, mors expectata, mobile cadaver.

Τί ἐστιν ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχὴ, θανάτου εἰκὼν, ταλαιπωρούντων παραμυθία, (k) πάσης πνοῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἀδολεσχία, καθημερινὴ μελέτη.

13. *Quid eſt ſomnus?*

Laborum requies, deſideratus medicorum effectus, vinctorum ſolutio, inſomnioſorum ſapientia, ægrotantium votum, mortis imago, afflictorum ſolamen, univerſi ſpiritus quies, divitum ſtudium, pauperum oblectamentum, quotidiana occupatio.

Τί ἐστι κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλαστον ἀγαθὸν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα, ἔμπνους πορ-

14. *Quid eſt pulchritudo?*

Nativa pictura, inaffectatum bonum, momentanea felicitas, mutabilis poſſeſſio, ſpirans lenocinium,

(f) MS. κατάσκοπος. (g) MS. ἀνυπότακτον.

(h) MS. μοῖρα. (i) addit MS. εὐκτὲς κακόν.

(k) MS. ἐπιθυμία.

νεῦσις, ἀνδρὸς ἀσελγοῦς (l) ναυάγιον, ἀπαράμονον ἀγαθὸν, (m) σεσαρκωμένη εὐτυχία, (n) ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύγκτητον πρᾶγμα, (o) ἀνθρώπων παραμυθία. (p)

hominis incontinentis naufragium, bonum inſtabile, carnea felicitas, voluptatum miniſtra, flos marcidus, res non parabilis, hominum ſolatium.

Τί ἐστι γῆ;

15. *Quid eſt terra?*

Οὐρανοῦ (q) βάσις, ἀπύθμενον θεώρημα, ἀεροφυὲς ῥίζωμα, γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ, (r) ᾅδου καλυπτὴρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα, (s) γέννα καὶ ὑποδοχὴ πάντων. (t)

Cœli baſis, ſpeculatio ſine fundo, radicatio aërea, gymnaſium vitæ, lunæ pervigilium, ſpectaculum viſu incomprehenſibile, imbrium nutrix, frugum mater, inferorum operculum, cuſtodia æterna, ſpacium multarum ditionum, generatio & receptaculum rerum omnium.

Τί ἐστι γεωργός;

16. *Quid eſt agricola?*

Καρπῶν ὑπηρέτης, ὄμβρων διαιτητὴς, ἐρημίας συνήθης, (u) ἀθαλασσίας ἔμπορος, ὕλης ἀνταγωνιστὴς, τροφῆς (x) ὑπουργὸς, πεδίων ἀριστευτὴς, γῆς ἰατρὸς, δένδρων φυτουργὸς, ὀρνέων παιδαγωγὸς, κακοπαθείας συνήθεια. (y)

Frugum miniſter, imbrium arbiter, ſolitudinis amicus, mercator maris expers, ſilvæ adverſarius, victus operarius, corrector camporum, terræ medicus, plantator arborum, avium magiſter, ærumnæ conſuetudo.

Τί

(l) MS. εὐσεβοῦς. (m) MS. κτῆμα.
(n) MS. ἐπιτυχία. (o) MS. ἀσύνθετος πραγματεία.
(p) MS. melius ἐπιθυμία. (q) MS. οὐράνιος.
(r) MS. φύλαγμα καὶ μήτηρ. (s) MS. χορήγημα.
(t) Additur in MS. κόσμου μεσότης, ἀκατάληπτος περιοχὴ, σύστημα θεόκτιστον.
(u] MS. σύνοικος. (x) MS. τρυφῆς, vitioſe.
(y) Hoc loco ſequitur in MS. quod recentius additum non dubito: τί ἐστιν μοναχός; θάνατος πωλούμενος. ἀγωνοθέτου θυμὸς, γαστριμαργίας

γίας

Τί ἐστι πλοῖον;

Ἐπίσαλον πρᾶγμα, ἀθεμελίωτος οἰκία, ἡρμοσμένος τάφος, κυβικὴ σανὶς, ἀνέμων ὁδοιπορία, (z) ἀνιπταμένη (a) φυλακὴ, ἐπιπλέων (b) μόρος, πελάγιος ἵππος, ἠνεωγμένη γαλεάγρα, ἐγκύματος ὁδοιπορία. (c)

17. *Quid eſt navigium?*

Res fluctuans, domus ſine fundamento, ſepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, eqvus marinus, muſcipula aperta, fluctivagum iter.

Τί ἐστι ναύτης;

Κυμάτων ὁδοιπόρος, θαλάσσης βερηδάριος, ἀνέμων σύνοδος, οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποστάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιστὴς, διαπίντιος μονομάχος, ἀνέμων ἰχνευτὴς, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐραστής.

18. *Quid eſt nauta?*

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hoſpes, terræ deſertor, tempeſtatum adverſarius, maritimus gladiator, perveſtigator ventorum, ſalutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

Τί ἐστι θάνατος;

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος, (d) ταλαιπορούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόστασις, φυγὴ καὶ ἀπόκτησις (e) βίου, πλουσίων φόβος, πενήτων παραλαλία, (f) ἀνάλυσις μελῶν, ὕπνου πατὴρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

19. *Quid eſt mors?*

Somnus æternus, reſolutio corporis, afflictorum deſiderium, receſſus ſpiritus, fuga & abdicatio vitæ, divitum timor, pauperum ſolamen, reſolutio membrorum, pater ſomni, verus terminus fixus, diſſolutio omnium.

γίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὀξὺς θάνατος, περισαλπιζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη.

(z) MS. παίγνιον.
(a) MS. περιϊπταμένη.
(b) MS. ἐπιπλεόντων, minus bene.
(c) addit MS. συνδεδεμένη μοῖρα, ὄρνεον ξύλινον, ἄδηλος σωτηρία.
(d) MS. διάλυσις σωμάτων.
(e) MS. ἀκτησία.
(f) MS. ἐπιθυμία.

PHILOSTRATUS.

In vitis Sophiſt. lib. 1.

Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν ἐπίθυρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα.

Sed nec Secundi Athenienſis nobis obliviſcendum, quem Epithyrum, (*) ut Fabri puerum appellabant.

Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶναι μὲν περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. Ἡρώδην δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη, ὅθεν Ἡρώδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων.

Secundus ergo Sophiſta in ſentiendo copioſus, in animi ſenſis exprimendis parcus; cum Herodem inſtituiſſet, in controverſiam cum ipſo jam alios docente incidit, unde Herodes ipſum cavillo perſtringens uſurpabat illud:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει,
καὶ τέκτονι τέκτων.

Et figulus figulo, fabro faber invidet alter.

Ἀλλ' ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε, καίτοι γηραιῷ τελευτήσαντι. Μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μὲν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις. ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας στάσιν ἐχέτω δωρεάν. ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν. τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδε ἐβραχυλόγησεν. οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι στάσιν. τί δεύτερον; τὸ παῦσαι. δοὺς οὖν ἐφ' οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ' οἷς εὐπεποίηκας, εἰ δύνασαι, λάβε. Τοιόσδε μὲν ὁ ἀνὴρ οὗτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγάραδε ὁδοῦ.

Sed mortuo & orationem dixit, & lacrimas addidit; quamvis ſenex admodum obiiſſet. Et multa quidem alia hujus viri memoria digna ſunt, maxime autem hæc controverſia. Qui ſeditionem excitat, moriatur: & qui ſedat, præmium accipiat. Idem ſeditionem excitans & ſedans, præmium petiit. Hanc cauſam ſic breviter peroravit. Igitur, inquit, quid primum? ſeditionem excitaſſe, quid ſecundum? ſedaſſe. Des ergo pœnas ob illatam injuriam, deinde præmium ob recte facta, ſi potes, accipe. Talis iſte vir fuit, ſepultus eſt in via Megarenſi juxta Eleuſina.

SECUN-

(*) Ex Suida legend. ἐπίουρον, *clavum igneum*, de qua voce Mauſſacus Diſſert. Critica pag. 401.

SECUNDI PHILOSOPHI
Reſponſa ad interrogata Adriani,
Ex Vincentio Bellovacenſe, ſpec. hiſt. l. X. c LXXI.

Quid eſt Mundus? Inceſſabilis circuitus, ſpectabilis ſupellex, multiformis formatio, æternus tenor, ciucuitus ſine errore.

Quid eſt Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus, (*al.* coarctatus,) hoſpitium fluviorum, fons imbrium.

Quid eſt DEUS? Immortalis mens, incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, & quod eſt hujusmodi.

Quid eſt Sol? Cœli oculus, caloris circuitus, ſplendor ſine occaſu, diei ornatus, horarum diſtributor.

Quid eſt Luna? Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum inimica, ſolamen iter agentium, directio navigantium, ſignum ſolemnitatum, larga roris, præſagium tempeſtatum.

Quid eſt Terra? Baſis cœli, meditullium mundi, fructuum cuſtos & mater, operculum inferni, mater naſcentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitæ.

Quid eſt Homo? Mens incarnata, phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes, anima laborioſa, parui temporis habitaculum.

Quid eſt Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiſcentia.

Quid eſt Mulier? Hominis confuſio, inſaturabilis beſtia, continua ſollicitudo, indeſinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid eſt Amicus? Deſiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indeſinens felicitas.

Quid Divitiæ? Auri pondus, curarum miniſtri, delectatio injucunda, inſatiabilis invidia, deſiderium inexplebile, os excelſum, inviſa concupiſcentia.

Quid eſt Paupertas? Odibile bonum, ſanitatis mater, curarum remotio, ſapientiæ repertrix, negocium ſine damno, poſſeſſio absque calumnia, ſine ſollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, ſpirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miſerorum deſiderium.

Quid eſt Vita? Beatorum lęticia, miſerorum mœſticia, expectatio mortis.

Quid eſt Mors? Æternus ſomnus, divitum pavor, pauperum deſiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, reſolutio omnium.

Quid eſt Verbum? Proditor animi.

Quid eſt Corpus? Domicilium animæ.

Quid eſt Barba? Sexus diſcretio.

Quid eſt Cerebrum? Cuſtos memoriæ.

Quid eſt Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vaſa luminis.

Quid eſt Cor? Receptaculum vitæ.

Quid Jecur? Cuſtodia caloris.

Quid Fel? Suſcitatio iracundiæ.

Quid Splen? Riſus & lætitiæ capax.

Quid *eſt Stomachus?* Ciborum coqvus.

Quid *Oſſa?* Robur corporis.

Quid *Pedes?* Mobile ſundamentum.

Quid *eſt Ventus?* Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Quid *ſunt Flumina?* Curſus indeficiens, refectio Solis, irrigatio terræ.

Quid *Amicitia?* Æqualitas animorum.

Quid *Fides?* Ignotæ rei miranda certitudo.

Quid *eſt quod hominem laſſum fieri non ſinit?* Lucrum.

SECUN-

SECUNDI PHILOSOPHI
SENTENTIÆ,
Sive Quæſtiones problematum, ſcriptæ ad Adrianum Imp.

Ex Caſp. Barthii Adverſarior. l. XI. c. XVII.

Mundus, eſt inceſſabilis circulus, cunctorum via & tranſitus.

Mare, mater aquarum, terræ amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehenſibilis certitudo, forma omniformis.

Cœlum, Sphæra volubilis, campus intelligentiæ, hortus æternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus DEI, cœli & naturæ ſenſus, temperator vitarum, horarum æternus diſtributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio æuſtuum, tempeſtatum & ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima ſubjecta tempori, luſus aſtrorum, ſpeculator vitæ, motus & mortis mancipium.

Terra, baſis mundi, mater corporum.

Dies, ſtadium laborum, viventium reſpectus, mortis calculatio.

Aër, cuſtodia vitarum, animarum fundus.

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terræ exſudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aëris turbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Aqua, ſubſidium vitæ, fons fructuum, ſcatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, curſus indeficiens, refectio ſolis, irrigatio terræ.

Gelu, frugum exſiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exſilium.

Ver, parturitio terræ.

Æſtas, rerum voluptas, naturæ prægnatio, venuſtas laborum.

Mulier, ſollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, neceſſarium malum.

Pulchri-

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

SECUNDO ob argumenti ſimilitudinem ſequentes Joannis Pediaſimi verſiculos ex Regia Bibliotheca ab Clariſſ. Holſtenio deſcriptos ſubjunximus.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΕΔΙΑΣΙΜΟΥ
τοῦ Βουλγαρείας Χαρτοφύλακος
Πόθος.

Περὶ γυναικὸς κακῆς.

Γυνὴ πονηρὰ ναυάγιον ἀῤῥένων·
Ἀῤῥωςία σύνοικος οὐκ ἰωμένη.
Καθημερινὴ τῷ συνοίκῳ ζημία·
Γῆρας ἄωρον εὐνέτῃ τρισαθλίῳ·
Στερκτὸν κακὸν, μέριμνα συγκαθημένη·
Νὺξ ἀσέληνος, χειμερινὴ πικρία·
Ὕπουλον ἕλκος, ἐνδομαχοῦσα φθόη·
Πονηρὰ φύσις, ἀκατάλλακτος μάχη·
Βίου σκεδασμὸς, ὑπόκολπος σκορπίος·
Ἀνήμερος λέαινα συμπεπληγμένη·
Πυρίπνοος χίμαιρα μὴ νικωμένη·
Ὕδρα πολυκέφαλος, ἄμαχον τέρας·
Μαινὰς, σοβὰς, ἄντικρυς ἀκολασία·
Ῥίζα πονηρὰ χειρόνων βλαςημάτων·
Γαςὴρ ἀκρατὴς, ἠκονημένον ςόμα·
Πάντολμον ὄμμα, θρύψις ἐξησκημένη·
Ὑποψίας θάλασσα συγκεκωμένη·
Κακουργίας θύελλα συςροβουμένη.
Συμπληγὰς ἄλλη, Σκύλλα, Χάρυβδις φάγος·

JOANNIS PEDIASIMI
Chartophylacis Bulgariæ
Deſiderium.

De muliere mala.

Mulier mala virorum naufragium,
Morbus domeſticus inſanabilis,
Quotidianum conjugis damnum,
Senectus præmatura mariti infeliciſſimi,
Amabile malum, cura aſſidua,
Nox illunis, brumalis amarities,
Doloſum ulcus, occulte graſſans tabes,
Maligna natura, internecinum prælium,
Vitæ exitium, ſcorpius tectus ſinu,
Immitis leæna complexu juncta,
Ignivoma Chimæra inſuperabilis,
Hydra multiceps, invincibile monſtrum,
Furioſa, procax, publica laſcivia,
Radix mala peiorum propaginum,
Venter incontinens, os exacutum,
Protervus oculus, luxuria exercitata,
Suſpicionum pelagus turbatum,
Improbitatis procella concitata.
Altera Symplegas, Scylla, Charybdis vorax,

Εὔελπος,

Εὔριπος, ἄλλη στὺξ γέμουσα δακρύων·	Euripus, altera Styx abundans lacrimis,
Ἀφ' ἑστίας πῦρ, κατακλυσμὸς οἰκίας·	Incendium domeſticum, diluvium domus,
Ἐτώσιον γῆς καὶ δυσάγκαλον βάρος·	Inane terræ & inſupportabile pondus,
Κρημνὸς κοράκων, Ταινάρου χάσμα μέγα·	Præcipitium exitioſum, Tænari vorago ingens,
Τὸ προστυχὸν πᾶν Ἀχέρων παρασύρων·	Obvia quæque abſorbens Acheron,
Ἐριννὺς ὑπόπικρος, ᾅδης παμφάγος·	Erinnys acerba, infernus vorax,
Οἰωνὸς ἀπαίσιος ἀνδρὶ συζύγῳ·	Omen male auſpicatum conjugi.
Ὦ τίς γυναῖκα τηλικαύτην ἐκφύγοι;	O quis mulierem talem effugiat?
Περὶ γυναικὸς ἀγαθῆς.	*De muliere bona.*
Ἀνδρεία γυνὴ πλοῦς ἀκύμων συζύγῳ·	Mulier proba placidus viri curſus,
Εὐρωστία σύμφυλος οὐ συλωμένη·	Sanitas familiaris neſcia eripi,
Καθημερινὸν κέρδος ἐξ ἐργασίας.	Quotidianum lucrum ex laboribus,
Γῆρας λιπαρὸν εὐνέτῃ μακαρίῳ·	Senectus jucunda mariti feliciſſimi,
Δῶρον Θεοῦ, σύνεδρος ἀμεριμνία·	Donum DEI, communis ſecuritas,
Εὐήλιον φῶς, ἦρος ἡδυθυμία·	Lumen ſerenum, verna voluptas,
Πρόδηλον ἄκος, συμφανὴς σωτηρία·	Manifeſta medela, euidens ſalus,
Φύσις ἀγαθὴ, φίλτρον ἐκ τῆς καρδίας·	Natura benigna, amor ex præcordiis,
Βίου πλατυσμὸς, ἀγαθῶν μυρμηκία·	Vitæ dilatatio, bonorum acervus,
Ἐργατικὸς βοῦς ἀρότης ἐζευγμένος·	Bos operoſus aratri jugum trahens,
Παροιμιακὸν τῆς Ἀμαλθείας κέρας·	Proverbiale Amaltheæ cornu,

Νέφος μυθικὸν βλύζον ἁδρὸν χρυσίον·	Nubes fabuloſa auro copioſo manans,
Εὐσχημοσύνης ἀπραγμάτευτος τύπος·	Modeſtiæ inaffectata imago,
Βλαστῶν ἀγαθῶν ῥίζα κοσμιωτέρα·	Germinum bonorum radix præſtantior,
Μέτρον κατειδὼς λαιμὸς, εὔφημον στόμα·	Gula menſuram ſervans, os benedicum,
Κάτω νενευκὸς ὄμμα, σεμνότης τρόπου·	Oculus demiſſus, morum gravitas,
Κῦμα γαληνὸν, ἁπλότης τῆς καρδίας·	Fluctus tranquillus, cordis ſimplicitas,
Αὔρα πνέουσα πραέως εὐποιΐαν·	Aura benignitatem clementer ſpirans,
Ἐν νυκτὶ φρυκτὸς, ὅρμος ἐν κλυδωνίῳ·	Specula nocturna, tranquilla ſtatio,
Ἄσειστος ἰσθμὸς, ἐν παραδείσῳ πίδαξ.	Immotus iſthmus, fons hortum irrigans,
Ποδηγετοῦν φῶς, αἰθρία τῆς οἰκίας.	Lumen viam dirigens, domus ſerenitas.
Γῆς εὔλογον γέννημα, γῆς ἰσαξία·	Terræ nobile germen, terræ comparanda precio.
Σώτειρα περιβλὴς, ἀσφαλὴς βίου κλίμαξ.	Salutare refugium, tuta vitæ ſcala,
Ὀλβιοδώρος Νεῖλος ἀργυρορρόας·	Nilus opum largitor argento fluens,
Σίμβλον μελισσῶν, ἠλύσιον μακάρων·	Alveare apum, beatorum Elyſium,
Αἴσιον οἰώνισμα τῷ συνευνέτῃ·	Omen auſpicatum thori ſocio.
Ὦ τίς γυναῖκα τηλικαύτην εἰλάχῃ;	O quis mulierem talem inveniat!

Floruit hic Pediaſimus ſæculo poſt CHriſtum natum decimo quarto, cujus ſcriptis quæ Volum. X. pag. 520. recenſui, poteſt addi *liber de Nuptiis*, qui MS. ſervatur in Bibliotheca Vaticana.

DISPU-

DISPUTATIO
Regalis & nobiliſſimi
Juvenis
PIPPINI * *cum* ALBINO
SCHOLASTICO.

Pip. *Quid eſt litera?* Alb. Cuſtos hiſtoriæ.
Pip. *Quid eſt Verbum?* Alb. Proditor animi.
Pip. *Quis generat verbum?* Alb. Lingua.
Pip. *Quid eſt lingua?* Alb. Flagellum aëris.
Pip. *Quid eſt aër?* Alb. Cuſtodia vitæ.
Pip. *Quid eſt Vita?* Alb. Beatorum lætitia, miſerorum mœſtitia, expectatio mortis.
Pip. *Quid eſt mors?* Alb. Inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, Lachrymæ viventium, Teſtamenti firmamentum, latro hominis.
Pip. *Quid eſt homo?* Alb. Mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes.
Pip. *Cui ſimilis eſt homo?* Alb. Pomo.
Pip. *Quomodo poſitus eſt homo?* Alb. Ut lucerna vento.
Pip. *Ubi eſt poſitus?* Alb. Intra ſex parietes.
Pip. *Quos?* Alb. Supra, ſubtus, ante, retro, dextra, lævaque.
Pip. *Quot habet ſocios?* Alb. Quatuor.
Pip. *Quos?* Alb. Calorem, frigus, ſiccitatem, humorem.
Pip. *Quot modis variabilis eſt?* Alb. Sex.
Pip. *Quibus?* Alb. Eſurie & ſaturitate, requie & labore, vigiliis & ſomno.
Pip. *Quid eſt ſomnus?* Alb. Mortis imago.
Pip. *Quid eſt libertas hominis?* Alb. Innocentia.
Pip. *Quid eſt caput?* Alb. Culmen corporis.
Pip. *Quid eſt corpus?* Alb. Domicilium animæ.
Pip. *Quid ſunt comæ?* Alb. Veſtes capitis.
Pip. *Quid eſt barba?* Alb. Sexus diſcretio, honor ætatis.

* Frid. Lindebrogii edit. repetita in Operibus Alcuini p. 1386.

Pip. *Quid eſt cerebrum?* Alb. Servator memoriæ.

Pip. *Quid ſunt oculi?* Alb. Duces corporis, vaſa luminis, animi indices.

Pip. *Quid ſunt nares?* Alb. Adductio odorum.

Pip. *Quid ſunt aures?* Alb. Collatores ſonorum.

Pip. *Quid eſt frons?* Alb. Imago animi.

Pip. *Quid eſt os?* Alb. Nutritor corporis.

Pip. *Quid ſunt dentes?* Alb. Mola morſorum.

Pip. *Quid ſunt labia?* Alb. Valvæ oris.

Pip. *Quid eſt gula?* Alb. Devorator cibi.

Pip. *Quid manus?* Alb. Operarii corporis.

Pip. *Quid ſunt digiti?* Alb. Chordarum plectra.

Pip. *Quid eſt pulmo?* Alb. Servator aëris.

Pip. *Quid eſt cor?* Alb. Receptaculum vitæ.

Pip. *Quid eſt jecur?* Alb. Cuſtodia caloris.

Pip. *Quid eſt fel?* Alb. Suſcitatio iracundiæ.

Pip. *Quid eſt Splenis?* Alb. Riſus & lætitiæ capax.

Pip. *Quid eſt ſtomachus?* Alb. Ciborum coctor.

Pip. *Quid eſt venter?* Alb. Cuſtos fragilium.

Pip. *Quid ſunt oſſa?* Alb. Fortitudo corporis.

Pip. *Quid ſunt coxæ?* Alb. Epiſtylia columnarum.

Pip. *Quid ſunt crura?* Alb. Columnæ corporis.

Pip. *Quid ſunt pedes?* Alb. Mobile fundamentum.

Pip. *Quid eſt ſaguinis?* Alb. Humor venarum, vitæ alimentum.

Pip. *Quid ſunt venæ?* Alb. Fontes carnis.

Pip. *Quid eſt cœlum?* Alb. Sphæra volubilis.

Pip. *Quid eſt lux?* Alb. Facies omnium rerum.

Pip. *Quid eſt dies?* Alb. Incitamentum laboris.

Pip. *Quid eſt Sol?* Alb. Splendor orbis, cœli pulchritudo, naturæ gratia, honor diei, horarum diſtributor.

Pip. *Quid eſt Luna?* Alb. Oculus noctis, roris larga, præſaga tempeſtatum.

Pip. *Quid ſunt ſtellæ?* Alb. Pictura culminis, nautarum gubernatores, noctis decor.

Pip. *Quid eſt Pluvia?* Alb. Conceptio terræ, frugum genitrix.

Pip. *Quid eſt nebula?* Alb. Nox in die, labor oculorum.

Pip.

Pip. *Quid eſt ventus?* Alb. Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Pip. *Quid eſt terra?* Alb. Mater creſcentium, nutrix viventium, cellarium vitæ, devoratrix omnium.

Pip. *Quid eſt mare?* Alb. Audaciæ via, limes terræ, diviſor regionum, hoſpitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

Pip. *Quid ſunt flumina?* Alb. Curſus indeficiens, refectio ſolis, irrigatio terræ.

Pip. *Quid eſt aqua?* Alb. Subſidium vitæ, ablutio ſordium.

Pip. *Quid eſt ignis?* Alb. Calor nimius, fotus naſcentium, maturitas frugum.

Pip. *Quid eſt frigus?* Alb. Febricitas membrorum.

Pip. *Quid eſt gelu?* Alb. Perſecutio herbarum, perditio foliorum, vinculum foliorum, vinculum terræ, fons aquarum.

Pip. *Quid eſt nix?* Alb. Aqua ſicca.

Pip. *Quid eſt hyems?* Alb. Æſtatis exul.

Pip. *Quid eſt ver?* Alb. Pictor terræ.

Pip. *Quid eſt æſtas?* Alb. Reveſtio terræ, maturitio frugum.

Pip. *Quid eſt autumnus?* Alb. Horreum anni.

Pip. *Quid eſt annus?* Alb. Quadriga mundi.

Pip. *Quis ducit?* Alb. Nox & Dies, Frigus & Calor.

Pip. *Quis eſt auriga ejus?* Alb. Sol & Luna.

Pip. *Quot habet palatia?* Alb. Duodecim.

Pip. *Qui ſunt Prætores palatiorum?* Alb. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, Aquarius, Piſces.

Pip. *Quot dies habitat in unoquoque palatio?* Alb. Sol XXX. & *) exmis horas. Luna duos dies & octo horas, & biſſe unius horæ.

Pip. *Magiſter, timeo altum ire.* Alb. Quis te duxit in altum?

Pip. *Curioſitas.* Alb. Si times, deſcendam, ſequar quocunque ieris.

Pip. *Si ſcirem quid eſſet navis, præpararem tibi, ut venires ad me.* Alb. Navis eſt domus erratica, ubilibet hoſpitium, viator ſine veſtigiis, vicina arenæ.

Pip. *Quid eſt arena?* Alb. Murus terræ.

Pip. *Quid eſt herba?* Alb. Veſtes terræ.

*) *decem ſemis horas,* Alcuin, Epiſt, 8. p. 1490. ſeq. Opp.

Pip. *Quid ſunt holera?* Alb. Amici medicorum, laus cocorum.

Pip. *Quid eſt quod amara dulcia facit?* Alb. Fames.

Pip. *Quid eſt quod hominem non laſſum facit?* Alb. Lucrum.

Pip. *Quid eſt vigilanti ſomnus?* Alb. Spes.

Pip. *Quid eſt ſpes?* Alb. Refrigerium laboris.

Pip. *Quid eſt amicita?* Alb. Æqualitas amicorum.

Pip. *Quid fides?* Alb. Ignotæ rei admiranda certitudo.

Pip. *Quid eſt mirum?* Alb. Nuper vidi hominem ſtantem, mortuum ambulantem, qui nunquam fuit.

Pip. *Quomodo poteſt eſſe, pande mihi?* Alb. Imago in aqua.

Pip. *Cur hoc non intellexi per me, dum toties vidi illum?* Alb. Quia bonæ indolis es juvenis, & naturalis ingenii, proponam tibi quædam alia mira, tentans, ſi per te ipſum poſſis conjicere illa.

Pip. *Faciam, tamen ita, ſi ſecus, quam eſt, dicam, corrigas me.* Alb. Faciam ut vis. Quidam ignotus mecum ſine lingua & voce locutus eſt, qui nunquam ante fuit, nec poſtea erit, & quem non audiebam, nec novi.

Pip. *Somnium te fatigavit, Magiſter.* Alb. Etiam fili. Audi & aliud: Vidi mortuos generare vivum, & aura vivi conſumpti ſunt mortui.

Pip. *De fricatione arborum ignis natus eſt conſumens.* Alb. Verum eſt. Audivi mortuos multa loquentes.

Pip. *Nunquam bene, niſi ſuſpendantur in aëre.* Alb. Vere. Vidi ignem inextinctum pauſare in aqua.

Pip. *Silicem.* Alb. Ut reris, ſic eſt. Vidi mortuum ſedentem ſuper vivum, & in riſu mortui mortuus eſt vivus.

Pip. *Hoc coci noſtri norunt.* Alb. Sed pone digitum ſuper os, ne pueri hoc audiant, quid ſit. Fui in venatione cum aliis, in qua ſi quid cepimus, nihil nobiſcum portavimus: quem non potuimus capere, domum portavimus nobiſcum.

Pip. *Ruſticorum eſt hæc venatio.* Alb. Eſt. Vidi quendam natum, antequam eſſet conceptus.

Pip. *Vidiſti, & forte manducaſti.* Alb. Manducavi. Quid eſt, qui non eſt, & nomen habet, & reſponſum dat ſonanti?

Pip. *Biblos in ſilva interroga.* Alb. Vidi hoſpitem currentem, cum domo ſua, & ille tacebat, & domus ſonabat.

Pip.

Pip. *Para mihi rete, & pandam tibi.* Alb. Quis eſt, quem videre non potes, niſi clauſis oculis.

Pip. *Qui ſtertit, tibi oſtendit illum.* Alb. Vidi (*) hominem octo in manu tenentem, & de octonis rapuit ſeptem, & remanſerunt ſex.

Pip. *Pueri in ſcholis hoc ſciunt.* Alb. Quis eſt, cui ſi caput abſtuleris, altior ſurgit?

Pip. *Vide ad lectum tuum, & ibi invenies.* Alb. Tres fuere, unus nusquam natus, & ſemel mortuus, * tertius ſemel natus, & bis mortuus.

Pip. *Primus æquivocus terræ, ſecundus domino meo, tertius homini pauperi.* Alb. Dic tamen primas literas.

Pip. I. V. XXX. Alb. Vidi feminam volantem, roſtrum habentem ferreum, & corpus ligneum, & caudam pennatam; mortem portantem.

Pip. *Socia eſt militum.* Alb. Quid eſt miles?

Pip. *Murus imperii, timor hoſtium, glorioſum ſervitium.* Alb. Quid eſt, quod eſt, & non eſt?

Pip. *Nihil.* Alb. Quomodo poteſt eſſe, & non eſt?

Pip. *Nomine eſt, & re non eſt.* Alb. Quid eſt tacitus nuntius?

Pip. *Quem manu teneo.* Alb. Quid tenes manu?

Pip. *Epiſtolam meam.* Alb. Lege feliciter fili.

NICARII (†) ΝΙΚΑΡΙΟΥ
Interrogationes & reſponſiones. Ερωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις.

Quid anima? Τί ψυχή;
Quod movetur. Τὸ κινούμενον.
Quid ſine anima? Τί ἄψυχον;
Quod non movetur. Τὸ μὴ κινούμενον.
Quid commune? Τί κοινόν;
Vita. Ζωή.
Quid invidia? Τί φθόνος;

CARFILIDIS ΚΑΡΦΙΛΙΔΟΣ
interrogationes & reſponſa. ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις.

Quid Deus? Τί Θεός;
Naturalis viſus. Αὐτογενὴς θέασις.
Quid orbis? Τί κόσμος;
Inſatiabilis capacitas. Ἀχόρταστον χώρημα.
Quid oceanus? Τί ὠκεανός;
Naturalis circuitus. Φυσικὸς περίδρομος.
Quid dies? Τί ἡμέρα;
Initium cotidianum. Ἀρχὴ καθημερινή.
Quid terra? Τί γῆ;
Fructuum mater. Καρπῶν μήτηρ.
Quid homo? Τί ἄνθρωπος;
Minimi temporis fantaſia. ὀλιγοχρόνιον φάντασμα.

Quid

(*) Confer Sympoſii ænigma 94. (†) ΝΙΚΙΑΡΙΟΥ in gloſſar. H. Steph. pag. 294. & Bonav. Vulcanii pag. 294.

Quid amicus? τί φίλος;
Incomparabilis res. Ἀνέγκριτον κτῆμα.
Quid divitiæ? τί πλοῦτος;
Cotidiana poteſtas. Καθημερινὴ ἐξουσία.
Quid dicta? τί λεγόμενα;
Cæcitas. Τύφλωσις.
Quid auctoritas? τί πρόσταγμα;
Inopia. Ἔνδεια.
Quid dives? τί πλούσιος;
Tabula deriſoria. Σανὶς καταγελαστή.
Quid nauta? Τί ναύτης;
Fluctuum commes. Κυμάτων ἑταῖρος.
Quid gladiator? Τί μονομάχος;
Fati querela. Τύχης αἰτίαμα.
Quid mulier? Τί γυνή;
Domeſticum nundinum. Οἰκεῖον ἀγόραιον,
Quid invidia? Τί φθόνος;
Exuperantia. Ὑπεροχή.
Quid parentes? Τί γονεῖς;
Semen. Σπέρμα.
Qnid maturum? Τί ὥριμον;
Tempeſtivitas. Χείμασις.
Quid certum? Τί ἀκριβές;
Veritas. Ἀλήθεια.
Quid totum? Τί ὅλον;
Crimen. Διαβολή.
Quid odioſum? Τί μισητόν;
Mendacium. Ψεῦδος.
Quid felicitas? Τί εὐτυχία;
Tempus. Καιρός.
Quid innocentia? Τί ἀθῷον;
Bona cogitatio. Καλὸν ἐνθύμημα.
Quid lex? Τί νόμος;
Neceſſitas. Ἀνάγκη.
Quid quietum? Τί ἐπιείκεια;
Pax. Εἰρήνη.
Quid amicitia? Τί φιλία;
Benivolentia. Καλοκαγαθία.
Quid inimicitia? Τί ἐχθρεία;
Invidia. Φθόνος.
Quid dies feſtus? Τί ἡμέρα ἑορτή;
Cauſa. Πρᾶγμα.
Quid mors? Τί θάνατος;
Solutio. Διάλυσις.
Quid medicina? Τί ἰατρική;
Commoditas. Εὐχρηστία.
Quid fidele? Τί πιστόν;
Terra. Γῆ.
Quid infidele? Τί ἄπιστον;
Mare. Θάλασσα.
Quid avidum? Τί ἄπληστον;
Lucrum. Κέρδος.
Quid commune? τί κοινόν;
Lux. Φῶς.
Quid ſine ſocio? Τί ἀκοινώνητον;
Regnum. Βασιλεία.
Quid pulchritudo? τί κάλλος;
Naturalis pictura. Φυσικὴ ζωγραφία.
Quid vox? τί φωνή;
Spiritus. Πνεῦμα.
Quid virtus? τί δύναμις;
Glorioſum nomen. Ἔνδοξον ὄνομα.
Quid piſcator? τί ἁλιεύς;
Piſcium ſpeculator. Ἰχθύων σκοπευτής.
Quid Sol? τί ἥλιος;
Cœleſtis oculus. Οὐράνιος ὀφθαλμός.

RESPONSA

RESPONSA Sapientum. (*)

Primum interrogavit, Utrum ei videretur, plures eſſe vivos aut mortuos?

Is dixit vivos, neceſſe enim, qui ſunt, plures eſſe quam qui non ſunt.

Secundo interrogavit, Utrum major eſſet, terra aut mare.

Is dixit, terra: Nam & mare ſuper terram eſt.

Tertio interrogavit; quod monſtruoſius eſſe videretur beſtiarum.

Is dixit, Quod nemo ſcit.

Quarto interrogavit, quare pugnare conſiliarentur.

Is dixit, ut bene vivant, aut fortiter moriantur.

Quinto interrogavit, Qui primus natus eſt, nox aut dies?

Is dixit, noctem unam ante diem.

Sexto interrogavit, Quid aliquis faciendo dulcis fiat? Is dixit, Quod non poteſt alius homo facere.

Septimo interrogavit, Quid aliquis faciendo bonus fiat?

Is dixit, Qui quum potens eſt, nemini metuendus ſit.

Octavo interrogavit, utrum esſet firmius, mors aut vita.

(*) Confer Plutarchum Alexandro p. 705.

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ Φρονίμων.

Πρῶτον ἐπηρώτησιν ὡς αὐτῷ δόξειε πλέονας εἶναι τοὺς ζῶντας ἢ ἀποθνήσκοντας;

οὗτος εἶπε ζῶντας, ἀνάγκη γάρ ἐστιν τοὺς ὄντας πλείονας εἶναι τῶν μὴ ὄντων.

Δεύτερον ἐπηρώτησεν, πότερον μείζων, γῆ ἢ θάλασσα;

Ὁ δὲ εἶπεν, Γῆ. καὶ γὰρ ἡ θάλασσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐστιν.

Τῷ τρίτῳ ἐπηρώτησεν, τί τερατωδέστερον δοκεῖ εἶναι τῶν θηρίων.

Ὁ δὲ εἶπεν, ὃ οὐδεὶς ἐπίσταται.

Τῷ τετάρτῳ ἐπερώτησεν, διὰ τί μάχεσθαι συνβουλεύοιεν.

Οὗτος εἶπεν, ἵνα καλῶς ζώσοιεν, ἢ ἰσχυρῶς ἀποθνήσκοιεν.

Τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν, Τίς πρῶτος ἐγεννήθη νὺξ ἢ ἡμέρα;

Ὁ δὲ εἶπεν, νύκτα μίαν πρότερον ἡμέραν.

Τῷ ἕκτῳ ἠρώτησεν, τί ἄν τις ποιῶν γλυκὺς γίνεται; οὗτος εἶπεν, ὃ οὐ δύναται ἄλλος ἄνθρωπος ποιεῖν.

Τῷ ἑβδόμῳ ἠρώτησεν, Τί ἄν τις ποιῶν, ἀγαθὸς καὶ καλὸς γίνοιτο;

Οὗτος εἶπεν, εἰ ὁ δυνατὸς ὤν, οὐδενὶ φοβερὸς εἴη.

Τῷ ὀγδόῳ ἐπηρώτησεν, πότερόν ἐστιν στερεώτερον, θάνατος ἢ ζωή.

Is dixit, Vita.	Οὗτος εἶπεν, ζωή.
Nono interrogavit, usque quamdiu bona eſt vita?	Ἐννάτῳ ἐπηρώτησεν, Ἕως πότε καλή ἐϛιν ἡ ζωή,
Is dixit, Donec arbitrentur utilius eſſe.	Οὗτος εἶπεν. Ἑὼς ἂν λογίσωνται χρήσιμον εἶναι.

Friderici Lindenbrogi
Variarum Quæſtionum Centuria.

1. Quid eſt DEUS? *Unus omnia.* ὁ ὬΝ, καὶ τὸ πᾶν. Paulus Apoſtol. ad Corinth. Epiſt. 1. cap. 15. v. 28. ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Philo Judæus Allegor. pag. 67. de Deo: πάντ᾽ αὐτὸς ἑαυτῷ. ἀρχὴ, τέλος, ὅλον πᾶς. Sirach. XLIII. 31. τὸ πᾶν ἐϛιν αὐτός.

2. Quid Dei effata? *Margaritum.* Hieronym. Epiſtol. *Margaritum eſt verbum Dei, ex omni parte forari poteſt.* Nimirum ut diatrætarii margaritas, pro ut commodum fuerit viſum, perforant: Ita hæretici verba Dei pro captu ſuo interpretantur, ut volunt.

3. Quid Fatum? *Rex ſive Imperator, & qualibet celſa poteſtas.* Ammian. Marcell. lib. 17. *Opinantur quidam, Fatum vinci Principis poteſtate vel fieri.* Jornandes de rebus Geticis: *Probatum eſt humanum genus Regibus vivere, quando unius mentis impetu ſtrages ſit facta populorum, & arbitrio ſuperbi regis deſiit, quod tot ſeculis natura progenuit.* Seneca de Brevit. vitæ. *Illis erat* (Xerxes) *admoturus fatum, ille ipſe qui flebat.* Hinc Scipiones *Fatum Karthaginis.* Manil. Aſtron. lib. 1. *Scipiadæque duces, Fatum Karthaginis unum.*

4. Quid Fortuna? *Sui unicuique mores.* Menander apud Stobæum in Ethicis pag. 197. τύχην προσηγόρευσε τὸν ἑαυτοῦ τρόπον. Salluſt. in Fragment. *Appius ait, Fabrum eſſe ſuæ quemque Fortunæ.* Plautus Trinummo: *Sapiens quidem pol ipſe fingit Fortunam ſibi.* Pub. Syrus. *Fortunam quisque ſuis fingit moribus.* Cornel. Nepos de Pompon. Attico. *Fecit ut vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam.*

5. Quid Cœlum? *Mundi mœnia.* Lucret. Lib. 1. *flammantia mœnia mundi.* Manil. lib. 3. *Quum tantas ſtrueret moles per mœnia mundi.* Hilarius

larius in Geneſin: *cœli per mœnia fertur Aſtrorum ductor, mundi vigor.* Alii dixere *Cœli clypeum*, ut Varro de Lat. L. Lib. 4. *Umbonem cœli*, Drepanius de Cereo Paſchal.

6. Quid ignis? *Mundi animus.* Iſidorus Origin. lib 8. cap. 6. *Varro ignem mundi animum dicit proinde quod in mundo ignis omnia gubernet, ſicut animus in nobis. Qui cum eſt, inquit, in nobis, ipſi ſumus: cum exit, emorimur.*

7. Quid Sol? *Mundi oculus, Fons caloris, Plantarum pater.* Anaxagoras apud Ariſtot. de Plantis. ἡ γῆ μήτηρ μὲν ἐστι τῶν φυτῶν. ὁ δὲ ἥλιος πατήρ. Dracontius in opere VI. dierum: *Sol oculus cœli, famulus ſuper aſtra tonantis.* Vid. Lucret. lib. 5. v. 593. ſq. Philo Jud. de opif. mundi. pag. 6. 8. 18. Gregor. Nazianz. Orat. de Quadrag.

8. Quid Luna? *Solatium noctium, patrocinium menſium.* Varro apud Tertull. ad Nation. lib. 2. cap. 5. Mar. Victorinus in Geneſ. lib. 1. *Lunaque noctis honor.*

9. Quid Sidera? *Signacula temporum, ad mutationem notandorum.* Varro apud Tertull. ad Nation. lib. 2. cap. 5.

10. Quid Cometa? *Regnorum mutator.* Lucan. - *Terris mutantem regna cometem.*

11. Quid Nox? *Siderum mater.* Orpheus in Hymn. ἀστέρες οὐράνιοι νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης. Tibull. lib. 2. Eleg. 1.

—— *Jam nox jungit equos, currumque ſequutur*
Matris laſcivo ſidera fulva choro.

12. Quid Ver? *Pratorum pictor.* In Catalect. vet. Poet. *Ver pingit vario gemmantia prata colore.* Auctor Pervigilii Veneris de Vere:

—— *gemmeis purpurantem pingit annum floribus.*

13. Quid æſtas? *Cereris focaria.*

14. Quid autumnus? *Tentator valetudinum.* Tertullian. de anima cap. 48, velut Cæſar de bello civili lib. 3. *gravis autumnus omnem exercitum valetudine tentaverat.* Ut autem autumnns abundet morbis, facit hoc confinium frigoris & caloris, & compugnantia inter ſe contrariorum aërum. Iſidorus Origin. lib. 5. cap. 35. Vid. Hippocr. in aphor. 9. & 22. lib. 3.

15. Quid Hyems? *Requies terræ, Temporis auſpicium.* Ovid. 1. Faſtor. v. 163.

Bruma novi prima eſt veteriſque noviſſima ſolis,
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

16. Quid Nix? *Aqueum vellus.* χιόνα, ἐριῶδες ὕδωρ οἱ παλαιοὶ λέγουσι. Scholiaſt. Dionyſii Alexandr. Martialis lib. 4. Epigr. 3. *tacitarum vellus aquarum.* Sic in Pſalmo 147. *Qui dat nivem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit.* Arnob. lib. 2. adverſ. gentes, *Nivem, plumeas cruſtulas* vocat. Stat. Papin. BRUMÆ PABULUM. Thebaid, lib. IX. *Nives & pabula brumæ.* Ubi Lactant. *Eleganter nives pabula brumæ dixit. Certum eſt enim nivium incrementa ſtridorem hyemis magis augere.* Symphoſ. *Aquæ pulverem.* Ænigm. 21.

17. Quid Tonitru? *Cæleſte murmur, atque in excelſis regnantis æterni DEI vox.* Tertullian. de anima, cap. 17. *Auditus fallaciæ reus eſt; ut cum cæleſte murmur putamus, & plauſtrum eſt: vel cum tonitru meletante pro certo de plauſtro credimus ſonitum.* Tonitru autem vocem Dei in SS. Scriptura vocari, viri docti obſervarunt. Itaque cum precante CHriſto, ut DEus nomen ſuum clarefaceret, vox hæc divinitus è cœlis mitteretur ΕΔΟΞΑΣΑ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΔΟΞΑΣΩ, populus audiens βροντὴν γεγονέναι dixit. Johan. 12. v. 28.

28. Quid Oceanus? *Lunæ comes, cum ea enim adoleſcit ſeneſcitque.* Seneca de Provid. cap. 1. & eum imitatus Gellius lib. 14. cap. 1. Qua de re dignus notatu locus Baſilii, Hexam. Hom. 6. & Ambroſii Hexam. lib. 4. cap. 7. Ἄμπωτις *quoque in Oceano eſſe perhibetur: quia quum reliquis diebus ordinem ſuum ſervare dicatur, lunari exortu evidens mutationis ſuæ fertur indicium dare, ut mare ipſum occidentale, in quo ſpectatur* ἄμπωτις, *ſolito amplius accedat ac recedat, & majore æſtu feratur, tanquam lunæ quibusdam aſpirationibus retrorſum retrahatur: & iterum iisdem impulſum ac retractum in menſuram propriam refundatur.* Quid ἄμπωτις & contraria ei πλημμύρα ſit, Moſchopulus declarat περὶ σχεδῶν, nimirum quod Salacia & Venilia, Melina & Liduna: de quibus Varro de Lingua Lat. & Marcellus Empiricus.

19. Quid Oceanus? *Origo fluminum.* Salomon Eccleſiaſt. cap. 1. v. 7. Orpheus in Hymno Ocean.

ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.

20. Quid Flumina? *Terræ glutinum.* Etenim ὡς ἂν ὑπὸ δεσμοῦ συνέχεται γλυκεία ποιότητι, κόλλης τρόπον ἐνούσης. Philo Jud. de mundi creat. pag. 20. Seneca de Conſol. ad Marciam cap. 18.

21. Quid

21. Quid terra? *Sequeſtratorium ſeminum.* Tertull. de reſurrect. cap. 52. *Seminibus ſequeſtratorium terra eſt, illic deponendis, & inde repetendis.* Itaque Prudentius eleganter Hymno X. Cathemerinon:

Nunc ſuſcipe terra fovendum,
Gremioque hunc concipe molli,
Hominis tibi membra ſequeſtro
Generoſa & fragmina credo.

22. Quid Homo? *Imago atque exemplum Dei.* Manilius Aſtronom. lib. IV.

Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine parva.

De imagine Dei in homine vid. Tertull. adverſ. Marcion. lib. 4. cap. 37. Euſeb. Emiſſen. ſive Eucher. Homil. pag. 178. Clemens Alexand. &c.

23. Quid Homo? *Parvus mundus, Divinique theſauri conditorium.* Paulus Apoſtolus *Hominem templum Dei* vocat, ad Corinth. 3. v. 16. cap. 6. v. 19. Et 2. ad Corinth. cap. 6. v. 16. Philo Judæus τίς τῶν θείων πραγμ. pag. 341. οὕτως ἐθάῤῥησαν ἔνιοι καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ τὸ βραχύτατον ζῶον ἄνθρωπον ἴσον ἀποφῆναι, καθιδόντες ὅτι ἑκάτερον ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καθέστηκε λογικῆς, ὥστε καὶ ἐναλλάττοντες, βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δ' ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι. Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 12. *Phyſici mundum, magnum hominem, & hominem brevem mundum eſſe dixerunt.* Vid. Hermes Triſmeg. in Iatromath. Rufus Epheſ. περὶ μορ. ἀνθρώπων p. 40. Baſilius Magn. & Ambroſ. Epiſc. Hexamer. lib. 6. cap. 9. Tertullian. de reſurrect. cap. 44.

24. Quid Homo? *Bulla, Deique luſus.* De *bulla* Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 1. de *Luſu* Plato & ex eo Ariſtid. Apol. pag. 150. τὸ σὸν Πλάτων σώζεται, τὸ Ἄνθρωπον εἶναι θεοῦ παίγνιον. Plautus Captiv. Prolog. *Enimvero Di nos homines quaſi pilas habent.* Et alius vet. autor in Florileg. *Nil aliud eſt homo, quam Dei ludibrium.* Inde Helvius Pertinax Imp. ob mirabilem fortunæ luſum Pila Fortunæ vocatus fuit. Aurelius Victor de Impp. pag. 31.

25. Quid animus hominis? *Auriga corporis.* Quid ſenſus? *Corporis equi.* Philo Jud. περὶ γεωργίας. τὴν σαυτοῦ ψυχὴν εἰ θέλεις, ἐρεύνα τὸν, εὑρήσεις γὰρ ἐν τοῖς μέρεσιν αὐτῆς καὶ ἵππους, καὶ ἡνιοχικὸν ἀναβάτην. ἵπποι μὲν οὖν ἐπιθυμίαι καὶ θυμός εἰσιν. ἀναβάτης δὲ καὶ ἡνίοχος εἷς, ὁ νοῦς.

ὀνȣς. Hieronymus Epiſt. *Senſus corporum quaſi equi ſunt, ſine ratione currentes: anima vero in aurigæ modum retinet frena currentium. Et quomodo equi absque rectore præcipites ruunt, ita corpus ſine ratione & imperio animæ in ſuum fertur interitum.*

26. Quid corpus? *Animi follis.* Inde Anaxarchus, apud Diogenem lib. 9. Theodoret. de Martyrib. lib. 8. cum pilo tunderetur, πτίσσε, dixit, τὸν Ἀνάξαρχȣ θύλακον. Tertullian. in Apologet. cap. ult. *Tunde Anaxarchi follem.* Et Folliculus pro corpore humano apud Arnobium adverſus gentes lib. 2. & Lucil. apud Nonium in Folliculo. Alii *veſtem animi* nominarunt. Porphyrius in antro Muſ. καὶ χιτών γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ ὃ ἠμφίεσαι θαῦμα τῷ ὄντι ἰδέσθαι. Varro *Corticem animi* dixit: *Invitata anima corporeum corticem facile relinquit.*

27. Quid Sanguis? *Circumcordialis ſenſus.* Tertullian. de anima cap. 15. ex Orpheo & Empedocle.

28. Quid Caro? *Lutum ſanguine maceratum.* Theodorus Gadareus Tiberium Imper. vocare ſolitus fuit, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. Suetonius in Tiberio cap. 57. Tertullianus Carnem dixit terram, in ſuas figuras converſam. Lib. de Carne Christi. Cap. 9. *Conſidera ſingulas qualitates, muſculos ut glebas, oſſa ut ſaxa, etiam circum papillos calculos quosdam. Aſpice nervorum tenaces connexus, ut traduces radicum, ut venarum ramoſos diſcurſus, ut ambages rivorum, & lanugines ut muſcos, & comam ut ceſpitem, & ipſos medullarum in abdito theſauros, ut metalla carnis.*

29. Quid Vultus? *Tacitus mentis ſermo.* Cicero apud Gellium lib. 13. cap. 23. Hieronym. Epiſt. ad Furiam: *Speculum mentis facies, & taciti oculi, cordis fatentur arcana.*

30. Quid oculus? *Lucerna corporis.* Matth. Evang. cap. 6. v. 22. Lucas cap. 11. v. 34. ὁ λύχνος τȣ͂ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός.

31. Quid oculus? *Amoris illex ejusque metator.* Græcorum illud tritum eſt, ἐκ τȣ͂ ὁρᾶν, τὸ ἐρᾶν. Ovid. *oculi ſunt in amore duces.* Nonnus Dionyſiac. v. ὀφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίνετο πομπὸς ἐρώτων. Polemon Oculos animi fores eſſe dixit, per quas intrat, quidquid cor poſtea deſiderat: ὄμμασι γὰρ κραδίη ἕπεται. ait Theologus. Salvian. Maſſil. lib. 3. de gubern. *Sciens feneſtras quodammodo eſſe noſtrarum mentium lumen oculorum, & omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quaſi per naturales cuniculos introire.*

32. Quid

32. Quid Lachrumæ? *Subito exareſcens aqua.* Cicero de Inventione lib. I. *Apollonius Rhetor dixit:* LACHRYMA NIL CITIUS ARESCIT. Quinctilian. Declam. 338. *Illud veriſſimum eſt, Lachrymas celerrime inareſcere.* Vet. autor in Florileg. *Nil tam cito aret, quam plorantis lachryma.* Q. Curtius lib. 5. *Qui multum in ſuorum miſericordia ponunt, ignorant quam celeriter lachrymæ inareſcant.* Vid. Jul. Severian. Rhetor. in Epilogo.

33. Quid Lachrumæ hæredis? *Sub perſona, riſus.* Pub. Syrus: *Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.* Lachrymas iſtas Libanius vocat *Aureas.* Declam. XI. pag. 270. φίλον τις ἐκληρονόμησεν, ἢ συγγενῆ, τὰ χρυσᾶ δάκρυα ταῦτα ἂν εἴη, ἀφ' ὧν δεῖ δακρύσαντα τὸν πλοῦτον ἔχειν.

34. Quid cor? *Sermonum pharetra.* Gregor. Nyſſen. in Pſalm. φαρέτρα τοῦ λόγου ἐστὶν ψυχή, In corde autem, animæ ſedem putarunt.

35. Quid os? *Animi veſtibulum, cogitationum comitium, janua orationis.* L. Apulejus Apol. p. 336.

36. Quid Lingua? *Oris Cymbalum.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. 2. cap. 4. Κύμβαλον τοῦ στόματος γλῶτταν λέγει, ἢ τοῖς κρουομένοις ἐπήχει χείλεσι.

37. Quid Barba? *Virorum cultus.* Lucian. Cynic. pag. 1107. τὸν πώγωνα κόσμον ἀνδρὸς ἐνόμιζον, ὥσπερ καὶ ἵππου χαίτην, καὶ λέοντος γένεια. Alexander Magnus interrogatus cur libenter magnam aleret barbam? reſpondit, ut ſolum tangendo eam, virum me eſſe meminerim. Cælius Balbus lib. 3. de nugis Philoſophor.

38. Quid venter? *Res auribus carens.* Plutarch. in apophthegm. in Catone. Seneca Epiſt. 21. *Venter præcepta non audit, poſcit, appellat. Non eſt tamen moleſtus creditor, parvo dimittitur, ſi modo des illi quod debes, non quod potes.* Vet. autor in Florileg. *Arduum eſt quid perſuadere ventri, qui aures non habet.* Alii ventrem dixere *Rem omnium imperioſiſſimam.* Athenæus Dipnoſoph. lib. 10. pag. 412. 422. Ligurinus lib. 2.

—— nulla eſt audacia major
Quam cui materiam naturæ præbet egeſtas
Ut ſitis atque fames: ſitiens mala nulla timere
Eſuriensve poteſt - - - -

Imp. Valentinianus Novel. Tit. XI. in Cod. Theod. *Nil turpe, nil vetitum credit eſuriens.* Procopius Goticor. lib. 2. *Vacuus neceſſariis rebus*

bus venter pudere neſcit. Socrates tamen quamvis fame premeretur, nemini ſupplicare voluit, ἢ κολακεύειν. Diogenes in Socrate. Vid. Seneca de Brevit. vitæ, cap. 18.

39. Quid Vir? *Gloria ſexus.* Inde Thales Mileſius dicere ſolitus, trium horum cauſa Deo ſe gratias agere: puta, quod homo non animal brutum; quod vir, non fœmina; quod Græcus, non Barbarus eſſet. ὅτι ἄνθρωπος καὶ οὐ θηρίον· ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνή. ὅτι ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος.

40. Quid Fœmina? *Amabilis viris brachialis nodus.* εὐάγκαλον ἀνδράσιν ὁμίλημα. Lucianus in Amoribus.

41. Quid fœmina garrula? *Æs Dodonæum.* Libanius Sophiſta de Loquacit. Ἀράβιος αὐλητής. ἡ γυνή, τὸ Δωδωναῖον ὑπερβαίνει χαλκεῖον. Adagium explicant Zenob. & Suidas. Ob hanc mulierum loquacitatem Plautus in Aulular. Act. 2. Scen. 1. ſcitè dicit: *Nec mutam profecto repertam ullam eſſe: hodie dicunt mulierem ullo in ſeculo.*

42. Quid Eunuchus? *Homo non homo.* Athenæus Dipnoſ. lib. 12. Οἱ Συβαρῖται ἔχαιρον τοῖς Μελιταίοις κυνιδίοις, καὶ ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις. Lucianus in Eunucho: καὶ πολὺς ἦν ὁ περὶ τούτου λόγος, οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σύνθετον καὶ μικτὸν, καὶ τερατῶδες ἔξω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Idem in Amorib. Eunuchum dicit, ἀμφίβολον αἴνιγμα διπλῆς φύσεως. Philo Jud. eleganter eum vocat, ἀνθρωπείου παράκομμα νομίσματος. Imper. Leo Novel. 98. ξένον τὸ γένος. Inde Valer. Maximus notat lib. 7. cap. 6. *Genutium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere.* Quod autem nec vere viri, nec vere fœminæ ſint, idcirco Neutri appellantur apud Liutprandum in Legation. & tertium genus hominum apud Lamprid. in Alexandro Severo Imper. Quemadmodum Chriſtiani tertium genus hominum ab Ethnicis dicti fuere, quod nec Judæi, nec Pagani eſſent. Tertull. ad Nationes.

43. Quid Conjugium? *Voluntaria ſervitus.* Menander: Νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι τῷ βίῳ. Alexis: γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων.

44. Quid dos? *Auctoramentum uxoriæ ſervitutis.* Athenæus lib. 13. ex Alexide, προῖκ' οὐχὶ τιμὴν φάσκομεν.

45. Quod

45. Quid Cælebs? *Litibus carens homo.* Vetus autor apud Hieronymum & in Florileg. Ethicopol. *Cælebs oportet is ſit, qui non litigat.* Juvenal. Satyr. VI.

> *Semper habet lites alternaque jurgia lectus*
> *In quo nupta jacet.*

46. Quid Liberi? *Columnæ domus.* Euripides: Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες. Artemidor. Somn. lib. 2. cap. 10. *Sunt ædium columnæ liberi mares.* Spicileg. Etic.

47. Quid liberi? *Parentum tortores.* Boetius de conſolat. libr. 3. *Nimis è natura dictum eſt, neſcio quem filios inveniſſe tortores.*

48. Quid domus? *Parva civitas.* Philo Jud. περὶ Ἰωσήφ. Οἰκία, πόλις ἐστὶν ἐσταλμένη καὶ βραχεῖα. καὶ οἰκονομία, συνηγμένη τις πολιτεία. ὡς καὶ πόλις μὲν οἶκος μέγας, πολιτεία δὲ κοινή τις οἰκονομία. Itaque civitatem qui prudenter regere vult, domum prius recte adminiſtrare diſcat. ἔδει γὰρ, inquit ibidem Philo, τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι πολιτικὸν, ἐγγυμνάσασθαι καὶ ἐνασκηθῆναι πρότερον τοῖς κατ' οἰκονομίαν.

49. Quid civitas? *Humanarum cladium miſerandum conſeptum.* Val. Maxim. lib. 7. cap. 2.

50. Quid mœnia? *Civitatis veſtes.* Demades orator dicere ſolitus fuit, τὸ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως εἶναι. Athenæus Dipnoſop.

51. Quid Forum? *Publicus decipulæ ac fraudum locus.* Anacharſis: ἡ ἀγορὰ ὡρισμένος τόπος ἐστὶν, εἰς τὸ ἀλλήλους ἀπατᾶν καὶ πλεονεκτεῖν. Nimirum hoc voto mercatores in foro conveniunt, ut emptor vilius comparet, venditor carius diſtrahat. L. 8. C. de reſcind. vend. S. Valerianus Hom. XX. *Nunquam negotium ſine fraude agitur, ubi ad hoc ſolum vilius emitur, ut carius diſtrahatur.* Idcirco ſi alter alterum bono modo decipiat atque circumſcribat, id illi impune cedit. Lib. 16. §. 4. ff. de minor. Lib. 22. ff. Locat. cond. ἔξεστι ἐν τῇ πράσει καὶ τῇ ἀγορασίᾳ περιγράφειν. Ecloga Baſilicῶn Lib. 19. Tit. 2. Atque hæc ipſa cauſa eſt, cur pœnitentibus mercaturam exercere interdictum ſit. Capitulare Carol. Magn. lib. 7. Tit. 44. Difficile eſt enim inter ementes vendentesq; non intervenire peccatum. Decret. 2. part. cauſ. 33. quæſt. 3. diſt. 6. cap. 2.

52. Quid Theatrum? *Conſiſtorium impudicitiæ, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur.* Tertullian. de Spectac. cap. 17. vid. Cyprian. Epiſt. 2. Salvian. Maſſilienſis de Provid.

53. Quid Leges? *Reipublicæ nervi.* Diomed. Gram. lib. 1. Marcus Porcius Cato dixit, *Leges nervos eſſe civitatum.* Sed plus ſatis verum, quod Corn. Tacit. Annal. 1. ait: *Invalida legum auxilia, quæ ambitu, poſtremo pecunia turbantur.*

54. Quid Cauſidicina? *Canina facundia.* Sic eam ab Appio dictam, ex Salluſtio referunt. Lactant. lib. 6. Hieronym. Epiſt. ad Mamerium & Auguſtin. Jul. Firmic. Mathem. lib. 4. *Caninæ ut ita dicam facundiæ jurgioſa certamina.* Vid. Columel. præf. lib. 1. Iſidor. Sentent. lib. 3. cap. 56. Prudent. Hamartig.-*canina foro latrat facundia.* Inde *Cerberi forenſes* ipſi rabulæ. κύνεον enim, ut Heſiodus ait, νόον, τοῦτ' ἔστι τολμηρὸν λογισμὸν, καὶ πανοῦργόν τι, καὶ αἱμύλιον ἦθος oportet ut habeat, quisquis cauſas recte elatrare velit. Auctor Queruli: *Si vis uti foro, eſto impudens.*

55. Quid medicina? *Philoſophiæ ſoror.* Tertullian. de anima cap. 2.

56. Quid Philoſophus? *Mancipium ſapientiæ, Gloriæ animal.* Tertull. ad Nation. lib. 2. cap. 2. & de anima cap. 1.

57. Quid Sermo? *Sapientiſſima medicina.* Euripid. λόγῳ μὲν πείθῃ φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. quem locum Ariſtides imitatus eſt in Panathen. pag. 84. οὐκ ἰύγγι προσκυνοῦντες ἀλλὰ τῷ καλλίστῳ τῶν φαρμάκων τῷ λόγῳ. Tertull. de Pallio, cap. 6. *Purulentias civitatis quis eliciet & exvaporabit, ni ſermo palliatus? Sermone, inquis, me ſuaſiſti medicamine ſapientiſſimo.* Menander ἀστεῖον φάρμακον vocavit.

—— λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι
Ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.

58. Quid Jusjurandum? *Emplaſtrum perfidiæ.* Laberius apud Gellium lib. 16. cap. 7. *Quid eſt jusjurandum? Emplaſtrum æris alieni.* Vet. autor in Florileg. *Magiſter juramentum eſt fallaciæ.*

59. Quid Hypocriſis? *Tinea ſanctitatis, virtutum fucus.* Petrus Chryſol. Serm. 7. pag. 23.

60. Quid Paraſitus? *Comes vitiorum, turpiſſimi cujusque facti laudator.* Quintilian. Declam. 296.

61. Quid

61. Quid Amicus? *Theſaurus vivus, qui diu quæritur, vix invenitur, difficile cuſtoditur.* Hieronymus Epiſt. ad Rufin. & ex eo Flaccus Alcuin. Epiſt. XI. Autor. vet. in Florileg. *Comparat vivum theſaurum, amicum quisquis comparat.* Alexander Magnus interrogatus, ubi theſauros haberet, amicos oſtendit. Vid. Obſervat. in Ammian. Marcellin..

62. Quid aulicus? *Tinea ac ſorex palatii.* Aurel. Victor in Conſtantino Conſtantii F.

63. Quid miles? *Sine crimine latro.* Bene Lactant. Firmian. lib. 1. cap. 18. *Si quis unum hominem jugulaverit, pro contaminato ac nefario habetur: ille autem qui infinita hominum millia trucidaverit, cruore campos inundaverit, flumina infecerit, non modo in templum, ſed etiam in cœlum admittitur.* Cyprianus Epiſt. 1. *Homicidium dum admittunt ſinguli, crimen eſt: virtutem vocari dum publice geritur, impunitatem ſceleribus acquiri, non innocentiæ ratione, ſed ſævitiæ magnitudine.* Unde acute pirata ille, de quo Cicero de Republica, citante Nonio in voce INFESTUM. Cum quæreretur ex eo, quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum uno myoparone? eodem, inquit, quo tu orbem terræ tanto exercitu.

64. Quid miles timidus? *Galeatus lepus.* Cornificius à militibus deſtitutus, quos ſæpius fugientes viderat, GALEATOS LEPORES eos vocavit. Euſeb. in Chronic. Olymp. CLXXXV.

65. Quid Militia? *Malitia.* Nam & miles à malo dictus, quod arcere ſoleat ſcilicet. Ulpian. lib. 1. ff. de Teſtam. mil. Sic & Ἄρης ſive Mars, ἀπὸ τῆς ἀρῆς, τοῦτ᾽ ἐστὶ βλάβης vocatus. Heraclitus Allegor. Homer. ὁ Ἄρης οὐδὲν ἐστιν ἄλλο, πλὴν ὁ πόλεμος, παρὰ τὴν ἀρὴν ὠνοματισμένος, ἤπερ ἐστὶ βλάβη. Philo Jud. ad Gaium, Ἄρεως ſive Martis nomen deducit, ἀπὸ τοῦ ἀρέγειν, ὅπερ βοηθεῖν ἐστί. Sed poſt illa ſeſe verterunt memoriæ: *Aliena namque vaſtare, urbes delere, oppida excindere, liberos populos aut trucidare, aut ſubjicere ſervituti, Martis gloria eſt.* Lactant. Firmian. Lib. 1. cap. 18.

66. Quid coquus? *Gulæ magiſter.*

67. Quid atratum coquinæ miniſterium? *Vulcani canes.* Ἡφαίστου κύνες. Alexis apud Athenæum Dipnoſoph.

68. Quid culina? *Fœdiſſimum patrimoniorum exitium.* Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 10.

69. Quid vinum? *Uvarum ſanguis.* Geneſ. cap. 49. Clemens Alexandr. Pæd. lib. 2. cap. 2. Androcydes *terræ ſanguinem* vocavit. Plinius lib. 14. cap. 5. *Androcydes ſapientia clarus ad Alexandrum M. ſcripſit, intemperantiam ejus cohibens: Vinum potaturus Rex, memento te bibere ſanguinem terræ.*

70. Quid Vinum? *Lac Veneris, Conviviorum coagulum.* Athenæus Dipnoſ. lib. 10. Ἀριστοφάνης ἈΦΡΟΔΊΤΗΣ ΓΆΛΑ τὸν οἶνον ἔφη εἰπών, ἡδύς τε πίνειν οἶνος, Ἀφροδίτης γάλα. Inde vet. auctor. in Florileg. *Cui vinum adeſt, Lac Veneris non deſideret.* Varronis verſus elegantiſſimi ſunt.

Vino nihil quidquam jucundius eluit:
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt:
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium:
Hoc continet coagalum convivia.

71. Quid Cereviſia? *Vini æmula.* ἀντίμιμος οἴνου. De Cereviſia ſcitum extat Juliani Imp. epigramma.

Τίς; πόθεν εἶς Διόνυσε. μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον
Οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω. τὸν Διὸς οἶδα μόνον.
Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε. σὺ δὲ τράγον. ἦ ῥά σε Κελτοὶ
Τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων.
Τῷ, σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον:
Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ Βρόμον οὐ Βρόμιον.

72. Quid butyrum? *Oleum lactis.* ἔλαιον ἀπὸ γάλακτος. Athenæus Dipnoſ. lib. 10. Ita porcina adeps vocatur *Oleum porcinum* τὸ ὕειον στέαρ, ἔλαιον ὑός. Erotianus in Gloſſario.

73. Quid Caſeus? *Lac preſſum.* Virg. Eclog. 1. *Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.* Ovid. *lactis maſſa coacti.*

74. Quid Ovum? *Animata rotunditas.* Martian. Capella lib. 2. *Quandam globoſam animatamque rotunditatem ſumit, ac virgini porrigit hauriendam: verum ipſa ſpecies ovi interioris coccino circumlita exterius rutilabat. &c.*

75. Quid Hortus? *Altera ſuccidia.* Cicero in Catone. *Hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant.*

76. Quid

76. Quid Flores? *Veris Liberi.* Athenæus Dipnoſ. lib. 13. p. 608. Ἐν δὲ τοῖ ἰοῖ ἔαρος τέκνα προσηγόρευσε τὰ ἄνθη ἀνθηρᾶ τέκνα ἔαρος πέριξ. *Circumcirca ſtratis veris liberis.* Chæremonis tragici verſus.

77. Quid Vermes? *Terræ interanea.* Aratus in Διοσημ. p. 105.

—— σκώληκες μελαίνης ἔντερα γαίης.

ubi Theon Scholiaſt. τῆς γῆς ἔντερα ἔτω καλοῦνται, πρῶτον μὲν ὅτι ἔτω πεφύκασι, καὶ ἔτω φύσεως ἔχεσιν. ἐντέροις γὰρ ἐοίκασιν ἐπιμήκεις ὄντες, καὶ ὅτι ἐν βάθει τῆς γῆς εἰσὶν ὥσπερ ἔντερα.

78. Quid Conchæ? *Maris poma.* Tertullian. de hab. mulier. c. 6. *Nympharum lumina.* Aurel. Victor in Tiberio Imp.

79. Quid Margaritæ? *Concharum verrucæ.* Tertull. de hab. mul. cap. 6.

80. Quid Aurum? *Adulatorum pater, Curarum filius.* Vid. Elegantes Palladæ verſus Antholog. lib. 1. in diteſcentes.

81. Quid Aurum? *Foris pretium, intus metallum.* Ambroſ. Epiſt. ad Valentinian. Imp. contra Symmach.

82. Quid Divitiæ? *Fortunæ vomitus.* Diogenes dicere ſolitus fuit, τὸν πλοῦτον τῆς τύχης ἔμετον εἶναι. Stobæus Sermon. 91.

83. Quid Dives? *Aut ipſe iniquus, aut iniqui hæres.* Hieronymus Epiſt. 96. Johan. Saresberienſ. Polycrat. lib. 3. c. 12. Florileg. Ethicop.

84. Quid Dives indoctus? *Pecus aurei velleris.* Galenus in exhortat. ad artes. καλῶς καὶ ὁ Δημοσθένης καὶ ὁ Διογένης ὁ μὲν χρυσᾶ πρόβατα καλῶν τὰς πλεσίες καὶ ἀπαιδεύτες. ὁ δὲ ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς ἀπεικάζων αὐτὲς. ἐκείνων τε γὰρ τὸν καρπὸν ἐκ ἀνθρώπες, ἀλλὰ κόρακας ἢ κολοιοὺς ἐσθίειν. τέτων τε τὰ χρήματα μηδὲν μὲν ὄφελος εἶναι τοῖς ἀςείοις, δαπανᾶσθαι δ' ὑπὸ τῶν κολάκων. *Præclare Demoſthenes ac Diogenes, quorum alter divites indoctos, appellavit OVES ONUSTAS AVREO VELLERE, alter dixit, eos ſimiles ficis arboribus, in præruptis locis ſtantibus. Nam harum fructibus non homines ſed corvos & graculos veſci: ſic horum pecunias nulli eſſe uſui viris probis, verum ab aſſentatoribus abſumi.* Cajus Cæſar Silanum proconſulem Aſiæ, PECUDEM AUREAM vocare ſo-

 litus,

litus, ob ſegne ingenium, & dominationibus altis faſtiditum. Corn. Tacit. Annal. XIII.

85. Quid Paupertas? *Philoſophiæ vernacula, frugi, ſobria, parvo potens, habitu ſecura.* Apulejus Apol. *Mater bonæ mentis.* Petron. Arbitro, Artium repertrix. Apulejus Apol. Theocrit. πενία μόνη τὰς τέχνας ἐγείρει. Quod autem habitu paupertas ſecura, inde prudenter Dio Pruſæus περὶ νόμων: *Quod caduceus legato, id paupertatem viatori eſſe, ne ab ullo violari poſſit.*

86. Quid pecunia? *Anima & ſanguis hominum.* Philemon apud Stobæum. τ' ἀργύριόν ἐςιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.

87. Quid Pecunia? *Rerum mundanarum domina.* Petron.

Quisquis habet nummos, ſecura naviget aura,
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.

88. Quid Avarus? *Gaudium ſui hæredis.* Phædrus lib. 4. fab. 78.

89. Quid Spes? *Vigilantis ſomnium, Senectutis nutrix.* Plato de Republ. lib. 1. Τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον συνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεςι, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, ὡς καὶ Πίνδαρος λέγει. Idem Plato & ex eo Ælianus Varior. lib. 13. cap. 29. Ἔλεγεν ὁ Πλάτων, τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. Stobæus hoc ipſum Pindaro adtribuit.

90. Quid Patientia? *Miſeriarum portus.* Pub. Syrus Mimogr.

91. Quid Innocentia? *Eloquentia.* Statius Cæcilius apud Apuleium Apol. *Verum eſt quod Statium Cæcilium ſcripſiſſe dicunt,* INNOCENTIAM ELOQUENTIAM *eſſe.*

92. Quid Probitas? *Carbunculus.* Pub. Syrus apud Petron. Arbitr.

93. Quid Frugalitas? *Parens bonæ valetudinis.* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 5. Galenus exhort. ad artes. *Virtutum genitrix.* Juſtinus Trog. Hiſt. lib. 20. *Inſerta rumoris boni.* Pub. Syrus Mimogr.

94. Quid Jeiunium? *Pax corpori, caſtitatis murus.* Petrus Chryſolog. Serm. VIII. pag. 26.

95. Quid Fames? *Suaviſſimum cibi condimentum.* Florileg. Ethicop. Cyrus apud Xenophont. Pædag. lib. 8. dicit, Laborem obſonium eſſe ſapidiſſimum. οἱ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς.

96. Quid Ebrietas? *Hilaris inſania.* Seneca Epiſt. 59. Petrus Chryſolog.

ſolog. Serm. 26. Anacharſis dixit tres ferre vitem racemos, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δὲ δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.

97. Quid Inſania? *Flos iracundiæ.* Apollonius Tyaneus, μανίαν ἄνθος τῆς ὀξυθυμίας eſſe dixit. Philoſtrat. in vita Apollonii.

98. Quid Pudicitia? *Flos morum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, præjudicium bonæ mentis.* Tertullian. de Pudicit. cap. 1.

99. Quid Veneris concubitus? *Parva epilepſia.* Ita eam appellat Democritus Abderitanus, teſte Galeno Com. 3. ad 3. de pop. morb. Clemens Alexand. Pædag. lib. 2. cap. 30. Cæl. Aurelian. Chronic. paſſ. lib. 1. cap. 4. *Concubitus ſive Venus ab aliquibus parva epilepſia nuncupata eſt. Siquidem ſimilem facit membrorum motum, diverſo contractu, anhelatione & ſudore atteſtante, & oculorum converſione cum rubore vultus.* Vid. Plin. lib. 28. cap. 6. Gell. Att. noct. lic. 19. cap. 12. Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 8.

100. Quid Proſtibula? *Publicarum libidinum victimæ.* Tertullian. de Spectacul. cap. 17. De cultu fœmin. cap. 12. Hieronym. adverſ. Helvid.

101. Quid Adulterium? *Decentiſſimum ſponſaliorum genus.* Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 9. mores ætatis ſuæ deteſtabundus.

102. Quid Juventus? *Ver populi.* Demadis oratoris dictum eſt, ἔαρ τοῦ δήμου τοὺς ἐφήβους εἶναι. Athenæus dipnoſoph.

103. Quid Formæ elegantia? *Solſtitialis herba.* Galenus in exhortat. ad artes. τὴν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν. Boetius de conſolat. lib. 3. *Formæ nitor ut rapidus eſt, ut velox, & vernalium florum mutabilitate fugacior.* Vet. auctor in Florileg. formam ſepulchrum eſſe dixit, purpuræ fuco illitum.

104. Quid Senectus? *Quotidianum malum.* ἐφήμερον κακόν. Sophocles apud Stobæum Serm. 62. *Inſanabilis morbus.* Seneca Epiſt. 109. *Mortis nuntius.* Florileg. Ethicop.

Caſus, Ægror, ac Senectus tres ſunt mortis nuntii.

105. Quid Senex? *Acherontis offa.* Plaut. Caſin. *Acherontis pabulum.*

106. Quid Somnus? *Medicus laborum, reparator virium, malorum averruncator.* Cicero de Finib. lib. 5. *Somnum nobis, niſi reqvietem corporibus, & medicinam qvandam laboris adferret, contra naturam putaremus datum: aufert enim ſenſus, actionemqve tollit omnem.* Tertullian. de anima

ma cap. 43. *Somnum* vocat *recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinis, pacatorem operum, medicum laborum.* Vid. Philo Judæus.

107. Quid Somnus? *Mortis frater ſive conſanguineus.* Gorgias Leontinus apud Ariſtot. & ex eo Stobæus Sermon. 115. ἤδη μὲ ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τ' ἀδελφῷ. Olympiodorus in Platonis Phædon. τὸν ὕπνον ἀδελφὸν τοῦ θανάτου φασὶν οἱ ποιηταὶ καὶ κασίγνητον, διότι χωρίζει ἡμᾶς καὶ οὕτως ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως, μὴ ἀπὸ φαντασίας, καθάπερ ὁ θάνατος. Virgil. Æneid. VI.

> —— *lethumque laborque,*
> *Et conſanguineus lethi ſopor.*

Tertullian. de anima, ſomnum *mortis ſpeculum* vocat. Vid. Orpheus in hymn. Clemens Alexandrin. & Ælianus.

108. Quid Mors? *Pauſa vitæ, naturæ debitum, bonum expetendum, quod nos liberat ab omni timendo.* Tertullian. de anima cap. 50. & de Teſtimonio animæ cap. 4. ÆTERNALIS SOMNUS. Orpheus hymno in mortem: τὸν μακρὸν ζωοῖσι φέρων αἰώνιον ὕπνον. Vid. Inſcriptiones vett. pag. 752. 817.

109. Quid Sepulchrum? *Aſylum mortis, domus quietis.* Tertull. Apolog. cap. 37. *Ipſis Bacchanalium furiis nec mortuis parcunt Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis jam alios, jam nec totos avellant, diſſecent, diſtrahant.* REQUIETORIUM ſæpe vocatur in Inſcriptionibus monumentor. & παυσίλυπος οἶκος in alia Inſcriptione, quæ Florentinæ extat in atrio Richardi.

Ο. ΠΑΥϹΙΛΥΠΟϹ. *
ΟΙΚΟϹ. ΟΥΤΟϹ. ΕΣΤΙΝ.
ΑϹΦΑΛΩΣ. ΕΣΤΙ. ΔΕ.
ΚΑΙ. ϹΙΓΑΝ. ΑΚΙΝΔΥ
ΝΟΝ. ΓΕΡΑϹ.

ANTO-

* De Pauſilypo Auguſti, dixi ad Dionem Caſſium LIV. p. 537.

ANTONIUS CHAPUIS,*

Delphinas, in Libro Gallice edito Lugd. 1562. Deſcription de la Limagne d'Auvergne, en forme de Dialogue.

Qu' eſt ce que *Dieu?* Eſprit, ſur tout intelligent, & tout en toute part: à la parfaicte, & infinie puiſſance duquel, l'homme imparfait ne peut bailler nom aſſez digne, & convenable.

La nature? Acte continue, & perpetuelle oeuvre de Dieu.

L'ame raiſonnable? Intellect infus, ou voirement eſprit & ſouffle de Dieu.

Les Cieux? Ordres concurrens, du divers, viſte, & pluſtard mouvement, deſquels la machine du monde eſt regie.

Les planettes, & *eſtoilles fixes?* Vertus miniſtres de Dieu, prepoſeés caſuellemêt aux conceptions de tous les hommes qui naiſſent.

Les Elemens? Subſtances contraires par l'accidentale alteration, meslange, & corruption deſquels toutes choſes naiſſent, & meurent apres eſtre creuës, & diminuees.

Le monde en univerſel? Ornement parfait, & apparent teſmongnage de l'image incognue, & de l'infinie puiſſance de ſon createur. Priſon temporelle du corps, comme le corps de l'ame. Enfer des bons, & paradis des mèſchans.

La fortune? Accident incertain, & muable.

L'homme? Le meilleur, & pire de tous animaux. Creature inſatiable, Miniſtre du bien, & du mal: l'un verifié par la hayne, & l'autre de l'amour.

La femme? Object de concupiſcence. Amour, & hayne precipité, & ſans meſure.

La femme chaſte? La non eventée. Celle qui eſtant offenſeé de ſon mary, ne ſe met pourtant à mal faire. Qui peut, & ne veut pas. Qui hayt l'argent, l'huys, & les feneſtres. Qui ne ſe ſoucie des banquets, feſtes, bals, ne accouſtremens. Qui boit plus d'eaue que de vin. Qui n'eſcoute les meſſages ny ne reçoit lettres ny

* Anton. du Verdier Bibl. Françoiſe pag. 53.

preſens des amans. Qui ſe tient plus volontiers en ſa maiſon qu'en celles de ſes parens, ou voiſins. Qui ne veut aller, ne demeurer ſeule. Qui eſtime ſon mary (quel qu'il ſoit) meilleur que tous les autres. Qui file, coud, tiſt: craint & prie ſouvent Dieu, & volontiers.

La femme ſage? La derniere à parler, & la premiere à ſe taire.

Les enfans? Soupçon continuel de joye, ou de douleur. Paſſions inſupportables. Jalouſie louable. Renouvellement du propre ſang, avec incertitude des meſmes meurs.

L'amour? Cognoiſſance de proportion. Conformité de meurs.

L'amour Charnel? Abregement de vie, diminution des forces corporelles, troublement du cerveau, & congregation de maladies.

La haine? Dommage deſiré. Ruine du cœur.

L'amitie? Conſentement à l'honeſte, & refus de l'iniquité. Une meſme volonté de bien. Obligation volontaire.

L'envie? Vilté de courage. Baſſeur d'eſprit. Indigence de la vertu ou du bien, qui abonde en autruy. Nonchalance manifeſte.

La ſuperbie? Amour exceſſif de ſoy meſme. Plaiſir particulier, & ſans aucun profit. Provocation de maluveillance. Vanité & defaut de cervelle.

L'humanitè? La premiere partie qui eſt requiſe en un Prince. Moyen de benevolence.

Le Prince? Deſpenſier des biens de fortune. Defenſeur des bons, & le fleau des mauvais. Premier obſervateur de ſes ordonnances. Miniſtre de miſericorde, & de juſtice. Exemple de vie aux moindres que luy. La regle & miroir du peuple.

La plus grande disgrace d'un Prince? N'eſtre tel, ains avare & cruel, non amateur des vertueux. N'avoir qui lui die la verité, ny la vouloir ouyr. Ne tenir une partie de ſes ſujets armez à cheval & à pied, par mer & par terre, s'eſtimant bien fort des forces mercenaires eſtrangeres. Se moquer du conſeil du ſage pauvre, fautes toutes deux du Roy Crœſus. Laiſſer les affaires publics, pour ſes privez plaiſirs, vice de Sardanapale, & de Tibere. Croire bien & mal d'un chacun par la bouche d'autruy, comme Ptolomeé d'Apelle, & Juſtin Empereur de Narſes, dont l'un ruina une partie de l'Empire, & l'autre peignit la calomnie. Ne deſrober à ſes plaiſirs,

plaiſirs, & au jour deux fois trois heures pour voir & s'enquerir ſoy meſme de ſon faict, & de celuy des autres. Se faire plus craindre qu'aymer, provenant icelluy de trop de ſuperbie & avarice, & ceſtuy de liberalité & clemence. Perdre une fois le credit & la foy. Dedaigner de lire toutes choſes, & d'eſcuter un chacun. Ottroyer benefices, offices, dignitez, & magiſtrats par faveur, ou argent. Ouyr plus volontiers deviſer les badins, que les gens ſages.

Le peuple? Confuſion appareilleé à bien, & à mal. Furie irrevocable.

L'ignorance? Priſer, & honnorer les perſonnes par le jugement d'autruy, quant on peut voir leurs œuvers. Juger, ou blaſmer ce qu'on ne ſait faire. De pauvre devenir riche, & ſe faire ſuperbe. Ne ſçavoir qu'une ſeule choſe. N'avoir onques veu qu'un païs. Meſurer les autres à ſon meſme compas.

La conſtance? N'executer point le peché en ayant occaſion. Ne ſe desborder en l'abondance. N'avoir desplaiſir en pouvreté indigne, de la richeſſe non meriteé d'un autre.

Les richeſſes? Occaſion de continuer en peche. Aiguillon de damnement. Nourriture d'arrogance, & de ſuperbie, abregement de vie. Moyen à ſe faire aymer, & haïr.

La pauvreté? Torment du corps, & ſalut de l'ame. Mere de l'induſtrie.

Le cœur genereux? Oublier les injures. Bien faire à qui t'à fait mal. Se contenter de peu en honneur, pluſtoſt que d'avoir beaucoup avec vitupere, & reproche. Donner plus que recepuoir. Donner peu, & viſte, pluſtoſt que beaucoup, & tard.

Le cœur vil, & abject? Tous diſſimulateurs, avoir beaucoup, & uſer de bien peu. Craindre d'avoir, faute de ce qui abonde.

Le cœur malin? Nuire à autruy pour profiter à ſoy-meſme. Conſeiller au Prince ſon d'eſ-honneur. Ne faire l'honneur à l'homme qui lui appartient. Blaſmer la perſonne ou la choſe, qui merite louange.

La folie? Penſer que l'homme ne change de nature. Deſchargement des penſemens graves, & honnorables. Meſpriſement du conſeil d'autruy. Penſer de ſçavoir lui ſeul plus que beaucoup. Se douloir d'une fortune, ou il n'y a plus de remede. Se promettre la

 perpe-

perpetuité de la bonne ou mauvaiſe fortune, S'eſtimer noble par les merites d'autruy. Parler beaucoup ſans ſçavoir. Faire le vaillant ſans armes. Eſtre ſuperbe ſans vertu. S'eſtimer riche du credit d'autruy. S'aſſeurer tant en l'ambition, & en la faveur, que de croyre que l'un ne doyue jamais faillir, ne l'autre faire mauvaiſe fin. S'oublier en proſperité de ſa condition premiere. Croyre que les cerveaux naiſſent avec la race, & que la nobleſſe ſe conquiere par argent. Eſtimer autruy fol, & ſoy ſage. Ne congnoiſtre, ny ne penſer au danger à advenir, & ſe moquer du conſeil de celuy qui le cognoiſt. Ruiner ſa perſonne pour donner plaiſir à autruy. Eſpargner par troup ſes richeſſes, ne penſant qu'un autre en peut faire grand chere apres luy, ſans lui en ſçavoir gré. S'imaginer que le conſeil d'un pouvre vertueux ne ſoit point meilleur, que celuy d'un riche ignorant. Deſpendre le temps au jeu, ſçachant faire d'autres choſes. Pouvant eviter le danger, & trebucher dedans. Se monſtrer affectioné d'une choſe, ou il n'a part, ne portion.

La ſageſſe? Ne ſe fier du jugement & volonté de l'homme. Penſer à la fin des choſes avant que les commencer. Souvenance continuelle de la mort. Eſtimer toute choſe humaine imparfaicte. Eſcouter tout le monde, & croire à peu de gens. Ne tumber point deux fois en un erreur. Parler peu & penſer beaucoup. Ne fier ſon bien ne ſa perſonne à qui ne craint ny n'eſt ſubiet aux loix. Ne manier l'argent des grands Seigneurs, ny ne ſçavoir leurs ſecrets.

La Nobeſſe? Election de vertu, abhorriſſement de vice. Acqueſt licite d'honneur ou biens, avec ſa propre induſtrie. Ornement qu'autre ne peult donner ne tollir.

La felicité? Contentement de l'eſprit. N'avoir neceſſité & ne deſirer rien plus. Se rire de toute choſe qui ſe preſente. Rergarder touſiours qui eſt pis, & non ceux qui ſont mieux. Habiter en lieu, ou le Prince ſoit juſte, docte, liberal, & pitoyable.

La vie? Miſere temporelle. Pelerinage terminé diverſement. Acte compoſé de mal & de bien, de douleur & de ioye.

La mort? Repos du corps & liberté de l'ame. Fin de toutes peines. Conſolation des affligez, & deſespoir de ceux qui ſont à leur aiſe.

De

De hujusmodi finitionibus Cicero Topic. c. VIII. *Sæpe definiunt & oratores & poëtæ per translationem verbi ex ſimilitudine cum quadam ſuavitate: ut Aquilius ſolebat* littus *ita definire* quod fluctus eluderet; *vel quaſi qui* adoleſcentiam, florem ætatis, ſenectutem occaſum vitæ *velit definire.*

XIX. Ut ad Græcorum ſcriptorum collectiones revertar, multas inprimis & præclaras debemus curis & officinæ laudatiſſimi Viri, *Aldi Manutii* (*) Romani, qui Pauli Pater, & Aldi junioris avus fuit, atque ſub inſtauratarum litterarum primordia quam plurimis egregiis voluminibus Græcis nitide, & quatenus in Codices bonos incidit, emendate excuſis quamplurimum contulit ad ſtudiorum meliorum commendationem amplificationemque. Pleraque me illius jam in hoc opere paſſim commemorare ſuis locis memini, quorum hoc loco dare indicem, & nonnulla illi adjungere operæpretium exiſtimavi.

Lexicographi *Heſychius* Venet. 1513. fol. de quo lib. IV. hujus Bibl. c. 35.

Julius Pollux Venet. 1502. fol. de hoc lib. IV. c. 33.

Harpocration Venet. 1503. fol. cum Ulpiano in Demoſth. & 1527. fol. & ecloga ex illo excerptaa de vocabulis Iſocrateis. 1513. 1534. fol. de hoc lib. IV. c. 36.

Suidas Venet. 1514. fol. de quo lib. V. c. 40.

Grammaticorum Græcorum collectiones *quatuor*, duæ Venet. 1495. (**) 1496. fol. tertia ad calcem Lexici Græcolat. Venet. 1497. 1523. fol. quarta Venet. 1525. 8. de quibus libro V. capite 7. His *quintam* jam licet adjungere excuſam Ven. 1517. 8. in qua occurrunt Græce: Erotemata *Chryſoloræ:* De anomalis verbis: de formatione temporum ex libro *Demetrii Chalcondylæ.* Liber quartus *Theodori Gazæ* de conſtructione. De encliticis. Sententiæ Græcæ monoſtichæ ex variis Poëtis. Cato Maximi Planudæ. Erotemata Guarini. Eadem ſcripta Græce prodierant junctim Florentiæ 1516. 8. apud Philippum Juntam. Exſtat & *ſextum* Volumen editum ab Aldo in 4. ubi Erotematis *Conſtantini Laſcaris* Græce & Latine editis ſubjiciuntur tabula Cebetis, carmina Pythagoræ & Phocylidis &c.

(*) Defunctus eſt A. 1515. propemodum ſeptuagenarius. Confer Mich. Maittaire Annales Typograph. T. I. p. 229. ſq. qui plures etiam Aldi præfationes & Epiſtolas exhibet.

(**) Id. T. I. p. 245. ſeq.

Collectio duplex RHETORUM Græcorum, Venet. 1508. 1509. fol. de qua lib. IV. c. 31.

EPISTOLARUM Græcarum mille & ſeptuaginta trium Variis auctoribus Rom. 1499. 4. de qua lib. II. c. 10.

ORATORES, *Demoſthenes* Venet. 1504. fol. *Ulpiani* in Orationes XVIII. commentarii ibid. cum Harpocratione.

Iſocrates cum *Alcidamantis* Orat. in Sophiſtas, *Gorgiæ* encomio Helenæ & *Ariſtidis* Panathenaico, atque encomio Romæ, & Harpocrationis ac Suidæ ἑρμηνεία τῶν παρ' Ἰσοκράτει λέξεων. Venet. 1513. fol.

Æſchinis, *Lyſiæ*, *Alcidamantis*, *Antiſthenis*, *Demadis*, *Andocidis*. *Iſæi*, *Dinarchi*, *Antiphontis*, *Lycurgi*, *Gorgiæ*, *Lesbonactis* & *Herodis* Orationes, cum Æſchinis & Lyſiæ vita, & Apollonii in Æſchinem ἐξηγήσει, & Orationum argumentis Venet. 1513. fol.

De Rhetoribus his dictum lib. 2. c. 26. & lib. 4. c. 30. ſeq.

POETÆ *Homerus* cum ſcholiis Græcis Didymi, & Porphyrii quæſtionibus libelloque de antro Nympharum. Venet. 1521. 8. de quo lib. II. cap. 3.

Orpheus 1517. 8. de quo lib. I. c. 18. ſicut de *Proclo* ejusque hymnis quos Aldus Orpheo adjunxit, lib. V. cap. 26.

Heſiodus Venet. 1494. fol. de quo lib. II. c. 8. ſunt autem illi plura adjecta quæ ex Aldi ad Guarinum Epiſtola cognoſcere juvat, e qua & alia diſcere & Aldum pro ſe verba facientem percipere licebit.

Aldus Manucius Romanus Baptiſtæ Guarino præceptori ſuo S. P. D.

En tibi Magiſter doctiſſime Theogonia *Heſiodi*: quam petis a nobis interpretaturus publice diſcipulis tuis. Addidimus ejusdem poetæ Scutum: ac Georgicorum libros, nec non *Theocriti* Idyllia ſeu opuſcula triginta. Item moralia verſu elego *Theognidis* poetæ antiquiſſimi: cujus & Plato in legibus: & Iſocrates meminit in orationibus. Nec deeſt *Phocylides*: quem antiquis ethographis annumerat Iſocrates ad Demonicum. Operæ pretium etiam viſum eſt addere interpretationem *Maximi Planudii* ejus libelli qui incipit: *Cum ego animadverterem*, quem fama eſt fuiſſe *Catonis* cujusdam. Sed quicunque fuit: doctus fuit: & lectu dignus.

gnus. Cujus ſententiæ cum eſſet Planudius, græcis quoque legendum tradidit verſu hexametro & docte quidem & eleganter. Hanc interpretationem in membrana abhinc trecentis annis & plus eo (†) ſcriptam literis prope exeſis ut vix dignoſci poſſent: vidiſſe ſe retulit mihi Franciſcus Roſcius juvenis plenus fide: & græce & latine apprime doctus. Nec mirum, eſt enim, & ipſe ex tua fœlici Verona oriundus: quæ mater & alumna eſt & ſemper fuit doctiſſimorum hominum. Inſeruimus & alia quædam (*) profutura ſtudioſis: quæ in fronte libri impreſſa licet videre. Si qua tamen leges incaſtigata, magiſter doctiſſime, tam hic quam in cæteris libris: quos ego ad communem ſtudioſorum omnium utilitatem curo imprimendos (nam eſſe aliqua non eo inficias) non mihi imputes: ſed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros, nam in quibusdam Oedipo conjectore opus eſſet, ita enim mutilati quidam ſunt & inverſi: ut ne ille quidem qui compoſuit, ſi reviviſceret, emendare poſſet. Sed curaturum ſummo ſtudio ut vel ipſo exemplari imprimantur correctiores. Sic in Apollonio grammatico fecimus: Sic in hoc libro in iis quas addidimus eclogis: rati ſatius eſſe aliquid habere quam nihil. Quod incorrectum eſt, ſi lateat, raro vel potius nunquam emendatur. Si vero prodit in publicum: erunt multi qui caſtigent: ſaltem longa die. Sic in Fabio Quintilano: ſic in C. Plinio nepote: ſic in nonnullis aliis factum videmus: qui quotidie emendantur: quotidie priſtinæ elegantiæ & candori propius accedunt. Sed periniqui ſunt & ingrati ſiqui ſunt qui me accuſent. His ego nihil imprecarer: niſi ut quemadmodum ego: ita & ipſi curarent aliquando imprimendos græcos libros. Sentirent certe longe aliter. Sed hæc ſatis. Hunc vero librum tibi dicamus Præceptor Excel. tum mea in Veronenſes benivolentia (debeo enim plurimum Veronenſibus. Nam a Gaſpare Veronenſi peregregio grammatico didici Romæ latinas litteras, a te vero Ferrariæ & latinas & græcas,) tum quia totus fere hic liber eſt de moribus. Quid enim convenientius quam de moribus ſcribere ad eum qui ſit moribus omnium ornatiſſimus? Es tu quidem ætate noſtra alter Socrates. Nec vereor me tibi aſſentari putes. Scis enim eſſe

(†) Atqui vixit adhuc Planudes A. C. 1353.

(*) Ut Gnomas VII. ſapientum, de invidia ſententias variorum, ſententias monoſtichas digeſtas ſub titulis ordine alphabetico, quorum primus εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας. Aurea Pythagoræ carmina: Sibyllæ Erythrææ acroſtichidem de CHriſto, ex Euſebio. Et notam eruditam de vocibus animalium quomodo illæ apud Græcos exprimuntur, de quibus conſuli poſſunt ſcriptores citati à me in Bibl. Latina lib. 1. cap. 15. pag. 275. & in ſupplemento p. 380.

eſſe hæc quam veriſſima. Sed tu mihi parcas velim: quando de te ad te hæc ſcripſimus, idque fecimus, ut qualem ipſi te eſſe ſcimus, omnes ſciant. Vale mei memor.

Pindarus Venet. 1513. 8. de quo lib. 2. c. 15.
Æſchylus Venet. 1518. 8. de quo lib. 2. cap. 16.
Sophocles ibid. 1502. 8. de quo lib. 2. c. 17.
Euripides Venet. 1503. 8. de quo lib. 2. c. 18.
Ariſtophanes cum ſcholiis Græcis Venet. 1498. fol. de quo lib. II. c. 21.
Aratus cum ſcholiis Græcis, Procli Sphæra & Latinis ſcriptoribus Manilio, Firmico Materno & Arati metaphraſtis Germanico Cicerone & Avieno. Venet. 1599. fol. vide lib. 3. cap. 18. & laudati Maittaire T. I. pag. 253.
Lycophron Vet. 1513. 8. de quo lib. III. c. 16.
Nicander cum ſcholiis Græcis, additus Dioſcoridi Venet. 1499. fol. & cum *Anonymo* Poëta de plantis Deo alicui ſacris ibid. 1523. 4. Vide lib. 3. cap. 2.
Dionyſii periegeſis Venet. 1513. 8. de illa lib. IV. c. 2. & Mich. Maittaire T. 1. Annal. typograph. p. 234.
Callimachus 1513. 8. de quo lib. III. c. 19.
Apollonii Rhodii Argonautica cum ſcholiis Græcis Venet. 1521. 8. de hoc lib. III. c. 21.
Oppiani Cynegetica 1517. 8. De illo lib. IV. c. 20.
Q. Calabri, *Tryphiodori* & *Coluthi* poëmata. Venet. 8. ſine anni nota. De his lib. II. cap. 7.
Anthologia Epigrammatum Græcorum Venet. 1503. 8. De illa lib. III. cap. 28.
Muſæi de Herone & Leandro, Græce & Latine, Venet. circa A. 1495. 4. Vide lib. I. hujus Bibl. c. 16.
Historici *Herodotus* Venet. 1502. fol. de quo lib. II. c. 20.
Thucydides Venet. 1502. fol. de hoc lib. II. c. 25.
Xenophon. Venet. 1524. fol. de hoc lib. III. c. 4.
Herodianus cum ſcholiaſte Thucydidis, Xenophontisque & *Gemiſti Plethonis* ἑλληνικοῖς. Venet. 1503. fol. De Herodiano lib. V. c. 7. de Gemiſto Volum. X. p. 739. ſeq.
Strabo Venet. 1516. fol. de quo lib. IV. c. 1.

Stepha-

Stephanus de Urbibus Venet. 1502. fol. de quo lib. IV. c. 2.

Pauſanias Venet. 1516. fol. de hoc lib. IV. c. 15.

PHILOSOPHI *Plato* Venet. 1513. fol. de quo lib. III. cap. 1. §. 7.

Ariſtotelis & *Theophraſti* Opera cum *Alexandri Aphrod.* problematibus, *Philone* de Mundo & Hiſt. Philoſophica *Galeno* adſcripta. Venet. 1498. fol. de quibus lib. III. c. 6. §. 37. & Maittaire T. 1. p. 238. ſq.

Commentatores Græci in Ariſtotelem, *Ammonius*, *Alex. Aphrodiſeus*, *Themiſtius*, *Joannes Philoponus*, *Simplicius*, *Euſtratius*, *Aſpaſius*, *Mich. Epheſius*, *Magentinus* &c. de quibus lib. IV. c. 25. 26. lib. V. c. 18. 29. 37. &c.

Plutarchi Opera Moralia. Venet. 1509. fol. & vitæ parallelæ 1519. fol. De hoc lib. IV. cap. 11.

MEDICI, *Hippocrates* Venet. 1526. fol. de quo lib. II. c. 24.

Galenus, quinque Volum. Venet. 1525. fol. de hoc lib. IV. c. 17.

Dioſcorides Venet. 1499. fol. cum Nicandro, & cum Poëta Græco anonymo de herbis Deo alicui ſacris 1518. 4. de hoc lib. IV. cap. 3. De ponderibus & menſuris, in 5.

Aëtii libri octo primores Græce. Venet. 1534. fol. de hoc lib. V. c. 23.

Paulus Ægineta Venet. 1528. fol. de quo lib. VI. c. 7.

PHILOLOGI *Philoſtratus* de vita Apollonii Tyanei, cum Euſebii libro contra Hieroclem. De hoc lib. IV. c. 24.

Athenæi dipnoſophiſtica ſive ſympoſiaca. Venet. 1514. fol. de hoc lib. IV. c. 20.

Lucianus Venet. 1522. fol. cum Philoſtrati utriusque imaginibus, deſcriptionibus Calliſtrati, & Philoſtrati vitis Sophiſtarum. De hoc lib. IV. c. 16.

Artemidorus cum *Syneſio* de ſomniorum interpretatione. Venet 1518. 8. de Artemidoro lib. IV. c. 13. de Syneſio lib. V. c. 22.

A. 1505. Venetiis, in fol. Aldus edidit volumen, in quo continentur:

Vita, & Fabellæ *Æſopi* cum interpretatione latina, ita tamen ut ſeparari a græco poſſit pro uniuscujusque arbitrio, *quibus* inquit Aldus *traducendis multum certe elaboravimus, nam quæ ante tralata habebantur*, (*) *inſida admodum erant, quod facillimum erit conferenti cognoſcere.*

Hhhh *Gabriæ*

(*) Priorem fabularum Æſopi editionem dederat Aldus ante A. 1496. 4. Vide Mich. Maittaire T. I. p. 237.

Gabriæ fabellæ tres & quadraginta ex trimetris jambis, præter ultimam ex Scazonte, cum latina interpretatione. *Quas idcirco*, inquit, *bis curavimus informandas, quia priores, ubi latinum a græco ſejungi poteſt, admodum quam incorrecte excuſæ fuerant exempli culpa: quare nacti emendatum exemplum, operæ pretium viſum eſt iterum excudendas curare, ut ex ſecundis prima queant corrigi.* De Gabria quemadmodum de Æſopo quoque dixi lib. 2. c. 9.

Phurnutus ſeu, ut alii, Curnutus de natura deorum. pag. 59. De hoc lib. III. cap. 15. p. 399.

Palæphatus de non credendis hiſtoriis. pag. 82. De hoc lib. I. cap. 21.

Heraclides Ponticus de Allegoriis apud Homerum. pag. 96. De his lib I. cap. 22. §. 2. ubi Heraclito Grammatico vindicantur.

Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica. pag. 121. De hoc lib. I. cap. 13.

Collectio proverbiorum *Tarrhæi*, & *Didymi*, item eorum, quæ apud Suidam, aliosque habentur: per ordinem litterarum. poſt pag. 142. De his lib. 4. cap. 9.

Ex *Aphthonii* exercitamentis de fabula. Tum de formicis, & cicadis græce, & latine.

De Fabula ex imaginibus *Philoſtrati* græce, & latine.

Ex *Hermogenis* exercitamentis de fabula, Priſciano interprete.

Apologus Æſopi de Caſſita apud Gellium. lib. 2. cap. 29.

Sacra. Biblia Græca LXX. Interpretum cum Novo Teſtamento. Venet. 1518. fol. Vide lib. III. c. 12. & Mich. Maittaire T. 2. Annal. typograph. p. 311.

Pſalterium Græcum (a) Venet. ſine anni nota in 4. circa A. C. 1495. Titulis primisque litteris paſſim minio notatis: una cum Græca Juſtini Decadyi præfatione. ἐν Ἐνετίαις, ἐν οἰκείᾳ Ἄλδυ τῦ Μανέτίυ. Ad Pſalmos notantur καθίσματα, in Græca Eccleſia, quando illi decantantur uſu recepta, deinde ſubjiciuntur Cantica ſacræ Scripturæ alia, Moſis duplex (b) ex Exod. XV. & Deut. XXXII. Annæ,

(a) Prima editio Pſalterii Græco latina Mediolanenſis 1481. 4. cum Latina recognitione Joannis Creſtoni, Placentini. Vide celeberr. viros Bernhardum Montfauconum in Diario Italico p. 410. & Mich. Maittaire annales Typographicos T. I. p. 160. quem de Aldina editione adi pag. 238. Alia editio Pſalterii Græca quam Venetiis excuſam eſſe A. 1486. 4. per Alexandrum Candacem, Cretenſem, filium Georgii Candacis presbyteri, notat laudatus Maittaire p. 182. 196.

(b) Priori præmiſſus verſus: ᾄσδην βυθίσας Φαραὼ Μωσῆς λέγει. poſteriori, νόμυς γραφέντος αὖθις ᾠδὴ Μωσέως.

Annæ, (c) matris Samuelis ex 1 Sam. II. Habacuci (d) Prophetæ Habac. III. Eſaiæ, (e) XXVI. 9. ſeq. Jonæ (f) c. II. (g) tria trium puerorum, (h) ex Dan. III. Mariæ (i) denique & Zachariæ, patris Joannis ex Luc. I. Extremam paginam hanc claudunt verſus:

Δαβὶδ μελῳδὲ μυστικῆς ἀποκρύφου
Σὺ μὲν δι' αὐτῶν καὶ θανὼν ζῇς τῶν λόγων.
Ἡμῖν δὲ τὴν σὴν ἐμμελῆ δίδως λύραν.
Ἧς ἐστιν εὑρεῖν ἐμμελῆ τὰ πρακτέα.
Καὶ γὰρ δι' αὐτῆς μυστικῶς κινουμένης
Διώκεται μὲν ἐμπαθὴς πᾶσα φθίσις.
Ἐλαύνεται δὲ δυσχερὴς ἅπας πόνος.
Συστέλλεται δὲ συμφορῶν ἀπληστία.
Κοιμίζεται δὲ γνωστικῆς ἅλμης κλύδων.
Στηρίζεται δὲ τῶν παθῶν ἡ στερρότης.
Καὶ τέρπεται μὲν τῆς ψυχῆς ἡ σεμνότης.
Ἐλέγχεται δὲ τοῦ σατᾶν ἡ φαυλότης.
Ἐκ τῆς νοητῆς τῶν μελῶν εὐρυθμίας.
Ὦ τίς τοσαύτην εὗρεν ἀνθρώπων χάριν.
Εἰ μὴ σὺ τὴν πρέπουσαν ἀνθρώποις χάριν.

Gregorii Naz. Orationes IX. Venet. 1536. 8. Gregorii Nyſſeni (k) quædam.

(c) Θεὸς γεραίρει στεῖρα τίκτουσα ξένως.
(d) τὴν τοῦ Λόγου κένωσιν Ἀββακοὺμ φράσον.
(e) Ἡσαΐου πρόρρησις, εὐχὴ τὸ πλέον.
(f) ἐκ θηρὸς ἐκραύγασεν Ἰωνᾶς λέγων.
(g) Hoc loco inter Cantica S. Scripturæ ſequitur hymnus Ezechiæ, Regis Juda ex Eſaiæ XXXVIII. confer Balthaſ. Corderii Catenam SS. Patrum Græcorum in Pſalmos T. 3. pag. 933.
(h) αἶνος φλόγα σβέννυσι τῶν τριῶν παίδων. ἡ τῶν τριῶν ὕμνησις ἣν ᾖδον νέοι.
(i) Αἴνεσις ἁγνῆς μητροπαρθένου κόρης.
(k) Geſneri pandectæ p. 107. b.

Aliæ Nazianzeni Orationes XVI. prodierant ex Aldi Officina 1516. 8.

Gregorii Naz. varia Poëmata Græc. Lat. inſerto Evangelio S. Joannis. Venet. 1504. 4. Vide lib. V. hujus Bibl. cap. 13.

Nonni paraphraſis Evangelii Joannis. Venet. 1501. 4. de hoc lib. V. c. 16.

Homerocentra, ſive Hiſtoria ſacra & Evangelica verſibus deſcripta Homericis, ex Petri Candidi Monachi recenſione, cum verſione Latina & hoc præmiſſo Scipionis Carteromachi hexaſticho:

Εἰ τὸ δοκεῖν, μύθοισιν ἐπέτρεπεν αὐτὸν Ὅμηρος,
Ἀλλ' ἱεροῖς πάντως, ἤθελε ταῦτα πρέπειν.
Θαῦμα γὰρ, εἴτ' ἄλλως γε λελεγμένα, πολλὸν ἀπ' αὐτῶν,
Τοῖς θείοις ἔργοις ἥρμοσ' ἀρειοτέρως.
Ἀλλὰ δι' ὁμηρείων μάλα γ' ἄξιος οὗτος ἐπαίνων,
Ὅς τις ἀρεὶς τά δὲ μιν, θεῖα μεθηρμόσατον.

Quamvis ut videtur fabulis tradidit ſe ipſum Homerus,
Attamen ſacris omnino voluit hæc convenire.
Mirum enim ſi dicta aliter, longe ab ipſis ſejuncta
Divinis operibus accommodavit melius.
Verum Homericis valde dignus hic laudibus,
Qui in hæc ipſum Divina traduxit.

De Homerocentris hiſce dictum a me lib. 2. hujus Bibl. cap. 7. Aldus autem in hoc volumine quod Venetiis 1502. 4. eſt in lucem emiſſum, ut Epiſtola ad Danielem Clarium Parmenſem præmiſſa teſtatur, Chriſtianos ſimul Poëtas veteres Latinos exhibet Sedulium, Juvencum, Aratorem, Probæ Falconiæ centones Virgilianos, Lactantii, Cypriani, & Damaſi pauca quædam, deinde Vitam Nicolai Myrenſis Epiſcopi, ex verſione Latina Leonardi Juſtiniani: ſermonem *εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεράγνου θεοτόκου* qui incipit: *ἄγγελος πρωτοστάτης οὐρανόθεν ἐπέμφθη*, Græce & Latine, & Sulpicii Severi Dialogos & de vita Martini Turonenſis.

Officium in honorem beatæ Virginis, cum Pſalmis pœnitentialibus, è Latino in Græcum, forma minore.

Volumen

Volumen in quo hymni *Jo. Damaſceni*, *Coſmæ* Hieroſol. *Marci* Idruntini Epiſcopi & *Theophanis*, cum precibus *Georgii Scholarii* & precatione quotidiana. Venet. 1501. 4. de hoc volumine dixi lib. V. c. 42. T. X. p. 332. ſeq.

Voluit etiam Aldus ſacra Biblia (*) Græce, Latine & Hebraice junctim excudere, ſed illa nunquam lucem viderunt.

Præludium quoddam maximis ſuis laboribus atque impendiis, pulcherrimoque apparatui ad imprimenda Græca Volumina Ao. 1494. 4. juſſit eſſe *Conſtantini Laſcaris* inſtitutiones ſive rudimena Grammaticæ Græcæ, cum verſione Latina Joannis Monachi Placentini edita pridem Græce Mediolani A. 1480. 4. Ita vero Aldus in Præf.

Accipite interea Studioſi litterarum bonarum, *Conſtantini Laſcareos*,, Rudimenta Grammatices: longe correctiora iis quæ impreſſa viſuntur.,, Nam ea *Conſtantinus* ipſe in locis circiter centum & quinquaginta emen-,, davit: quod facile cognoſcet: ſi quis cum hiſce illa conferet. Nam,, deleta quædam videbit: multa correcta: plurima addita. Ita vero e-,, mendatum manu ipſius *Conſtantini* Librum nobis dedere commodo *Pe-*,, *trus Bembus*: & *Angelus Gabriel* Patritii *Veneti* adeo nobiles: præſtanti-,, que ingenio Juvenes: qui nuper in Inſula *Sicilia* Græcas Litteras ab eo,, ipſo *Laſcari* didicerunt; & nunc *Patavii* incumbunt una liberalibus di-,, ſciplinis. Interpretationem vero latinam e regione addidimus arbitra-,, tu noſtro: rati commodius: utiliusque futurum Græce diſcere incipi-,, entibus. Parcant velim qui hæc ſine interpretatione Latina deſiderant:,, nam rudibus: & ignaris penitus litterarum Græcarum *Laſcaris* Inſtitu-,, tiones imprimendas curavimus: mox eruditis & doctis optimi quique,, Græcorum Libri, favente *CHriſto JEſu* imprimentur. Valete.,,

Secutum inde Ao. 1595. 4. *Alphabetum Græcum* de poteſtate litterarum omnium & diphthongorum, abbreviationes perpulchræ, Oratio Dominica, duæ Salutationes, Symbolum, Initium Evangelii Johannis, Carmina Pythagoræ & Phocylidis. Recudit hunc libellum Aldus ipſe A. 1512. Prodiit etiam Argentorati apud Matthiam Schurerium A. 1515. & Florentiæ apud Philippum Juntam A. 1519.

(*) Maittaire T. I. p. 238. 239. 255. & T. 2. p. 47. qui de Aldo ejusque in litteras meritis porro videndus ejusdem Tomi 2. Annal. typograph. p. 37--54. Idem p. 43. notat *Pii* cognomen eum traxiſſe ab Alberto Pio Carporum Principe, qui A. 1504. eum in ſuam familiam cooptare, collatis etiam opimis facultatibus fuit dignatus.

De *theſauro, Cornu Copiæ & hortis Adonidis*, Volumine rarius obvio, referto Grammaticis Græcis quos recenſuere Varinus Camers, Carolus Antenoreus, Florentinus, horumque Magiſter Angelus Politianus & de quo dicere me memini Volum. VII. p. 13. ſeq. in præſenti addo quod præter primam editionem Aldi majoribus typis A. 1496. fol. expreſſam exſtat etiam altera, (*) minore typorum charactere A. 1504. fol. chartarum 140. cum prior 270. occupet. Titulus non ſine cauſa perſtringitur in Lexico Græco-Latino cura Hieron. Aleandri vulgato Pariſ. 1512. fol. Ἄδωνις, ιδος. *Adonis* καὶ Ἄδων *puer amaſius Veneris primo ætatis flore præreptus & in florem verſus, unde horti Adonidis infames, vel teſtimonio Platonis in Phædro, quo tamen titulo velut accommodato parum accurate nonnulli ſuos libros inſcripſerunt, cum illud vulgo notum ſit*, ἀκαρπότερος τῶν Ἀδώνιδος κήπων, id eſt, *Adonidis hortis infructuoſior.* Vide Eraſmum in adagio Adonidis horti, eique adde hæc Arriani IV. Epictetearum capite 8. ἂν δὲ περὶ τοῦ γόνυ φύσαι τὸν στάχυν ἐξενεγκῇ, ἀτελὲς ἐστιν ἐκ κήπου Ἀδωνιακοῦ.]

XX. Aldi induſtriæ & ſummis in Græcas litteras meritis neminem rectius junxero quam *Robertum Stephanum* cum filio *Henrico:* hi enim ita æmulati illum egregie ſunt, ut nec cedant aſſiduitate, indefeſſoque litteras juvandi ſtudio, nec copia aut præſtantia ſcriptorum, nec nitore editionum aut cultu, (Robertus præſertim) eruditione autem atque emendandi, proprioque elaboratos Marte theſauros conferendi ſtudio etiam vincant. De viris ipſis eorumque ſtudiis diligenter diſſeruere duumviri doctiſſimi, Theodorus Janſſonius ab Almeloveen in Diſſertat. Epiſtolica ad elegantiſſimum Græcium de vitis Stephanorum, Amſt. 1683. 8. atque in pulchra illa & longe uberiore Stephanorum hiſtoria, jam ſæpius laudatus mihi V. C. Michael Maittaire, Lond. 1709. 4. Ambo catalogum etiam, & longe hic pleniorem quidem librorum qui ex Officina Stephanorum in lucem editi ſunt exhibent, ex quibus Græcos excerpere hoc loco, & ſub unum conſpectum dare lectori, licet pleroſque in hac Bibliotheca ſuo jam loco memoraverim, non alienum ab inſtituto meo fuerit. Antequam autem hoc faciam, placet in tabella, Stephanorum ſtirpem cum annis quibus libri per ſingulos in lucem editi feruntur, exhibere.

Hen-

(*) Giornale de' letterati d'Italia T. 19. p. 102. ſeq. T. 26. p. 337.

Henricus Stephanus

Avus, cujus libri excuſi referuntur ab A. 1503. ad 1520.

- Franciſcus Stephanus ab A. 1537. ad 1571.
- ROBERTUS Stephanus ab A. 1527. ad 1560. ab hoc relicta vidua Dionyſia Barbe, nubſit *Mamerto Patiſſonio* cujus libri excuſi ab A. 1568. ad 1600. & a vidua ad 1604.
    - HENRICUS Stephanus II. ab A. 1554. ad 1597.
        - Dionyſia.
        - Paulus Stephanus ab A. 1599. ad 1626.
            - Thomas Stephanus A.1606.
            - Antonius Stephanus ab A.1605. ad 1664.
                - Henricus Stephanus III. ab A.1639. ad 1657
        - Florentia quæ nubſit Iſaaco Caſaubono.*) Vid. Maittairii Hiſt. Stephanor. p. 385. & Almeloveen. in Vita Caſauboni. p. 6. ſeq.
    - Robertus Stephanus II. ab A. 1556. ad 1588.
        - Robertus Stephanus III. ab A. 1598. ad 1640.
    - Franciſcus Stephanus II. ab A. 1562. ad 1582.
- Carolus Stephanus ab A. 1544. ad 1561.

Græci ſcriptores ex Stephanorum Officinis editi.

R. S. Robertum, H. S. Henricum, C. S. Carolum, P. S. Paulum, F. S. Franciſcum & A. S. Antonium Stephanum denotat. Quis autem ex cognominibus intelligatur, docet editionis tempus.

*) A. 1586. 28. April.

LIBRI

LIBRI SACRI. Novum Teſtamentum Græce cum Variis Lectionibus Codicum XVI. Paris 1550. fol. R. S. Vide quæ lib. IV. hujus Bibl. c. 5. §. 17.

Novum Teſtatum Græce Pariſ. 1546. 1549. 1569. 12. R.S.

Novum Teſtamentum ex Bibliotheca Regia Græce 1553. 8. C. S.

Novum Teſtamentum Græce cum Henrici Stephani Diſſ. de ſtylo N. T. 1576. 1587. 12. H. S.

Novum Teſt. ex officina P. S. 1604. 1617. 12.

Biblia Græce & Latine cum Flaminii Nobilii ſcholiis ad LXX. Interpretes & Jo. Morini præfatione. Pariſ. 1625. fol. 2. Volum. A. S.

Novum Teſtam. Græce & Latine 1565. 1567. 8. H. S. cum verſione veteri & nova Bezæ. 1551. 8. R. S. & 1580. H. S. & in fol. 1565. 1582. 1589. H. S.

Novum Teſt. Græce & Syriace Hebraicis litteris, cum utriusque Latina verſione 1569. fol. H. S.

Pſalterium Græce. 1543. 12. F. S.

Concordantiæ Græcæ pleniores Novi Teſtam. 1594. fol. H. S. & 1600. fol. P. S.

Hebræa, Chaldæa, Græca & Latina nomina propria in ſacris Bibliis. 1537. 8. R. S.

Vetus editio Eccleſiaſtæ, *Olympiodorus* in Eccleſiaſtem, *Ariſteas* de LXX Interpretibus. Latine 1512. 4. H. S.

Dionyſii Areopagitæ opera Latine cum Epiſtolis *Ignatii* & *Polycarpi*. Pariſ. 1515. fol. H. S.

Ejusdem Dionyſii opera Græce & Lat. 1644. fol. A. S. Vide lib. V. hujus Bibl. c. 1. *Mich. Syngelus* presbyter de laudibus Dionyſii Areop. Græce 1547. 4. R. S.

Juſtini Martyris Opera, Græce. 1551. R. S. Ejusdem Epiſtola ad Diognetum & Oratio ad Græcos, Græce & Latine 1592. 1595. 4. H.S.

Athenagoræ Apologia & de Reſurrectione, Græce & Lat. 1557. 8. H. S.

Euſebii Præparatio Evangelica. Græce 1544. fol. & Demonſtratio 1545. fol. R. S.

Theodori Bezæ collectio veterum ſcriptorum: *Athanaſii* (*) Dialogi V. de

(*) S. *Maximo* Combefiſius, Garnerius *Theodorito* tribuit. Vide B. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 716. & quæ lib. V. hujus Bibl. c. 2. p. 312. Ex Manuele Caleca tamen conjicias σημειώσεις in illos dialogos compoſuiſſe S. Maximum, non ipſum eſſe illorum auctorem. Vide Combefiſii auctar. noviſſ. T. 2. p. 222. ſed & 63. 212. 247.

de S. Trinitate, *Baſilii* libri IV. contra Eunomium, *Anaſtaſii* Antiocheni & *Cyrilli* Alex ἔκθεσις σύντομος ſive compendiaria Orthodoxæ fidei explicatio, & Fœbadii, Latini Scriptoris ex Pithœi Codice primum editus liber contra Arianos. Græca etiam in hoc Volumine, exceptis Baſilii libris, non ante vulgata. 1570. 8. H.S.

Baſilii deſcriptio ebrietatis Græce & Latine, in collectione, de qua infra, cui titulus Emporium Francofordienſe. 1574. 8. H.S.

Gregorii Nyſſeni Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam, cum verſione & notis Iſ. Caſauboni. Pariſ. 1606. 8. R.S.

Ejusdem Gregorii de iis qui adeunt Hieroſolyma, cum Petri Molinæi verſione & notis. ibid. 1606. 8.

Joannis Chryſoſtomi varia, & Homiliæ LXXVII. ad populum Antiochenum, Homiliæ LXXII. de diverſis locis Novi Teſtam. & Homiliæ LXIII. de diverſis utriusque Teſt. locis, Græce & Lat. Pariſ. 1614 1621. 1624. fol. quatuor Volumin. A. S.

Theodoriti de curatione Græcarum affectionum, Latine, Zenobio Acciajolo interprete. 1519. fol. H.S.

Syneſii Hymni. *Gregorii Naz.* odæ aliquot. 1568, forma minore. H. S.

Homerici centones & *Nonni* paraphraſis in Joannem. Græce & Lat. 1578. 12. H.S.

Joannis Damaſceni Theologia, Latine Jac. Fabro interprete. 1507. 1512. 4. 1519. fol. H.S.

Joannis Calvini Catechiſmus, Græce. στοιχείωσις τῆς χριστιανῶν πίστεως 1551. 12. R.S. & Græce ac Latin. 1563. 1565. 1575. 1580. 12. H.S.

Pſalmorum aliquot Græca Metaphraſis, auctore Joanne Serrano. 1575. 12. H. S. Alii, metro Anacreontico & Sapphico, per Henricum Stephanum. 1568. forma minore H. S.

Scripta ad JURISPRUDENTIAM pertinentia: *Juris Orientalis* libri III. Collectore Edmundo Bonefidio, Græce & Lat. 1573. 8. H.S.

Novellæ conſtitutiones Impp. Juſtiniani edente Henrico Scrimgero. Gr. 1558. fol. H.S. De his & Bonefidii collectione dictum libri VI. cap. 6. Volum. XII. p. 400. 484.

MEDICI. *Hippocrates* de præſagiis in morbis acutis, Latine. Pariſ. 1512. 4. H. S. Idem de capitis vulneribus Græce & Lat. 1578. 8. M.P.

Alexandri Tralliani libri XII. cum *Rhaſe* de peſtilentia, Græce, Pariſ. 1548. fol. R. S. De his dixi lib. VI. cap. 7. Volum. XII. pag. 594. & 692.

Medicæ artis Principes poſt Hippocratem & Galenum, Latine 1567. fol. 2. Volum. De hac collectione ibid. p. 572. ſeq.

Erotiani, & *Galeni*, Lexica in Hippocratem cum Lexico iatrico Henrici Stephani. 1564. 8. H. S. De hac quoque collectione dicere me memini lib. IV. c. 36.

Dioſcorides Latine, interprete Hermolao Barbaro. Pariſ. 1516. fol. H.S.

PHILOSOPHI. *Platonis* Opera Græce & Lat. cum Jo. Serrani verſione. 1578. fol. 3. Volum. H. S.

Ariſtotelis Opera Græce & Lat. ex recenſione Guilelmi Du Vall. Pariſ. 1629 fol. 2. Vol. A. S.

Metaphyſica Beſſarione interprete. Pariſ. 1515. fol. H. S.

Politica ex verſione Leonh. Aretini. ibid. 1506. 1511. fol. H. S. Introductio Jo. Fabri in Politica Ariſtotelis. 1508. 1512. 1516. fol. H. S.

Ethica ex verſione Jo. Argyropuli. 1514. 8. H. S. Leonhardi Aretini 1504. fol. H. S. Triplex converſio 1510. 1516. fol. H.S. Faber in Moralia Ariſtotelis. 1512. fol. H. S. Jodoci Clichtovei introductio & commentarius 1502. fol. apud Wolfgang Hopilium & Henr. Stephanum.

Textus abbreviatus *Phyſicæ* 1504. fol. H. S. Fabri introductio in Ariſtotelis Phyſicam & Metaphyſicam. 1504. 1510. fol. H. S.

Ariſtotelis περὶ ἀκουστῶν, & de admirandis auditionibus, lineisque inſecabilibus, & *Sotionis* quædam, nec non *Theophraſti* liber de characteribus morum auctior capitibus octo poſtremis, & fragmenta aliorum librorum ſex ſervata à Photio Cod. 278. Pariſ. 1557. 8. H. S.

Hermes triſmegiſtus, Latine, 1505. 8. H. S.

Orus Apollo Niliacus de Hieroglyphicis notis, à Bernardo Trebatio Latinitate donatus. 1530. 8. R. S.

Fragmenta *Pythagoricorum* ad calcem Diogenis Laërtii. 1570. 1594. 1615 8. H. S. De fragmentis illis dixi lib. 2. cap. 13. de Laërtio lib. 4. cap. 19.

Poëſis Philoſophica ſive fragmenta *Empedoclis*, *Xenophanis*, *Parmenidis*, *Cleanthis*, *Epicharmi*, *Timonis*, *Critiæ*, *Orphei*, *Muſæi*, *Lini*, *Pythagoræ*,

ræ, nec non *Heracliti* ac *Democriti.* 1574. 8. H.S. De his lib. 2. cap. 23.

Plutarchi Opera Græce. ſex Voluminibus 1572. 8. Eadem Latine variis interpretibus, cum notis Xylandri, Cruſerii & H. Stephani, atque indicibus. Volumina ſeptem. 1572. 8. H. S. Gallice Jac. Amioto interprete. 1625. fol. F.S. De hoc lib. IV. cap. 11.

Sexti Empirici Pyrrhoniæ hyptypoſes, Latine H. Stephano interprete cum ejus caſtigationibus & notis, 1562. 8. H. S. De hoc libr. IV. cap. 18.

Maximi Tyrii, Platonici Philoſophi ſermones Græce cum Coſmi Paccii verſione 1557. 8. H.S. De hoc lib. IV. 23.

Sententiæ Græco-Lat. 1566. 8. R.S.

MATHEMATICI. *Euclidis* elementa. Pariſ. 1515. 1516. fol. H.S.

Apollonii Pergæi Conica. Pariſ. 1626. forma minore. R. S.

HISTORICI. *Euſebii* Chronicon, Latine. Parlſ. 1512. 1518. 4. H.S.

Strabo Græce & Lat. cum notis Iſ. Caſauboni. 1620. fol. A.S.

Dionyſius Alex. de ſitu orbis, Græce cum ſcholiis Euſtathii 1547. 4. & Græce ac Lat. cum iisdem ſcholiis, & cum Pomponio Mela, & Æthico, 1577. 4. H.S.

Dicæarchi Geographica quædam, Græce. 1589. 8. H. S.

Herodotus & *Cteſiæ* quædam. Græce 1570. fol. Idem Latine 1566. fol. H.S. & Græce ac Lat. cum H. Stephani Apologia pro Herodoto 1592. fol. H.S. & 1618. fol. P.S. Henrici Stephani traitté præparatif a l'Apologie pour Herodote. 8. 1566. H.S.

Ἐκ τῶν Κτησίου, Ἀγαθαρχίδου, Μέμνονος ἱστορικῶν ἐκλογαί (ex Photii Cod. 72. 250. & 224.) Ἀππιανοῦ Ἰβηρικὴ καὶ Ἀννιβαϊκή. Omnia primum edita cum H. Stephani caſtigationibus. Græce 1557. 8. *Cteſiæ*, *Agatharchidis* ac *Memonis* eclogæ, Græce cum Laur. Rhodomanni verſione 1594. 8. H.S.

Thucydides Græce & Latine. 1564. 1585. fol. H.S.

Xenophon Græce, & ſeparatim Latine 1560. fol. H.S. Græce iterum 1581. fol. H.S. Græce & Lat. 1625. fol. A.S.

Diodori Siculi libri quindecim de quadraginta, cum H. Stephani caſtigationibus. Decem ex his quindecim nunquam prius fuerunt editi. Græce 1559. fol. H.S.

Arrianus de Alexandri M. expeditione, Græce cum Bonav. Vulcanii verſione 1575. fol. H. S.

Dionyſii Halicarnaſſei hiſtoria Antiquitatum Rom. Græce 1547. fol. R.S. eadem Latine 1588. fol. H. S.

Dionis Caſſii libri XXIII. a trigeſimo ſexto ad duodeſexageſimum usque Græce 1548. fol. R. S. Idem Græce & Latine, addita Guil. Xylandri verſione. 1592. fol. H. S.

Joannes Xiphilinus Græce. 1551. 4. & Latine 1552. 4. R. S. Græce & Lat. 1592. fol. H.S.

Appiani Romanæ Hiſtoriæ. Græce 1551. fol. C. S. Iberica & Hannibalica Græce 1557. 8. cum Cteſiæ, Agatharchidis & Memnonis eclogis: & latine 1560. 8. H. S.

Herodianus cum Politiani interpretatione, hujusque partim ſupplemento partim examine H. Stephani & emendationibus & locorum quorundam expoſitionibus: & libri primores duo *Zoſimi* primum Græce editi, cum Lat. verſ. 1581. 4. H. S.

Hiſtoriæ Romanæ ſcriptores Græci *Xiphilinus* & *Herodianus* Græce & Latine, & ſex Latini ſcriptores Hiſt. Auguſtæ & Ammianus Marcellinus cum Pſeudo Feneſtella de Magiſtratibus ſacerdotiisque Romanorum & Pomponio Læto de Rom. Magiſtratibus, ſacerdotiis & legibus. 1544. 8. quatuor Volum. R. S.

Varii Hiſtoriæ Rom. ſcriptores partim Græci partim Latini in unum corpus redacti, itidem quatuor Volum. 1568. 8. H.S. In hac collectione occurrunt Vol. I. Caroli Sigonii Faſti Conſulares & triumphales cum comment. & liber de Nominibus Rom. nec non Vellejus Paterculus. In Volumine ſecundo *Xiphilinus* & *Herodianus* Græce & ſeorſim Xiphilinus Latine ex Guilelmi Blanci, Albienſis verſione & Herodianus ex verſione Politiani. Volumine tertio Svetonius, ſex Hiſt. Auguſtæ ſcriptores, Sex. Aurelii Victoris Epitome, Pomponii Læti Compendium Hiſt. Romanæ ab interitu Gordiani junioris ad Juſtinum III. Jo. Bapt. Egnatii de Romanis principibus libri III. Quarto denique volumine Ammianus Marcellinus & Eutropius cum locuplete in omnia indice.

Diogenes Laërtius de vitis Philoſophorum Græce & Lat. 1570. & cum notis Iſaaci Caſauboni 1594. 8. H. S.

Plutarchi Opera Græce & Lat. Pariſ. 1624. fol. A. S.

Eunapius de vitis Philoſophorum & Sophiſtarum. Græc. & Lat. 1616. 8. P. S.

Æſopi

Æſopi vita & fabulæ. Græce 1546. 4. R. S. & Latine. 1537. 1545. 8. R. S.

Apophthegmata Principum, Philoſophorum &c. Græce & Lat. 1568. 12. H. S. Latine 1547. 8. R. S.

RHETORES. *Ariſtotelis* Rhetorica, Gallice 1529. 1624. 8. R. S.

Dionyſii Halicarnaſſei ſcripta quædam Rhetorica, Græce 1547. fol. R. S. Reſponſio ad Cn. Pompeji Epiſtolam qua ille de reprehenſo ab eo Platonis ſtylo conquerebatur. Ejusdem Dionyſii comparatio Herodoti cum Thucydide & Xenophontis, Philiſti, Theopompi inter ſe. Ejusdem ad Ammæum Epiſtola, & de præcipuis linguæ Græcæ autoribus elogia. Maximi Sophiſtæ (*) libellus περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων. Græce 1555. 8. C. S.

ORATORUM veterum Orationes, *Æſchinis*, *Lyſiæ*. *Andocidis*, *Iſæi*, *Dinarchi*, *Antiphontis*, *Lycurgi*, *Herodis*, *Demadis*, *Antiſthenis*, *Alcidamantis* & *Gorgiæ*. Græcè cum caſtigat. & ſeparatim Latine Æſchinis Oratt. III. ex verſione Hieron. Wolfii, Demoſthenis pro Cteſiphonte, Dionyſio Lambino: Lyſiæ pro cæde Eruſtoſthenis, H. Stephano, in Eratoſth. & in Alcibiadem & in negotiatores frumentarios, Claud. Groularto interprete, 1575. fol. H. S.

Iſocrates Græce & Lat. cum nonnullis Gorgiæ & Ariſtidis 1593. fol. H. S. Iſocrates Græce & Lat. 1604. 8. P. S.

Ariſtidis Orationes. 1604. 8. tribus Vol. Græce & Lat. P. S.

Themiſtii Orationes XIII. ſex poſteriores novæ, cæteræ emendatiores. 1562. 8. Græce H. S.

Polemoniis & *Himerii* declamationes & eclogæ, Græcè, & ῥητορικῶν προγυμνασμάτων παραδείγματα ἐκ διαφόρων σοφιστῶν συλλεγέντα, 1) κοινὸς τόπος κατὰ ἀργοῦ. p. 76. 2) ἐγκώμιον χειμῶνος, p. 77. 3) ψόγος θέρους p. 78. 4) ἐγκώμιον Θερσίτου. p. 79. 5) ψόγος ἀμπέλου. p. 82. 6) σύγκρισις Αἴαντος καὶ Ἀχιλλέως p. 84. 7) σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου. p. 86. A. 1567. 4. H. S.

Conciones ſive *Orationes* ex Græcis Latinisque Hiſtoricis excerptæ, Græcis quidem *Herodoto*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Polybio*, *Arriano*, *Herodiano*: Latinis Salluſtio, Livio, Tacito, Curtio, Ammiano Marcellino.

(*) Hunc dedi Græce & Lat. Volum. IX. hujus Bibl. p. 569.

cellino. Ex Græcis excerptæ interpretationem Latinam adjunctam habent novam vel recognitam ab H. Stephano, præfixis argumentis, & indice in ſua cauſarum genera digeſtas orationes exhibente. 1570. fol. H. S.

Petri Valentis, Græcarum litterarum Profeſſoris Regii de laudibus *Homeri* oratio habita in Regio Cameracenſi auditorio. Pariſ. 1621. 8. A. S.

Epiſtolia, *Dialogi* breves, *Oratiunculæ*, *poëmatia*, ex variis utriusque linguæ ſcriptoribus. 1577. 8. H. S. In hoc parvo volumine exhibentur Græce primum deinde etiam Latine, *Bruti* Epiſtolæ XXXV. cum reſponſionibus & verſione duplici Rainutii Florentini ad Nicolaum V. & altera H. Stephani. *Apollonii* Tyanenſis Epiſtolæ LXXXIV. cum litteris Phraotæ Regis ad Jarcham Indorum Philoſophum qua ei Apollonium commendat, & Veſpaſiani Imp. ad Apollonium. Ex *Phalaridis* Epiſtolis, tredecim. Ex *Juliani* Imp. ſeptem. Ex *Syneſii*, duodetriginta breviores. *Dionyſii* Sophiſtæ Antiocheni Epiſtolæ XLVI. Ex *Gregorii* Nazianzeni Epiſtolis, XXXVI. Ex *Baſilii* M. ſeptem. Baſilii ejusdem & *Libanii* Epiſtolæ mutuæ XVIII. *Luciani* ad Nigrinum Epiſtola, & Dialogi breviores XXXII. *Dionis Chryſoſtomi* Diſſertationes breviores περὶ νόμων, περὶ ἔθους, περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος, περὶ ἐλευθερίας, περὶ ὁμονοίας ἐν Νικαίᾳ, πεπαυμένης τῆς στάσεως. περὶ ὁμονοίας πρὸς Ἀπαμεῖς. Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι. πολιτικὸς ἐν τῇ πατρίδι. *Ariſtidis* monodia in Smyrnam terræ motu obrutam, & palinodia in ejusdem inſtaurationem. προσφωνητικὸς ſive gratulatio Smyrnæa coram Imp. Commodo cum Smyrnam ingrederetur. *Themiſtii* Euphradæ Oratio in eum qui petiverat ut ex tempore haberet Orationem. *Theocriti* Idyllia III. Bucoliaſtæ, paſtor, & Cupido κηριοκλέπτης ſive favos furans. *Moſchi* Idyllia III. *Bionis* VI. cum metaphraſi duplici Laur. Gambaræ & H. Stephani. Bruti Epiſtolæ Latine ſcriptæ & excerptæ è Ciceronianis. Ciceronis tres breviores ad Brutum, & aliæ breves ad alios, quinquaginta, & ad Atticum XXXII. & diverſorum ad Ciceronem XXIII. Cæſaris tres breves Epiſtolæ ex libro IX. Epiſtolar. Ciceronis ad Atticum. Plinii Secundi Epiſtolæ breviores LVII. Dialogi breves ex

ex Ciceronis partitionibus Oratoriis & 1. Tuſculanar. & 1. de legibus. Orationes breves, Ciceronis Philippica quarta & ſexta. Salluſtii in Ciceronem, & Ciceronis reſponſio. C. Cottæ Conſulis ad Populum, ex Salluſtii Hiſt. Poëmatia, Moretum ex catalectis Virgilii. Satira incerti auctoris (Mich. Hoſpitalii) quæ inſcribitur *Lis*.

Dialogi aliquot *Luciani* per Eraſmum verſi. 1530. 1533. 136. 1548. 8. R. S.

POETÆ Græci principes Heroici carminis, Græce, luculento charactere 1566. fol. 2. Volum. De hac collectione dixi lib. 5. c. 16. Volumine VII. p. 723.

Homerus Græce & Lat. 1588. 12. H. S. & cum Colutho atque Tryphiodoro. 1604. 12. P. S.

Homeri & *Heſiodi* certamen, *Herodotus* & *Plutarchus* de Vita Homeri Græce. In Homerum epigrammata. *Matronis* & aliorum parodiæ Homericæ, præmiſſa de illis H. Stephani Diſſertatione. Homericorum heroum epitaphia cum duplici interpretatione Latina 1573. 8. H. S. De Epitaphiis hiſce, in quibus aliqui peplum Ariſtotelis ſibi viſi ſunt deprehendere, dixi lib. 3. c. 6. §. 35. De parodiis lib. 2. c. 7. §. 2. & de certamine lib. 2. c. 8. §. 2. ſeq.

Anacreontis Odæ Græce & Lat. 1554. 4. H. S. & 1556. 8. R. S. Les Odes d'Anacreon par Remy Belleau. 1585. M. P.

Pindarus Græce & Lat. cum ſcholiis Græcis. 1599. 4. P. S.

Pindarus & *Lyrici*. 1560. 1566. 1586. forma minore. H. S. & 1600. 1612 1626. P. S. De hac collectione dictum lib. 2. cap. 15. §. 9. Eadem cum Pindaro recuſa etiam Hieron. Commelini typis 1598. 8.

Æſchylus Græce cum ſcholis Græcis 1557. 4. H. S. Henr. Stephani annotatt. in Sophoclem & Euripidem. 1568. 8. H. S.

Sophocles Græce cum ſcholiis Græcis. 1568. 4. H. S. & Græce ac Latine cum iisdem ſcholiis 1603. 4. P. S.

Euripides Græce & Lat. cum ſcholiis Græcis 1603. 4. P. S.

Tragœdiæ ſelectæ *Æſchyli* Prometheus vinctus cum verſione Matthiæ Garbitii, *Sophoclis* Ajax, Electra & Antigone cum verſione duplici, proſaria in Ajace, Joach. Camerarii, in cæteris vulgata, per Franciſcum Portum raptim recognita, & metrica Georgii Rotalleri. *Euripidis* Hecuba, Iphigenia in Aulide, Medea & Alceſtis cum verſione

ſione proſaria ex Melanchthonis prælectionibus & Dorotheo Camillo, ſed recognita multis locis, & Hecuba ab Eraſmo & Medea à Buchanano carmine reddita 1567. 12. H.S.

Comicorum Græcorum ſententiæ 1569. 12. H.S. Hanc collectionem recenſui lib. 2. cap. 11. §. 11. Eandem recudi fecit & præter H. Stephani verſionem latinam, interpretatione duplici metrica donavit Chriſtianus Egenolphus. Francof. 1579. 8.

Apollonii Argonautica Græce cum ſcholiis Græcis 1574. 4. H. S.

Lycophron Græce & Lat. cum ſcholiis Græcis Iſ. Tzetzæ 1601. 4. P. S.

Callimachi hymni cum ſcholiis Græcis 1577. 4.

Theocriti, *Moſchi*, *Bionis* Idyllia 1579. 1586. 12. H.S. Nonnulla ex interpretatione Henrici Stephani 1556. 4. R. S.

Anthologia ſive florilegium Epigrammatum Græcorum, Græce. 1566. 4. H. S. Epigrammata ſelecta, Latine verſa 1570. 8. H.S. Epigrammata ſelccta, & Muſæi poëmation, Florente Chriſtiano Interprete 1608. 8. R. S.

La Venerie d'*Oppien* par Florent Chretien 1575. 4. M. P.

CRITICI *Photii* Bibliotheca Græce & Lat. 1612. fol. P. S.

Henrici Stephani de Criticis veteribus Græcis & Latinis, eorumque variis apud Poëtas potiſſimum reprehenſionibus: cum ſpecimine reſtitutionis Servii in Virgilium, & magnæ ad ejus commentarios acceſſionis 1586. 4. H.S.

Ejusdem de bene inſtituendis Græcæ linguæ ſtudiis, & de parum fidis Græcæ linguæ magiſtris, cautioneque in illis legendis adhibenda. 1587. 4. H.S.

Ejusdem paralipomena Grammaticarum Græcæ Linguæ Iuſtitutionum. 1581. 8.

De vera pronunciatione Græcæ linguæ, commentarii Theod. Bezæ, Jacobi Ceratini, Adolphi Mekercki, Brugenſis: Mich. Hoſpitalii: & de recta pronunciatione linguæ Latinæ, Juſti Lipſiii dialogus 1587. 8. H. S.

Eraſmi de recta Græcæ & Lat. Linguæ pronunciatione, & de conſcribendis Epiſtolis. 8. R. S.

Thomæ Smithi de Græcæ linguæ pronunciatione 1568. 4. R. S.

Manuelis Moſchopuli περὶ σχεδῶν de examinanda Oratione 1545. 4. R. S.

Nic.

Nic. Clenardi Inſtitutiones Græcæ 1549. 4. R.S. & 1551. 8. C.S. & cum ſcholiis Petri Anteſignani 1568. 4. R.S.

Lud. Enoci de Græcarum litterarum doctrina 1555. 8. R.S.

Linguæ latinæ cum Græca collatio 1554. 8. C.S.

Conformité du language François avec le Grec. 1566. 8. H.S. & 1569. R.S.

Alphabetum Græcum 1548. 1550. 1554. 1566. 8. Alphabetum Græcum & Hebraicum 1600. 8. P.S.

De abuſu Græcæ Linguæ in quibusdam vocibus quas Latini uſurpant. 1563. 1573. 8. H.S. Confer lib. VII. hujus Bibl. p. 74. ſq.

Iſ. Caſauboni commentarius ad librum primum Polybii. 1617. 8. A.S.

Guil. Budæi Commentarii Græcæ linguæ, longe melior, plenior, nitidor priore editio. 1548. fol. R.S.

Francofordienſe emporium. Ejus encomium. Equi laus & vituperatio. Baccharæ laudatio. Cœna Poſthiana. Methyſomiſia auctore Henrico Stephano. Epigrammata ex Anthologia contra ebrietatem, cum Latina Joſephi Scaligeri interpretatione. Libanii deſcriptio ebrietatis, & Baſilii, Græce & Latine. Luciani Orationes pro ebrietate & contra ebrietatem. Ebrioſi habitus à Lycone. Ebrietatis accuſatio ex Seneca & Plinio. 1574. 8. H.S.

Philippi Cattierii exercitationes quatuor, ex pluribus ſelectæ, ex quibus diſcere eſt quo pacto Bibliotheca Græca inſtituenda ſit, & ſtudia litterarum dirigenda. 1647. 4. A.S.

Lacrymarum Heracliti & riſus Democriti ſcena, authore Petro Valente, cum Euripidis Hecubam interpretaturus eſſet in Regia ſchola. Pariſ. 1623. 8. A.S.

Plutarchi de vitioſo pudore, de la honte vicieuſe, par Franc. le Grand 1544. 8. C.S.

Henrici Stephani theſaurus linguæ Græcæ 1572. ſeq. fol. quatuor Volum. de hoc dixi, & de Budæo quoque lib. V. c. 40. Vol. X. p. 79. ſq.

Lexicon Ciceronianum Græco-Latinum, ſive Lexicon ex variis Græcorum ſcriptorum locis è Cicerone interpretatis collectum ab Henrico Stephano & Loci Græcorum authorum cum Ciceronis interpretationibus 1557. 8.

Dictionarium Latino-Græcum 1554. 4. C.S.

XXI. Collectiones ſcriptorum Græcorum quos primus dedit luci, & ingentia in haſce litteras merita propriis teſtata lucubrationibus, ſingularem locum hic vindicant *Joanni Meurſio*, filio Jacobi Meurſii Eccleſiaſtæ in pago Hagæ vicino Losdunenſi, cui Hypocriticum ſuum Minutianum A. 1598. dedicavit. Quamquamvero non erat quod Lugdunenſem Batavorum Academiam illius pœniteret, in qua Hiſtoriam & Græcam linguam cum magna laude ab Ao. 1610. per multos annos docuit, atque editis etiam Athenis Batavis, a) Academiæ ipſi & ejus Doctoribus pulcherrimum ſtatuit monumentum: tamen odio gravatus patroni ſui Oldenbardenveldii A. 1625. non invitus Soram Danorum abiit, & in illa ſexagenarius conceſſit fatis A. 1639. 20. Sept. Non animus eſt omnium ejus ſcriptorum Catalogum texere, qui in libris pluribus eſt obvius b) ſed tantum referre ſub unum conſpectum Græcos ſcriptores, Græcasque collectiones quas illi debemus, & vel alibi in Bibliotheca hac memoratas ac deſcriptas indicare, vel diligentiorem earundem tradere notitiam.

1. *Variorum Divinorum* liber unus, in quo Auctores Theologi varii, antehac nunquam vulgati. Lugd. Batav. apud Iſaacum Elzevirium 1619. 4. In hoc volumine habentur Græce:

Cyrilli Alex. in transfigurationem Domini. ΚΥΡΙΛΛΟΥ, Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς τὴν ἁγίαν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, Λόγος α´. pag. 1. Incip. εἰ μὲν οὖν εἰδότες ἀθλεῖν. Exſtat in edit. Græco Lat. Operum Cyrilli Alex. Aubertina Tom. V. parte 2.

Anaſtaſii

a) A. 1625. 4. Lugduni Batavorum lucem viderunt Jo. Meurſii Athenæ Batavæ, ſive de Urbe Leidenſi & Academia viriſque claris qui utramque ingenio ſuo atque ſcriptis illuſtrarunt, libri duo. Horum poſteriore libro Doctorum Academiæ ſingulorum effigiem, vitam & ſcripta, & p. 191. ſeq. ſuam ipſius exhibet.

b) Præter Meurſium ipſum in Athenis Batavis, catalogum ſcriptorum ejus dabunt ſchediaſma peculiare à filio editum Soræ 1641. 4. Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, p. 36. Franciſcus Swertius in Athenis Belgicis: p. 448. Henningus Witte in memoriis Philoſophorum p. 482. ſeq. Adolphus Clarmundus ſive Rudigerus parte 2. Vitarum editarum Germanice p. 98. ſeq. Martinus Hanckius de Romanarum rerum ſcriptoribus libro I. & ſecundo maxime, c. 88. Albertus Bartholinus de ſcriptis Danorum p. 76. & Joannes Mollerus ὁ μακαρίτης in ſuis ad eundem paralipomenis: p. 284. Jo. Valentinus Schramm, Iſenaco Thuringus, diſſ. de vita & ſcriptis Joannis Meurſii, Lipſ. 1715. 4.

Anaſtaſii Antiocheni in Annunciationem B. Virginis ſermones II. ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ, Ἀρχιεπισκόπȣ Ἀντιοχείας, εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς παναχράντȣ, καὶ θεοτόκȣ, Μαρίας, Λογοι β΄. p. 17. 33. Prior incip. σήμερον ἡμῖν ὦ ἄριςοι παῖδες. Alter: τί πάλιν ἐπὶ γῆς ὁ μέγας βȣ́λεται Γαβριὴλ ἡμῖν; Græce & Lat. in Auctario novo Combefiſiano T. 1. p. 850. & 862.

Andreæ Cretenſis in vitam humanam & defunctos. ΑΝΔΡΕΟΥ Ἱεροσολυμίτȣ, Ἀρχιεπισκόπȣ Κρήτης, εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. καὶ εἰς κοιμηθέντας, Λόγος α΄. p. 39. Incipit: ȣ̓δὲν ὡς ἀληθῶς. Græce & Lat. in Andrea Cretenſi Combefiſii Pariſ. 1644. fol. p. 229.

Methodii de libero arbitrio, ΜΕΘΟΔΙΟΥ, Περὶ τȣ̃ αὐτεξȣσίȣ. Λόγος α΄. p. 89. Incip. ὁ μὲν Ἰθακήσιος. Græce & Lat. in Methodio Combefiſii Pariſ. 1644. fol. p. 347.

Timothei Presb. de iis qui ad Eccleſiam accedunt. ΤΙΜΟΘΕΟΥ, Πρεσβυτέρȣ Κωνςαντινȣπόλεως, Περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, Λόγος α΄. p. 111. De aliis integrioribus ſive interpolatioribus hujus ſcripti editionibus Græco-latinis dixi Volum. VII. p. 490. ſq.

Ejusdem (ſive S. Maximi potius) ſermo de duabus CHriſti naturis. Τȣ̃ αὐτȣ̃ Περὶ τῶν δύο φύσεων τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν, Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃. pag. 127. Incip. ὁ Ἄρειος τὰς ὑποςάσεις ὁμολογεῖ. ſub S. Maximi nomine edidit Combefiſius T. 2. ejus Opp. p. 76. Vide & T. 2. auctarii novi Combefiſiani p. 445.

Hilarionis Monachi (circa A. C. 1450.) de Euchariſtico pane Græcorum & Latinorum. ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ Μοναχȣ̃, Περὶ ἄρτȣ μυςικȣ̃ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμȣ τῶν Λατίνων. Λόγος α΄. p. 131. Incipit. ἐν τῷ μὲν διαλέγεσθαί με. Græce & Lat. in Allatii Græcia Orthodoxa T. 1. pag. 655.

2. Auctores *Muſices* antiquiſſimi non antea editi, *Ariſtoxeni* elementa harmonica libri III. p. 1. *Nicomachi* Geraſeni enchiridion Harmonices, libri II. p. 63. *Alypii* Iſagoge Muſica, liber I. p. 95. Joannis Meurſii ad Ariſtoxenum, Nicomachum & Alypium ex Codice MS. Bibl. Leidenſis Græce editos notæ p. 125-196. Lugd. Bat. 1616. 4. De hiſce ſcriptoribus dixi lib. III. hujus Bibl. c. 9.

3. *Euſebius*, *Polychronius* & *Pſellus* in Canticum Canticorum. Græce. Lugd. Bat. 1616. 4. Vide lib. V. c. 16. Volum. VII. p. 751. ſeq.

4. *Heſychii* Mileſii, Viri illuſtris de viris doctrina claris liber cum verſione Hadriani Junii, ejusque & H. Stephani & uberioribus Meurſii notis. Ejusd. Heſychii de rebus patriis CPoleos, & *Beſſarionis* Cardinalis Epiſtola ad pædagogum filiorum Thomæ Palæologi, Anconam, utraque Græce primum (Beſſarionis Græcobarbare, ut ſcripta eſt) à Meurſio edita, & Latina verſione & notis donata. Lugd. Bat. 1613. 8.

5. *Antigoni* Caryſtii hiſtoriarum mirabilium collectanea; Græce & Lat. cum notis Meurſii. *Apollonii* Dyſcoli Alexandrini Grammatici Hiſtoriæ commentitiæ liber Græce & Lat. cum Meurſii notis & de Apolloniis ſyntagmate, *Phlegontis* Tralliani de rebus mirabilibus & de longævis libellus ac de Olympiis fragmentum, Gr. Lat. cum notis. Lugd. Bat. 1619. & 1620. 4.

6. *Conſtantini* Porphyrogennetæ Opera Græce & Latine, niſi quod Tactica ex Codice Palatino primum edita Græce tantum, cum Meurſii notis, cujus etiam notæ accedunt ad librum de adminiſtrando Imperio, ſicut ad librum de thematibus, notæ Fed. Morelli. Conſtitutiones exhibitæ ex editione meliore Caroli Labbei. Prodiit hæc collectio Lugd. Bat. 1617. 8. De Conſtantini hujus ſcriptis fuſe dictum à me lib. 5. cap. 5. §. 17. Volum. VI. p. 486. ſeq.

7. *Æliani* & *Leonis* Imp. Tactica ſive de inſtruendis aciebus Græce & Latine, quorum hic Græce primum opera Joannis Meurſii, ille cum Sixti Arcerii nova interpretatione Latina, ambo notis & animadverſionibus illuſtriores in lucem exeunt. Accedunt præliorum aliquot deſcriptiones Græce & Latine (*) & nonnulla alia, additis tabulis æneis

(*) Pugnæ Leuctricæ, ex Diodori Sic. lib. XV. Pugnæ ad Mantinæam inter Epaminondam ac Lacedæmonios ex Xenophontis Hellenicon libro VII. in fine, Pugnæ Romanorum & Charthaginenſium ad Cannas ex Polybii lib. III. Pugnæ inter Narſetem Perſarum Regem

æneis & Modeſti, veteris Latini ſcriptoris libello de vocabulis militaribus. Lugd. Bat. 1613. 4.

8. *Conſtantini Manaſſis* Annales verſibus Politicis, Græce antea non editi, cum Jo. Leunclavii verſione & Meurſii notis. ibid. 1616. 4.

9. *Palladii* Epiſcopi Helenopoleos Hiſtoria Lauſiaca, ſive Vitæ SS. Patrum ad Lauſum, Græce cum notis. Lugd. Bat. 1616. 4.

10. *Philoſtrati* Lemnii Sophiſtæ Epiſtolæ XIII. partim nunquam, partim auctiores editæ cum Diſſ. Meurſii de Philoſtratis. ibid. 1616. 4.

11. Ad *Georgii Codini* Origines CPolitanas à Georgio Douſa Jani F. Græce & Latine editas notæ, Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ 1607. 8. & inter ſcriptores Hiſt. Byz. Pariſ. 1655. fol. De hoc Volum. VI. p. 476. ſeq.

12. *Procopii* Gazæi in libros Regum & Paralipomenon ſcholia, Græce antea non edita, cum verſione Ludov. Lavateri, Tigurini. Lugd. Batav. 1620. 4. De hoc Volum. VI. p. 258. ſeq.

13. *Theophylacti*, Archiepiſcopi Bulgariæ Epiſtolæ LXXV. Græce. Lugd. Batav. 1617. 4. De hoc Volum. VI. p. 254. ſeq.

14. *Theodori Metochitæ* Hiſtoriæ Romanæ à Julio Cæſare ad Conſtantinum Magnum liber ſingularis, cum verſione Meurſii & notis. Lugd. Bat. 1618. 4. In Athenis Batavis quæ A. 1625. viderunt lucem p. 197. Meurſius inter parata à ſe ad editionem, memorat Theodori Metochitæ Hiſtoriarum libros quatuor, cum verſione & notis: & Græce cum animadverſionibus ſuis *Athenæi* Mechanica, *Apollodori* Poliorcetica, *Julii Africani* Ceſtos, *Meletium* de natura hominis, *Harpocrationem*, & Græce denique ac Latine *Menandrum* Rhetorem de diviſione cauſarum in genere demonſtrativo. Nihil horum ab illo tempore conſtat editum eſſe à Meurſio: quos autem vocat hiſtoriarum Theodori Metochitæ libros, hos Græce pridem habemus vulgatos poſt id tempus ſub nomine *Michaëlis Glycæ* Annalium, de quibus dixi Volum. VI. p. 156. Non vero Glycam ſed Theodorum eſſe illarum auctorem Meurſius perſuaſit ſibi ex MSto Codice, unde & Henricus Ernſtius lib. 2. Obſervationum cap. 36. p. 161. *Annalium auctor quod non ſit Michaël Glycas cognomento Siculus ſed Theodorus Metochita*,

gem & Francos atque Alemanos ex Agathiæ lib. 2. Armaturæ Macedonum ac Romanorum comparatio ex Polybii ecloga Hiſt. XVII. præliorum Alexandri cum Thracibus, Triballis, Getis, Taulantiis, & ad Granicum amnem cum Perſis, ex Arriani libro I.

ta, Clariſſ. Dn. Meurſius manifeſto deprehendit, qui Annales ipſos ex MS. auctiores Græce & Latine in lucem emittet. Pro eadem ſententia militat V. C. Chriſtophorus Frid. Bodenburgius, Rector Gymnaſii Berolinenſis in diſſertatione inſerta Miſcellaneis Lipſienſibus T. XII. p. 23. ſeq. Idem teſtatur manu exaratum ſe habere Theodori Metochitæ χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου διεξιὸν περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κ. τ. λ. illum ipſum ſcilicet Codicem ex quo Meurſius hiſtoriam illam publici juris facere voluit, & quem laudati Bodenburgii anteceſſori donavit illuſtris Vir Samuel Puſendorfius, cui aliorum poſtumorum Meurſianorum editionem debemus.

15. *Lycophronis* Chalcidenſis Alexandra, poëma obſcurum cum metaphraſi Joſephi Scaligeri, & Meurſii amplo commentario quem compoſuit annos natus XVII. Lugd. Bat. 1597. 8. Idem commentarius recuſus in utraque editione Lycophronis luculenta Oxonienſi, illuſtris viri Joannis Potteri 1697. 1702. fol. ut dixi lib. 3. c. 16.

16. Ad *Theocritum* ſpicilegium. Lugd. Bat. 1597. 8. In hoc p. 170. *Adamantii* locum ex *Polemonis* Phyſiognomonicis emendandum docens, *oſtendam id*, inquit, *cum aliquando utrumque illum auctorem ab innumeris mendis vindicatum publico donabo.* Petri Scriverii decerminum libros laudat p. 105. & 37. & ad calcem voluminis exhibet ſpeciminis loco capita quædam e ſuis Variarum Lectionum libris.

17. *Aſtrampſychi* verſus onirocritici, Græce & Latine cum notis & caſtigationibus. In capite ultimo mantiſſæ (*) Criticæ, ſubjectæ libro de luxu Romanorum, Hagæ Comitis 1605. 4. & Hafniæ 1631. 4.

18. *Helladii* Beſantinoi Grammatici Chreſtomathia ex Photii Cod. 279. cum verſione Andreæ Schotti & Meurſii notis, in quibus etiam de Dionyſiis variis diſſeritur. Ultrajecti 1687. 4. ad calcem librorum Meurſii poſtumorum de regno Laconico & Athenienſium Piræeo: & in Tomo decimo theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani.

19. Gloſſarium Græco barbarum Lugdun. Bat. 1594. 4. & editio auctior 1614. 4. quo præter vocabulorum quinque millia & quadringenta, Officia atque dignitates Imperii CPolitani tam in Palatio quam Eccleſia aut militia explicantur & illuſtrantur. Vide quæ notavi Volum. X. p. 102.

Cætera

(*) Hanc mantiſſam omiſit Clariſſ. Græuius, qui Meurſii librum de luxu Rom. curavit recudi Tom. VIII. theſauri Antiquitatt. Rom.

Cætera ſcripta in quibus Meurſius antiquitatibus & ſcriptoribus Græcis inſignem lucem attulit, hæc ſunt, rarius antea obvia, ſed recuſa nuper in theſauro Antiquitatum Gronoviano, vel ex MSto auctoris recens in lucem prolata.

20. Æſchylus, Sophocles, Euripides, ſive de Tragœdiis eorum, libri tres; *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti. Theſaur. Gronov. T. X.* p. 393. Lugd. Batav. 1619. 4.

21. Archontes Athenienſes, ſive de iis, qui Athenis ſummum iſtum Magiſtratum obierunt, libri quatuor, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo* (*) *aucti T. IV.* p. 1141. Lugd. Bat. 1622. 4.

22. Areopagus, ſive de Senatu Areopagitico, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus T. V.* p. 2065. Lugd. Batav. 1624. 4.

23. Athenæ Atticæ, ſive de præcipuis Athenarum antiquitatibus Libri III. *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti T. IV.* p. 817. Lugd. Bat. 1624. 8.

24. Bibliotheca Attica, ſive de antiquis Atticis ſcriptoribus, eorumque item operibus deperditis, ordine nominum Alphabetico libri IX. *ex chirographo Auctoris nunc primum editi. Gronov. T. X.* p. 1393.

25. Fortuna Attica, ſive de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario ſtatu, decremento, & occaſu, liber ſingularis. *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus T. V.* p. 1677. Lugd. Bat. 1622. 4.

26. Atticarum Lectionum libri VI. in quibus antiquitates plurimæ proferuntur, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti T. V.* p. 1757. Lugd. Bat. 1617. 4.

27. De Populis, & Pagis Atticæ, liber ſingularis, in quo antiquitates Atticæ plurimæ, *cum ſupplementis Auctoris*, & *Jacobi Sponii. T. IV.* p. 673. Lugd. Bat. 1616. 4. & paralipomena edita cum Theſeo Meurſii, Ultraj. 1684. 4.

28. Regnum Atticum, ſive de Regibus Athenienſium, eorumque rebus geſtis, libri III. *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti T. IV.* p. 1017. Amſt. 1633. 4.

29. Themis Attica, ſive de Legibus Atticis, libri II. *T. V.* p. 1945. Trajecti ad Rhen. 1685. 4.

30. Bibliothecæ Græcæ libri tres, quibus litterarum ordine ſcriptores deperditi

(*) Meurſiana MSS. in Bibl. Regiam Holmienſem illata ſunt ex ſpoliis vaſtatâ in Bello Danico à Suecis Sora. Vide Nic. Heinſii Epiſt. ad Jo. Frid. Gronovium p. 474.

perditi recenſentur. Sed in *Diocle* deſinit, *ex chirographo Auctoris nunc primum editum opus T. X. Gronov.* p. 1181.

31. Cecropia, ſive de Athenarum arce, & ejusdem antiquitatibus, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus T. IV.* p. 905. Lugd. Batav. 1622. 4.

32. Ceramicus geminus, ſive de Ceramici Athenienſium utriusque antiquitatibus liber ſingularis poſtumus. *T. IV.* p. 957. Trajecti ad Rhen. 1663. 4.

33. Denarius Pythagoricus, ſive de numerorum, usque ad Denarium, qualitate, ac nominibus, ſecundum Pythagoricos, liber ſingularis, *T. IX.* p. 1329. Lugd. Bat. 1631. 4.

34. Dionyſius, ſive de Auctoribus iſtius nominis, eorumque ſcriptis, liber ſingularis, *& nunc primum ex chirographo Auctoris editus. T. X.* p. 577.

35. Eleuſinia, ſive de Cereris Eleuſiniæ ſacro, ac feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus T. VII.* p. 109. Lugd. Batav. 1619. 4.

36. Græcia Feriata, ſive de Feſtis Græcorum, libri VI. *cum notis & marmore πυξοκαθαψίων.* additis figuris. *T. VII.* p. 701. Lugd. Bat. 1619. 4.

37. De Funere liber ſingularis, in quo Græci & Romani ritus. *T. XI.* p. 1703. Hagæ Comitis 1604. 8. & deinde in Germania 8. licet titulus eundem annum & Hagam Comitis præferat.

38. De Heraclide Pontico, aliisque ejus nominis, & eorum operibus, diſſertatio, *nunc primum ex chirographo Auctoris edita. T. X.* p. 605.

39. Miſcellanea Laconica, ſive variarum Antiquitatum Laconicarum libri IV. poſtumi. *T. V.* p. 2281. Amſt. 1661. 4.

40. De Regno Laconico liber ſingularis poſtumus *T. V.* p. 2209. Ultraject. 1687. 4.

41. Græcia ludibunda ſive de Ludis Græcorum liber ſingularis, *cum ſupplementis Claudii Salmaſii. T. VII.* p. 941. Lugd. Bat. 1622. 4. & cum Danielis Souterii libris III. de tabula luſoria, alea & variis ludis. 1625. 8.

42. Orcheſtra, ſive de Saltationibus Veterum, liber ſingularis, *T. VIII.* p. 1234. Lugd. Bat. 1618. 4.

43. Panathenæa, ſive de Minervæ illo gemino feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus. T. VII.* p. 77. Lugd. Bat. 1619. 4.

44. Pi-

44. Piræeus, ſive de Piræeo, Athenienſium portu celeberrimo, & ejusdem antiquitatibus liber ſingularis poſtumus. *Gronov. T. V.* p. 1929 Ultrajecti 1687. 4.

45. Piſiſtratus, ſive de ejus Vita, & Tyrannide, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus. T. V.* p. 1397. Lugd. Bat. 1623. 4.

46. De Puerperio Syntagma. *T. VIII.* p. 1417. prodierat cum libro de funere, Hagæ Comitis 1604. 8.

47. Solon, ſive de ejus Vita, Legibus, Dictis, atque Scriptis. liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus T. V.* p. 1993. Hafniæ 1632. 4.

48. Theophraſtus, ſive de illius libris, qui injuria temporis interciderunt, liber ſingularis. *T. X.* p. 621. Lugd. Bat. 1640. 12.

49. Lectiones Theophraſteæ, in quibus eorum librorum, qui ſuperſunt, loca aliquot emendantur. *T. X.* p. 647. Lugd. Bat. 1640. 12.

50. Theſeus, ſive de ejus vita, rebusque præclariſſime geſtis, liber ſingularis poſtumus *T. X.* p. 465. Ultraject. 1684. 4.

His denique accedunt, quibus in theſauris Antiquitatum locus datus non eſt (quoniam exempla primæ editionis in tabernis librariis adhuc exſtabant) 51. De Cretæ inſulæ rebus & antiquitatibus libri IV. De Cypro, libri II. & de Rhodo liber I. qui poſtumi commentarii ex potentiſſimi Sueciæ Regis Bibliotheca in lucem dati ſunt a celeberrimo Grævio Amſt. 1675. 4.

XXII. FRIDERICO SYLBURGIO Veterenſi, diſcipulo Laurentii Rhodomanni (a) accurate recenſitos & ex Wecheliana atque Commeliniana officina emendate excuſos, inſignes ſcriptores Græcos in acceptis referimus, notis & caſtigationibus eruditis, locupletiſſimisque indicibus Græcis & Latinis inſtructos atque exornatos, *Ariſtotelem*, Græce, quinque Voluminibus Francof. apud Wechel. 1587. 4. cum ſcriptis nonnullis *Theophraſti*, *Alexandri* Aphrodiſ. *Caſſii*, *Sotionis*, *Polemonis*, *Adamantii* & *Melampodis*: *Dionyſium* Halicarnaſſeum, Græce & Latin. Francof. 1586. fol.

 apud

(a) Vide ſi placet quæ de Sylburgio dixi Volum. 2. hujus Bibl. p. 168. ſeq. ubi Ariſtotelem ejus recenſeo. Epitaphium illi Heidelbergæ poſitum ita ſe habet: *V. Cl. Friderico Sylburgio Wetterano Haſſo, Græcæ linguæ Inſtauratori accuratiſſimo, Philoſophicorum æque ac Hiſtoricorum ſcriptorum Anagnoſtæ diligentiſſimo, nimiis tandem vigiliis ac typographicis laboribus conſumto & die Febr. ult. XVI. A. C. MDXCVI. Æt. LX. è vivis Heidelbergæ erepto, Monumentum hoc Memoriæ & Honoris ergo fieri fecit Hæres.*

apud Wechel. *Clementem* Alex. Græce, Heidelberg. apud Commelin. 1592. fol. *Juſtinum* Martyrem, ibid. 1593. fol. Græce & Latine. Nec non *Theodoriti* libros XII. de curatione Græcarum affectionum, Græce & Lat. apud Commelin. 1592. fol. *Andreæ* Cretenſis in Apocalypſin, Græce & Lat. ibid. 1592. fol. *Etymologicon* magnum, Græce 1594. apud Commelin. fol. *Apollonii* Grammaticii Syntaxin, Græce & Latin. Francof. apud Wechel. 1590. 4. *Saracenica* ſive collectionem ſcriptorum de rebus ac religione Turcorum, Græce & Latine editam apud Commelin. 1595. 8. de qua lib. V. c. 5. §. 27. Volum. VI. p. 689. ſq. Sententias (a) *Theognidis, Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, Naumachii, Callimachi, Eveni Parii, Rhiani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Menecratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis* & *Antimachi,* Græce & Lat. Heidelb. 1596. 8. apud Commelin. & Francof. 1603. 8. & Ultraject. 1651. 12. de quibus lib. 2. cap. XI. §. 7. Idem Sylburgius operam non contemnendam præſtitit *Herodoto,* quæ in editione hujus ſcriptoris Græco latina luculenta Wecheliana Francof. 1608. fol. curante Gothofredo Jungermanno conſpicitur. Nic. Clenardi Grammaticam Græcam poſt Petrum Anteſignanum illuſtravit ſupplevitque Francof. apud Wechel. 1580. 4. 1587. 8. & Hanov. 1602. 4. Ejusdem rudimentorum Græcæ Linguæ ad poſtremam Rameæ Grammatices editionem conformatorum libri III. intermiſtis plenioribus præceptis. ibid. 1582. 8. Alphabetum Græcum. 1591. 8. (b) Henricum Stephanum quoque adjuvit in adornando Græcæ linguæ theſauro, compoſuitque Catalogum MSS. Codicum Græcorum Bibliothecæ divitis Palatinæ, qui cum Henr. Altingii Hiſt. Eccleſ. Palatina & variis litterariis aliorum monumentis, opuſculis & Epiſtolis prodiit Francof. 1701. 4. Sed hoc loco non præterunda ampla & accurata Sylburgii collectio *ſcriptorum Hiſtoriæ Romanæ*, Francof. apud Wechel. 1588. 1599. fol. tribus Voluminibus, quorum duo priora Latinos ſcriptores complectuntur, *primum* quidem faſtos Capitolinos à Carolo Sigonio ſuppletos cum ejus libro de nominibus Romanorum, Meſſalam Corvinum de progenie Agufti. Florum, Vellejum, Sex. Aurelium Victorem, Sextum Rufum ſive Rufum Feſtum, Eutropium, Caſſiodori Chronicon, Jornandem de rebus Geticis & de Ma-

rii,

(a) Hœſchelium quoque Gnomicorum editionem ad tres MStos Codices meditatum diſces ex Gudii Epiſtolis p. 188.

(b) Laudat Adolphus Clarmundus ſive Rudigerus T. I. Vitarum, editarum Germanice p. 77. etiam Frid. Sylburgii de veteri ſcriptura, vulgatum Norimbergæ 1591. 8. quod ſcriptum non vidi.

rii, Lepidi & Sertorii bellis Civilibus Julium Exſuperantium. *Secundo* exſtant Svetonius, ſex ſcriptores Hiſt. Auguſtæ Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio & Flavius Vopiſcus. Poſt hos Ammianus Marcellinus, Pub. Victor & incertus alter de regionibus Urbis Romæ cum Pomponii Læti Compendio Hiſt. Romanæ & Jo. Baptiſtæ Egnatii Principum Rom. libris III notisq; ejusdem Egnatii, Theodori Pulmanni & Henr. Glareani in Svetonium. Sed *tertius* Tomus præſentis loci eſt inprimis, quo Græci ſcriptores continentur hoc ordine:

FASTI Conſulares Latini & Græci, a primis conſulibus Bruto & Collatino, usque ad XVIII. conſulatatum Heraclii Auguſti: hoc eſt, ab anno urbis CCXLIV, usque ad annum ejusdem MCCCLXXX. pag. 1.

EUTROPII Breviarium hiſtoriæ Romanæ; ejusdemque Græca metaphraſis *Pæanii;* (†) ab urbe condita usque ad Valentinianum & Valentem Auguſtos, h. e. usque ad annum urbis MCXVII. p. 63.

DIONIS Epitome, (*) per *Joann. Xiphilinum* facta, XXV. Imperatorum hiſtoriam complectens, a Cn. Pompejo & C. Julio Cæſare usque ad Alexandrum Auguſtum; h. e. ab anno urbis DCLXXXIV. usque ad ann. ejusdem DCCCCLXXXI. p. 137.

HERODIANI ſuorum temporum hiſtoria, decem Imperatorum res geſtas continens; a morte Marci usque ad initium Gordiani III. h. e. ab anno urbis DCCCCXXXII. usque ad ann. ejusdem DCCCCXC p. 463.

ZOSIMI Nova hiſtoria, Herodiani ſeriem, poſt brevem ſuperiorum temporum repetitionem, continuans, usque ad Honorium & Theodoſium juniorem; h. e. usque ad annum urbis MCLXIV. CHriſti CCCCXII. p. 632.

JULIANI CÆSARES, ſive per Satyram quandam inducti Principes Romani, a Julio Cæſare usque ad Conſtantinum & filios. p. 832.

EX OLYMPIODORO (**) per Photium Cod. LXXX. excerpta, de rebus ſub Theodoſio minore geſtis. p. 853.

(†) De *Pæanio* & *Capitone Lycio* Græcis Eutropii interpretibus dixi in Bibl. Latina lib. III. c. 9.

(*) Hanc intellige, quando Dionem Caſſium ab Sylburgio editum leges in Rev. D. Jo. Fabricii, Helmſtadienſis Theologi hiſt. Bibliothecæ ſuæ T. IV. p. 386. Sylburgii notæ ad Xiphilinum recuſæ ad calcem Dionis Græco Latin. in edit. Wechel. Hanov. 1606. fol.

(**) De hoc dictum Volum. VI. p. 238.

E Svida excerptæ Cæſarum vitæ, a C. Julio Cæſare, usque ad Theophilum Michaelis Amorræi filium, quæ ſi eſſent integræ, ad MDLXXX annorum hoc volumine contineretur hiſtoria; p. 856.

Loca Suidæ ſunt in vocibus: Γάϊος, Ἄυγουστος, Τιβέριος, Καλλιγόλας, Κλαύδιος, Νέρων, Ὄθων, Βιτέλλιος, Βεσπασιανός, Τῖτος, Δομετιανὸς, Νέρβας, Τραϊανὸς, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος, Μάρκος, Βῆρος, Κόμοδος, Ἰουλιανὸς, Σεβῆρος, Ἀντωνῖνος ὁ Σευήρου. (De Macrino in voce παραναλώμα.) Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας, Μαξιμῖνος, Δέκιος. Ἀυρηλιανὸς, Καρῖνος, Διοκλητιανὸς, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας. Ἰουλιανὸς, Ἰοβιανὸς. Ὀυαλεντινιανός. Ὀυάλης, Γρατιανὸς, Ὀυαλεντινιανὸς ὁ νεός. Θεοδόσιος. Θεοδόσιος ὁ νέος. (De Marciano in Συμεών.) Λέων ὁ Μακέλλης. Ζήνων. Βασιλίσκος. Ἀναστάσιος. Ἰουστινιανός. Τιβέριος. Μαυρίκιος. Ἡράκλειος. Ἰουστινιανὸς ὁ ῥινότμητος. Φιλιππικὸς ὁ Βαρδάνης. Ἀρτέμιος. Κωνσταντῖνος ὑὸς Λέοντος. Μιχαὴλ ὁ μετὰ τὸν Ἀρμένιον Λέοντα. Θεόφιλος ὑὸς Μιχαὴλ τοῦ Ἀμωραίου.

Imperatorum Chronologica ſeries duplex ex MS. Græco Bibl. Palatinæ: prior, a Julio Cæſare usque ad Michaelem Comnenum, p. 894. poſterior, a Julio Cæſare usque ad Conſtantinum & Romanum ejus ſocerum, p. 898-900.

Annotationes Frid. Sylburgii, & Rerum verborumque geminum Inventarium locupletiſſimum Græcum & Latinum. p. 901-1052.

De faſtis Græcis, qui in hoc volumine familiam ducunt, Sylburgium audire juvat:

Fridr. Sylburgius
Candido lectori S.

Quemadmodum ſuperiores duos tomos a Faſtis conſularibus, (*) velut primis elementis, exordiri viſum eſt; ita hunc tertium, Græcis ſcriptoribus dicatum, a *Græcis faſtis* auſpicari libuit; præſertim cum illi a Carolo Sigonio & Onuphrio Panvinio, accuratiſſimis antiquitatis ſcrutatoribus, toties laudati, a nemine hucusque in lucem fuerint editi. Eorum apographum duplex ab Antonio Auguſtino, viro ampliſſimo, & de

(*) Capitolinis, quos illuſtrarunt Car. Sigonius & Onufrius Panvinius.

& de antiquitate præclare merito, profectum eſſe intelligo: alterum, brevius, usque ad Antonini Caracallæ imperium: alterum, prolixius, usque ad imperium Heraclii deductum. Prius, Sigonio primum communicatum, pervenit poſt etiam ad alios: nuper autem ab Joanne Vincentio Pinello, & Antonio Ricobono, viris ut doctrina clariſſimis, ita etiam vetuſtatis inſtaurandæ ſtudioſiſſimis, Patavio ad nos miſſum eſt. Alterum, quod Panvinius ab eodem Antonio Auguſtino ſe accepiſſe, aliquot in locis teſtatur, diu per amicos hinc inde perquiſivi. Tandem præter exſpectationem non ἐκλογὴ illa ſe obtulit, ſed ipſum Chronicon, (*) e quo conſulum ſeriem ab ariſtocratiæ initio, usque ad Heraclii XVIII. conſulatum, idem Antonius Auguſtinus exſcriptam Panvinio impertiverat. Id Chronicon primum in Siciliæ (**) vetuſta bibliotheca eſt inventum ab Hieronymo Surita: deinde ab Antonio Auguſtino prius in Italiam, poſt in Hiſpaniam translatum. Ex eo deſcriptum exemplar Andreas Darmarius, Græcus librarius, Iſaaco Caſaubono, cum aliis nonnullis libris veteribus, vendidit: Caſaubonus mihi hoc vere juſtis conditionibus emancipavit. Cujus ut aliquæ primitiæ ocius in publicum exirent, primum eam Faſtorum partem, quam a Pinello & Ricobono acceperam, cum meo exemplari contuli, & ſimul Latine expoſui: deinde reliquam partem, a Caracallæ anno quarto, usque ad Heraclii XVIII. conſulatum, in quo Chronicon noſtrum deſinit, eadem methodo qua inchoata erat iſta Faſtorum ratio, pertexui. Res geſtas unicuique conſulatui ſubjectas, de induſtria omiſi; primum, quia diverſarum gentium erant; deinde, quia illæ quæ proprie huc pertinent, ab hujus tomi auctoribus ſat prolixe ſunt tractatæ: tum, quia idipſum Chronicum cum aliis ejusdem argumenti Chronologiis alio tempore commodiore in publicum emittere ſtatui. Porro quoniam Græci faſti aliquot locis mutili, nonnusquam depravati ſunt, alicubi etiam a Latinis diſcrepant; Latinos ex Panvinii editione Græcis e

 regione

(*) Hoc eſt quod ſine Auctoris nomine Scaliger cum Euſebio ſuo edidit, acceptum à Caſaubono: edidit autem Græce hoc titulo: ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, ἕως κʹ ἔτους τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. pag. 227--299.

(**) Inde *faſtorum Siculorum* nomen. Sic faſti Græci Theonis quos appendice ad diſſ. Cyprianicas edidit Clariſſ. Dodwellus, vocantur, *faſti Florentini*, quia expreſſi è MS. Bibl. Mediceæ: majuſculis exarati litteris ſine accentibus aut aliis notis. Hosce etiam habes ad calcem faſtorum Conſularium V. C. Petri Relandi p. 757. ſq. Trajecti ad Rhen. 1715. 8.

regione apponendos cenſui; ut alteri alteros nunc explerent, nunc explanarent aut corrigerent. Olympiadas Græcus auctor ad Heraclium usque continuavit: Panvinius in Conſtantini magni temporibus intermiſit, & Indictiones pro illis poſuit. Eas, ut apud utrumque auctorem reperi, interiori margini bona fide adſcripſi. Annos ab urbe condita, in exteriori margine notavi: in quibus prior numerus eſt Varronis & aliorum inſignium auctorum; poſterior, Verrii Flacci & Capitolinarum tabularum. Expreſſit vero & Panvinius utrumque numerum in prioribus duobus Faſtorum libris: in poſterioribus autem, & in Commentario, Varronianam numerationem, ut receptiorem, eſt ſecutus: nec ego aliam mihi rationem hic ſequendam exiſtimavi, quapropter Græcis quoque eosdem numeros ex adverſo appoſui; ut conferendi via eſſet expeditior. A Varrone autem Græcus auctor quantum diſtet, ſcire ſi cupias, Varro Olympiadis ſextæ anno tertio, hoc autem Chronicon, Olympiadis ſeptimæ anno quarto urbem conditam ſcribit: quinque ſcilicet annis ſerius quam Varro tradidit. Annos CHriſti, Latinis litteris expreſſos, Panvinius numerare incipit ab anno urbis 751. id eſt ab Auguſti XIII. & Silvani conſulatu: Græcum autem Chronicon a ſequente conſulatu, Lentuli & Piſonis; quem annum ab orbe condito idem Chronicon ſtatuit 5507. Hæc tibi ſignificanda duxi lector: tu eis utere fuere, primisque hujus beneficii auctoribus Pinello, Ricobono, & Caſaubono, ſi alias referre gratias nequis, ſaltem optima quæque mecum precare. Francof. Kal. Maji MDLXXXIX.

XXIII. *Ἐμπύρευμα εὐσεβείας*, quo continentur Miſcellanea, duæ nimirum homiliæ *S. Chryſoſtomi περὶ προσευχῆς* ſive *de precatione* p. 1 & 10. cum centuria illuſtrium ex ejus operibus, *ἀπανθισμάτων* & ſententiarum p. 49--107. & duæ *Baſilii Magni* homiliæ in illud, *πρόσεχε σεαυτῷ*, *attende tibi ipſi* p. 21. & *περὶ ταπεινοφροσύνης*, *de humilitate* p. 37. Carmina quædam *S. Gregorii Nazianzeni* p. 108. Methaphraſis Græca heroica *Jonæ* Prophetæ & Pſalmorum I. XV. XXIII. CXXXIII. CXXXIV. auctore JOHANNE GASPARE SVICERO, (*) qui hunc utilem librum juvenum

(*) Hic eſt de quo A 1673. Carolus Patinus itineribus Gallice editis p. 257. *j'y* (à Zurich) *ay connu quelques perſonnes fort doctes: Monſieur Suicer entre autres, qui ſait luy ſeul plus de Grec que tous les Grecs de la Grece, & que j'eſtime encore plus pour ſa probité que pour ſa ſcience...* D. hujus Svíceri Lexico Græco dixi Volum. X. præſentis Bibl. p. 88. & de theſauro ejus Eccleſiaſtico, Volum. IV. p 570. Ejusdem Ratio ſyntaxis apud Græcos, exemplis Novi Teſt. & Patrum Græcorum illuſtrata Tiguri 1551.

num commodo collegit, & ad calcem voluminis ſeparatim ſingulorum ſubjecit latinam verſionem p. 129--276. adjuncto denique *Plutarchi* libro de puerorum inſtitutione, diviſo in capitula CLI. Græce p. 277. & Latine p. 305--335. Tiguri 1681. 12.

XXIV. Λέξεις ῥηταί. Græcarum ſententiarum Centuriæ, pro adultioribus ſcholæ *Scarenſis* alumnis excerptæ & cum Latina verſione editæ ab HAQVINO SPOLE. Upſaliæ 1712. 8. Centuria prima ex *Nemeſio:* ſecunda ex *Thucydide* & *Iſocrate:* Tertia ex variis auctoribus: quarta itidem ſententias ex variis Miſcellaneas & proverbia complectens. Quinta ex *Clementis* Alex. Pædagogo. Septimæ denique centuriæ loco *Demophili* ſententiæ & ſimilitudines, de quibus dicere me memini lib. 2. cap. 13. in catalogo Pythagoricorum, ubi de Secundo. Non omittendum autem in Bibliothecæ Palatinæ duobus Codicibus MSS. teſte Frid. Sylburgio in Catalogo MSS. illius Bibl. p. 106. haſce ſententias occurrere non ſub Demophili ſed *Democriti* nomine, atque ita etiam in Codice Cæſareo de quo Lambecius VI. p. 120. Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων σοφῶν. Eædem ſimilitudines ac ſententiæ ſub Demophili nomine Græce & Latine ſubjectæ etiam leguntur Maximo Tyrio in edit. Oxon. 1677. 12.

XXV, Ποικίλη ἱστορία, ſive novus hiſtoriarum fabellarumque delectus cum notis & verſione, in uſum ſcholæ *Etonenſis*. Curante JOANNE UPTONO. Plutarch. καθάπερ τὰς χάρακας οἱ γεωργοὶ τοῖς φυτοῖς παραπιθέασιν, οὕτως οἱ νόμιμοι τῶν διδασκάλων ἐπιμελεῖς τὰς ὑποθήκας καὶ

1551. 8. Obſervationes ſacræ prodierunt ibid. 1665. 4. Sed Symbolum Nicæno CPolitanum ex antiquitate eccleſiaſtica illuſtratum, diudemum poſt auctoris obitum lucem vidit Trajecti ad Rhen. 1718. 4. Patri in munere Canonici & Profeſſoris Græcæ Linguæ Tiguri ſucceſſit filius *Joannes Henricus Suicerus* A. 1683. qui deinde Heidelbergam ut Theologiam doceret vocatus obiit A. 1705. 23. & cum Patre nominari hoc loco meretur ob editum Tiguri A. 1699. 4. commentarium in Epiſtolam ad Coloſſenſes, cui ſubjiciuntur Orationes duæ de fatis Græciæ antiquæ Ethnicæ & Græciæ Chriſtianæ usque ad A. C. 1453. quo CPolis Turcarum facta fuit ſpolium, & tertia de internis Eccleſiæ Reformatæ terroribus. Nec non ſpecimen metaphraſeos Græcæ rhythmicæ Pſalmorum 47. 117. 121. 133. 134. autore *Beato Holtzhalbio*, Præfecto Comitatus Badenſis. De alis Sviceri filii ſcriptis, Jo. Jacobus Scheuchzerus in novis lit. Helveticis Ao. 1705. pag. 17. ſeq.

καὶ παραινέσεις παραπηγνύουσι τοῖς νέοις, ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαστάνοι τὰ ἤθη. Lond. 1701. 8. In hoc libello exhibentur capita ſexaginta ſelecta ex *Æliani* variis hiſtoriis, quem auctor eorum qui fabellas conſcripſere, omnium facile principem appellat. Hinc ex *Polyæno* capita triginta & quatuor, quem præclara Imperatorum ac Ducum facta laudat ſumma eruditione & brevitate non imitanda, octo libris perſecutum. Porro ex *Ariſtotelis* II. 21. Rhetoricor. fabulas Steſichori & Æſopi, & ex *Dionyſio* Halicarnaſſeo, Menenii Agrippæ. *Maximi Tyrii* de hominibus *μεμψιμοίροις*, & unde malum. Denique ex *Herodoto* ſelectæ narrationes undecim. Græce hæc omnia verſione Latina ad calcem voluminis ſeparatim excuſa.

XXVI. THOMAS GALEUS (*) vir eruditiſſ. præter luculentas editiones Græco-latinas notis illuſtratas *Herodoti*, Lond. 1679. fol. & *Jamblichi* de myſteriis Ægyptiorum Oxon. 1678. fol. notasque in *Hermiæ* irriſionem Philoſophorum Gentilium, in editione V. C. Guilelmi Worth, Oxon. 1700. 8. vulgavit tres collectiones ſcriptorum Græcorum, quas hoc loco referre non ab re fuerit. Sunt autem:

I. *Hiſtoriæ Poëticæ ſcriptores antiqui* Græce & Latine cum brevibus notis & Indicibus neceſſariis, præmiſſa de ſcriptoribus Mythologicis diſſertatione. Pariſ. 1675. 8.

Apollodori Athenienſis Bibliothecæ libri III.

Canonis

(*) Decanus Eboracenſis, defunctus A. 1702. 8. April. de quo Antonius Wood in Athenis Oxonienſibus. p. 849. Cætera *Thomæ Galei* ſcripta ſunt: Notæ in Lactantium de mortibus perſecutorum, in edit. Pauli Bauldry; Ultraj. 1692. 8. Edidit quoque Ingulfi hiſtoriam Croylandenſem (Act. Er. 1685. p. 143) Annales Marganenſes &c. (Act. Er. T. I. ſupplem. p. 108. Bibl. univerſelle T. XI. p. 397. Nouvell. Rep. lettr. 1688. pag. 581. 813.) Hiſtoriæ Britanicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ ſcriptores quindecim. Oxon. 1691. fol. (Act. Er. 1692. p. 1. ſeq.) Antonini Iter Britannicum commentariis illuſtratum, poſt parentis obitum vulgavit filius *Rogerus Gale* Lond. 1709. 4. (Bibl. ancienne & moderne T. i. p. 128.) Hujus fratris, *Samuelis Gale*, hiſtoria & Antiquitates Eccleſiæ Cathedralis Wintonienſis publici juris factæ Anglice Lond. 1715. 8. vide Acta Erud. T. 6. ſupplementi p. 392. Non eſt porro confundendus cum Thoma noſtro, quod à multis fieri video, parens ejus *Theophilus Gale* Theophili F. plurium & ipſe eruditorum ſcriptorum auctor ut ſunt Theologia generalis Lond. 1676. 8. Atrium Gentium (the court of the Gentiles, or a diſcourſe, touching the original of humain literature both Philologie and Philoſophie, from the Scriptures and Jewish Church) Oxon. 1672. 4. ne alia memorem quæ apud Antonium Wood in laudato opere, p. 451. & in Johannis Prince libro Anglice edito de claris Devonienſibus (the worthies of Devon) videri poſſunt. Obiit ille A. 1677.

Cononis narrationes quinquaginta, ex Photii Cod. 186.

Ptolemæi Hephæſtionis novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ libri VII. ex Photii Cod. 190.

Parthenii Nicaënſis de amatoriis affectionibus liber.

Antonini Liberalis transformationum collectio.

De Apollodoro, Parthenio & Liberali dictum à me eſt lib. 3. c. 27. de Conone lib. 3. cap. 15. & de Ptolemæo Chenno Hephæſtionis patre, Grammatico, Volum. IX. p. 440. ſeq.

II. *Opuſcula Mythologica, Phyſica & Ethica*, Græce & Latine, Cantabrig. 1671. 8. & ex nova recognitione Amſt. 1688. 8. apud Henr. Wetſtenium in qua meliore & auctiore editione ſcripta quædam aſteriſco à me notata, acceſſerunt, ſicut viciſſim in hac deſideratur Heliodorus Opticus, ob argumenti diſſimilitudinem non ſine cauſſa hic omiſſus.

Palæphati de incredibilibus Hiſtoriis p. 1.

Heracliti Grammatici de incredibilibus p. 67.

Anonymi, longe Heraclito recentioris de Incredibilibus p.. 83. De hiſce tribus dixi lib. 1. c. 22.

* *Eratoſthenis* Cyrenæi, Cataſteriſmi p. 97. De hoc lib. 3. c. 18.

Phurnuti de natura Deorum Commentarius p. 137. Hic Cornutus aliis de quo lib. 2. c. 15. p. 398. ſeq.

Saluſtii Philoſophi de Diis & Mundo p. 237. De hoc mox infra quædam ſum dicturus.

* *Homeri* Poëtæ vita, quam Dionyſio Halicarnaſſeo Clariſſ. Galeus tribuit p. 281. Vide quæ lib. 2. cap. 1. §. 4.

* *Heraclidis* Pontici allgoriæ Homericæ p. 405.

Merebatur etiam adjungi liber Græce & Latine editus à Geſnero, cui titulus ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ' ὅμηρον πλάνας τοῦ ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα. Emerici enim Bigotii judicio (*) ſcriptum hoc auctorem habet Heraclidem Ponticum, niſi malis Porphyrio illud tribuere. Vide quæ lib. 1. cap. 22. §. 2.

* *Ocellus* Lucanus Philoſophus de Univerſi naturæ. p. 495. De hoc lib. 2. cap. 13.

(*) Apud Menagium cap. 10. Anti Bailleti.

Timæi Locri de anima Mundi & Natura p. 539. De hoc lib. 3. cap. 1. ubi de Timæo Platonis, & lib. V. c. 26. ubi de Procli commentariis in Platonis Timæum.

Theophraſti notationes morum p. 567. De his lib. 3. cap. 9. §. 13.

Demophili ſimilitudines ſeu vitæ curatio ex Pythagoreis p. 611.

Democratis Philoſophi aureæ ſententiæ p. 626.

Secundi Athenienſis Sophiſtæ ſententiæ p. 640. De Demophilo, Democrate & Secundo vide ſis lib. 2. c. 13. Secundi ſententias ex MS. Gudiano recenſitas exhibui hoc ipſo volumine ſupra p. 565. ſeq.

Sexti Pythagorei ſententiæ è Græco in Latinum à Rufino verſæ p. 643. De his quoque paullo infra.

Ex quorundam *Pythagoreorum* libris fragmenta, in quibus de Philoſophia Morali agitur p. 657. De his dixi lib. 2. cap. 13. §. ult. Διαλέξεις autem antiſcepticas, quas cum verſione & notis nobilis Viri Joannis North in editione Amſtelodamenſi Galeus exhibet, ex MS. Codice recenſitas dedi Volum. XII. p. 617. ſeq.

De *Heliodori* Opticis quæ in Cantabrigenſi exhibita editione, in Amſtelodamenſi Galeus omiſit, dicere me memini lib. V. cap. 6. Volum. VI. p. 799. ſeq. Habetur etiam in Cantabrigienſi editione libellus ſive Epiſtola Ludovici Nogarolæ, Comitis, ad Adamum Fumanum, Canonicum Veronenſem, de Viris illuſtribus, genere Italis, qui Græce ſcripſerunt, ſubjectus pridem ab Nogarola editioni Venetæ Ao. 1559. Ocelli Lucani. Hanc Epiſtolam in Amſtelodamenſi editione à Galeo prætermitam, recudi feci Hamb. 1709. 8. cum Bernardi à Mallincrot centuriis quinque paralipomenon ad Voſſium de Hiſtoricis Græcis, & Chriſtophori Sandii notis & animadverſionibus ad Voſſium de Hiſtoricis Latinis, atque Johannis Hallewordi de Hiſtoricis Latinis ſpicilegio. Habet autem editio Amſtelodamenſis opuſculorum à Galeo ſelectorum hoc ſingulare, quod in Græcis nulla occurrunt ſcripturæ compendia, quas abbreviaturas vulgo appellant, operam dante V. C. Marco Meibomio, ut non tantum emendate hic liber prodiret, ſed etiam ſingulæ litteræ diſerte typis exſcriberentur, quod etiam in præclara illa Diogenis Laërtii editione Wetſteniana, & paucis quibusdam libris aliis obſervatum, conſilio neſcio an valde probando iis, qui non manu exaratos tantum Codices, ſed priores etiam editiones tanto difficilius lectum iri deinceps con-

conquerentur, ſi omnibus ejuſmodi compendiis ſcripturæ à tyronum uſu remotis, occaſionem illorum lectioni adſuefiendi juventuti eripi contigerit. Nihil porro ex hac Collectione video mihi ſupereſſe, quam ut de Saluſtio qui de Diis ſcripſit, ac de Sexti ſententiis pauca quædam ſubjungam.

1. SALUSTII Philoſophi libellum περὶ Θεῶν καὶ κόσμου *de Diis & Mundo* cum *Leonis Allatii* Latina verſione & *Lucæ Holſtenii* notis primus edidit *Gabriel Naudæus* Romæ 1638. 12. quæ editio repetita Lugd. Bat. 1639. 12. *Galeus* hinc notis Holſtenianis ſuas interſperſit. Rogaverat Naudæus *Fortunium Licetum* Epiſt. 71. ut Saluſtium hunc, quem Stoicum facit, illuſtrandum ſibi ſumeret: ſed nihil Liceti in hunc ſcriptorem videre me memini. Italicam verſionem *Dominici Lazarini de Murro* memorat Joannes Cinelli Bibl. volantis pluteo XIX. p. 39. Aureum libellum vocat Athanaſius Kircherus T. 2. Oedipi Ægyptiaci pag. 172. admiratum in eo referens Bartholomæum Tortollum elegantiam & inter tenebras Ethniciſmi tot lumina virtutis & veritatis. Et ſane præclare ſentit de Divina providentia, de animorum (*) immortalitate & de aliis capitibus, nominatim confutans Epicureos. Hunc viri docti tribuunt Saluſtio Syro, Procli adverſario κυνίζοντι, de quo (**) multa Photius Cod. 242. è Damaſcio in vita Iſidori, & Suidas in Σαλλούστιος, ἀπῆγεν, Ἀθηνόδωρος, Ζήνων & Μαρκελλῖνος, inter alia teſtatus quod fuerit Heracliti exemplo μισοπόνηρος, ὀχλολοίδορος, καὶ πᾶσιν ἐπιθέμενος τοῖς ἁμαρτάνουσιν, καὶ ὁπωσοῦν ἐκ πάσης προφάσεως ἐλέγχων ἑκάστους καὶ διακωμῳδῶν, quod cum Cynicis moribus bene convenit, non cum hoc ſcriptore. Videndum igitur an ſit potius alterius Saluſtii Platonici, ut non ſine cauſſa conjicit Paganinus Gaudentius de Pytha-

(*) Cap. VIII. de anima differens: ἀθάνατον δὲ αὐτὴν εἶναι ἀνάγκη, ὅτι τε γινώσκει Θεούς. Θνητὸν δὲ οὐδὲν ἀθάνατον οἶδε.

(**) Hunc Saluſtium intelligit Simplicius in Epictetum pag. 90. τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλούστιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ, καὶ φυσῶντα αὐτὸν καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. *Salluſtium qui noſtra ætate vivum carbonem femori nudo impoſitum ſufflando periculum faciebat quamdiu ardorem illum tolerare poſſet.*

thagorea animarum tranſmigratione Exerc. 1. cap. 21. Fuit inprimis celebris Salluſtius Philoſophus, qui licet Ethnicus Julianum Imp. à cruciandis deterruit Chriſtianis, teſte Theodorito lib. 3. Hiſt. cap. 11. Huic Julianus Orationem quartam inſcripſit, qua Solis laudes complectitur. Ad hunc ejusdem Juliani Epiſtolæ qui eum A. C. 362. dignitate ἐπάρχȣ & A. 363. Conſulis ornavit. Ad hunc contra Dioſcori Medici truculenta conſilia ſcripſit S. Hilarius Pictavienſis Epiſcopus, de quo conſules eruditorum Benedictinorum ad Hilarium prolegomena §. 19. Ad eundem leges nonnullæ in Codice Theodoſiano. Apud Eunapium in Maximo p. 85. vitioſe Σαλȣ́τιος, in Codini quibusdam Codicibus Σαλτίων. Auſonius in Profeſſoribus Burdegalenſibus, de Latino Alcimo Alethio Rhetore:

Saluſtio plus conferent libri tui,
Quam Conſulatus addidit.

Alius Salluſtius ad quem Symmachi Epiſtolæ V. 55. 56. Alius de quo Marcellinus Comes ad A. C. 423. *Philippus & Salluſtius Philoſophi morbo perierunt.* Alius ad quem Iſidori Peluſiotæ Epiſtola 464. libri primi. Alius *Dionyſius Salluſtius* Medicus cujus mentio apud Plinium XXXII. 7. Juſtus Rycquius Centura nova Epiſt. 29. ad Marcum Velſerum teſtatur ſe in Bibl. Saregica (Lud. Saregi, Peruſiæ & Umbriæ Præfecti) reperiſſe hæc calamo exarata opuſcula: *Maximi Planudæ* & clarorum aliquot virorum Epiſtolas centum. *Pſellum* de gemmarum virtutibus. Incerti cujusdam (ſub *Empedoclis* editos nomine) verſus Jambicos de fixarum ſtellarum ſphæra, à *Demetrio Triclinio* emendatos. Parecbolas quasdam eorum quæ in excuſis *Athenæi* codicibus deſiderantur. Incerti in librum *Ariſtotelis* de coloribus commentarium. *Caniclei* librum contra Plotinum: ejus forte cujus librum de immortalitate animæ ἀνέκδοτον laudat Cardanus lib. de rerum varietate. SALUSTII Philoſophi in Heracliti problemata Homerica ſummarium. Excerpta ex *Gemiſti Plethonis* Monodia de immortalitate animæ. Ejusdem defenſionem Ariſtotelis contra *(Gennadium) Scholarium. Michaëlis Apoſtolæ* pro Plethone librum, ſuper ſubſtantia Ariſtotelica contra Theodorum Gazam. *Demetri Triclinii* de metris poëticis libellos.

2. Clariſſ. Galeo qui ſententias SEXTIO (*) Philoſopho apud Senecam Epiſt. 1. & alibi laudato tribuit, gravem dicam ſcribit p. 33. ſeq. Vir venerandus Urbanus Godfrid Siberus, qui eaſdem eruditis notis illuſtratas nuper ſeparatim edidit, atque SIXTO II. Epiſcopo Romano & Martyri conatur aſſerere Lipſ. 1725. 4. præfixa etiam ſub Sixti hujus II. nomine efficta Epiſtola, qua Concilio Lateranenſi, Romæ ſuperiore anno ſub Benedicto XIII. congregato has ſententias dedicavit. Sed certum eſſe puto aliud ſenſiſſe Origenem & Hieronymum, qui ſententias has Chriſtiani ſcriptoris eſſe minime exiſtimarunt. Origenes non modo Epiſcopum & Martyrem nunquam nominat, quod neutiquam omiſiſſet, toties ejus ingerens mentionem, vel ſemel facere: ſed etiam diſerte tanquam ſcriptum non Chriſtiani, à Chriſtianis tamen non infrequenter lecti atque adeo probati meminit VIII. contra Celſum p. 397. & T. 15. in Matthæum p. 369. atque eodem referre licet quod Eccleſiaſticum Philoſophum vocat S. Maximus in Dionyſium Areopag. cap. 5. Myſticæ Theol. T. 2. p. 85. Rufinus autem qui primus ſub Sixti Martyris nomine illum ſententiolarum libellum latinis auribus commendavit, non modo temeritatis & inſaniæ eo nomine arguitur ab Hieronymo in cap. 18. Ezech. & ad Cteſiphontem contra Pelagianos & cap. 22. in Jeremiam, ſed monetur etiam in eo CHriſti, Spiritus S. DEI Patris, Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum nomina reticeri; cum in Hieronymi ſententiis, quas Vir clariſſimus p. 63. ſeq. objicit toties CHriſtus de nomine celebretur. Et quis neget ab Ethnico etiam potuiſſe ſcribi Philoſopho, licet nihil additum à Rufino largiamur, ſentent. 171. *Sapientia animum perducit ad DEUM.* & 172. *Nihil tam vernaculum Sapientiæ quam Veritas*, & ſentent. 34. *habes in te aliquid ſimile DEO.* Quis vero præſtet ſententiam 242. vel de baptiſmo intelligendam, vel non additam à Rufino? *fidelem te eſſe profeſſus, ſpondiſti pariter non peccare DEO.* Sane tamen ſi interpolatorias manus ſuſpicari in his ſententiis non eſſet neceſſe, Chriſtianum ſcriptorem illæ hinc inde proderent. Quæcunque autem habemus Græca, ea ab Ethnico proficiſci potuerunt omnia. Quod

 por-

(*) De hoc Sextio Stoico Philoſopho, Tiberii ætate, ſed qui Pythagoræ Philoſophiam quodammodo revocaſſe & cum porticu conciliaſſe fuit viſus; conſule Lipſium ad Senecæ Epiſt. 59. & lib. 1. manuduct. c. 6.

porro Laurentius Martyr apud S. Ambroſium 1. de Officiis inducitur ad Sixtum martyrii candidatum dicere: *abjectio diſcipuli, detrimentum eſt Magiſtri*, cui reſpondere videtur quod eſt in Sixti ſententiis n. 178. *peccata diſcentium opprobria ſunt Doctorum.* Ad hoc reſponderi poteſt, quod non Sixto id tribuitur ſed Laurentio, deinde quod diverſa ſententia eſt, denique quod Rufinus illam ut alia addidit fortaſſe de ſuo, deniq; commune hoc axioma potuiſſe etiam Ethnico Philoſopho in mentem venire. Gelaſius quoque Hieronymo ſuffragatus apocryphis accenſet *librum proverbiorum qui ab hæreticis* (Rufino) *conſcriptus eſt & S. Sixti nomine prænotatus.* Rufino tamen aſſenſi ſunt non modo Pelagius, ſed & Auguſtinus primo lib. de Natura & Gratia c. 64. (qui tamen id poſtea retractavit lib. 2. retract. cap. 42) & Syri qui ſua lingua ſententias illas ſub Sixti Epiſcopi nomine (ex Rufini verſione ut videtur) habent teſte Hebed Jeſu, & Joſepho Maria Aſſemano T. 1. Bibl. Oriental. p. 429. tum non ipſe Iſidorus Hiſp. ſed auctor appendicis ad Iſidorum, & Ildefonſum de ſcript. Eccl. c. 1. affirmans tamen *huic Opuſculo ab Hæreticis quædam contra Eccleſiaſticam fidem eſſe inſerta, quo facilius ſub nomine tanti Martyris perverſorum dogmatum reciperetur aſſertio.* Laudantur etiam Sixti Papæ inſtituta apud Veterem auctorem collectionis de Virtutibus & Vitiis, editum à celeberrimo Mabillonio p. 62. Analect. edit. novæ in fol. & à Laurentio Piſano qui Sixti ſententias imitatus *Divina oracula* appellat, Thoma Bradwardino in cauſa DEI, Vincentio Bellovacenſi, in ſpeculo morali & Hiſtor. & ab auctore de vitis Philoſophor. c. 110. &c.

Quod in aliis verſionibus ſuis ſcriptorum Joſephi, Clementis, Origenis & Euſebii feciſſe cognoſcitur Rufinus, ut magna libertate uſus fuerit, neque dubitaverit interpolare quædam & addere, demereque alia, ut ſcriptores quos legeret commendabiliores faceret: idem in hoc Sexti Philoſophi enchiridio videtur feciſſe, quod ipſe Xyſto ſive Sixto Epiſcopo tribuit atque *anulum* inſcripſit. Ab eodem videtur profecta diviſio libelli in duas partes, cujus Hieronymus meminit, & quæ ſervata etiam eſt in editione quam Lugd. 1507. 4. * adornavit Symphorianus Champerius cum libro ſuo de quadruplici vita, & commentariis ad Theologiam Aſclepii & Iſocrate ad Demonicum. In hac enim ſententiarum Sexti editione pars ſecunda incipit

* De edit. Hilleſhemia Rev. Jo. Chriſtoph Colerus in anthologia, faſcic. 1. c. 8. Lipſ. 1725. 8.

pit ab illa quæ in edit. laudati Siberi eſt CLXX. *Fides omnes actus tuos præcedat.* In eadem Champeriana exſtat quoque ſententia lecta Auguſtino & Pelagio: *Libertatem arbitrii ſui permiſit hominibus DEUS, ut pure & ſine peccato viventes DEO ſimiles fiant.* Et illa in duas partes diviſio & hæc ſententia deſideratur in aliis editionibus ut in ea quam B.Rhenanus Baſil. 1516 in 4. dedit ex MS. Seleſtadienſi, & quæ in Bibliothecis Patrum, & in Galeana utraq; nec non in Helmſtadienſi quam cum ſententiis Laurentii Piſani presbyteri & Thalaſſii Epiſcopi vulgavit Joannes à Fuchte 1615. 8. etiam in illa quam diviſam in Decadas XLII. Petrus Poiretus ſubjunxit ideæ Theologiæ Chriſtianæ juxta principia Jacobi Bohemi Teutonici. Amſt. 1693. Optandum erat Græcas exſtare, & ab interpolationibus Rufinianis immunes has ſententias, ita enim appareret nihil in illis occurrere quod non ſcribi potuerit ab Ethnico Philoſopho, nihil certe aliud obſervabitur in illis quæ eædem cum gnomis hiſce Græce leguntur inter Demophili ac Democratis ſententias, vel apud Nilum, Maximumve vel apud Stobæum: vel apud Origenem denique nominatim Sextum laudantem. Sic quod apud Sextum eſt, XCII. *Quod tibi DEUS dat, nullus auferre poteſt*, in Demophili ſententiis ita exprimitur: δῶρον Θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον. Sexti CCCXLIII. Qui cogitat adverſum alium mala, ipſa præveniens ipſe perfert mala. Apud Demophilum: βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθάνει ἑαυτὸν πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς. Sexti CCXCVIII. *Magnam ſcito eſſe ſapientiam per quam ferre potes ineruditorum inſipientiam.* Apud Demophilum: μεγάλην παιδείαν νόμιζε δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν. Sexti CCCCXLI: *Sapiens vir & cum tacet, honorat DEUM.* Apud Demophilum: σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν Θεὸν τιμᾷ. Quod in Sexti CCCCXLIII. eſt, *Homo incontinens polluit Deum*, apud Demophilum eſt τὸ Θεῖον μιαίνει.

3. Tertia Clariſſimi Galei Collectio Græco-latina eſt *Rhetorum Græcorum* ſelectorum Oxon. 1676. 8. in qua 1. *Demetrii* Phalerei liber de elocutione, 2. *Tiberius* Rhetor de Schematibus apud Demoſthenem, 3. Anonymi Græci Compendium Rhetoricæ, quod incipit: ἡ ῥητορική ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ καλῶς καὶ πειστικῶς πάντα τὸν προκεί.

προκείμενον διαθέσθαι λόγον. & 4. ***Severi*** Sophiſtæ Alexandrini Ethopoeiæ, auctiores iis quas Allatius ediderat. De his ſcriptoribus cum dixiſſe me meminerim lib. IV. cap. 31. §. 18. nihil amplius addo, ſed potius ſubjungo alterius Rhetorus *Theophili Corydallei* opuſculum, quod cum Latina verſione hactenus inedita in manus meas incidit, editum pridem Græce Lond. 1625. 8. cum ejusdi ſcriptoris περὶ ἐπιστολικῶν τύπων.

Τοῦ σοφωτάτου Κυρίου
ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΚΟΡΥΔΑΛΛΕΩΣ τοῦ Ἀθηναίου, τοῦ ὕστερον διὰ τοῦ θείου καὶ μοναχικοῦ σχήματος ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ μετωνομασθέντος, Ἔκθεσις περὶ Ῥητορικῆς.

Sapientiſſimi Viri Domini
THEOPHILI CORYDALEI, Athenienſis; poſt ſacrum, & Monaſticum aſſumptum habitum, cognomento THEODOSII, Tractatus Rhetoricus.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀεὶ μὲν ἔγωγε τὸ περὶ τὴν παιδείαν ὑμῶν εὐδαιμόνισα πρόθυμον. καὶ τὸ εὐγενὲς οὐκ ἔχω μὴ ἄγασθαι τῆς ὑμετέρας φύσεως. οἱ χρήματι πολυασχόλῳ τῇ ἐμπορείᾳ ἐνειλημμένοι, καὶ τῶν Εὐρίπου παλιῤῥοιῶν οὐκ ἀστενεστέρῳ ῥεύματι τῷ τῶν πραγμάτων ὄχλῳ μεταφερόμενοι διηνεκῶς, καὶ ἀντιῤῥυπτούμενοι, οὐκ ἀνύετε ὅμως καὶ λόγων μεταποιούμενοι, τήν τε τῶν Ῥητόρων καλλιφωνίαν, τῶν μηδεμιᾶς ἁπτομένων φροντίδος τὰ δευτερεῖα φέρειν αἰσχύνεσθε. καὶ οὔτε τὸ χαλεπὸν τῆς εὑρέσεως διὰ τὸ δύσληπτον ἀπαμβλύνει τῆς προθυμίας τὸ εὔτονον, οὔτε τὸ συνε-

PROOEMIUM.

Semper ego fælici vos indole in perdiſcendis literis judicavi, & divinam illam naturæ veſtræ particulam non poſſum non mirari; quippe qui variis negotiis, mercatura nimirum implicati, rerumque turbido æſtu non ſecus, ac incertis reciproci freti fluctibus agitati, & ubique acti non ceſſatis tamen & literis incumbure, illamque Rhetorum facundiam ſecundas tenere non patimini. Adeoque nec inveſtigandi difficultas animi obtundit robur, nec laboris aſſiduitas, ſegniores vos in iſta efficit in-

συνεχὲς

συνεχὲς τῶν πόνων ῥαθυμωτέρους περὶ τὴν τούτων θήραν ἐργάζεται. Ἀλλ' οἱ μὲν τῶν πλεόντων πολλοὶ, κἂν σμικρὸς ὑπολάβῃ κλύδων, ἐκπλαγέντες τῇ ἀληθείᾳ, προΐενται μὲν τὴν σώζουσαν τέχνην, παραδίδωσι δὲ τῷ κύματι καὶ παραναλίσκονται τῆς νεώς. Ὑμεῖς δὲ ὥσπερ φιλοσοφίας ἐν μεθορίῳ καὶ ἐμπορίας τεταγμένοι, τῆς μὲν τῷ ἐπιῤῥέοντι σάλῳ ὡς ἐγχωρεῖ ἀπαντῶντες, καὶ θατέρας ἀποχρώντως ἀντέχεσθαι. ἡ μὲν γὰρ ὑμῖν κἂν ἐπείσακτος, ἀλλὰ τῶν χρείαις συντελοῦσα τοῦ βίου. ἡ δὲ πατρῷον κτῆμα ἀνέκαθεν, ἧς εἰ καὶ τὸ ἄνθος ὁ δαίμων αὐτοῖς κλάδοις ἀπέκειρεν, ἐμμένει μέντοι τὰ σπέρματα κρείττω δαιμονίας ἐπηρείας τῇ φύσει συμμεταδιδόμενα. σφαδάζει τε διηνεκῶς ἐπὶ τὴν ἔκφυσιν, καὶ ὀργᾷ εἴ που ἀνατεθηλῶτα πάλιν ἀποκυήσειεν, ὅσα καὶ φυτὸν εὐγενές. ἀπορίᾳ δὲ τοῦ μαιευσοντος μένει ἀτελεσφόρητα. καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ νύττον ἀεὶ καὶ οὐκ ἐῶν ὑμῶν ἠρεμεῖν τὴν ψυχήν. ὃ κἀμοὶ τό γε νῦν ἔχον φοιτᾶν καταναγκάζει ὡς δῆθεν ἐμπείρῳ τὰ περὶ τὴν μαίευσιν. Ἐγὼ δὲ τῆς φύσεως ὑμᾶς ἐπαινῶν, αἰσχύνομαι μὴ καὶ χαρίσασθαι. εἰ δὲ τοὐγχείρημα πόνων ἐστὶν οὐκ ἐκτὸς, ἀλλ' ὑμῶν γ' ἕνεκα τὸν ἐνόντα τρό-

dagine. Navigantium autem nonnulli, tenui quamvis ſurrepti unda, artem quidem projiciunt ſalutarem ſeque credunt fluctibus, navemque impingunt. At vos, velut in ipſo Philoſophiæ confinio, & mercaturæ poſiti, hujusce inundanti oceano, pro viribus occurritis, & altera ſat abunde inſtructi eſtis. Iſta quidem vobis adventitia licet, in vitæ tamen commodum cedit; hæc vero avita ab origine poſſeſſio. Cujus etiamſi florem ab ipſis Deus decerpſit ramis, at ſemina tamen inſunt divinitus immiſſo meliora damno, quæ toti impertiuntur naturæ, ſemperque geſtiunt elici, appetuntque ut tandem regerminantia fructus, non ſecus ac planta nobilis, iterum effundant. Inopia vero obſtetricantis manent immatura. Atque hoc œſtrum eſt illud, quo veſtræ inquietantur animæ. Quod & me jam nunc haud certis paſſibus ad errandum adigit, quippe qui ſat novi quid ſit obſtetricari. Ego igitur cum lætam vos ob indolem prædicem, frontem plane exuam, ſi non gratificer. Quamvis autem opus hoc arduum ſit, in veſtram tamen gratiam aggrediendum putavi, ut ſemina,

πον πειρατέον ἔδοξα τὰ σπαργῶντα ἤδη τῶν σπερμάτων εἰς φῶς ἀγαγεῖν. Ὑμεῖς δὲ κἂν ταῖς ὠδῖσιν ἐπείγεσθε, μὴ πάνυ σπεύσητε τὴν ἀπότευξιν. οὐχ ὁ τυχὼν γὰρ ἐξ ἀμβλώσεως κίνδυνος τοῖς πρὸ ὥρας γλυχομένοις προϊέναι τὰ ἔκγονα.

quæ jam fœcunditate turgeſcunt, in lucem producantur. Quod ſi partus doloribus cruciamini, ne temere tamen feſtinate. Illis enim grave ex abortu periculum accidit, qui fœtus præmature edere cupiunt.

II. Ὁ μὲν σκοπὸς ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, οὐ Ῥητορικῆς θεωρία, οὐδέ τινα περὶ αὐτῆς ὁλόκληρον ἔκθεσιν παραδοῦναι. ἀλλὰ περὶ μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου, καὶ τῆς ἐκείνων διαθέσεώς τε καὶ χρήσεως διαλαβεῖν. σαφηνείας δὲ ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν (ὃ λέγεται) μῦθον ὑφαίνειν ἀκέφαλον, ὀλίγαττα καὶ περὶ ὁλοσχεροῦς τῆς πραγματείας ὡς ἐν παρόδῳ προανακεκρουκότες, καὶ εἰς αὐτὴν μεταβησόμεθα τὴν τοῦ προκειμένου διαθήρασιν. Τὴν Ῥητορικὴν τοιγαροῦν τῶν μὲν ἐμπειρίᾳ χρηματισάντων, τῶν δὲ τέχνην, ἐνίων δὲ αὐτῇ οὐδὲ τὰ τῆς ἐπιστήμης πρεσβεῖα νεῖμαι ἀποκνησάντων. ἡμεῖς καὶ τὸ σύντομον ἐπὶ τοῦ παρόντος καὶ τὸ εὐπαρακολούθητον διώκοντες, τὰ μὲν τῶν ἄλλων παρέντες, ἃ περὶ αὐτῆς τῷ Ἀριστοτέλει ἔδοξεν (ὃν καὶ τοῦ λόγου ποδηγὸν ἐνστησόμεθα) διὰ βραχέων ὡς οἷόν τε ἀναπτύξωμεν.

II. Scopus hic noſter non eſt meditari Rhetoricem, nec aliquem de ea tractatum integrum præbere; ſed de partibus civilis orationis, & earum conſtructione, uſuque diſſerere. Quod ut eluceſcat, & ne fabulam ſine capite (ut ajunt) contexere videar, paucula de toto negotio obiter præmittemus, dein ad ipſam propoſiti diſquiſitionem tranſibimus. Rhetoricam igitur cum alii ſcientiam eſſe dicant, alii artem, plurimique ipſa ſcientiæ privilegia tribuere non verentur, nos etiam qui brevitati jam ſtudemus, captuque facilia conſectamur, aliorum opiniones omittentes, quæ de ea viſa ſunt Ariſtoteli, cujus nos inſiſtimus veſtigiis, quanta poſſumus brevitate aperiemus.

III. Ἀμέλει τοι ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Θεοδέκτην, Δύναμιν φησὶν τὴν Ῥητορικὴν εἶναι περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. δύναμιν δὲ ἐνταῦθα οὐ φυσικήν τινα δεξιότητα ὑποληπτέον, ὃ δή τινες περὶ ῥητορικῆς ἐφαντάσθησαν. ἀλλ' ἣν συνίστησι γυμνασίας συνέχειαν, ταῖς περὶ τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐνεργείαις. ἥτις καὶ τέχνη ἐστὶν, ὃ περὶ αὐτῆς ὁ Ἀριστοτέλης πολλαχοῦ ἀποφαίνεται. ὃ γὰρ πράττειν πεφύκασιν ἄνθρωποι, χαλεπῶς μέντοι καὶ σπανίως, ῥαδίως δὲ καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἐθισθέντες, τοῦτο καὶ τὴν αἰτίαν προσλάβειεν, τέχνη γίνεται. τοιοῦτον δὲ ἡ ῥητορική. καθ' ἣν καὶ πάντες φύσει μέχρι τινὸς ἐνεργοῦσι, καίπερ εἰκῆ καὶ ἐπισφαλῶς. ἐν ἕξει δὲ γενόμενοι διὰ συνηθείας, οὐκ ἔτι, ἀλλὰ ῥᾶστα καὶ ἐμμελῶς. ἐνδέχεται δὲ καὶ αἰτίαν θεωρεῖν. οἷον τίνα, καὶ τίνι τρόπῳ σχηματισθέντα τοὺς τοιούσδε πείθουσιν ἀκροατάς, ἄλλως μὲν τοὺς πρὸς ἡδονὴν ἢ κέρδος ἀφορῶντας, ἑτέρως δὲ τοὺς φιλοδοξοῦντας. καὶ ὡδὶ μὲν ὄχλον, οὕτω δ' αὖ σοφοὺς καὶ τῷ δικαίῳ προσέχοντας. ὡσαύτως δὲ καὶ τοιῶσδε μὲν συντεθὲν

III. Ariſtoteles ſiquidem in primo ad Theodectem libro Rhetoricam, inquit, facultatem eſſe perſpiciendi in unaquaque re, quod in ea eſt ad perſuadendum idoneum. Per facultatem autem non naturalis aliqua ingenii dexteritas hic intelligenda, prout nonnulli de Rhetorica ſomniarunt; ſed qualem comparat exercitatio continua, crebra ſua, circa idem, & propter idem, actione. Quæ & Ars eſt, quod paſſim Ariſtoteles de ea demonſtravit. Quod enim facere ſolent, ſed ardue raroque homines, prompte vero cum acceſſerit aſſiduitas, id, & rationem adjungit, Ars efficitur. Tale vero quidpiam eſt Rhetorica, ſecundum quam omnes natura quadantenus operantur, temere tamen, & imprudenter. Qvum autem habitum aſſiduo conatu nacti ſunt, non ita, ſed expedite, & cum judicio. Liceat autem & cauſam inſpicere, quæ nimirum, & quo veſtita cultu valent ad auditores hoſce vel illos perſuadendum: aliter ſiquidem quos lucri, aut voluptatis *γαργαλισμὸς* titillat, aliter autem quos gloriæ, aut opinionis. Et hoc modo conciliatur vulgus,

 προσυί-

προοίμιον, τοιῷδε τῷ λόγων γένει ἐφαρμόττει. ἄλλως δὲ, ἑτέρῳ καὶ πρὸς ἑτέρους. καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. τέχνη ἄρα ἡ ῥητορική. Ἡ δὲ τέχνη ἕξις ἐστὶ πρακτικὴ μετὰ λόγου. ἕξις δὲ οὖσα, καὶ ποιότης ἀναγκαίως. ἡ γὰρ ἕξις ποιότης ἐστὶν ἐπείσακτος ταῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεσι καθ᾽ ἣν τοιῶσδε τὸ ζῶον ἔχηκεν, ἢ πρὸς ἑαυτὸ, ἢ πρὸς ἕτερον, οὐκοῦν ἡ ῥητορικὴ καὶ ποιότης ἐστὶν ᾗ ἕξις, καὶ ἕξις ᾗ τέχνη, καὶ τέχνη περὶ λόγους ᾗ λογική. Ἀλλ᾽ ὁ λόγος οὗτος ἀληθὴς μὲν, οὔπω δὲ ῥητορικῇ ἀποκεκριμένος, ἐπεὶ καὶ γραμματικῇ ἐφαρμόττειν καὶ διαλεκτικῇ ἐνδέχεται. ὅτου χάριν προσείληπται τὸ, περὶ ἕκαστον τῶν θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. καθ᾽ ὃ, ἀντιδιαστέλλεται μὲν τῆς γραμματικῆς, ὡς μόνην τὴν ὀρθότητα καὶ σημασίαν σπουδαζούσης τοῦ λόγου. διακρίνεται δὲ καὶ τῆς διαλεκτικῆς, ἧς ἔργον κανόνα καὶ ὄργανον συγκροτῆσαι, δι᾽ οὗ ἔχοιμεν ἐν μὲν τοῖς κατὰ θεωρίαν τοῦ ψεύδους τὸ ἀληθὲς, ἐν δὲ τοῖς πρακτέοις τῶν φαύλων τἀγαθὰ διελεῖν. μόνη δὲ ἡ ῥητορικὴ πᾶσαν περὶ τὸ πιθανὸν καταβάλλεται τὴν σπουδήν. καὶ τοῦ-

ſapientes iſto, & juſtitiæ myſtæ. Similiter & exordium ita compoſitum ſub tali genere orationis cadit, & talibus convenit auditoribus; ſin aliter, ſub alio, & aliis: & ſic de reliquis cenſendum. Eſt igitur Ars, Rhetorica. Ars autem habitus eſt efficiendi cum ratione. Habitus autem cum ſit, neceſſe quoque ut qualitas ſit. Habitus enim qualitas eſt in potentias animæ introducta, qua tali modo afficitur animal, vel erga ſe, vel alios. Eſt igitur Rhetorica qualitas qua habitus, & habitus qua Ars, Ars autem cum ratione, qua rationalis. Definitio autem hæc vera quidem, Rhetoricam tamen nondum ſatis diſtinxit, quoniam & Grammaticæ convenire poſſit, & Dialecticæ. Illud proinde additur, perſpiciendi in unaquaque re, quod in ea eſt ad perſuadendum idoneum. Hinc à Grammatica diſtinguitur, quæ ſolum curat, ut emendata ſit oratio, & ſignificans: à Dialectica vero, cujus eſt regulas, & inſtrumenta conficere, quibus veritatem in Theoreticis à falſitate, bonumque in practicis à malo diſtinguamus. Sola vero Rhetorica omnem in perſuadendo impendit operam. Et hoc de pro-

τὸ περὶ τοῦ δοθέντος ἁπλῶς δύναται θεωρεῖν: Οὐ γὰρ ἀφώρισται περί τι γένος ἡ τῆς ῥητορικῆς ὕλη, οἷον δὴ ταῖς λοιπαῖς τέχναις. τέκτονι φέρε εἰπεῖν ξύλα. χαλκεῖ δὲ μέταλλα. καὶ καθεξῆς ὡσαύτως. ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὁποῦν ἡ ῥητορικὴ ἐπεκτείνεται τῶν συμπιπτόντων τῶν ἐν πολιτείαις ζητημάτων, πλὴν τῶν ἀσυστάτων. Ἔργον δ᾽ αὐτῆς οὐ τὸ πεῖσαι πάντως, οὐδὲ γὰρ τεκτονικῆς τὸ τὴν κλίνην εἰς ἔργον προαγαγεῖν. ἀλλ᾽ εἰδέναι ὡς ἂν προαχθείη εἰ μή τι τῶν ἐκτὸς διακώλυμα παρεμπέσοι. οὕτω τοι καὶ ῥητορικῆς τὸ ἐπίστασθαι περὶ ἑκάστου τῶν προβληθέντων, οὐ διδακτικῶς, ἀλλὰ πιστωτικῶς εἰπεῖν. ὅθεν καὶ τῶν ἐναντίων ἐστὶ διὰ τῶν κοινῶν καὶ ἐνδόξων κατασκευαστική: Τὸ δὲ τοῦ ῥήτορος ἔργον, τετραχῇ διανενέμηται, κατὰ τὰ τέσσαρα τῆς ῥητορικῆς μέρη. ἐν οἷς πρώτη μὲν καὶ οὐδαμῶς εὔληπτος, ἡ τῶν ῥητορικῶν προβλημάτων καὶ στάσεων θεωρία ἐστί. μεθ᾽ ἣν ἡ τῶν πίστεων εὕρεσις, οὐχ ἧττον τὸ πολυσχεδὲς ἢ χρήσιμον ἔλαχε. καὶ παρὰ ταύτας ἥ τε τῶν εὑρεθέντων διάθεσις, καὶ τῶν λέξεων ἐκλογὴ καὶ ὑπόκρισις τῶν αὐτῶν.

poſita definitione ſufficiat. Non enim aliquo genere coarctatur Rhetoricæ materia, ſicut Artium reliquarum. Lignario ſcilicet ligna deſtinantur, fabroque ærario metalla, & ſic de ſingulis. At Rhetorica in omni verſatur quæſtione qua civili, exceptis quæ in diſceptationem non veniunt. Munus autem Rhetoricæ non eſt perſuadere ſemper, nec artis fabrilis lectum conficere, ſed ſcire quomodo conficiatur, niſi internum aliquod impediat repagulum: ita nec Rhetoricæ de quocunque themate ſcientiam facere, aut docere, ſed probabiliter tantum dicere. Unde & adſtruendi contraria vim habet, è locis communibus, & probabilibus. Oratoris autem officium quadruplex eſt, ſecundum quatuor Rhetoricæ partes. Quarum prima & admodum difficilis eſt ſtatuum, & quæſtionum Rhetoricarum conſideratio. Secunda, quæ non minus multiplex eſt, quam utilis, argumentorum eſt inventio. Tertia inventorum diſpoſitio, & ultima verborum electio, eorumque decorâ voce, & geſtu pronunciatio.

IV. Τῶν δὲ προβαλλομένων ἤγουν ζητουμένων, γένη εἰσὶ δύο. τὰ μὲν γὰρ συντείνει πρὸς αἵρεσιν καὶ φυγήν. οἷον εἰ πολεμητέον Φιλίππῳ. τὰ δὲ πρὸς γνῶσιν μόνον. οἷον πότερον ὁ κόσμος σφαιροειδὴς, ἢ οὔ. τούτων δὲ τὰ μὲν εἰσὶ καθόλου, ὅσα καὶ τῶν περιστατικῶν ἐξῃρημένα. οἷον εἰ ὅλως πολεμητέον. τὰ δὲ ἐπὶ μέρους ὡς τὸ, εἰ προσήκει Ἀθηναίοις ἄρασθαι τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον ὑπὲρ Ὀλυνθίων, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιμάχου. Ἔστι δ᾽ ἐν ἑκατέρῳ τῷ γένει κοινὰ τὰ καθόλου κατασκευαστικὰ καὶ ἀνασκευαστικά. ὁ γὰρ δείξας παντὶ γαμητέον εἶναι, καὶ τῷ Σωκράτῃ πάντως καὶ Πλάτωνι ἔσται ἀποδεδειχώς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνελὼν τὴν πρὸς ἑτεροδόξους φιλίαν, συνανεῖλεν (οἷον εἰπεῖν) καὶ τῶν μεταξὺ Πεισιστράτου καὶ Σόλωνος. Ἡ μέντοι Ῥητορικὴ τῶν κατὰ μέρος ἐστὶ θεωρητική τε καὶ πιθανουργική. ἔστι γὰρ πολιτικὸν ζήτημα (ὡς Ἑρμογένης ὡρίσατο) ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους, ἐκ τῶν παρ᾽ ἑκάστης κειμένων νόμων ἢ ἐθῶν, περὶ τοῦ νομισθέντος δικαίου, ἢ τοῦ καλοῦ, ἢ τοῦ συμφέροντος, ἢ καὶ πάντων ἅμα, ἢ ἐνίων. τὴν δὲ τῶν

IV. Propoſitorum autem ſive quæſtionum genera duo ſunt. Quædam enim ad electionem, & evitationem ſpectant, ut an bellum cum Philippo gerendum. Quædam ad ſolam cognitionem, ut, an mundus ſphæricæ ſit figuræ, necne. Ex his, quædam Univerſales ſunt, quales ſunt, quæ omnibus nudantur circumſtantiis, ut, an omnino ſit pugnandum: quædam vero ſpeciales, ut, an Athenienſes deceat bellum contra Philippum ſuſcipere pro Olynthiis archonte Callimacho. Sunt autem in utroque genere communes, generaleſque confirmandi, & deſtruendi loci. Qui enim uxorem omni ducendam eſſe demonſtrat, tum Socrati, & Platoni ſine dubio demonſtrabit. Sic etiam, qui amicitiam inter viros ſententia diſcrepantes ſolvit, eam quoque extinxit, quæ inter Solonem, & Piſiſtratum. Attamen Rhetorica eſt particularium ars contemplativa, & perſuaſoria. Eſt enim quæſtio civilis (ut definivit Hermogenes) diſceptatio, vel controverſia cum ratione ſuſcepta, particularis, & finita, ex conſtitutis legibus, aut conſuetudine uniuscujusque populi, de iis quæ habentur juſta, aut honeſta, aut utilia, vel de his omnibus ſimul, vel de

καθόλου

καθόλου καὶ ἀληθῶν ἔρευναν Φιλοσόφοις ἡ Ῥητορικὴ παρίησι, τὸ εἶναι τῶν ὄντων οὐ τὸ δοκοῦν πολυπραγμονοῦσιν. εἰ δέ που καὶ Ῥήτορες ἅπτονται τῶν καθόλου, τοῦτο ἐφ᾽ ὅσον αἱ τῶν κατὰ μέρος ἐργασίαι ταῖς τῶν καθόλου ἐμπεριέχονται, δρῶσιν. οὐ μὴν ἡγείσθω τις κατὰ μέρος ἡμᾶς λέγειν ἐνταῦθα τὰ ἑνὶ μόνῳ δοκοῦντα. ὧν ἀορίστων ὄντων, ἀδύνατον καὶ νόμους θέσθαι, καὶ τεχνικῷ τινι κανόνι τὴν περίληψιν ποιῆσαι, ἀλλὰ τὰ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε ἔχουσιν. οἷον Ἀθηναίοις ἢ Λακεδαιμονίοις. Ἑκάτερον δὲ τῶν ἐκτεθέντων γενῶν, εἰς τρία τὴν διανομὴν εἴληχεν. εἰς ἃ καὶ πᾶσαι αἱ τῶν ῥητορευόντων στάσεις ἀνάγονται. τρεῖς γὰρ τὰς ἀνωτάτω ζητήσεις οἱ περὶ Ἑρμογένην τίθενται. εἰ ἔστι. τί ἐστιν. ὁποῖον τί ἐστιν. ὧν τὸ μὲν πρῶτον διὰ τοῦ στοχασμοῦ θηρώμεθα. Ἔστι γὰρ στοχασμὸς, ἀδήλου πράγματος ἔλεγχος οὐσιώδης ἀπό τινος φανεροῦ σημείου, ἢ ἀπὸ τῆς περὶ τοῦ προσώπου ὑποψίας. Εἰ δὲ φανερὸν μὲν ᾖ τῇ οὐσίᾳ, δεόμενον δὲ προσθήκης ἐς ἀναπλήρωσιν, ποιεῖ τὴν ζήτησιν περὶ τὸ ἐλλεῖπον, καὶ ἡ στάσις ὁρικὴ προσηγόρευται, ὡς περὶ

quibuſdam horum. Univerſalia autem, & vera Philoſophis diſcutienda relinquit Rhetorica, qui rerum eſſentias perſcrutantur, non apparentias. Quod ſi Rhetores quandoque Univerſalia tractent, hoc ideo faciunt, quod ſingularium argumenta in univerſalibus continentur. Ne tamen exiſtimet quiſpiam nos hic ſingularia dicere quæ unico ſoli conveniunt. Quibus impoſſibile eſt, cum infinita ſint, & leges ponere, & artificiali aliquo complecti canone. Sed vel hoc modo ſe habent, vel illo, ut vel Athenienſibus, vel Lacedæmoniis. Alterutrum autem è prædictis generibus, in tres diſtribuuntur partes, ad quas reducuntur omnes Rhetorum controverſiæ. Tres enim has ſupremas quæſtiones tradunt Hermogeniani. An ſit? Quid ſit? Quale ſit? quarum primam conjectura indagamus. Eſt enim conjectura, rei obſcuræ & incompertæ probatio ab ipſa re deſumpta, in aliquo ſigno manifeſto, vel ex ſuſpicione aliqua de perſona. Quod ſi de re ipſa compertum ſit, deſit autem aliquid, quod ſupplementi gratia adjici debet, inſurgit quæſtio de defectu iſto, & ſtatus finitivus appellatur, quippe quod de cauſæ finitione conſtituitur. Si vero factum judicandum

τὸν

τὸν ὅρον τοῦ προβληθέντος συνισταμένη. Ἂν μέντοι δῆλον καὶ ἐντελὲς ᾖ τὸ κρινόμενον, ἡ ζήτησις περὶ τὴν ποιότητα τοῦ πράγματος ἵσταται. ἣ καὶ γένος οὖσα, ἢ περὶ πρᾶγμα θεωρεῖται καὶ ποιεῖ τὰς λογιστικὰς στάσεις, ἢ περὶ ῥητὸν καὶ ποιεῖται τὰς νομικάς. Καὶ τῶν περὶ πρᾶγμα, ὅταν μὲν περὶ μέλλοντος ζητοῦσι, πραγματικαὶ ἤκουσαν. ὅσαι δ' αὖ περὶ παρῳχημένου, γενικῶς μὲν δικαιολογία. ἥτις προσεχῶς μὲν τέμνεται εἰς ἀντίληψιν, ἥτις ἐστὶ μονομερής. καὶ ἀντίθεσιν, ἥτις περιέχει τὰς τέτταρας ἀντιθετικάς. Ἀντίστασιν. Ἀντέγκλημα. Μετάστασιν. Συγγνώμην. Τῶν δὲ νομικῶν, ὅσαι περὶ τὸ αὐτὸ ῥητόν εἰσι, τοῦ μὲν τῷ ῥητῷ κεχρημένου, τοῦδε τῇ διανοίᾳ, ῥητὸν καὶ διάνοια ἤκουσαν. ἐν οἷς δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγγράφου καὶ ἄγραφόν τι συνάγεται, συλλογισμός. ἐπειδὰν δὲ ἡ ζήτησις περὶ δύο ἢ καὶ πλείω ῥητὰ εἴη ὑπεναντία, ἀντινομία. ἀμφιβολία τε παρὰ ταύτας καὶ τελευταία ἡ μετάληψις, ἣ καὶ παραγραφὴ λέγεται. καὶ ταῦτα μὲν Ἑρμογένης. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν, εἰς τέσ-

σαρα

manifeſtum ſit, & perfectum, conſtituitur quæſtio de qualitate facti. Qualitatis autem nomen cum generale ſit, vel de facto diſquiſitionem habet, & efficitur ſtatus Rationalis, vel de legis verbis, naſciturque ſtatus Legitimus. In ſtatu autem rationali diſceptatio eſt, vel de re futura; & fit ſtatus Negotialis, vel de re præterita, & communi vocatur nomine ſtatus Juridicialis. Quæ continuo dividitur in ſtatum abſolutum, qui unius tantum partis eſt, & in ſtatum aſſumptivum, qui quatuor alios ſtatus continet, ſtatum ſcilicet comparationis, ſtatum recriminationis, ſtatum translationis criminis, & ſtatum deprecationis. In ſtatu legitimo, vel de ſcripto uno, eodemque ambigitur, quando ſcilicet adverſariorum alter ſcripto utitur, alter ſententia, & vocatur ſtatus ſcripti, & ſcientiæ. Ubi vero à ſcripto colligitur aliquid non ſcriptum, ſtatus naſcitur ratiocinativus. Vel de ſcriptis duobus, aut pluribus inter ſe pugnantibus, & fit ſtatus, qui vocatur legum oppoſitio, ſtatusque ambiguus, ſive amphibolia; poſtremo ſtatus tranſumptivus, ſine exceptio. Et hæc Hermogenes. Ariſtoteles autem in ſecundo poſteriorum analyticorum libro qua-

παρα διεῖλε τὴν τῶν ζητουμένων συμπλήρωσιν. ὅτι ἐστι. διατί ἐστι. καὶ εἰ ἔστι. τί ἐστιν. ἐφ' ἑκάστου γὰρ τῶν ἀμφισβητουμένων πράγματός τινος ἐπιζητεῖται γνῶσις. αὕτη δὲ τετραχα τὴν διανομὴν εἴληχεν. Εἰ γὰρ περὶ τῆς ὑπάρξεως ἁπλῶς ἀμφισβητοῦμεν τοῦ πράγματος, ὃ καὶ συνίστησι τὴν, εἰ ἐστι, ζήτησιν. ἢ τούτου ὁμολογουμένου, περὶ τοῦ ὅρου διαφερόμεθα, κἀντεῦθεν ἀνακύπτει ἡ τοῦ, τί ἐστι, ζήτησις. ἢ πάλιν καὶ τούτου κειμένου, τίνα εἰσὶν ἅπερ ἐκείνῳ συμβέβηκε, σκεπτόμεθα. ταὐτὸν δὲ ἐστιν, ὁποῖόν τι ἐστι τὸ κείμενον, ἐξ οὗ ἡ τοῦ ὅτι προέρχεται ζήτησις, περὶ τὴν τοῦ ὑποκειμένου στρεφομένη ποιότητα. Ἂν δὲ καὶ τοῦτο προσαποδοθείη, λοιπὸν εἴη διαμφισβητῆσαι περὶ τῆς αἰτίας, δι' ἣν τοιόνδε ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον. τοῦτο δὲ ἐστι, τὸ διατί ζητεῖν.

dripartitam fecit quæſtionum diviſionem, Quod ſit. Cur ſit. An ſit. Quid ſit. in ſingulis enim quæſtionibus rei cujusque inquiritur cognitio, quæ quadrifariam dividitur; vel enim de exiſtentia rei ſimpliciter ambigitur, unde oritur hæc quæſtio, An ſit? vel hoc omiſſo de eſſentia & definitione rei, unde & iſta naſcitur quæſtio, Quid ſit? vel hoc rurſus poſito de accidentibus ejus fit diſceptatio (quod idem eſt, quale ſit ſubjectum.) Et inde exurgit quæſtio, quæ circa ſubjecti verſatur qualitatem. Vel, ſi hoc detur, de cauſa, rei ultimo dubitatur, cur tale ſit ſubjectum, & hinc fit quæſtio, Cur ſit.

V. Εἰ γοῦν ἰσάριθμα δεῖ εἶναι τοῖς γινωσκομένοις τὰ ζητούμενα, τέτταρα δὲ ταῦτα, ἀνάγκη πᾶσα κἀκεῖνα εἶναι τοσαῦτα. τί οὖν πρὸς ταῦτα ῥητέον; ἢ ὅτι καίπερ Ἑρμογένης τὴν τετραμερῆ παρῆκε τοῦ Ἀριστοτέλους διαίρεσιν, ἅτε δὴ μὴ τὴν κατὰ φιλόσοφον ἀκριβῆ πραγματευόμενος ἔ-

V. Qvum igitur quæ quæruntur tot eſſe numero debent, quot ea, quæ cognoſcuntur; hæc autem ſunt quatuor, neceſſe eſt iſta quoque totidem eſſe. Quid autem ad hæc dicendum? niſi quod Hermogenes quamvis quadripartitam iſtam Ariſtotelis non adhibuit diſtributionem, quippe quod ſubtilem

ρευναν, οὐ μὴν καὶ τὸ τέταρτον ἐκείνης μέρος, τὴν διατί δηλαδὴ ζήτησιν παρέλειπεν. αὕτη γὰρ τὴν τινὸς αἰτίαν πολυπραγμονεῖ λαχοῦσα. εἰ μὲν ἐπ᾽ ἀσυμπλόκου τινὸς καὶ ἀσυνθέτου θεωρεῖται, οἷον δι᾽ ἣν αἰτίαν Φίλιππος ζητεῖ τὴν εἴσω πυλῶν παρέλευσιν. ἢ ἐπὶ συμπεπλεγμένου τῆς καὶ συνθέτου, ὃ καὶ σπάνιον παρὰ ῥήτορσιν. οἷον, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἐκλείπει ὁ ἥλιος, παρὰ τί οὐκ ἀγαθὸν ὁ πρὸς ὁμόρους πόλεμος. Ἡ δὲ πίστις πολυσήμαντός ἐστι φωνή. πῇ μὲν ἐπὶ τοῦ πιστεύοντος λέγεται, καὶ ἔστιν ὑπόληψις περί τινος τῶν δοκούντων, ἢ κοινῇ ἤγουν τῷ πεφυκότι. πῇ δὲ τοῦ πιστωτικοῦ λόγου τὴν ὕλην, καὶ ἔστι στοιχεῖον ἢ τόπος ἐπιχειρήματος ἐνδόξου. δι᾽ οὗ δύναιτ᾽ ἄν τις πειθὼ ἀπεργάσασθαι. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἀντιθάῤῥοις ἐκλαμβάνεται. ὡς τὸ πίστιν ἔχειν, καὶ διδόναι πίστιν, καὶ δέχεσθαι. Κατὰ γοῦν τὸ δεύτερον σημαινόμενον ὁ Ἀριστοτέλης ἐπὶ τοῦ παρόντος γενικῶς τὴν πίστιν διέτεμε. τὰς μὲν προϋποκειμένας καὶ μὴ διὰ τῆς μεθόδου πορίζομένας τῷ ῥήτορι, ἀτέχνους ἐκάλεσεν. οἷαι εἰσὶ, νόμοι, συνθῆκαι, μαρτυρίαι, βάσανοι, ὅρκοι. Καὶ νό-

illam Philoſophorum non moliebatur diſquiſitionem, non tamen quartum illud omiſit membrum, quæſtionem ſcilicet, cur ſit? Hujus enim eſt indagare cauſam rei, vel cum de ſimplici aliqua re agatur, & non complexa, ut Cur velit Philippus intra portas (*) venire ?; vel de complena & compoſita, quæ rarior vocatur à dicendi magiſtris, ut quam ob cauſam ſol deficiat, cur non utile ſit contra finitimos bellum gerere. Vario autem genere uſurpatur vox πίστις, quandoque ſiquidem de credente dicitur, & eſt opinio de re aliqua probabili, vel in communi, vel ſaltem à natura, quandoque vero orationis materiam denotat afferentis fidem, eſtque principium, ſeu locus probabilium argumentorum, per quæ effici poſſit fides: quin &, pro fiducia non vero ponitur, hinc phraſes illæ πίστιν ἔχειν, & διδόναι πίστιν, καὶ δέχεσθαι. In ſecundo hoc ſenſu Ariſtoteles generaliter fidem, ſeu probationes diſtribuit. Quaſdam enim, quæ nulla Oratoris conquiruntur arte, inartificiales vocavit, quales ſunt, leges, fœdera, teſtimonia, tormenta, jusjurandum. Lex autem civitatis conſenſus eſt in eadem re

(*) Thermopylas.

μος

μος μὲν ἐστι καὶ αὐτὸν τοῦτον ὁμολόγημα πόλεως κοινὸν, διὰ γραμμάτων προστάττον πῶς χρὴ πράττειν ἕκαστα: Ὥσπερ ἡ συνθήκη παραφυὰς οἷά τις παρατέθηλε νόμος οὖσα τῶν κατὰ μέρος τισὶν ἴδιος. Μαρτυρία δὲ, ὁμολογία ἐστὶ συνειδότος ἀκούσιος. Καὶ ὁ παρὰ ταῦτα ὅρκος, ἡ μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος. Ἐντέχνους δ' αὖ ὅσαι καὶ εὑρέσεως καὶ οἰκονομίας δέονται τῆς τοῦ Ῥήτορος μετὰ τέχνης. ἃς καὶ τρισὶ τούτοις διδάσκει συνίστασθαι. τῇ τε τοῦ λέγοντος ἐπιεικείᾳ. καὶ τῇ περὶ οὗ λέγει ἀποδείξει. καὶ ὑπὲρ ταῦτα, τῇ ποίᾳ τοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος, διαθέσει. Ἐπεὶ δὲ αὗται ὕλης ἐπέχουσι λόγον, ἧπου καὶ εἴδους δεήσονται. ἣν γὰρ ἐντεῦθεν ἔχει λαβὼν ὕλην ὁ Ῥήτωρ, οὐ φύρδην καὶ ἀκατασκεύῳ κέχρηται. ἀλλὰ πολυπρότερον ῥυθμίσας καὶ οἱονεὶ μορφώσας τοῖς ἐπιχειρήμασι κατὰ τὸ δοκοῦν, ἐπάγει τοῖς πράγμασιν ἐγκατάσκευον.

communis, deſignans literis ſingula, quo efficienda ſunt modo. Cujus ſoboles quædam, ac veluti germen eſt, fœdus, quippe quod lex quædam eſt viris quibusdam propria. Teſtimonium autem eſt invita rei cognitæ, & tormentis elicita confeſſio. Denique jusjurandum eſt, cum obteſtatione divina indemonſtrabilis affirmatio. Artificiales autem quæ cogitantur, & diſponuntur arte Oratoria, quas & tribus hiſce conſociari docet, dicentis æquitate, cauſæ demonſtratione, judicisque diſpoſitione. Quoniam autem hæ materiæ obtinent rationem, utique & formas exigent, quam enim hinc deſumit materiam Rhetor, non tumultarie tractat, & ſine artificio, ſed cum multa arte effinxerit eam, & quaſi formaverit ad libitum, concinnam eam inſerit in cauſam.

VI. Εἰσὶ δὲ τῶν ἐπιχειρημάτων ἧπερ Ἀριστοτέλῃ ἐνταῦθα δοκεῖ, τὸν ἀριθμὸν τέτταρα. Συλλογισμός. Ἐπαγωγή. Ἐνθύμημα. Παράδειγμα. ὧν τοῖς μὲν δυσὶ πρώτοις, Διαλεκτι-

VI. Argumentationum autem quatuor ab Ariſtotele numerantur genera. Syllogiſmus, Inductio, Enthymema, Exemplum. E quibus duo prima Dialectici peculiariter

καὶ ὡς οἰκείοις χαίρουσι. κέχρηνται δὲ καὶ Ῥήτορες, ἀλλ' ὑψηλότερον πως καὶ πλατύτερον ἐκφέροντες. ὁ γὰρ Ῥήτωρ εὐρούστερος μὲν διαλεκτικοῦ. τούτου δ' ἐκεῖνος ἐστὶν ἀκριβέστερος. ἔνθένδε καὶ Ζήνων, τὴν μὲν ἐκτεταμένῃ εἴκαζε παλαιστῇ. συσταλμένῃ δὲ τὴν διαλεκτικήν. Τὰ λοιπὰ δὲ δύο, Ῥήτορσιν ἰδιαίτατα. ἀνάλογον μὲν συλλογισμῷ τὸ ἐνθύμημα. ἐπαγωγῇ δὲ τὸ παράδειγμα. Ἔστι δὲ συλλογισμὸς (ὡς ἐν πολλοῖς ὥρισται τῷ φιλοσόφῳ) λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. Ἐνταῦθα γένος ὢν ὁ λόγος, τῶν ἑτερογενῶν διακρίνει τὸν συλλογισμόν. τὰ δὲ λοιπὰ διαφορᾶς ἀναπληροῦντα λόγον, πρὸς διάκρισιν τοῦ ἑτεροειδῶν εἴληπται. Σύγκειται δὲ πᾶς συλλογισμὸς δυοῖν προτάσεων, καὶ τῷ ἐκ τούτων συναγομένῳ συμπεράσματι. Τεθέντων δὲ εἴρηται, ἐπειδὴ τὰς προτάσεις ὁμολογουμένας εἶναι χρεών. Ἕτερον δέ τι τῶν κειμένων, διὰ τὸ συμπέρασμα, ὅ τῶν προτάσεων ἢ τοιοῦτον, ἐστὶν ἕτερον. Ἀποκείσθω δὲ παράδειγμα τοῦ κατὰ Ῥήτορας συλλογισμοῦ τόδε. Καὶ αὖθις δὴ τοῖς φιλαπεχθῶς δια-

ſibi vindicant, ab Oratoribus tamen non raro uſurpantur, ſed magis florida, fuſaque exprimunt facundia. Eſt enim Orator Dialectico facundior, & iſte Oratore ſubtilior. Unde & Zeno expanſæ palmæ Rhetoricam comparavit, contractæ vero Dialecticam. Poſteriora duo, proprius eſt Oratorum cenſus. Enthymema Syllogiſmo affine eſt, & Inductioni Exemplum. Eſt autem Ratiocinatio, ſive Syllogiſmus (ut fuſe ab Ariſtotele definitur) oratio in qua quibusdam poſitis, quidpiam ab iis quæ poſita ſunt diverſum, neceſſario colligitur, eo quod poſita ſunt. Oratio hic Genus eſt, & ab aliis diverſi generis diſtinguit Syllogiſmum. Cætera vero differentiæ ſupplent vicem, & ponuntur, ut a reliquis ſpecifica diſtinguatur Syllogiſmus. Omnis autem Syllogiſmus è duabus conſtat propoſitionibus, & ex his illata concluſione. Poſitis autem dicitur, quia oportet propoſitiones conceſſas eſſe, & apertas. Quiddam ab iis, quæ poſita ſunt diverſum, eo quod concluſio qua talis diverſa eſt à propoſitionibus. Tale autem ponatur Syllogiſmi Rhetorici exemplum. Cujus laudes ini-

κειμένοις

κειμένοις ἐν ἐπαίνου λόγῳ ἦν. Θαυμάζειν γὰρ ἀνδρὸς ἀρετὴν οἶδε καὶ πολέμιος. οὕτως ὑπῆρχεν αἰδέσιμος τὴν ἀρετὴν ὁ ἀνήρ. Ενθύμημα δὲ ἐστιν, ἀτελὴς συλλογισμὸς, ἐξ εἰκότων ἢ σημείων. ὅταν γὰρ θατέρας τῶν εἰρημένων προτάσεων ὁ συλλογισμὸς ἀπολείπεται, ἐνθύμημα εἴωθε λέγεσθαι. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸ παρίστησι τοὔνομα, ἀπὸ τοῦ ἐν θυμῷ, ἤτοι ἐν μνήμῃ τοῦ ἀκροατοῦ τὴν ἑτέραν καταλιμπάνειν τῶν προτάσεων τὸ λεγόμενον: Γίνεται δὲ ἐξ εἰκότων καὶ σημείων. Καὶ εἰκὸς μέν ἐστι, πρότασις ἔνδοξος τῶν ὡς ἐπὶ πολὺ γινομένων, ἢ μή. οἷον εἴ τις εἴποι, ὕσει, ἡ γὰρ ὥρα χειμέριος. τὸ δὲ σημεῖον τριχῶς θεωρηθῆναι ἐνδέχεται. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον ἐστὶν οὗ λέγεται. οἷον ἡ γυνὴ ὅτι ἔγκυος σημεῖον, ὠχρία γάρ. Τὸ δὲ ἐπ' ἔλαττον, ὡς εἴ τις εἴποι, Σταγειρῖται σοφοὶ, τοιοῦτος γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης, Σταγειρίτης ὤν. Καὶ παρὰ ταῦτα, τὸ ἀναστρέφον, ὅπερ καὶ τεκμήριον λέγεται, ὃ μόνον τῶν σημείων ἐπειδ' ἂν ἀληθὲς ἦ, οὐδαμῶς ἐστὶ λύσιμον. ὡς ὁ καπνὸς τοῦ πυρὸς σημεῖον. καὶ τοῦ ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. Ενθυμήματος ἔστω παράδειγμα τόδε.

mici ipſi buccinant: Viri ſiquidem mirari virtutem, & inſolens miles cogitur, vir fuit adeo virtute venerandus. Enthymema vero Syllogiſmus eſt imperfectus, è ſignis, & veriſimilibus. Cum enim vel propoſitio, vel aſſumptio Syllogiſmi omittitur, Enthymema dici ſolet. Hoc enim indicat nomen ipſum, quod ab ἐνθυμῶ deducitur, quia nimirum in auditoris ſervatur memoria propoſitionum altera; è veriſimilibus autem, & ſignis conſtat. Eſtque veriſimile probabilis propoſitio eorum, quæ plerumque fieri, aut non fieri ſolent; veluti ſi quis dicat, pluet, hibernum enim tempus eſt. Tribus autem modis conſideratur ſignum. Alia enim ſunt, quæ ſæpius accidere ſolent, ut gravida mulier eſt, ſignum enim, pallida eſt. Alia quæ raro, ut ſiquis dicat Stagiritæ ſapientes ſunt, quippe Ariſtoteles Stagirita ſapiens erat. Alia denique ſunt, quæ retrorſus idem valent, & τεκμήρια vocantur, quæ ſola è ſignis vera ſunt, & inſolubilia, quemadmodum fumus eſt ignis ſignum, vitæque reſpiratio. Enthymematis exemplum ſit hujusmodi: Et iſtius

Καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς φιλαπεχθῶς διακειμένοις ἐν ἐπαίνου λόγῳ ἦν, οὕτως ὑπῆρχεν αἰδέσιμος τὴν ἀρετὴν ὁ ἀνήρ. Ἐπαγωγὴ λόγος ἐστὶν ἀπὸ τῶν καθέκαστα καὶ γνωρίμων, τι τῶν καθόλου ἄγνωστον συνάγων. ὅθεν καὶ ἐπαγωγὴ εἴρηται ἐπὶ πολλοῖς τοῖς κατὰ μέρος ἀπαριθμημένοις καὶ ὁμολογουμένοις ὁλικόν τι ἐπάγουσα. τοιοῦτον ἐστὶ τὸ Δημοσθένους ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ Φιλίππου, ἔνθα βουλόμενος τὸ ἄπιστον παραστῆσαι τῆς ἐκείνου γνώμης. καὶ Ἀθηναίους φησὶν ἐξηπατηκέναι τῷ τὴν Ἀμφίπολιν φάσκειν παραδώσειν, καὶ Ὀλυνθίους, καὶ τὰ τελευταῖα Θετταλούς. μέχρι ὅλως δὲ οὐδεὶς ἐστὶν ὅντινα οὐ πεφενάκηκεν ἐκεῖνος. καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων, τὸ τοῦ Φιλίππου δυνατὸν ἵνα διαλῦσαι προσθέμενος, ἐπαγωγῇ κέχρηται τοιᾷδε· Τὰ Θετταλῶν ἄπιστα ἐστὶν αὐτῷ καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ δὲ παράδειγμα ὅσον ἐστὶν ἀναλέξασθαι, ἐξ ὧν ἄλλοθι καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἴρηται τῷ Φιλοσόφῳ, Λόγος ἐστὶ τινὸς τοῦ κατὰ μέρος ἀγνοουμένου διὰ μέρους γνωρίμου τε καὶ πιστοῦ δεικτικός. δεῖ γὰρ τὸ παράδειγμα καὶ μερικὸν εἶναι, καὶ τοιούτου τινὸς ἕνεκεν ἔκ τε τῶν προϋπαρ-

laudes inimici ipſi ebuccinabant, adeo venerandus erat virtute vir. Inductio eſt Oratio, in qua ex ſingularibus, & cognitis, Univerſale aliquod infertur incognitum. Unde & inductio dicitur, quia ex pluribus ſingularibus enumeratis, & conceſſis, generale quidpiam elicitur, & infertur. Quale eſt Demoſthenis illud in Philippica ſecunda, ubi cum Philippi vellet perfidiam oſtendere, Nam & Athenienſes, inquit, decepit, cum Amphipolim ſe traditurum promiſerat; Olynthios quoque, & demum Theſſalos, ita ut nullus omnino mortalium extiterit immunis ab iſtius dolis. Et in Olynthiaca ſecunda, cum Philippi potentiam confringendam eſſe vehementer contenderet, tali uſus eſt inductione: Theſſali ſunt Philippo infidi, & Magneſiam muniri vetuerunt &c. Exemplum autem quantum poſſumus conjectura conſequi ex iis, quæ à Philoſopho paſſim dicta ſunt, Oratio eſt, qua ſingulare aliquid ignotum demonſtratur per aliud ſingulare notum, certumque. Exemplum ſiquidem oportet & ſingulare eſſe, & à rebus geſtis, aut ut geſtis, deſumi, non

ξάντων, ἢ ὡς προϋπαρξάντων εἰλῆφθαι, οὐδ' ἐξ ἀδόξων, ἢ προσώπων, ὅσαν ἐς μίμησιν ἐπιφέρεται, ἢ γοῦν πραγμάτων, ἀλλ' ὁμοίως παρὰ πᾶσι νομιζομένων. Τῶν δὲ παραδειγμάτων δύο φησὶν εἴδη ὁ Ἀριστοτέλης. ὧν θάτερον μὲν ἐστὶ, τὸ τὰ προγεγενημένα λέγειν, θάτερον δὲ τὸ αὐτὸ αὐτὸν ποιεῖν. καὶ τοῦ μὲν πρώτου εἴδους παραδείγματα ἔστω τὸ τοῦ Δημοσθένοις οἷον. Εἰ μὲν Ἀθηναῖοι Στρατοκλεῖ καὶ Ἱέρακι δεομένους συγκατέθεντο, εἶχον ἂν τότε τὴν Ἀμφίπολιν, καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἂν εἶεν ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων. ταύτῃ δὲ εἰ Ὀλυνθίους πρεσβευομένους προήσωνται, μείζονα καταστήσουσι τὸν Φιλίππον, ἐξὸν καθελεῖν καὶ ῥᾶον τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι. ὡσαύτως καὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπιτρέπειν συγχωρεῖν τοῖς μέγα δυναμένοις τῶν πολιτῶν τὴν παρὰ τοῦ πλήθους ἰσχὺν, παράδειγμα καθέστηκεν ἡ τοῦ Πεισιστράτου ἐπίθεσις, καὶ ὅλως τὰ τοῖς ἄλλοις κατορθώματα, ἢ συμφοραὶ, ἑτέροις διδάγματα γίνεται. Τὸ δ' αὐτὸν ποιεῖν (ὃ δεύτερον εἶδος εἰρήκαμεν τοῦ παραδείγματος) διεῖλεν ὁ Ἀριστοτέλης διχῆ. εἴς τε τὴν παραβολὴν, καὶ τὸν λόγον ἤτοι μῦθον. Ἔστι δὲ

παρα-

ex ignotis, vel perſonis fictis, vel etiam rebus, ſed ab iis, quæ perinde recepta ſunt ab omnibus. Exemplorum autem ſpecies eſſe duas inquit Ariſtoteles, quarum altera eſt, cum ante geſta dicimus, altera cum eadem fingimus. Primæ ſpeciei exemplum ſit Demoſthenis illud, ut, Athenienſes quidem ſi Stratocli, & Hieraci conſuluiſſent implorantibus, tum certe Amphipolim habuiſſent, omnibus, quæ poſtea ſecuta ſunt, negotiis ſoluti. Quin & jam niſi legatis Olynthiacis auſcultaverint, incrementa virium ſuſcipiet Philippus, unde facilius civitatem evertere poſſit, aut in poſterum retinere. Similiter quoque non committendum eſſe civibus potentioribus imperium populi, Piſiſtrati demonſtratur exemplo. Aliorum denique res proſperæ, vel adverſæ documenta ſunt aliis. Secunda autem exempli ſpecies ab Ariſtotele diſtribuitur bifariam, in collationem, & in fabulam. Eſt autem collatio exemplum à rebus naturalibus, & quotidie geſtis ſumptum, ut amicum non debemus libere objurgantem repudiare, ſordide autem blandientes retinere. Ma-

παραβολὴ, παράδειγμα ἀπὸ τῶν φύσει καὶ ὁσημέραι γιγνομένων λαμβανόμενον. οἷον, οὐ δεῖ τοὺς ἐπιτιμῶντας τῶν φίλων ἀποστρέφεσθαι, τοὺς δὲ κολακεύοντας προσίεσθαι. καὶ γὰρ παράφορος ἂν εἴη, ὃς τοὺς μὲν ἐπιστήμονας τῶν ἰατρῶν ἀποκρούσοιτο, ὅτι τοῖς αὐστηροῖς τῶν φαρμάκων τὴν θεραπείαν χαρίζονται, τοὺς δὲ ἠπίοις καὶ προσηνέσιν ἀπολοῦντας ἀσπάζοιτο. κἀκεῖνο. οὐκ ἦν θέμις πλουτίνδην ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερατεύσοντας, ἀλλὰ μὴ ἀριστίνδην. ὅμοιον γὰρ ὥσπερ εἴ τις τῷ μὲν ἀκριβῶς εἰδότι τὰ τῆς ποιμαντικῆς τὴν τοῦ ποιμαίνειν οὐκ ἐπιτρέπει φροντίδα. τῷ δὲ ἀβροτάτῳ, εἰ τύχῃ δὲ καὶ βορωτάτῳ, φέρων ἐγχειρίζει τὸ ποίμνειον, οὔτε χωρίων ἐπισταμένῳ τὰ ἔνυδρα καὶ ἐπίμονα, οὔτε λύκοις προσπολεμῆσαι, οὔτε τὸ ἀρρωστοῦν ἐπισκέψασθαι, ὃ δὴ ποιμένος ἐστὶν ἀρετὴ, ἀπό τε νομῶν καὶ ἐπὶ νομὰς εἰσελάσαι τε καὶ ἐξελάσαι, οὔτε εἰδότι, οὔτ᾽ ἐθέλοντι. (ἕτερον) ῥᾷστον ἡ μοχθηρία, καὶ πρόχειρος εἰς κακοῦ μεσιτείαν ὁ δρόμος. θᾶττον γὰρ ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως, ἢ ἀρετῆς βαθείας καὶ μικρόν. ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν μικρὸν ἀψίνθιον τάχιστα

μετα-

gnæ ſiquidem dementiæ eſt peritos medicos rejicere, quod acerbis remediis ſanant, eos vero conciliare ſibi, qui blandis, lenibusque ſauciant, & occidunt. Illud quoque, An cenſemus æqvum opulentiſſimos quoscunque ad Epiſcopatum eligi, non autem optimos. Perinde ac ſi quis viro pecuariæ perito curam gregis non committeret, ſed molli alicui, forſan & voraci, qui nec agros uliginoſos norit, nec ſiccos, qui nec à lupis protegere, nec morboſo mederi pecori poſſit (quod tamen paſtoris virtus eſt) qui denique nec compaſcere ſcit nec diſpacere, nec ſi ſciret, velit. Aliud. Facilis eſt in vitia animus, & incitatis accurritur paſſibus ad ſceleris patrocinium. Quisque enim vitiorum citius abſorbet amphoras, quam unicam virtutis pitiſſare posſit guttulam. Quin & abſynthii mica celerrime communicat amaritudinem ſuam melli, at vix mellis duplum dulcore condiat abſynthium. Et parvus ſubductus lapillus, amnem totum præcipitem rapiet, vix autem, aut ne vix quidem fortiſſimis aggeribus coarctari poſſit, aut cohiberi. Fabulæ exempla ubi-

μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ. μέλι δὲ, οὐδὲ τὸ διπλάσιον, ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος. καὶ μικρὰ μὲν ἀποσπασθεῖσα ψηφὶς, ποταμὸν ὅλον ἑλκύσειεν ἂν ἐπὶ τὸ πρανὲς, ἐπισχεῖν δὲ ἢ ἀνακόψαι, μόλις ἂν δυναθεῖεν καὶ τὸ καρτερώτατον ἔρυμα. Μύθου δὲ παράδειγμα ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ πολλῶν τ' ἄλλων. ὃ δὲ Ἀριστοτέλης ἐκφέρει, τοιοῦτον ἐστίν. Αἴσωπος ἐν Σάμῳ συνηγορῶν δημαγωγῷ κρινομένῳ περὶ θανάτου, ἔφη. Ἀλώπεκα διαβαίνουσαν ποτὲ ποταμὸν, ἀπωσθῆναι εἰς φάραγγα, οὐ δυναμένην δὲ ἐκβῆναι πολὺν χρόνον κακοπαθεῖν, καὶ κυνοραϊστὰς πολλοὺς ἔχεσθαι αὐτῆς. Ἐχῖνον δὲ πλανώμενον ὡς εἶδεν αὐτὴν κατοικτήροντα ἐρωτᾶν ἀφέλοι αὐτῆς τοὺς κυνοραϊστὰς, τὴν δὲ οὐκ ἐᾶν. ἐρωμένου δὲ διατί; φάναι ὅτι οὗτοι μὲν πλήρεις μου ἤδη εἰσὶ καὶ ὀλίγον ἕλκουσιν αἷμα. ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πεινῶντες, ἐκπίονταί μου τὸ λοιπὸν αἷμα. ἀτὰρ οὖν καὶ ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Σάμιοι, οὗτος μὲν οὐδὲν ἔτι βλάψει. πλούσιος γάρ ἐστιν. ἐὰν δὲ τοῦτον ἀποκτείνητε, ἕτεροι ἥξουσι πένητες, οἳ ὑμῖν ἀναλώσουσι τὰ κοινὰ κλέπτοντες. Δεῖ δὲ ἐν τούτοις ὡς οἷόν τε

que occurrunt. Quod autem produxit Ariſtoteles, tale eſt. Æſopus cum in Samo demagogum primatem populi capitis accerſitum defenderet, dixit, Vulpem cum fluvium tranſiret, in foveam decidiſſe; eìque longo ibi tempore, cum exire non poſſet, afflictæ multas caninas muſcas inſediſſe: Eà tranſiens aſpexit hericius, miſertusque rogavit, ſi vellet, ut ab ea caninas muſcas evelleret, cumque ipſa negaſſet, cauſam, miratus, quærebat. Tunc illa, Jam, inquit, hæ ſaturatæ parum ſanguinis trahunt: quod ſi has tu excuties, fameſcentes venient aliæ, quæ quod mihi ſanguinis reſtat, totum ebibent. Sic igitur, dixit, vobis quoque, Viri Samii, nihil jam iſte locupletatus officit; ſi vero hunc interimetis; pauperes alii locum ejus occupabunt, qui civitatis pecuniam facile furando conſument. Similitudo autem in hiſce præcipue obſervanda eſt. Exempli enim virtus in eo poſita eſt, ut cum re quadret, cujus eſt exemplum; a-

τὸ ὅμοιον ὁρᾶν. παραδείγματος γὰρ ἀρετὴ, τὸ παραπλήσιον εἶναι, οὗ παράδειγμα ἕπεται. ὡς ἂν διά τινος ἐνούσης ὁμοιότητος ἐκείνου, δηλωτικόν τε καὶ πιστικὸν γίγνηται.

VII. Εἴδη δὲ εἴτ' οὖν γένη τῶν λόγων (ἀμφοτέρως γὰρ φίλον τῷ Ἀριστοτέλῃ προσαγορεύειν) παρὰ πάντων τρία ὡμολόγηται ταῦτα. ἐν οἷς πᾶσα ἡ τῶν Ῥητόρων ὑποπεραιοῦται τερθρεία τε καὶ σπουδὴ ἐκπεραίνεται, καὶ ὧν ἐστιν ἀνεκφοίτητος. Τὸ δημηγορικὸν δῆθεν. οὗ πολὺν λόγον ἐν ταῖς βουλαῖς ποιοῦσιν οἱ Ῥήτορες. Τὸ δικανικὸν, ᾧ περ ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀμφισβητοῦντες πρὸς ἀλλήλους διαγωνίζονται. καὶ παρὰ ταῦτα τὸ πανηγυρικόν. ὃ τοῖς πανηγυρίζουσιν ἀποκεκλήρωται. οὐχ οὕτω μέντοι παντάπασιν ἀλλήλων εἰσὶν ἀνεπίδεκτα, ὡς ἀσεβὲς εἶναι νομίσαι κατηγορίας τοὺς συμβουλεύοντας ἅπτεσθαι, ἢ προτροπῆς τοὺς δικάζοντας. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ ἐπιμίγνυται ἀντὶ ὕλης ἀλλήλοις καθιστάμενα. Τὸ δὲ μήτε ὑπὲρ ταῦτα, μήτε ἐντὸς τούτων τὸν πολιτικὸν λόγον ἐγκλείεσθαι, ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἐς τοὺς ἀκροατὰς ἀναφέρει, ὅτι τρεῖς εἰσι. καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει. ὁ γὰρ ἐπαΐων ἢ

deoque ut introducta rei ſimilitudo ad illuſtrandum apta ſit, & perſuadendum.

VII. Cauſarum igitur ſpecies, ſive genera (nam utrasque appellationes tribuit Ariſtoteles) tria eſſe communi omnium approbatur calculo, in quibus tota Rhetorum Ars, & facundia abſolvitur, & impenditur induſtria, & quas tranſire non poſſit ſepes Orator. Deliberativum ſcilicet, quod à dicendi magiſtris in conſultatione maxime ponitur. Judiciale, quod à litigantibus in foro, & judiciis uſurpatur, cum inter ſe contendunt. Demonſtrativum denique, quod, qui res, vel perſonas in conventu publico celebrant, ſibi præcipue vindicant. Non tamen ita ſibi invicem diſtincta ſunt iſta, ut facinus eſſe putemus deliberantibus accuſare, aut illis ſuadere, qui in judiciis contendunt: ſtant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia, & materia omnium commixta reperitur in omnibus. Quod autem nec extra iſta vagatur, nec intra coarctatur civilis oratio, auditoribus tribuendum, quippe quod tres tantum ſint, teſte Ariſtotele. Et

θεωρὸς

θεωρὸς οὖν καὶ τοῖς πανηγυρίζουσιν ἴδιος ἢ κριτὴς, καὶ εἰ μὲν περὶ μελλόντων, τοῖς δημηγοροῦσιν ἀκούειν ἐπιποθεῖ. εἰ δὲ περὶ γεγονότων, τοῖς ἀμφισβητοῦσιν ἐφέστηκεν. Ἕτεροι δὲ τινὲς τὸ τριμερὲς τῆς ἡμετέρας ψυχῆς αἴτιον ἡγοῦνται τῆς τριάδος τῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου γενῶν. ὅπερ οὐδὲ ὁ Ἀριστοτέλης ἀποποιεῖται. φασὶ γοῦν τὸ μὲν συμβουλευτικὸν ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τὴν γένεσιν ἰσχεῖν. ἐξ ἐπιθυμίας γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἢ τοῦ κτήσασθαι τι τῶν ὄντων ἢ δοκούντων ἀγαθῶν, ἢ ἀπαλλαγῆναι τῶν ἀνιαρῶν, ἐς τὸ συμβουλεύειν προάγονται. ὅτου χάριν καὶ εἰς δύο ταῦτα διῄρηται ἀντικείμενα εἴδη, τὸ προτρεπτικὸν δῆθεν, καὶ ἀποτρεπτικόν. Τὸ δὲ δικανικὸν ὡς ἐκ πηγῆς πρόεισι τοῦ θυμικοῦ. κατηγορία γὰρ καὶ ἀπολογία τὰ ἐκείνου εἴδη τοῦ θυμοειδοῦς τε εἰσὶν ἔκγονα, καὶ οὐδ᾽ ἄνευ θυμοῦ ἐπιτηδεύεται. Τὸ δὲ πανηγυρικὸν ἰδίως τῷ λογικῷ μέρει ἀποκεκλήρωται, ἐπεὶ καὶ πρὸς ἔνδειξιν καὶ φιλοτιμίαν τὴν ἐν λόγοις ἀφορᾷ, καὶ γαληνιώσης δέεται τῆς ψυχῆς καὶ τῆς τῶν παθῶν στάσεως ἐκτὸς, καθὸ καὶ λόγος ἐπικρατεῖ τῶν ἀλόγων δυνάμεων, κἀκεῖναι μετεχόντως λογικαὶ γίνονται

rationem ſubjungit: auditor enim, vel ad delectationem convenit, & panegyricis gaudet, vel ut de cauſis judicet, iisque vel futuris, & deliberantes audit; vel de præteritis, & litigantibus aures præbet. Alii vero nonnulli triplicem animæ noſtræ potentiam cauſam eſſe autumant, quod tria ſint civilis orationis genera. Quam ſententiam nec ipſe rejicit Ariſtoteles. Proinde dicunt Deliberativum genus à concupiſcibili facultate originem ducere. Allecti enim homines cupiditate quadam obtinendi bona vera, vel ſaltem apparentia, aut evitandi mala, ad deliberandum ſtimulantur. Unde & in duas oppoſitas diſtribuitur ſpecies, ſuaſoriam ſcilicet & diſſuaſoriam. Genus autem Judiciale ab iraſcibili facultate tanquam à fonte fluit, & emanat. Accuſatio ſiquidem, & defenſio ejus ſpecies, genuina ſunt iſtius facultatis germina, nec exercentur omnino ſine æſtu quodam animi. Demonſtrativum autem genus rationali proprie facultati competit, quippe quod oſtentationi compoſitum eſt, & ad ſolum finem laudis & gloriæ tendit, ſerenam depoſcit, & tranquillam mentem, & ab affectuum motibus liberam. Sicut etiam ratio reliquis imperat poten-

τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον ὑποταγῇ καὶ ἀναφορᾷ τελειούμεναι.

VIII. *Σκοπὸς δὲ τοῦ μὲν συμβουλευτικοῦ, τὸ σύμφορον καὶ ἀσύμφορον. τοῦ δὲ δικανικοῦ, τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον. τὸ δὲ καλὸν καὶ αἰσχρὸν τοῦ πανηγυρικοῦ. καὶ τῷ καλῷ δὲ καὶ αἰσχρῷ πολλάκις ὁ συμβουλεύων κέχρηται, ἀναφέρων πρὸς τὸ τέλος τὸ ἴδιον. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀμφισβητῶν τοῖς τοῦ συμβολεύοντος, καὶ ἐναλλάξ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐγχωροῦν ἦν τῷ τε συντόμῳ τῆς πραγματείας, καὶ τῷ ἡμῖν ἀνενοχλήτῳ, ἅλις ἔσω ἀνατεθεωρημένα. ἄλλως τε οὐδὲ πάνυ τι προόδου οὔσης ἐς τὴν κατὰ Ῥήτορας εὐστομίαν τῆς ἀκριβοῦς περὶ ταῦτα ἐξονυχίσεως, ἐπεὶ πράξει μᾶλλον ἢ θεωρίᾳ τὰ τῆς ῥητορικῆς (ἅτε δὴ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν) ποριζεσθαι πέφυκεν. Ὥρα λοιπὸν καὶ ἐς αὐτὴν μεταβῆναι τῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου μερῶν ἔρευναν, ἣν ὡς συμφορωτάτην ἔγνωμεν τοῖς μαθητιῶσιν, οἷα δὴ ἣν ἐκ πρώτης ἀφετηρίας ὅσον σθένος ἐξακριβῶσαι προεστησάμεθα.*

tiis, ita & ipſæ rationis potentiæ ſuperioris imperio ſubjugantur, & conſummantur.

VIII. Finis autem generis Deliberativi eſt utile, & inutile; Judicialis juſtum & injuſtum; turpe & honeſtum Demonſtrativi. Qui conſulit autem, in turpi & honeſto verſatur ſæpe, & ad proprium finem refert. Sic & qui lite contendit conſulentis ſibi fines asſumit, & vice verſa. Sed hæc pro rei compendio, & auguſtiis noſtris abunde ſufficiat evoluiſſe, præcipue cum ſubtilis horum diſquiſitio ad eloquentiam nihil conferat, quippe quod in exercitatione potius, quam nuda theoria, Rhetoricæ virtus (ut & aliarum artium) conſiſtit. Cæterum tempus eſt ut de civilis orationis partibus diſſerere aggrediar, cujus ingens erit ſtudioſis utilitas. Hæc autem ab ipſis (quod ajunt) carceribus diligenter excutere propoſuimus.

IX. Μέρη τοιγαροῦν τοῦ πολιτικοῦ λόγου, ὁ μὲν Ἀριστοτέλης δύο ταῦτα ἀναγκαῖα ἡγεῖται. τὴν πρόθεσιν ἣν καὶ πρόβλημα λέγει, καὶ τὴν πίστιν ἣν καλεῖ καὶ ἀπόδειξιν. ἀναγκαῖον γὰρ τὸν ἀποδεικνῦντα πάντως προειρηκέναι τὸ περὶ οὗ ἐπάγει τὰς ἀποδείξεις. τὸ γὰρ εἰπόντα μὴ ἀποδεῖξαι, μὴ οὐκ ἀπείθανον καὶ μάλα εὐήθους διανοίας ἐς πίστιν δεόμενον, ἀλλὰ δὴ καὶ γελοῖον. τὸ δὲ ἀποδεῖξαι μὴ προειπόντα, καὶ ὅλως ἀδύνατον. διὰ μέντοι τοῦ ἀκροατοῦ τὴν φαυλότητα, ἐγκερατέον οἴεται μετὰ τοῦ ἐπιλόγου καὶ τὸ προοίμιον. τὴν δὲ προκατάληψιν ἣν μετὰ τὸ προοίμιον τιθέασι τῶν πάλαι ῥητορευσάντων ἔνιοι, καὶ τῶν νῦν οἱ πλεῖστοι, τήν τε προκατασκευὴν, ἣν μετὰ τὴν πρόθεσιν ἤτοι διήγησιν (ἀμφότερα γὰρ νοεῖν δεῖ τῷ τῆς προθέσεως ὀνόματι) συνάπτουσιν. ἀνασκευήν τε προσέτι, τὴν μετὰ τὴν πίστιν ἤτοι κατασκευήν. καὶ ἄλλα ὅσα ἐπινενοήκατι τινὲς κατὰ τὸ δοκοῦν τὰ ὁλοσχερῆ τοῦ λόγου κατακερματίζοντες μόρια, ληρώδη τε ἀποκαλεῖ, καὶ ἀνοίκειον βάρος τοῖς λόγοις περιαπτόμενα. ἣν γὰρ τῆς προθέσεως εἴτ' οὖν διηγήσεως ἀξιοῦσι προτίθεσθαι προκατάληψιν, τῇ πίστει ἐμ-

IX. Partes igitur Civilis orationis neceſſarias duas facit Ariſtoteles, propoſitionem ſcilicet quam & quæſtionem vocat, fidemque quam demonſtrationem appellat. Neceſſe enim eſt primo rem proponere, quæ demonſtranda eſt. In oratione ſiquidem non demonſtrare, non ſolum abſurdum, & ad fidem faciendam invalidum, & ineptum, ſed etiam ridiculum eſt. Demonſtrare vero, & non proponere, vel præfari, æque eſt impoſſibile. Auditores autem cum male ſint diſpoſiti, immiſcendum eſt, etiam cum concluſione procemium. Præſumtionem vero, ſive προκατάληψιν, quæ à veterum Oratorum nonnullis, & recentiorum quamplurimis procemio poſtponitur, & præſtructionem, quæ propoſitioni ſive narrationi (ambo enim idem valent) confirmationem inſuper, & confutationem, quæ fidei, & alia quæ confinxerunt nonnulli, qui ad libitum ſingulas Orationis partes minutatim diſcerpſere, ineptias vocat, & affanias, & quo ſub pondere laborat Oratio. Præoccupatio ſiquidem, quam propoſitioni, ſive narrationi præcedere autumant, fide continetur, quippe

περιέχει-

περιέχεται τὸ προκαταλαβόντα πόρρωθεν τὸν ῥήτορα προανελέσθαι τὰ ἀντιπίπτοντα, καὶ ἐπιπροδιωκειμένῃ τῇ λύσει ἐπαγαγεῖν τὰ ἴδια, ὅπερ ἐστὶ προκαταλήψεως ἔργον, τῶν ἀγώνων πάντως ἐστὶν, ἐς οὓς ἀνασκευή τε μετὰ κατασκευῆς καὶ λύσεις καὶ ἀντιθέσεις ἀνάγονται. ἅπερ ἐνὶ τῷ τῆς πίστεως ὀνόματι τῷ Ἀριστοτέλει συμπεριείληπται. οὐ γὰρ μόνον ἐμπεδοῦντες, διὰ κατασκευῆς πιστοῦμεν τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον καὶ τὰ τῶν ἐναντίων ἀνασκευάζοντες, καὶ ἀσθενῆ ἀποφαίνοντες. Οὔτε μὴν οἱ τὴν προκατασκευὴν τιθέμενοι πλέον τι λέγουσι τῶν μηδὲ τιθεμένων. ἡ γὰρ κατασκευὴ ἔκθεσις ἐστὶ τῶν τῆς ὅλης ὑποθέσεως κεφαλαίων εἴπουν ζητημάτων, ὡς ἔστιν ἰδεῖν παρὰ Ἑρμογένει. ἥτις νυνὶ μὲν πρὸ τῆς προθέσεως τάττεται, καὶ μέρος τοῦ ὅλου γίνεται προοιμίου. εὐμαθείας γὰρ ἕνεκεν ἐπινενόηται. τοῦτο δὲ προοιμίου ἐστὶ φιλοτέχνημα. νυνὶ δὲ μετὰ τὴν πρόθεσιν, ὅτε καὶ προθέσεως χώραν ἀναπληροῖ, ἧς ἐστι προεκθέσθαι τὰ περὶ ὧν ὁ μετέπειτα λόγος, καὶ τοῖς ῥηθησομένοις ἐμποιῆσαι σαφήνειαν. Διὸ δεῖ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ὡς περιττὰ καὶ ἀλυσιτελῆ πα-

quod è longinquo præoccupat orator, diluitq; objectiones & ſolutione inſequenti proprias corroborat partes, quod præoccupationis eſt officium. Actionum præcipue ad quas confirmatio, & confutatio, ſolutiones, & objectiones reducuntur, quæ ab Ariſtotele ſub hoc fidei nomine comprehenſa ſunt. Non ſolum enim confirmatione ſtabilimus partes noſtras, ſed Adverſariorum potius diluimus, aut infirmamus. Neque vero qui præſtructionem ſtatuunt, amplius quid illis dicunt, qui non ponunt. Confirmatio enim eſt capitum, ſive totius cauſæ quæſtionum expoſitio, ut apud Hermogenem videre eſt. Quæ ante propoſitionem collocatur, integri quidem procemii pars eſt. Docilitatis enim ergo confiсta eſt. Docilitas autem exordii opus eſt, quandoque vero poſt propoſitionem collocatur, qvum propoſitionis locum ſupplet. Cujus eſt, exponere, de quibus habenda eſt futura oratio, facibusque illuſtrare cauſam. Relictis igitur aliorum ſupervacuis, & inutilibus partitionibus, quadripartitæ ſoli Ariſtotelis definitioni acquieſcendum putamus. Itaque poſt procemium propoſitionem collocabimus, ſeu

ρωσά-

ρωσάμενοι, μόνῃ τῇ τοῦ Ἀριστοτέλους τετραμερεῖ ἐφησυχάσομεν διαιρέσει. Μετὰ γοῦν τὸ προοίμιον, πρόθεσιν ἤτοι πρόβλημα τάξομεν, ᾗ συνεπινοεῖται καὶ ἡ διήγησις. ἡ γὰρ πρόθεσις ἡ ἔκθεσις τῶν τῆς ὅλης ὑποθέσεως κεφαλαίων τε καὶ πραγμάτων, ἢ τῶν ἤδη συμβάντων καὶ εἰργασμένων διήγησις. Μετὰ τὴν πρόθεσιν εὐθὺς τὴν πίστιν συνάψομεν, ἥτις ἀνασκευήν τε ἐμπεριέχει καὶ κατασκευὴν, καὶ ἁπλῶς ὅσα εἰς τοὺς ἀγῶνας ἀνήκει. Τελευταίῳ δὲ τῷ ἐπιλόγῳ χρησόμεθα, ἀναμιμνήσκοντες τοὺς ἐπαΐοντας τῶν προειρημένων, καὶ εἰς σύστασιν ἠθῶν παροξύνοντες. περὶ ὧν ἁπάντων ἐν τοῖς ἑξῆς διαληψόμεθα. Θεοῦ τοῦ τῶν λόγων προϊσταμένου, ποδηγετοῦντός τε καὶ συναίροντος.

thema, quod & narrationis cognoſcitur nomine. Propoſitio ſiquidem nartatio eſt, vel totius cauſæ capitum, vel rerum geſtarum, ad cauſam pertinentium. Propoſitioni autem fidem ſubjungemus, quæ confirmationem complectitur, & refutationem, & quicquid omnino ad controverſias ſpectat. Concluſio denique ſubjungenda erit, ubi quæ dicta fuerunt in memoriam auditorum revocabimus, & affectus aptis ſententiis excitabimus. Quæ omnia ordine perrcurremus, Deo Duce, & Fautore.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ.

X. Εἴπερ ἐν ἄλλοις καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ προοιμίου φωνῆς τὸ τοῦ Κρατύλου παρὰ Πλάτωνι οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ. ἐνεῖναι δήπουθεν τοῖς ὀνόμασι ὀρθότητά τινα πρὸς ἀνάπτυξιν τῶν ἑκάστῳ σημαινομένων, καὶ οὐ συνθήκῃ μόνῃ καὶ ὁμολογίᾳ τοὺς πρώτως ὀνοματοθέντας ἐξενεγκεῖν τὰ ὀνόματα. ἐνδίδωσι γὰρ ἡμῖν ἔννοιαν τὸ πρόσρημα τὸ πρὸ παντὸς τιθέμενον λό-

γου,

DE PROOEMIO.

X. Si de quoquam alia, certe de procemii voce Cratyli illud apud Platonem non inconcinne dici videtur, ineſſe nimirum nominib⁹ aptitudinem quandam explicandi illa, quæ per unumquodque ſignificantur, nec inſtitutione ſola, & communi conſenſu primos onomothetas impoſuiſſe nomina. Vox enim il-

γου, προπαρασκευαστικὸν πρόασμα. ἐκ τοῦ, πρό, μορίου, καὶ τοῦ, οἴμη, φωνῆς. οὐ τὴν ὁδὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ᾠδὴν παρεμφαινούσης συμπλεκόμενον. ἐφ' ᾧ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης τῷ τε ἐν ποιήσει προλόγῳ καὶ προαυλητῶν προαυλίῳ, συνέκρινε τὸ προοίμιον. οἷα γὰρ ἐκείνων, οἱ μὲν ποιηταὶ τῷ προλόγῳ, αὐληταὶ δὲ τῷ προαυλίῳ τὰς τῶν προσεχόντων ἀκοὰς οἱονεὶ προτελοῦσί τε, καὶ εἰς τοὔπιον τοῦ ᾠδῆς ἀναγείρουσιν· οὕτω τοι καὶ οἱ ἀμφὶ τοὺς Ῥήτορας, οἷον τισὶ θελκτηρίοις παρορμήμασι τῷ προοιμίῳ ἐξευμαρίζουσι τὴν τῶν ἀκροωμένων ψυχήν, καὶ ἐμπαράσκευον εἰς τὴν αὐτῆς ὑπόθεσιν ἀπεργάζονται. ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ τῆς οὐσίας αὐτοῦ δηλωτικὸς παρίστα λόγος, ὡς ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον Ῥητορικῇ τῷ Φιλοσόφῳ ὥρισται. Προοίμιον, φησί, καθόλου μὲν εἰπεῖν, ἀκροατῶν ἐστὶ παρασκευή, καὶ τοῦ πράγματος ἐν κεφαλαίῳ μὴ εἰδόσι δήλωσις. Τοὺς μέντοι ἀκροατὰς τηνικαῦτα εἰώθαμεν ἀποχρώντως παρασκευάσθαι, ἐπειδὰν εὔνους τε ἡμῖν, καὶ τοῖς ῥηθησομένοις προσέχοντας, καὶ εὐμαθεῖς κατορθώσωμεν. Τοιγάρτοι ἐντεῦθεν συναγαγεῖν ἐστὶ τὰ τοῦ προοιμίου ἔργα. εὔνοιαν, προσοχήν, εὐμά-

la, quæ omni præponitur Orationi nihil aliud nobis innuere videtur, quam præparatorium præludium ex particula *πρὸ*, & verbo *οἴμη* non ſolum compitum, ſed & canticum ſignificante, conflatum. Ideoque Ariſtoteles tum prologo apud poetas, tum apud tibicines proaulio comparavit procemium. Quemadmodum enim poëtæ prologo, & citharœdi pulſatione lyræ præparant attentos Auditores, facilesque reddunt, & ad futurum audiendum carmen erigunt eos excitantque; ſic quoque Oratores, Procemio, quaſi lenociniis quibusdam ſtimulisque incitant, alliciunt, & conciliant auditorum animos, & idoneos ad reliquam dictionem efficiunt. Hoc ipſum autem ejusdem indicat definitio, prout in Rhetorica ad Alexandrum definivit Philoſophus. Procemium, inquit, ut late ſumitur, præparatio eſt auditorum, cauſæque per capita non ſcientibus declaratio. Auditores autem tum demum abunde præparare ſolemus, cum benevolos nobis, & attentos, docilesque fecerimus. Hinc itaque colligere licet procemii officia, benevolentiam puta, attentionem, docilitatem.

θειαν.

θειαν. ἅπερ ἅμα πάντα ἐμφιλοχωρεῖν ἐπὶ παντὸς προοιμίου, οὐ πάντως ἐστὶν ἐπάναγκες, ἀλλ᾽ ἅττα τὰ, τε εἶδος τοῦ λόγου, καὶ ἡ τοῦ ἀκροατοῦ διάθεσις ἀπαιτεῖ. ἔστι δ᾽ οὗ καὶ ὁλοσχεροῦς τοῦ προοιμίου ὁ Ῥήτωρ ὀλιγορεῖ, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς εἰσόμεθα. ἐν οἷς μέντοι χρηστέα ἦν καὶ ὅθεν ἂν νῦν εὐπορήσαιμεν, τὰ νῦν πειρατέον εἰπεῖν.

In quibus ſingulis hærere in omni procœmio non eſt neceſſarium, ſed iis tantum quæ vel Orationis genus exigat; vel auditorum diſpoſitio. Quandoque vero totum omittit procœmium Rhetor, ut in ſequentibus dicemus. Quibus tamen procœmia utenda ſunt iſta, & unde petenda, jam nunc aggrediendum dicere.

ΠΕΡΙ ΕΥΝΟΙΑΣ.

XI. Εὔνοια μὲν οὖν θηρᾶσθαι καὶ ἄλλοις πέφυκε, μάλιστα δὲ ἐκ τεττάρων τούτων. ἐπαίνου τῶν ἀκουόντων. συστάσεως τοῦ οἰκείου προσώπου. ἐκ διαβολῆς τῶν ἀντιδίκων. καὶ λύσεως τῶν ἀντιπιπτόντων. ὧν τοῦ μὲν πρώτου ἔστω παράδειγμα τὸ τοῦ Ἰσοκράτους ἐν Πλαταϊκῷ. Εἰδότες ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις προθύμως βοηθεῖν εἰθισμένους, καὶ τοῖς εὐεργέταις μεγίστην χάριν ἀποδιδόναι. καὶ τὰ ἑξῆς. τό, τε Δημοσθενικὸν ἐκεῖνο ἐν τῷ πέμπτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων, ἐν ᾧ ἐκ πλαγίου ὁ Ῥήτωρ ἐπαινῶν τοὺς Ἀθηναίους ὡς χρημάτων ὑπερόπτας, καὶ περὶ παντὸς τιθεμένους τὸ συμφέρον τῆς πόλεως, τὴν παρ᾽ ἐκείνων εὔνοιαν σφετερίζεται. τούτοις προσεοικὸς καὶ

DE BENEVOLENTIA.

XI. Cum benevolentiam aliis è locis, tum maxime ex hiſce quatuor captare liceat, laude ipſius rei, conciliatione perſonæ noſtræ, criminatione Adverſariorum, & ſolutione objectionum. Exemplum primi ſit illud Iſocratis in Plataica. Cum vos perſpexeram, Viri Athenienſes, & afflictis ſolitos libenter ſuccurrere, & benefactoribus gratias remetiri dignas &c. Demoſthenicum quoque illud in quinta Olynthiaca, ubi Orator laudibus Athenienſes evehens, quod contemptas proculcarent opes, & quod inter curas eorum maximas fuit civitatis commodum, ſic demum benevolentiam eorum conciliat. Hiſce conſentaneum & illud, quod

ᾧ Κορίνθιοι κέχρηνται πρὸς Λακεδαιμονίους ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ξυγγραφῶν Θουκυδίδου. καὶ περὶ ταῦτα τὸ Κλέωνος, ὡς πρὸς Ἀθηναίους ἐν τῇ τρίτῃ.

Corinthii habuerunt ad Lacedæmonios in primo libro hiſtoriarum Thucydidis; adde & Cleonis illud tanquam ad Athenienſes libro tertio.

XII. Τοῦ δὲ δευτέρου, τὸ ἐν τῷ περὶ στεφάνου μάλιστα προσφυές. ἔνθα ὁ Ῥήτωρ τοῖς πολίταις ἑαυτὸν συνιστὰς, τὸ φιλόδημον αὐτοῦ καὶ εὔνουν μεθ' ὅρκου τ' ἐμπεδοῖ, καὶ τοῦτο παρ' ἐκείνων τοῖς ἴσοις μέτροις ἀνταπαιτεῖ. Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ, τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν ἐς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Ἐκ διαβολῆς τῶν ἀντιδίκων πεφροιμίασται τῷ Ῥήτορι ὁ κατὰ Μειδίου λόγος. Τὴν μὲν ἀσέλγειαν ὦ ἄδρες δικασταὶ καὶ τὴν ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας, οὐδένα οὔθ' ὑμῶν, οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἴομαι. καὶ τὰ ὅμοια. τοῦ τοιούτου δὲ γένους καὶ ὁ περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ καὶ συμμοριῶν λόγος, οἷς ἐντυχεῖν ῥᾶον ὁπηνίκα ὑμῖν πάρεργον γένηται. Λοιπὰ γοῦν ὅσα ἐκ τῆς τῶν ἀντιπιπτόντων λύσεως. ἡ καὶ πο-

XII. Appoſitum vero ſecundi exemplum videtur illud in oratione de corona. Ubi orator civibus ſe concilians ſuum erga populum amorem oſtentat, affectumque cum juramento confirmat, idemque ab iis pariter exigit. Primum equidem Viri Athenienſes, Divos ego, Deasque precor omnes, ut quanta vos omnes, veſtramque civitatem perpetuo complexus ſum benevolentia, tantam & mihi præſtetis in hac actione. Ex criminatione adverſariorum procemium petit oratio Demoſthenis adverſus Midiam. Qua petulantia, Judices, & contumelia in omnes utatur Midias, neminem neque veſtrum, neque aliorum civium ignorare arbitror, & ſimilia. Hujus autem generis illa de Decuriis, & iis in Cherſoneſo conſtitutis oratio, quam conſulere poſſitis, cum operæ pretium viſum fuerit. Reliquum eſt, ut de objectionum ſolutione dicamus. Cujus varia admodum eſt

λυειδὴ

λυχεδῆ τὴν σκέψιν εἴληχεν, ἅτε δὴ καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τὸ διάφορον ἀνακύπτει τῆς τῶν προσώπων σχέσεως· ἐξ ὧν ὁ λόγος σύγκειται. τὰ δὲ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἀναφύεται, καὶ τῆς αἰτίας δι᾽ ἣν ὁ λόγος. ἔνια δὲ προξενεῖ ἢ τὸ τοῦ χρόνου ἀνοίκειον, περὶ ἃ καὶ καθ᾽ ἃ πάντα εἰκός ἐστι τὰς ἀμφισβητήσεις τε καὶ κρίσεις ποιεῖσθαι τὸν νουνεχῶς ἐπαΐοντα. ἐπεὶ καὶ φιλεῖ παρὰ ταῦτα ὡς τὰ πολλὰ παρακρούεσθαι ἡ ἀλήθεια.

tractatio, ſicut & ipſarum objectionum. Quædam enim è diverſis exſurgunt perſonarum diſpoſitionibus, è quibus conſtat Oratio. Quædam autem ab ipſis oriuntur rebus, cauſaque propter quam habetur Oratio. Alia quoque à tempore non idoneo, de quibus omnibus quæſtiones ſcrupulosque faciat attentus Auditor. Ab iſtis quippe non raro veritas infirmari ſolet.

XIII. Ἐκ μὲν οὖν τῶν προσώπων τοιάδε ἀντιπίπτειν ἐνδέχεται. οἷον φέρε εἰπεῖν, τίς ἂν λέγεις, καὶ πρὸς τίνας. ἢ νεώτερος πρὸς πρεσβυτέρους συνέσει τε καὶ σοφίᾳ κεκοσμημένους, ὃ κάλλιστα τῷ Ἰσοκράτει διώκεται ἐν Ἀρχιδάμῳ. Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις, καὶ τὰ λοιπά. καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ τῷ κατὰ Φιλίππου. ἢ πάλιν, εἴ τις πρεσβύτης ὢν, δημηγορεῖ παρὰ τὸ εἰωθὸς, καὶ εἴ τις μηδὲν πρότερον εἰρηκώς. οἱ γὰρ τοιοῦτοι κέρδους ἕνεκα τινὸς ἰδίου ἐπὶ τὸ λέγειν ὁρμῆσαι δοκοῦσιν. ἔπειτα ἐὰν συνεχῶς λέγῃ, τοῦτο γὰρ οὐχ ὅπως

XIII. E perſonis igitur talia poſſunt objici, nimirum, quis dicit, & ad quos. An juvenis ad viros ætate provectos, & eruditione ſapientiaque excultos. Iſocrates hoc optime & acriter perſequitur in Archidamo. Mirentur forſan è vobis nonnulli, quod civitatis legibus immoratus ſum &c. Demoſthenes quoque in oratione prima contra Philippum, an, vice verſa, ſenex aliquis præter morem concionetur, qui in roſtra nunquam aſcenderat antea. Iſti quippe alicujus privati commodi gratia ad dicendum ſtimulari videntur. Si vero

πολυπράγμων, ἀλλὰ καὶ ὕβριν διὰ τὸν κόρον ἐμποιεῖ τοῖς ἀκούουσι. καὶ ταύτην τοιγαροῦν ἀποκρούειν δεῖ τὴν ὑπόνοιαν, τὰς αἰτίας ἀναφέρων, ἢ εἰς τὴν σπάνιν τῶν συμβουλευόντων, ἢ εἰς τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου, ἢ ἐπὶ τὸν ἀντίδικον, καὶ ἐπ᾽ ἄλλο τι τοιοῦτον. ὡς ἄλλοι τε, καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεώχαριν, Αἴτιος μὲν οὖν Λεώχαρις οὑτοσὶ ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῦ καὶ αὐτὸν κρίνεσθαι, καὶ ἐμὲ νεώτερον λέγειν ἐν ὑμῖν, ἀξιῶν κληρονομεῖν ὧν οὐ προσῆκεν αὐτῷ, καὶ ὑπὲρ τούτων ψευδῆ διαμαρτυρίαν πρὸς τῷ ἄρχοντι ποιησάμενος. καὶ τὰ λοιπά.

ſemper premat pulpita, ardelio judicabitur, & ex audiendi faſtidio petulantes efficit auditores. Hoc itaque removeri poſſit obſtaculum, ſi cauſam transferas ad conſulentium paucitatem, vel ad magnitudinem periculi, vel ſaltem ad adverſarios, aut aliud quidpiam. Quod & alii, ipſeque Demoſthenes fecit in oratione adverſus Leocharim. Culpa Leocharis fit, Judices, ut & ipſe in jus vocetur, & ego Adoleſcens apud vos verba faciam: quod eas hæreditates cupere ſtudet, quæ nihil ad ipſum attinent, & propter eas falſo apud Prætorem teſtificatus eſt &c.

XIV. Εἶτα ἂν κατά τινος λέγῃς τῶν ἐν τῇ πόλει λαμπρῶν τε καὶ περιβλέπτων, αὐτὸς ἀφανὴς ὤν, ἤγουν μὴ ἰσοστάσιος, καὶ ταῦτα εἴγε διώκῃς ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνος εὐδοκιμεῖ παρὰ τοῖς ἀκούουσι. τηνικαῦτα γὰρ πολὺ πρότερον ἐν προοιμίοις θεραπευτέον τὴν τοῦ ἀκροατοῦ διάθεσιν, εἶτα καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον λόγον ἰτέον. τοῦτο ἄριστα ἐν τῷ πρώτῳ πρὸς Πλάτωνα Ἀριστείδης περὶ Ῥητορικῆς ἐφιλοτεχνήσατο. Οἶμαι δεῖν ὅς τις μέλλει τὰ δέοντα ἐρεῖν, ἢ ψήφου κύριος ὀρθῶς ἔσεσθαι, μὴ τοῦτο σκοπεῖν, μη-

XIV. Deinde ſi contra præclarum aliquem & ſpectatiſſimum inter cives verba facias, ipſe obſcurus cum ſis, aut inferioris ſaltem ſubſelli, maximeque ſi iis inſiſtas, quibus innoteſcit ille apud Auditores. Tum ſiquidem in exordiis prius curandus eſt Auditoris affectus, quam ad reliquam transeamus dictionem. Hoc ſummo cum artificio Ariſtides in oratione prima de Rhetorica contra Platonem egit. Exiſtimo equidem eum, qui vel recte dicturus, vel

δὲ

δὲ βασκαίνειν, εἴ τινι τῶν προτέρων καὶ δόξαν ἐχόντων ἑτέρως εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν συμβέβηκε. καὶ τὰ ὅμοια. Σκοπεῖν δὲ καὶ παρὰ ταῦτα χρὴ, ἢ τῶν πρὸς ἔχθραν τίς ἐστι περὶ οὗ ὁ λόγος, ἢ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τῶν ἀφ᾽ αἵματος. ἐν οἷς δι᾽ ὑποψίας ἐστὶν ὁ Ῥήτωρ. μὴ ὑπ᾽ εὐνοίας ἢ μίσους ἑλκόμενος μικρὰ τῆς ἀληθείας εἰκάζηται. Ταύτην μάλα ἐντέχνως ἀπεκσεύασε τὴν ὑπόνοιαν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἐν τῷ εἰς Γοργονίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἐπιταφίῳ. Ἀδελφὴν ἐπαινῶν, τὰ οἰκεῖα θαυμάζομαι, οὐ μὴν ὅτι οἰκεῖα, διὰ τοῦτο ψευδῶς. ἀλλ᾽ ὅτι ἀληθῆ, διὰ τοῦτο ἐπαινετῶς. ἀληθῆ δὲ, οὐχ ὅτι δίκαια μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ γινωσκόμενα, καὶ τῷ πρὸς χάριν οὐ συγχωρεῖται κἂν ἐθελήσωμεν.

æqvum ſit ſuffragium laturus, non id ſpectare debere, nec invidere, ſi quem priorum, ac celebrium virorum aliter eadem de re dixiſſe contingat &c. Perſpicere autem inſuper oportet, an inimicus ſit de quo verba facimus, an vero amicus, aut conſanguineus, ubi ſuſpicionem expurgare poſſit orator, ſi nec amore ſe, nec odio abductum profiteatur ad rei veritatem adumbrandam. Suſpicionem iſtam optime depulit Gregorius Theologus in funebri ſororis ſuæ Gorgoniæ oratione. Sororem laudans domeſtica prædicabo; non tamen quia domeſtica, ideo falſo, ſed quia vera, ideo laudabiliter. Vera autem non ſolum, quod juſta, ſed etiam nota: Non tamen ad gratiam, etiamſi velimus, loqui conceditur.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΙΤΙΑΣ ΑΝΤΙΠΙΠΤΟΝΤΩΝ.

DE OBJECTIONIBUS QUÆ AB IPSA CAUSA ORIUNTUR.

XV. Τοῖς γοῦν εἰρημένοις, καὶ πρὸς τὰ ἀπὸ τῆς αἰτίας ἀντιφορμὰν ἕξομεν. ἅπερ ἡμῖν ἀντιβαίνειν δοκεῖ, ὁπηνίκα δι᾽ ἔχθραν, ἢ δι᾽ ὀργὴν, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον ἀφορῶντες κέρδος τὰς εὐθύνας εἰσφέρεσθαι ὑποπτευώμεθα, καὶ διὰ φιλίαν μᾶλλον, ἢ δι᾽ ἀρετὴν τοὺς ἐπαι- νουμέ-

XV. Ex dictis igitur, & illa quæ à cauſa objiciuntur, refutare poterimus, quæ nobis adverſari videntur, qvum vel ob odium, aut iram, aut privatum ſaltem commodum accuſare ſuſpicemur, aut

νωμένως ἀποσεμνύνειν. παραδείγματα δὲ παρὰ τὰ ἐκτεθέντα, κἀκεῖνα οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, οἷς ὁ Ῥήτωρ κέχρηται κατά τε Ἀριστοκράτους, καὶ Ὀνήτορος. Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ μήτε ἰδίας ἔχθρας ἐμὲ, μήτε μιᾶς ἕνεχ᾽ ἥκειν Ἀριστοκράτους κατηγορήσαντα, καὶ τὰ λοιπά.

ΤΑ ΑΝΤΙΠΙΠΤΟΝΤΑ ΕΚ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ.

XVI. Τὰ δὲ ἐκ τῶν πραγμάτων ὧδί πως θεραπευτέα, οἷον εἰ μεγάλοις ἐγχειρεῖ καὶ δόξαν ἐσχηκόσι, τὸ τοῦ ἀγῶνος ἐργῶδες καὶ δυσαντίβλεπτον ὁμολογητέον ἐν προοιμίοις εὐθύς. οἷα δὴ τὰ πολλὰ μηχανῶνται οἱ πανηγυρίζοντες, ἀσθένειαν ἑαυτῶν, ἢ προπέτειαν παρ᾽ αὐτὴν τὴν πρώτην τοῦ λόγου παρείσδυσιν καταγινώσκοντες, καὶ γλῶτταν καὶ λόγων φύσιν διαμεμφόμενοι, ὡς οὐχ ἱκανῶς ἐνδείξασθαι δυναμένην ὅσον εὐφημίας τῷ ἐγκωμιαζομένῳ πρόσεστι. κἀντεῦθεν τῶν τε θεωρῶν τὴν εὔνοιαν ἐπισπώμενοι, καὶ τῷ εὐφημουμένῳ εὔκλειαν μνηστευόμενοι. ἀποδέχεται γὰρ ὁ ἀκροατὴς τὸν λέγοντα μᾶλλον μετριοφρονοῦντα, εἴ τι καὶ εἰρωνεύοιτο, ἢ ἀναίδην ἀπανθαδιαζό-

ob amorem potius, quam virtutem viros celebres laudare. Exempla vero non ſolum, quæ jam tradita ſunt, ſed ea quoque, quæ à Demoſthene adverſus Ariſtocratem, & Onetorem uſurpantur, ad propoſitum ſpectant. Nemo veſtrum, Athenienſes, putet me vel ullo privato odio adductum, venire ad Ariſtocratem accuſandum, vel &c.

OBJECTIONES AB IPSIS REBUS ORTÆ.

XVI. Quæ à rebus regeruntur, ſic removenda ſunt. Nimirum ſi magna quis aggrediatur, famaque celebria, in ipſo ſtatim Orationis limine quam duram ſuſcepit, ipſoque aſpectu terribilem provinciam confitendum. Sic ſæpe Oratores tenuitatem ſuam, aut temeritatem in ipſis Orationis foribus arguunt, linguam ſtylumque incuſant, ac ſi impar eſſet omnis eorum conatus rei celebrandæ. Hinc totius coronæ conciliatur benevolentia, reique quam laudat, adorea acquiritur non exigua. Commendat ſiquidem Auditor Oratorem de ſe modeſte potius (quamvis & id diſſimulet) quam inſolenter ſumma cum impudentia judicantem. Ho-

μενον.

μενον. παραδείγμασι δὲ τούτων ἐπὶ πολλῶν καὶ ἄλλων ἐντεύξεσθε, καὶ παρὰ Γρηγορίῳ. Ἔμελλεν ἄρα πολλὰς ἡμῖν ὑποθέσεις τῶν λόγων ἀεὶ προτιθεὶς ὁ μέγας Βασίλειος. καὶ τὰ ὅμοια καὶ Ἀριστείδῃ ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, τῷ εἰς Ῥώμην ἐγκωμίῳ, καὶ ἐν πρώτῳ τῶν ἱερῶν. Εἰ δ' ἔμπαλιν ἃ διέξεισι μικρά τε εἰσὶ καὶ εὐωνα, ἐπαύξειν πειρατέον, ἢ καθ' ἑαυτὰ, ἢ πρὸς ἐλάττω παραβαλλόμενα. ὡς Λουκιανὸς ἐν ἐγκωμίῳ τῆς μυίας. Εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, ἀλλὰ γοῦν ἀναγκαῖα, ἢ ἐπωφελῆ, ἢ δίκαια, καὶ τὰ ὅμοια ἀποδεικτέον, τούτοις αὐτοῖς τε ὅσα ἀτοπίαν ἔχειν δοκοῦντα, ἢ ἐπαχθῆ εἴη τοῖς ἀκροωμένοις θεραπεύσειν. ἢ μειῶν ταῦτα ἢ τὴν κατεπείγουσαν αἰτίαν ἐπάγων, ἢ τῷ ἀντιδίκῳ τὰς προφάσεις ἐπιφορτίζων, ἢ εἰς Θεὸν, ἢ εἰς τύχην, ἢ φύσιν, ἢ ἔθος ἀναφέρων τὸ αἴτιον. ἀνθ' ὧν ἁπάντων ἀπόχρη τό γε νῦν ἔχον διὰ τὸ σύντομον ἐν παραδείγματος λόγῳ, τὸ τοῦ Ἀριστείδοις ὑπὲρ τοῦ μηδ' ἑτέροις βοηθεῖν. Εἴ τι κἀμοὶ μέτεστιν ὦ Ἀθηναῖοι παῤῥησίας, πειράσομαι περὶ τῶν παρόντων εἰπεῖν ἃ γινώσκω, δεηθεὶς ὑμῶν μὴ θορυβῆσαι, πρὶν ἂν πάντων ἀκούσητε. καὶ τὰ ἑξῆς. ἀπὸ

rum autem exempla tum apud alios ſcriptores paſſim occurrunt, tum apud Gregorium. Varia ſemper dicendi argumenta nobis præbere debet Baſilius Magnus &c. Apud Ariſtidem quoque in Panathenaïco in roboris, & virtutis encomio, & in ſacris. Contra vero ſi de vilibus, rebusque nullius momenti inſtituantur Oratio, enitendum eſt, ut adaugeantur ex collatione aliqua inter ſe, aut cum minoribus. Sic Lucianus in muſcæ encomio. Si autem neceſſaria, aut utilia, aut juſta, vel ſimilia demonſtranda ſint, tum ab iſtis amovenda ſunt omnia inconvenientia, auribusque faſtidioſa. Vel minuenda ſunt hæc, aut cauſa producenda, aut adverſario culpa injicienda eſt, aut ad Deum, fortunam, naturam, moremve referenda. Pro quibus omnibus quia brevitati jam nunc ſtudemus, Ariſtidis illud exempli vice ſufficiat, in oratione de non ferendo opem aliis. Si mihi, Viri Athenienſes, fræna linguæ indulgere liceat, de negotiis præſentibus quæcunque novi aggrediar oratione perſequi. Vos porro ſtudioſe comprecor, ut non prius mihi tumultuoſe obſtrepatis, quam

δὲ τοῦ

δὲ τοῦ χρόνου ἀναφύονται ἡμῖν ἀντιῤῥήσεις, ὅτε εἰ σπεύσωμεν παρὰ τὸ προσῆκον τοὺς λόγους, ἢ κατόπιν γενώμεθα τοῦ καιροῦ ὑστεροῦντες. ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου Αἰσχίνῃ φαίνεται ἀνθυπενεγκών. τοῦτο ἄριστα ἐν προοιμίοις τῷ Ἰσοκράτει ἀνασκευάσαι ἐν τῷ πανηγυρικῷ, ἔνθα φησὶν ὡδίπως. Ἐπειδὴ οὐδ᾽ οἱ καιροί πω παρεληλύθασιν ὥστε μάτην εἶναι τὸ μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ περὶ μὲν ὧν ἡ εὔνοια θηραθείη, τοσαῦτα εἰρήσθω. οἷς δὲ προσοχὴ καὶ φιληκοΐα, ἑξῆς ῥητέον.

ſingula audiveritis &c. A tempore vero objectiones emergunt nobis ſi vel feſtinemus nimium oratione, vel tardi nimis in dicendo ſimus. Illud Demoſthenes in oratione de corona Æſchini objicere videtur. Hoc non inconcinne Iſocrates in Panegyricæ principio diluit, ubi ſic effatur: Quia nondum temporis auguſtiis excluſum me perſpicio, ita ut operam oleumque in iſtis recenſendis perdere videar &c. Atque de benevolentia captanda hæc dicta ſufficiant, unde autem attentos reddamus, deinceps dicendum.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΟΧΗΣ.

XVII. *Τὸ μὲν οὖν προσεκτικὸν ποιεῖν, ὁ Ἀριστοτέλης οὐχ ἧττον ἡγεῖται τῶν ἄλλων εἶναι μερῶν τοῦ λόγου, ἢ τοῦ προοιμίου, ἔξεστι γάρ φησι τῷ Ῥήτορι εἰ δ᾽ ἂν τοῦ λόγου τοὺς ἀκροατὰς αἴσθοιτο εἰς ῥαθυμίαν ἀποκλίνοντας ἀνακαλέσασθαι. τό, καί μοι προσέχετε τὸν νοῦν, καὶ σκέψασθε τί πρὸς Θεοῦ, καὶ τὰ παραπλήσια παρενείρων. μάλιστα μέντοι οἷς προσέχειν πεφύκασιν ἄνθρωποι, ταῦτα εἰσὶ, τὰ μεγάλα. τὰ θαυμαστά. τὰ ἡδέα. τὰ φοβερά. τὰ καινά. τὰ συμφέροντα ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι κοινῇ. δίκαια. ῥᾴδια. ἀγαθά. καὶ*

DE ATTENTIONE.

XVII. Attentum igitur reddere, Ariſtoteles non minus omnium partium orationis intereſſe putat, quam prooemii. Licet enim Oratori, inquit, cum langueſcentes ſenſerit Auditores, alta voce inclamare illud, Animadvertite quæſo, & perpendite, aut ſimilia inſerere. Quibus vero præcipue ſolent homines attendere, enumerantur iſta: magna, miranda, jucunda, terribilia, nova, proprie vel unicuique ſigillatim, vel omnibus conjunctim utilia, juſta, facilia, bona

εἴπ

εἴ τι τούτοις παραπλήσιον. ἅπερ εἰ δόξῃ λέγων ἄριστα, τὴν φιληκοΐαν ἐπισπάσεται. πάντων δ᾽ ἑξῆς τῶν εἰρημένων ἐξενεγκεῖν παραδείγματα, καὶ περιέργον, μὴ ὅτι ὀχληρὸν, καὶ διατριβὴν ἡμῖν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐμποιοῦν. ἵνα μὴ μέντοι ὁ λόγος παντάπασιν ἀδέσποτος ᾖ, δύο ἢ τρία εἰς ἀκριβεστέραν τῶν εἰρημένων διάγνωσιν παρεισάξωμεν. τὰ λοιπὰ δὲ ῥᾶστα, καὶ παρ᾽ ὑμῶν προσεξευρίσκεται. Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης ὡδίπως τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ περὶ εἰρήνης λόγῳ τὴν προσοχὴν προσπορίζεται. Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν δὲ τῷ πανηγυρικῷ τοῖς κοινοῖς καὶ εἰς αὐτοὺς ἐκείνους εἰς οὓς καὶ ὁ λόγος ἀνήκουσιν, οἷς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα. Τοῖς δ᾽ αὖ ἡδέσι καὶ καινοῖς ὁ ῥήτωρ εἰς φιληκοΐαν ἐχρήσατο ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. καὶ τὰ λοιπά. καὶ Ἀριστείδης ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης καὶ πρὸς Ἀθηναίους. Ἦν μὲν ἔκπαλαι πάντες

& ejuſdem farinæ quamplurima, quæ cum Oratori viſum fuerit, optime attentionem conciliabunt. De quibus omnibus ſi exempla ordine producerem, non ſolum ſuper fluum eſſet, ſed etiam moleſtum, nobisque moras necteret immenſas. Ne tamen vaga prorſus, & nuda videatur ſine exemplorum appoſitione oratio, duo vel tria proferam ad ea quæ dicta ſunt luculentius explicanda. Reliqua vero facilia vobis erunt, & expedita. Iſocrates igitur hoc modo ex magnis attentionem lucratus eſt in oratione de pace. Solent omnes qui ſuggeſtum conſcendunt, ea dicere, de quibus ipſi conſilium daturi ſunt, maximi eſſe momenti, & Reipublicæ plurimum intereſſe &c. In panegyrica vero è commnibus & ad eos ipſos, ad quos habetur oratio ſpectantibus, ſicut & Demoſthenes in oratione ad Polyclem. E jucundis rurſus & novis attentionem Orator adeptus eſt in ſecunda Olynthiaca. Cum multis in rebus, Athenienſes, perſpici mihi poſſe videtur Deorum Immortalium benevolentia &c. Ariſtidides quoque in Oratione pro pace inter Lacedæmonios & Athenienſes: Quem olim diem omnes vi-

ἡμέραν ἰδεῖν ἐπεθυμοῦμεν, ὅδε ἐστὶν ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι. καὶ τὰ λοιπά. Τοῖς φοβεροῖς δὲ, ἐν τοῖς κατὰ Φιλίππου λόγοις ὁ Ῥήτωρ κέχρηται, καὶ Ἰσοκράτης ἐν Ἀρεοπαγητικῷ. Ἐγχωρεῖ δὲ πολλάκις καὶ ἐπαίνοις εἰς τὴν ἀκρόασιν παραθῆξαι τὸν ἐπαΐοντα. οἷον, τὴν μὲν ὑμῶν περὶ τὰ κοινὰ προθυμίαν εἰδὼς, ὦ ἄνδρες, καὶ ὅσον ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἐπίδοσιν σπεύδετε. ἢ οὕτως. Οὐ δ' ἦν πάνυ ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες, εἶχον ὑμᾶς μὴ ἐπαινεῖν, ὅσην πρότερον ἐνδείξασθε προθυμίαν ἀκοῦσαι τῶν λέγειν διανοουμένων ἡμῶν, ἃ συνοίσειν καθ' ἕνα καὶ κοινῇ τῇ πόλει πάσῃ ἐγνώκαμεν.

dere deſiderabamus, Lacedæmonii, hic eſt, qui nobis liberum de Athenienſibus judicium concedit. &c. Ex atrocibus vero, in orationibus contra Philippum attentos reddidit Orator; & Iſocrates in Areopagitica. Solemus autem & laudibus nonnunquam ad auſcultandum excitare Auditorem, ut: Cum veſtrum, Viri, erga Rempublicam ſtudium abunde perſpicerem, quantumque ad illius incumbitis ſalutem. Vel ſic: Non poſſum, Viri, ſi ſaltem vellem vos non laudare ob eximiam illam, quam vultu polliciti eſtis alacritatem auſcultandi nobis, quibus ea dicere ſtatutum eſt, quæ in ſingulorum, & totius civitatis commodum cedere cognovimus.

ΠΕΡΙ ΕΥΜΑΘΕΙΑΣ.

XVIII. Τὴν δὲ εὐμάθειαν, εἴ τις ἀρχὴν εἴποι καὶ βάσιν προσοχῆς καὶ εὐνοίας, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. ἐκ ταύτης γὰρ ἐκεῖναι ἤρτηνται. μᾶλλον δὲ ἀπ' αὐτῆς πᾶς λόγος οἷον ἐπὶ κρηπῖδος βέβηκεν. ἧς ἄνευ ἀνάγκη πᾶσα ἀργὸν μένειν, καὶ τοῦ οἰκείου τέλους ἥκιστα ἐπίβολον. ταύτῃ τοι καὶ Ἀριστοτέλης τοῦτο μόνον ἔργον τοῦ προοιμίου ἀναγκαιότατον τίθησι. τοιγαροῦν αὕτη προσ-

DE DOCILITATE.

XVIII. Docilitas vero ſi attentionis, & benevolentiæ quaſi baſis, & origo dicatur, à veritate non abhorret; quippe quod huic annexæ ſunt iſtæ, imo ab hac dependent ſola. Quin & huic non ſecus, ac ſtabili cuidam fundamini omnis innititur Oratio. Sine qua ſtagnet omnis, & ignavaſit neceſſe eſt, proprioque deſtituatur fine. Ea ratione hoc maxime neceſ-

γίνεσθαι

γίνεσθαι πέφυκε τῇ κεφαλαιώσει τῶν πραγμάτων, καὶ μάλιστα τοῦ τέλους, οὗ ἕνεκεν ὁ λόγος δηλώσει μετ' εὐκρινείας ὡς ἔνι καὶ καθαρότητος ἐκπεφασμένη, ἧς ἐν προοιμίῳ ὅσον σθένος ἐπιμελητέον. συμβάλλεται δὲ ταύτῃ διαφερόντως, καὶ τὸ οἴκοθεν μετενηνέχθαι τὰ προοίμια, καὶ αὖθις οἷον ἐνστάξαι τὸν τῇ ὑποθέσει ἐνδομυχοῦντα σκοπόν. οὐδὲν δ' ἧττον καὶ ἡ τῶν ῥηθησομένων κεφαλαίων διαίρεσις, ἣν καὶ προκατασκευὴν τινες ἐχρημάτισαν. περὶ ἧς ἐν τῇ προθέσει διαληψόμεθα. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἡ αὐτή ἐστι τῇ προθέσει, ὡς ἀνωτέρω εἰρηκότες ἐσμέν. Παραδείγματα δὲ τῆς ἐν προοιμίῳ εὐμαθείας ἔστω τὸ παρ' Ἰσοκράτῃ Παναθηναϊκὸν, καὶ περὶ ἀντιδόσεως. ἐν ᾧ διεξωδικώτατα πραγματεύεται τὴν εὐμάθειαν. Εἰ μὲν ὅμοιος ἦν ὁ λόγος ὁ μέλλων ἀναγνωσθήσεσθαι τοῖς πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἢ πρὸς τὰς ἀποδείξεις γεγραμμένοις. καὶ τὰ λοιπά. μάλιστα συχνοῖς καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐντεύξεσθε παραδείγματιν, εἰ καὶ μικρῶν ἐπιστήσετε. οὐ πόῤῥω λίαν τῆς ὑποθέσεως, καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν ἐπιταφίῳ. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν καθόλου τῷ προοιμίῳ προσηκόντων, ἅλις ἂν ἔχοι τοσαῦτα εἰρῆσθαι.

ſarium procemii munus ſtatuit Ariſtoteles. Hæc itaque adjungi rerum conſummationi ſolet, maximeque narrationi, quæ, quo fine inſtituitur oratio, ſumma cum puritate, & perſpicuitate expreſſit, cui in procemio pro viribus incumbendum. Confert autem huic potiſſimum, ut ex ipſis cauſæ viſceribus depromantur procemia, iisque ſenſim quaſi inſtilletur latitans in cauſa ſcopus. Nec quid obſtet illa in capitum, de quibus dicetur, diviſione, quam præparationem nonnulli appellarunt, de qua diſſerendum in propoſitione. Non nunquam enim concidit illa cum propoſitione, ut ſuperius diximus. Exempla vero docilitatis in procemio ſumantur ab Iſocrate in Panathenaïca, & in oratione de permutatione. Ubi fuſe admodum dociles conatur reddere auditores. Si hæc, quæ jam legetur, oratio, ſimilis eſſet iis, quæ vel ad forenſes controverſias, vel ad oſtentationem ſcribuntur. &c. Turmatim etiam vobis occurrunt apud Demoſthenem exempla, ſi vel minimum inſiſtatis. Nec multum ab hoc argumento alienum eſt Platonis illud in oratione funebri. Verum enimvero de procemii officiis ſuf-

λοιπὸν δ' ἂν εἴη εἰπεῖν καὶ τίνι ἑκάστῳ λόγῳ γένει ἐφαρμόττει τὰ προοίμια, καὶ τίσι, καὶ ἐκ τίνων κατασκευαστέα.

ficiet in genere tam multa dixiſſe. Sequitur ut proxime dicamus, quæ cuique orationis generi congruunt exordia, & quibus, & unde depromenda ſunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

XIX. *Τοῦ γοῦν Ἐπιδεικτικοῦ εἴδους οὐδὲν οἰκεῖον ἡγεῖται ὁ Ἀριστοτέλης προοίμιον, ἀλλ' ὅθεν ἂν βουλομένῳ ᾖ τῷ Ῥήτορι ἔξεστι λαβεῖν καὶ συνάψαι τῇ ὑποθέσει τὸ ἐνδόσιμον. αἴτιον δὲ οἶμαι, τὸ μηδένα μᾶλλον σκοπὸν προτίθεσθαι τὸ τοιοῦτον εἶδος, ἢ τὴν ἐν λόγοις ἐπίδειξιν. ἥτις οὐδένα κωλύει πορίζεσθαι, ἐξ ὧν ὡνδήποτε συντεθῇ τὸ προοίμιον. εἴωθε μέντοι τὰ πολλὰ (ὡς καὶ αὐτῷ δοκεῖ τῷ Ἀριστοτέλει) ἐκ τεττάρων τούτων λέγεσθαι. Τὰ μὲν ἐξ ἐπαίνου, ἢ τῶν τὴν ἀρχὴν τὰς πανηγύρεις συγκροτησάντων, καθά που καὶ Περικλῆς ἐν ἐπιταφίῳ φησίν. ἢ τῶν ἀκροατῶν καὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς. ἢ γένους ἐκείνων, ἢ πόλεως, ἢ κατορθωμάτων, ἢ ἄλλας γέ που. οὐδὲ γὰρ οὐ σμικρὸν πλεονέκτημα τῷ ἐγκωμιάζοντι πρὸς ἡδονὴν εἶναι τοὺς λόγους τοῖς ἀκούουσιν. ἀμφότερα δὲ συνεῖρεν Ἰσοκράτης ἐν Εὐαγόρᾳ. ἅμα γὰρ ἐπαι-*

DE GENERE DEMONSTRATIVO.

XIX. Demonſtrativo ſane generi peculiare nullum eſſe autumat Ariſtoteles prooemium, quin unde quaque Orator pro libitu deſumat materiam, & finitæ quæſtioni annectat exordium. Ob hanc ni fallor rationem, quod ad nullum alium collineat ſcopum genus hoc quam verborum ſtrepitum, & oſtentationem. Qua nihil impedit quo minus abundemus, quamvis exordium è quibuscunque componatur. Solet tamen ut plurimum (ipſo ſuffragante Ariſtotele) à quatuor hiſce deſumi. A laude, vel eorum, qui primum celebritates illas congregarunt, ſicut alicubi Pericles in oratione funebri, vel auditorum, vel propriæ virtutis, vel generis eorum, vel civitatis, vel rerum bene geſtarum, aut aliarum denique rerum laude. Non leve enim oratori ſubſidium eſt, ſi voluptatem ex oratione percipiant Auditores. Ambo vero ſuavi ne-

νεῖ,

νεῖ τὸν ἀγῶνα, καὶ Νικοκλέα τὸν ἀθλοθέτην, πρὸς ὃν καὶ τὸν λόγον συνέθετο. Ὁρῶν ὦ Νικόκλεις τιμῶντά σε τὸν τάφον τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, ἀλλὰ καὶ χοροῖς, καὶ μουσικῇ, καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι. καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ δὲ τοὐναντίον ἐκ ψόγου. ὡς Ἰσοκράτης ἐν πανηγυρικῷ, ἐν ᾧ μέμφεται τοὺς ἀθλοθέτας, ὅτι μηδεμίαν τοῖς εὐφρονοῦσιν εὔνοιαν πεποιήκασιν, εἰς δὲ τὴν τῶν σωμάτων ἀρετὴν πᾶσαν καταβάλλονται τὴν φροντίδα. Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων. καὶ τὰ παραπλήσια. Τὰ δὲ ἀπὸ συμβουλῆς. καὶ τοῦτο διττῶς. ἢ ἀπὸ προτροπῆς, ὡς ὁ Πλάτων ἐν ἐπιταφίῳ. ἐν ᾧ λόγοις κοσμεῖν συμβουλεύει ἃ καλῶς ἐπράχθησαν ἔργα. Ἔργον μὲν ἡμῖν οἵδε ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς. καὶ τὰ λοιπά. ἢ ἐξ ἀποτροπῆς. οἷον δοκεῖ παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ τοῦ Περικλέους ἐν ἐπιταφίῳ. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων, ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλόν. Καὶ παρὰ ταῦτα ἀπὸ λύσεως τῶν ἀντιπιπτόντων τινός. ὡς εἴ τις πε-

xu conjunxit Iſocrates in Evagora. Simul enim laudat certamina, & Nicoclem, qui certantibus præmia exhibuit, & ad quem oratio habita eſt. Qvum te viderem patris tui funus ornare, Nicocles, non magnifico tantum, & ſplendido apparatu, ſed & choris, & muſica, & ludis Gymnicis, &c. Contra vero nonnulla è vituperatione, ut Iſocrates in Panegyrica, in qua athlothetas culpatur, quod ſapientes flocci penderent, ſolas autem vires, roburque in deliciis haberent. Sæpe mirari ſoleo, quid in mentem iis venerit, qui celebritates has congregarunt, & ludos Gymnicos inſtituerunt &c. Quædam etiam à deliberatione, idque dupliciter, vel a ſuaſione, ut Plato in oratione funebri, ubi res feliciter geſtas verbis ornare conatur. Hi quidem revera habent præmia ſibi ipſis conſentanea &c. vel ex diſſuaſione, ut Periclis illud apud Thucydidem in oratione funebri. Multi quidem eorum, qui ex hoc loco verba fecerunt eum laudant, qui hanc orationem funebrem legi addidit, quaſi præclarum eſſet, eos qui in bellis ceciderunt hac oratione decorari. Ab obje-

εἰ παράδοξα τινὸς λέγειν προθείη, ἢ χαλεπᾶ, ἢ τῶν τοῖς πολλοῖς τεθρυλλημένων. ὧν τὰ προοίμια καὶ ἐρανίζεσθαι φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς τῶν δικανικῶν τὸν συμβουλεύοντα. Καὶ τοῦ μὲν πρώτου ἔστω παράδειγμα τόνδε τὸν τρόπον. Οἶδα μὲν ὅτι παράδοξος ὑμῖν ὁ παρ᾽ ἐμοῦ δόξει λόγος, καὶ μέχρι τοῦδε μήπω τισὶν εἰρημένος. εἶτα καὶ τὰς αἰτίας προσθεὶς ἐπαγάγῃ τὰς λύσεις. Τοῦ δὲ χαλεποῦ, οἷα τὰ ἀνωτέρω, Γρηγορίου εἰς Βασίλειον, καὶ Ἀριστείδου. Τοῦ δὲ τρίτου τοιῶσδε. Πολλοῖς μὲν ἡ παροῦσα πανήγυρις καὶ παρὰ πολλῶν λόγοις τε καὶ συγγράμμασι πολλάκις τεθαύμασται. ἐξ ὧν εἰκός ἐστι μηδένα τῶν συνελθόντων εἶναι ὃς μὴ περὶ ταύτης, ἢ εἰρηκώς τι ἐστίν, ἢ παρά τινος λέγοντος ἤκουσεν. οὐ μὴν διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι καὶ αὖθις εἰπεῖν τι καινὸν περὶ αὐτῆς καὶ λόγου μνήμης ἐπάξιον. κἂν γὰρ μόνη τῶν ἄλλων τεθαύμασται. ἀλλὰ μόνη τῶν ἄλλων ἐλάττω τῆς ἑαυτῆς ἀξίας ἐπῄνεται.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΝΙΚΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

XX. Οἰκειοτέροις δὲ τὸ Δικανικὸν χρῆται τοῖς προοιμίοις καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως τοῦ προβληθέντος ζητήματος

μετε-

ctionum denique ſolutione. Cum ſcilicet proponat ſibi aliquis de nota aliqua re, aut ardua, vel de rebus ubique decantatis dicere, quorum procemia & ex judicialibus depromere docet Ariſtoteles deliberantem. Exemplum primi tale ſit. Paradoxiloqua vobis, ſat ſcio, noſtra videatur oratio, nec à tot retro ſeculis ad hoc ipſum tempus ab ullis dicta. Deinde cum rationes addideris, ſolutiones inducas. Secundi ſit illa Gregorii ad Baſilium, & Ariſtidis ſupra adducta. Tertii autem tale ſit: Coronam hanc ſæpe varii lingua ſtyloque celebrarunt. Ideoque nullum huc confluxiſſe credo, qui laudes ejus vel non decantavit, vel ab aliis non accepit. Quare non eſt, ut quod novum comminiſcar de ea magno dignum Elogio: licet enim hæc ſola celebrata eſſet, at ſola hæc pro dignitate, humani ſermonis penuria, ſatis laudari non poterat.

DE GENERE JUDICIALI.

XX. Procemia magis peculiaria Judiciale genus habet, & ab ipſis

μετενηνεγμένοις. καὶ διὰ τοῦτο τὸν σκοπὸν τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἐπαγγέλλουσιν. ἡ γὰρ εὐμάθεια ἀγαθὴ μὲν σύνοικος παντὶ προοιμίῳ. δικανικοῦ δὲ, καὶ ἀναγκαία πῶς. ὑπόκειται γὰρ ἐνταῦθα πάντα πᾶσιν ὁ ἀκροατὴς ἀνοίκειος τῶν ἀμφισβητουμένων. ὅ, τε γὰρ θεωρὸς εἰδὼς ἥκει ὡς εὐφημία τὸ ῥηθησόμενον, καὶ τοιούτων τινῶν ἃ προσήκει τῇ πανηγύρει. ὅ, τε ἐκκλησιαστὴς προεπίσταται, ἐφ' ᾧ ἡ βουλὴ συγκεκρότηται, κἂν ἀγνώμων τυγχάνῃ τὴν βούλευσιν. ὁ δικαστὴς δὲ τούτων οὐδὲν προεπέγνω. ταῦτ' ἄρ' ὥσπερ ἐς χεῖρας διδόναι δέον παρ' αὐτὴν τὴν πρώτην τοῦ λόγου βαλβίδα, τὸ τέλος τῆς ὅλης ὑποθέσεως τῷ δικάζοντι, ὡς ἂν ἐπείδειν ἔχοι τοῖς λεγομένοις τὸν λογισμόν. τὸ γὰρ ἀόριστον ἀπαρτᾷ πως καὶ ἀποπλανᾷ τὴν διάνοιαν (ὥς που φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης) καὶ δυσπαρακολούθητον ἀπεργάζεται τὸν λόγον. Ληπτέα δὲ ἐπὶ τούτοις τὰ προοίμια, ἔκ τε τῶν προσώπων καὶ τοῦ πράγματος, ἢ τῶν παρεμφαινομένων τινός. καὶ τούτων αὖθις ἕκαστον, ἢ ἐξ ὑπολήψεως, ἢ ἐξ ὑποδιαιρέσεως, ἢ ἐκ περιουσίας, καὶ προσέτι ἀπὸ καιροῦ. περὶ ὧν ἁπάντων κάλλιστά τε καὶ διεξοδικώτατα τῷ Ἑρμογένει διείληπται, ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως. διὸ καὶ

causæ viſceribus deſumpta, ideoque totius cauſæ ſcopum indicant. Docilitas enim optime cohabitat cum omni principio, at neceſſitate quadam cum Judiciali. Hic ſiquidem auditori litem ignotam esſe ſupponitur. Spectator enim cum veniat, de laudibus futuram orationem eſſe novit, aliisque ſimilibus, quæ celebritate conveniunt. Nec concionarius neſcius eſt, quam ob cauſam Senatus cogitur, licet illud de quo deliberatur non cognoverit. Judex autem hæc omnia ignorat. Quocirca in ipſo orationis ingreſſu totius cauſæ ſcopus Judici quaſi tradendus eſt, ut inde ſtabiliatur judicium. Indeterminatio ſiquidem diſtrahit quodammodo, & in errorem abducit (ſuffragante Ariſtotele) animum, captuque difficilem orationem reddit. Judicialis autem generis prooemia ſumantur vel à perſonis, vel a re, aut extrinſecus: iſtaque rurſus vel ex præjudiciis, vel ex ſubdiviſione, vel abundantia, vel denique ex tempore. De quibus omnibus optime fuſeque diſſerit Hermogenes in libris de inventione. Diutius igitur iſtis immo-

μακρο-

μακρότερον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποτεῖναι οὐ δεῖν ᾠήθην. ἐξὸν παρ' ἐκείνῳ πληρέστατα ἐντυχεῖν.

rari non neceſſe duxi, cum ab eo copioſiſſime hauriatis.

ΠΕΡΙ ΔΗΜΗΓΟΡΙΚΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

XXI. Ἐπὶ δὲ τοῦ Δημηγορικοῦ εἴδους οὐδενὸς ἐνδεῖ προοιμίου τῷ συμβουλεύοντι, ὅτι μὴ εἰς σύστασιν τοῦ οἰκείου προσώπου. καὶ ταῦτα ἡνίκα τινὰ περὶ ἑαυτοῦ ὑπόληψιν οὐκ ἀγαθὴν ἀποκροῦσαι δέον, ἢ τὴν σφετέραν περὶ τοῦ πράγματος γνώμην, ὅσον παρενείξασθαι. ἐν παραδείγματος λόγῳ ἔστω τὸ τοῦ Βασιλείου πρὸς τοὺς νέους. καὶ Περικλέους ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ξυγγραφῶν Θουκυδίδου. προσοχὴν δὲ καὶ εὔνοιαν οἴκοθεν οἴκοι φέρων ὁ ἐκκλησιαστὴς, ὡς περὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ οἰκείου συμφέροντος τὴν ψῆφον ἐπενεγκεῖν μέλλων. εἰ μέντοι που καὶ χρεία προσοχῆς παρεμπέσοι, ταύτην ἐκ τῶν ἀνωτέρω τεθέντων προσαποριστέον τῷ λογω, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὁ δημηγορῶν πρὸς τῶν δικανικῶν ἐρανίζεται τὰ προοίμια.

DE GENERE DELIBERATIVO.

XXI. In Deliberativo genere procemium non requiritur, niſi ad benevolentiam perſonæ propriæ conciliandam. Idque cum aliqua ſuſpicio mala diluenda ſit, aut noſtra ſententia de re velut inſerenda. Exemplis hæc illuſtrantur Baſilii ad Juvenes, & Periclis in libro ſecundo hiſtoriarum Thucydidis. Attentionem autem, & benevolentiam domo ſecum affert Auditor, cum de ſe ſuoque commodo calculum vellet ponere. Si forte tamen attenti reddendi ſunt Auditores, illud ex iis, quæ ſuperius protulimus, præſtandum eſt. Sæpe autem deliberator procemia a Judicialibus depromit.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ ΕΙΤ ΟΥΝ ΕΥΡΕΣΕΩΣ.

XXII. Μετὰ τὴν τῶν ἔργων τοῦ προοιμίου διάσκεψιν, λοιπὸν ἤδη καὶ περὶ

DE PROOEMII CONSTRUCTIONE, SEU INVENTIONE.

XXII. Hactenus procemii officia expoſuimus, reliqvum eſt ut de

τῆς ἐκείνων συνθέσεως διαλαβεῖν. Ἐφ' ἑκάστου τοιγαροῦν προοιμίου ζητητέα δεῖ πρότασις τὶς εὐστόχως ἡμᾶς εἰς τὴν ὅλην ὑπόθεσιν εἰσάγουσα, ἢ ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὑποθέσεως μετενηνεγμένης, ἢ ἄλλοθεν ποθὲν εἰλημμένη. ἣν ῥύδην ἅμα καὶ μετ' εὐρυθμίας ῥητορικῆς ἐκφράσομεν, καὶ πλατύτερον κατασκευάσομεν. εἶτα τὴν ἀπόδοσιν ἐποίσομεν. ἥτις ἢ ἐνθυμήματος λόγῳ ἐκ τῆς προτέρας συνάγεται προθέσεως. ἢ γοῦν ἀξίωσιν περιέχει ἡμετέραν περὶ τοῦ προτεθέντος ζητήματος. καὶ εἰ μὲν δόξει ἑτέραν ἐπισυνάψομεν πρότασιν; κατασκευάζουσαν ἅμα τὴν συναχθεῖσαν, καὶ ἀμφοτέρας συνδέουσαν. ἢν δὲ μή, τὴν πρόθεσιν εὐθὺς ὑπεισάξομεν. ὑπόδειγμα δὲ τῶν εἰρημένων ἔστω τοιόνδε. ἡ μὲν ὑμετέρα περὶ τὸν ἥρωα προθυμία, ταῖς ἱεραῖς κατ' ἔτος τελεταῖς καὶ διακοσμήσεσι λαμπρὰν τὴν τοῦ πατρὸς μνήμην ἀπεργάζεται. λαμπροτέρα μέντοι πάντως συγκροτηθείη, καὶ ταῖς τῶν φιλοθεαμόνων ἀκοαῖς τρανώτερον ἐνηχήσειεν, εἴγε καὶ τοῦ εἰς μνήμην ἀνισημοτάτου (φημὶ τοῦ λόγου) ἐπίβολος γένοιτο. Καλὴ μὲν καὶ ἡ παροῦσα φωταυγία τε καὶ φρυκτωρία,

ejus conſtructione diſſeramus. In omni igitur proœmio quærenda eſt propoſitio, quæ viam nobis expeditiorem ad totam cauſam ſternat, vel ex intima ipſius cauſæ medulla deſumpta, vel aliunde deprompta; quam audaci verborum pondere, & oratorio perfuſum pulvere proferamus, & Aſiatico ſapore imbuamus. Atque ita inducatur Apodoſis, quæ vel Enthymematis loco ex priori colligitur propoſitione, vel noſtram ſaltem de quæſtione propoſita includat ſententiam. Et ſi nobis viſum fuerit aliam advertamus propoſitionem, quæ & eloquentiæ luminibus illuſtret priorem, ſuavique conjungat utramque nexu. Iſta tali dilucidentur exemplo. Ingens veſter erga Heroëm affectus, ſacris annuis, ritibusque effulſit, & patris nomen auguſtum, ſplendidumque fecit. Quod tamen indies magis eniteſcet, & in aures populi gratioſius influet, ſi oris facundi prudens ubertas acceſſerit. Decorus quidem hic ſplendor, facumque excubantium lux, nec non certans illa periſtromatum varietas cum nitore: quorum illæ prodiga ſua luce totum perſtringunt theatrum, hæc, centuplici ebria colore, va-

οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἡ τῶν παραπετασμάτων ποικιλία τε καὶ γλαφυρότης. ἡ μὲν δαψιλεῖ τῷ φωτὶ τὸ ἱερὸν ἅπαν τουτὶ καταυγάζουσα θέατρον. ἡ δὲ, τῷ πολυανθεῖ τῶν βαφῶν, τὸ πολυειδὲς αἰνιττομένη τῶν ἀρετῶν τοῦ Ἥρωος, καὶ ἀμφότεραι εἰς ὁλοσχερῆ μνήμην τινὰ τὴν ἐκείνου τοὺς θεατὰς ἀνεγείρουσαι. οὔπω μέντοι καὶ τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος ἐμφανῆσαι, ἢ γοῦν καθ' ἓν ἐξειπεῖν ὅλως ἰσχύουσιν, ὃ μάλιστα πράττειν ὁ λόγος πέφυκε ταῖς τῶν πράξεων ἰδιότησιν εὐπετῶς μάλα συμμετασχηματιζόμενός τε καὶ συνεξομοιούμενος. διά τοι ταῦτα ἔργον μοι ἔδοξε πάνυ μὲν εὐσεβὲς. οὐχ ἧττον δὲ καὶ ὑμῖν καταθύμιον διαπράξασθαι, εἴπερ ὀλιγάττα τῶν τοῦ ἀνδρὸς προτερημάτων τῶν πολλῶν ἐξελὼν, ὅσα καὶ τῆς ἐμῆς γλώττης μὴ ὑπερπαίῃ τὴν δύναμιν, τῷ λόγῳ ὡς ἐγχωρεῖ παραδώη. ὡς ἂν καὶ τῶν ἀκροωμένων, τοῖς μὲν συνειδόσι ταῦτα πληρεστέραν τὴν μνήμην καὶ ἡδονὴν ἀπεργάσαιμι. τοῖς δὲ παντάπασιν ἀπείροις (εἴπου τινές εἰσιν) οἷόν τινα σπέρματα τῆς περὶ ἐκεῖνον ἱστορίας τε καὶ μιμήσεως διὰ τῆς εὐρημίας ἐγκαταβάλοιμι. καὶ ἅμα τῇ πανηγύρει τὸ εἰκὸς ἐκπληρώσαιμι.

rias Herois virtutes ænigmatice exprimit , & ambo ad memoriæ illius æternitatem conſpirant. Non tamen præclara ejus facinora adumbrare, nedum celebrare poſſunt iſta. Hoc linguæ beneficium eſt, quæ verbis vivis & acri ſenſu tinctis res ipſas aut æquet, aut ſuperet. Pium itaque gratumque (ni fallor) præſtabo officium, ſi paucula, quæ linguæ conatum meæ non vincunt, è multis ejus præclare geſtis ſeligam , & oratione (qualiſcunque demum iſta ſit) exornem. Ut & Auditores, qui iſta norunt, gratiſſima recolant memoria ; iis vero, qui non omnino norunt (ſi tamen tales ſunt) ſemina quædam hiſtoriæ ejus, ope diſertæ linguæ ingeram , omneſque boni panegyrici partes expleam.

XXIII.

XXIII. Πολλάκις δὲ καὶ ὅλον ἐκτίθεται τὸ ἐνθύμημα, εἰλημμένον, ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἢ ἐξ ὑπογραφῆς, ἢ ἐκ τοῦ ἐλάττονος, καὶ τῶν τοιούτων, οὗ ἀμφοτέρας κατασκευάσαντες τὰς προτάσεις, εἰς τὴν ἀξίωσιν εἴτ' οὖν πρόθεσιν μεταβαίνομεν. οἷά που ὡς ἐν τύπῳ εἰσηγεῖται Ἀφθόνιος ἐν τῷ τοῦ Θουκυδίδου ἐγκωμίῳ. (προηγούμενον) Τιμᾶν ἄξιον τοὺς εὑρόντας τὰ χρήσιμα, οἷς εὐπορῆσαι τὰ κάλλιστα, καὶ τὸ παρ' ἐκείνων φανὲν ἐπανατίθεσθαι δικαίως τοῖς δόξασι. (Ἑπόμενον) Οὐκοῦν Θουκυδίδην ἐπαινέσω τοῖς λόγοις αὐτὸν τοῖς ἑαυτοῦ τιμᾶν προελόμενος. (Κατασκευὴ) Ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς εὐεργέτας τιμᾶσθαι καλὸν, τοσοῦτον δὲ μᾶλλον τὸν Θουκυδίδην τῶν ἄλλων, ὅσῳ τῶν ἁπάντων εὗρε τὸ κάλλιστον. (Αἰτία κατασκευῆς.) Οὔτε γὰρ λόγων ἐν τοῖς οὖσι κρεῖττον ὑπάρχει λαβεῖν, οὔτε Θουκυδίδου σοφώτερον οὐδὲν εὑρεῖν. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ὁλόκληρον τὸν συλλογισμὸν προτιθέασιν, ἐφ' ὃν τὸ συναγόμενον ἀξιώσεως εἴτ' οὖν βάσεως λόγον ἔσχηκεν. ὧν παραδείγματα καὶ ἐπ' ἄλλων μάλα συχνὰ, καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐπιστήσαντες εὑρήσητε. Ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν πρώτως ἐκτεθειμένην πρότα-

XXIII. Sæpiuſcule vero totum explicatur Enthymema, deſumptum, vel a ſimili, vel a contrario, vel a deſcriptione, vel a minore, & aliis, cujus cum utrasque adornavimus propoſitiones, ad dignitatem ilico tranſimus; prout ab Aphthonio ſummatim in Thucydidis exponitur encomio. (Antecedens) Rerum utilium inventores, iis rebus, quas ipſi pulcherrime hominum generi pepererunt, decorari æquiſſimum eſt: quodque ab his emerſit, conferri in eos ipſos, qui patefecere. (Conſequens) Itaque cum Thucydidem ſuis ipſius bonis ornare ſtudeam, oratione utar ad eum ipſum laudandum. (Confirmatio) Et quidem præclarum eſt iis honorem tribuere, à quibus beneficium acceperis, ſed tanto majorem Thucydidi, quanto rem præſtabiliorem invenit, quam cæteri. (Cauſa confirmationis) Neque enim in rebus mortalium quicquam licet adipiſci oratione melius; neque Thucydide ſapientior in dicendo quisquam reperiri. Nonnunquam & totum proponunt ſyllogiſmum, in quo concluſio dignitatis ſeu fundamenti rationem habet. De quibus varia tum apud alios, tum apud Demoſthenem occurrunt exempla. Quandoque

σιν ἀκατάσκευον παρέντες, ἐφ' ἕτερον μεταβαίνουσι συλλογισμὸν εἴτ' οὖν ἐνθύμημα. ὃ καὶ κατασκευαστέον τὸν ἀνωτέρω εἰρημένον τρόπον, οἷον ἐστὶ καὶ τὸ τοῦ Δημοσθένους ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων. Κομψότης δὲ καὶ τὸ εὔμονον καὶ πρὸς ἁρμονίαν κεκροτημένον παντὶ λόγῳ κόσμος ἐστὶν οὐκ ἄνευ ἡδονῆς τοῖς ἀκούουσι (πλὴν εἴ που ὁ λόγος διὰ τὸ ἐναγώνιον ἀποποιῆται τὸ ἔντεχνον) προοιμίῳ δὲ μᾶλλον ἐστὶ προσόδου, ἅτε δὴ καὶ εὐνοίας κατάληψις, ἣ διὰ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς μνηστεύεσθαι πέφυκε. καὶ τὸ εὔσημον διὰ τὴν εὐμάθειαν. Καὶ περὶ μὲν προοιμίου τοσαῦτα ἀποχρώντως εἰρῆσθαι ἔδοξεν. ἢν δέ τι καὶ παρειμένον ᾖ, ἥτε τῶν εἰρημένων κατάληψις εἰς τὴν κἀκείνου ποδηγετήσει γνῶσιν, καὶ τὸ ὑμῶν ἅμα τε ἀγχίνουν καὶ φιλόπονον τοῦτο ἀναπληρώσεται.

vero propoſitionem primo expoſitam, nudam relinquimus, & ad alium tranſimus ſyllogiſmum, vel Enthymema, quod & pigmentis ſuis adornandum eſt modo ſupra dicto, ſicut Demoſthenis illud in prima pro Olynthiis oratione. Nitor autem, & modeſta illa verborum lautities decus eſt orationi, gratumque auditoribus (niſi quæſtio adeo forenſis ſit, ut omne repudiet artificium) procemio vero quaſi viam ſternit ad captandum benevolentiam; quæ mellea orationis ſuvitate conciliari ſolet, & ad docilitatem, quam perſpicuitas efficit. Ac de procemio jam ſatis dixiſſe videar. Si quid autem elapſum ſit, vel iſta, quæ hactenus dicta ſunt, facem vobis accendant, vel acumen ſaltem veſtrum ſupplere, & diligentia poterit.

ΠΕΡΙ ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ ΕΙΤΟΥΝ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ.

XXIV. Τὸ προοίμιον ἡ πρόθεσις εὐθὺς διαδέχεται. ἣ γενικῶς μὲν ὁριζομένη, Ἔκθεσις λέγοιτ' ἂν πραγμάτων καὶ δήλωσις περὶ ἃ συνέστηκεν ἡ ὑπόθεσις. εἰδικῶς δὲ τεμνομένης εἰς

DE NARRATIONE, SEU PROPOSITIONE.

XIV. Procemium illico ſubſequitur narratio. Quæ generali definitione non immerito dicatur, Expoſitio ſive explicatio rerum ad

δύο.

δύο. θάτερον εἶδος διεξοδικώτερόν τι πέφυκεν ἐκφέρεσθαι, καὶ κατά τινα ἐγκατάσκευον ἔκφρασιν. αἰτίας τε γὰρ τῶν γεγονότων πολλάκις ἀναπτύσσει. περιστάσεις τε σαφηνίζει. καὶ πᾶν ὁτιοῦν εἰς τὸ σαφέστερον τῆς ἐκθέσεως συντείνει. εὐμεθόδως διερμηνεύει. καὶ τοῦτο διήγησις εἰδικῶς ἑρμηνεύεται. θάτερον δὲ ἁπλοῦν τε ἐστὶ καὶ ἀκατάσκευον, καὶ συντομωτάτην εἴληχε καὶ ψιλὴν τὴν δήλωσιν. ὃ καὶ ἀνώνυμον ἐστὶ κατὰ τὴν διαφοράν. οὐδὲ πάνυ πολλῆς δέεται τῆς τοῦ Ῥήτορος ἐπιτεχνήσεως, ἅτε δὴ μονομερὲς ὂν, καὶ ψιλῶς ἐκφέρον τὰ πράγματα, μηδὲν τῶν πέριξ προσεφελκόμενον. πλὴν εἴπου ἐπ' αὐτοῦ δεήσει γε προδιακρῖναι τὰ ἐν τῇ προθέσει ζητούμενα. ὃ δὴ τινὲς καὶ προκατασκευὴν ἐχρημάτισαν. ἣν καὶ διττῇ συνεζεῦχθαι χώρᾳ ἀνωτέρω ἔφθημεν εἰρηκότες. νῦν μὲν ἐν προοιμίοις, ποτὲ δ' αὖ ἐν διηγήσει, ἔστιν ὅτε καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἐπιτετήδευται. ἐπειδὰν δή που ἡ ὑπόθεσις πολλῶν οὖσα πραγμάτων περιεκτικὴ συμπεπλεγμένη τε δοκείη καὶ δυσδιάκριτος, ἧς ἵνα τὴν σύγχυσιν διαλύσας εὐξύνετα ἀπεργάσῃ τὰ ῥηθησόμενα, τῇ τῶν ζητουμένων διαι-

cauſam pertinentium. Specialiter autem in duo ſe diffundit. Quorum alterum uberius propoſitam quæſtionem explicare ſolet, phraſibusque oratoriis graphice delineare. Nam ſæpe rerum geſtarum cauſas aperit, & circumſtantias narrat, & quicquid omnino clariorem facem præferat, non perturbato ordine percurrit. Et hoc ſpeciatim Narratio dicitur. Alterum vero ſimplex & inartificiale, nudamque continet, & brevem expoſitionem: quod & diſtinctionis ergo anonymum eſt. Nec adeo requiritur hic Rhetoris artificium, utpote quod unius tantum partis ſit, leniterque res exponat, nec ullis omnino veſtiatur circumſtantiis; niſi prius forſan ea exponere neceſſum fuerit, quæ in propoſitione quæruntur. Quod quidem nonnulli & præparationem nuncuparunt, quam duplici quoque conſtringi loco ſuperius diximus. Nunc in procœmio, nunc rurſus in narratione, interdum etiam in utrisque non incommode collocari. Si vero res varias comprehendat cauſa, adeoque complexa ſit, & confuſa, Rhetor, ut eam à confuſione liberet, reliquamque dictio-

 ῥέσει

ρέσει ὁ Ῥήτωρ κέχρηται. ἣν καίπερ σπανίως, πλὴν ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τοῦ λόγου μερῶν φιλεργουμένην ὑπὸ τοῦ Ῥήτορος, μνήμης ἢ εὐμαθείας ἕνεκεν. παράδειγμα μὲν οὖν ψιλῶς ἐκφερομένης προθέσεως, τὸ Δημοσθενικὸν ἔστω ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων. τῆς δὲ κατὰ διαίρεσιν, τὸ τοῦ Ἰσοκράτους πρὸς Νικοκλέα. ἐν οἷς δὲ ἐπ᾽ ἀμφοτέρων ἡ διαίρεσις εἴη φιλοτεχνηθεῖσα, εἰ βουλομένοις ἐστὶ μαθεῖν, αὐτόν τε διέξειτε τὸν πρὸς Νικοκλέα λόγον, καὶ Δημοσθένους τὸν περὶ παραπρεσβείας.

nem reddat intellectu facilem, quæſtiones diſtribuit in partes. Quam diſtributionem raro licet, tamen & in reliquis orationis partibus Demoſthenem videmus artificioſe tractare ad memoriam firmandam, & conciliandam benevolentiam. Exemplum igitur propoſitionis nude leniterque prolatæ ſit Demoſthenicum illud in prima pro Olynthiis oratione; partitionis autem Iſocratis illud ad Nicoclem. Si vero ſcire velitis ubinam in utrisque iſta adhibetur diſtributio, ipſam ad Nicoclem evolvite orationem, illamque Demoſthenis de falſa legatione.

XXV. Τῆς διηγήσεως ἀρεταὶ μὲν ἴσως καὶ ἄλλαι, ἀναγκαῖαι μέντοι σαφήνεια μετὰ πιθανότητος. ὧν ἐκτὸς ἡ διήγησις, τηνάλλως φιλοπονεῖται πόῤῥω που τοῦ οἰκείου τέλους ἐμπίπτουσα. δήλωσις γὰρ ἡ ἐν πολιτικῷ λόγῳ διήγησις οὖσα γεγονότος πράγματος, εἰ μὲν τοῦ πιθανοῦ ἀμοιρήσειεν, οὐ γεγονότος λοιπὸν, ἀλλ᾽ ἐνδεχομένου ὑπάρξει ἀνάπτυξις. παρὰ δὲ τὸ ἀσαφὲς, καὶ τοῦ ὅλου εἶναι δήλωσις διαμαρτήσει, καὶ πλεῖστον τοῖς ὠσὶν ἐμβοήσεται τῶν ἀκροατῶν παρενόχλημα. οὐκοῦν ἀνακεκράσθω ἐν διηγήσει

XXV. Narrationis virtutes forſan & aliæ ſint, at neceſſariæ tamen perſpicuitas eſt & probabilitas. Quæ ſi ſubtrahantur, fruſtra narrationi artificium impenditur, proprio fine deſtitutæ. Cum enim in civili oratione, expoſitio rei geſtæ, ſit narratio, ſi a veriſimili abhorreat iſta, non ulterius rei geſtæ, ſed quodammodo contingentis erit explicatio. Non ſolum autem tenebras offundet obſcura narratio, ſed & ab ipſa deflectet narrationis definitione, auribusque

τῇ

τῇ σαφηνείᾳ τὸ πιθανόν. καὶ ἀνάπαλιν τῷ πιθανῷ ἡ σαφήνεια, ἀτελὲς γὰρ θάτερον παρὰ θάτερον. Ἁπλῶς μὲν οὖν εἰπεῖν ἐπὶ παντὸς λόγου σαφηνείας δεῖ ποριμώτατον ὑπέρ τι ἄλλο, ἀκριβολογία, καὶ τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν τοῖς πράγμασι παρεπομένων, πρόσωπον δηλονότι τὸ πρᾶξαν, τὸ πεπονθὸς, τόπον, χρόνον, αἰτίαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περιστατικῶν. ταύτης οὐχ ἧττον ποιητικὸν καὶ ἡ ἐν τάξει καθ' ἣν ἐπράχθη, εἴτ' οὖν ἐκ φύσεως ἢ τέχνης κεκλήρωται τῶν πραγμάτων ἀφήγησις.

ingens afferet faſtidium. Socientur igitur ſuaviqne copulentur nexu perſpicuitas, & probabilitas, & in unam coaliſcant narrationem. Mancum eſt enim & exile alterum ſine altero. Quo circa ut ſummatim dicam, oratio tum demum clara reddetur & dilucida, ſi, quod inſtar omnium eſt, exacte ſingula perpendantur, nihilque ad cauſam pertinens intactum relinquatur, cujusmodi ſunt perſona, actor, crimen, locus, tempus, cauſa, reliquæque circumſtantiæ. Perſpicuitati quoque plurimum confert ſingula quo acta ſunt ordine percurrere, ſive ab arte ſit ille ſive à natura depromptus.

XXVI. Παραιτεῖται δὲ καὶ τὰς ἐπιβολὰς ἡ ἐνάργεια, καὶ οὐδὲν ἀνέχεται συνεφέλκεσθαι ἔξωθεν. ἢ γένος εἴδει, ἢ μέρει ὅλον, ἢ ἀόριστον ὁρισμένῳ, καὶ τὰ ὅμοια. ἐκτὸς εἰ μή που τοιοῦτόν τι τοῦ χαρακτῆρος ἀπαιτεῖ ἰδιότης, ὡς ἐν ἐκείνοις ἱκανῶς διώρισται. Σχήμασι δὲ σαφήνειαν κατορθώσομεν τοῖς ἀφηγηματικοῖς, καὶ ὀρθῶς ἐκφέροντες, μηδὲν πλαγιάζοντες ἢ συμπλέκοντες, ἐπαναφοραῖς τε καὶ ἐπαναλήψεσιν ἀναπλύσσοντες. ὅπη μὴ ἐναργῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, καὶ μεταβαίνοντες ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον. οὐ μὲν συμ-

XXVI. Excurſiones autem, digreſſionesque non patitur evidentia, nihilque aliunde adduci ſuſtinet, ſeu genus ſpeciei, ſeu totum parti, ſeu infinitum finito, & ſimilia: niſi forſan tale quid efflagitat characteris proprietas, ut in illis abunde eſt demonſtratum. Quin & figuris perſpicuitatem narrationi conciliabimus, recteque & luculenter explicabimus, non contorte, & perturbate, ſed anaphoris, & repetitionibus exornabimus narrationem. Nec minus dilucide exponi poſſit, celeriter ab

πληρώ-

πληρώσει, τῇ δὲ ἐπαγγελίᾳ χρώμενοι. Κώλων δὲ τὰ μικρὰ καὶ κομματικὰ μάλιστα συμβάλλεται πρὸς ἐνάργειαν, ἅτινα καὶ ἀπαρτίζοιε καθ' ἑαυτὰ τὰς ἐννοίας, καὶ ἐξ ὀνομάτων εὐπορήσωμεν σαφηνείας, ἢ τὰ μὲν κοινὰ ἐναργῆ τε καὶ εὔσημα θηρώμενοι, τροπικά τε καὶ μεταφορικὰ οὐ προσιέμεθα. τῶν πεποιημένων μέντοι ὅσα ῥήτορσιν εὔχρηστα, καὶ μάλα εἰσὶ προόδου εἰς σαφήνειαν, ἅτε δὴ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα. μίμησις γὰρ πᾶσα ἐναργείας ποιητικὴ, μάλιστα δὲ διηγήσει προσήκουσα. ἥπερ καὶ ἠθικὴ βούλεται εἶναι. ἦθος δηλαδὴ καὶ τρόπον ἐμφαίνουσα, καθ' ὃν τὸ δηλούμενον εἴργασται. Ἀλλ' οἷς μὲν σαφήνεια ἐκπορίζεται, ταῦτα.

altero ad alterum tranſeuntes. Hoc omnibus ſuis explentes numeris, illud utiliore loco repoſituros, & reducturos promittentes. Membra non immodica, & inciſis diſtincta plurimum illuſtrant narrationem, quæ ſingula & ſententiam claudant, ſatientque animos. Nec parum nomina perſpicuitati conferunt, ſi verba in uſu poſita, ſenſuque tincta uſurpemus; à figuratis autem, duriſque translationibus abhorreamus. E fictis tamen nominibus quæcunque proſunt, depromi quoque ad lucem rebus inferendam poſſunt, eas enim imitatione exprimunt. Imitatio ſiquidem omnis efficit perſpicuitatem, & maxima ſane virtus eſt in narratione, quæ & morata eſſe debet, cum mores, ipſaſque rerum imagines repræſentet, quibus in ipſos mentis oculos incurrunt. Atque hæc de perſpicuitate.

ΠΕΡΙ ΠΙΘΑΝΟΤΗΤΟΣ.

XXVII. Πιθανῶς ἀφηγησόμεθα, πρῶτον εἰ ταῖς τῶν προσώπων ἰδιότησι καταλλήλως τὰς ἐνεργείας ἀπονέμημεν. οἷον πλουτοῦντι μὲν, τὸ ἀσελγαίνειν. ὀργιζομένῳ δὲ, παραφέρεσθαι. καὶ πράῳ μὲν, καταλλάττεσθαι. δειλῷ δὲ, φεύγειν. καὶ τὰ ὅμοια, Δεύτερον, εἰ τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν γεγονό-

DE PROBABILITATE.

XXVII. Probabilitatis autem tum maxime narratio erit, ſi res ad ſingulas perſonarum naturas accommodentur, ut ad divitem intemperantia, ad iratum, temeritas, ad manſuetum reconciliatio, ad timidum fuga, & iſtiuſmodi. Deinde ſi cauſas, & rationes factis ſingu-

των

των σαφηνίσωμεν, οὐ τὰς προσεχεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς πορρωτέρω. εἶτα καὶ ἐκ τῶν παρεπομένων, ἢ τὸν τόπον πρὸς τὸ τοιάδε γεγονέναι ἁρμόδιον, ἢ τὸν χρόνον καθ' ὃν ἐπράχθη κατὰ λόγον ἐξενέγκωμεν τὴν διανομήν, καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως. Τελευταῖον δὲ καὶ ἐκ τοῦ πράγματος, ὃ διέξιμεν, εἰ ταῖς τῶν ἀκουόντων ἤθεσι καὶ γνώμαις, μὴ ἀντιβαίνοι. ἃ γὰρ παρά τισιν ἐν ἐπαίνου λόγῳ τυγχάνουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἀναίσχην εἰωθότα γίγνεσθαι, παρ' ἄλλοις ἄθετμα κρίνεται, καὶ οὐ πάνυ τοι ῥαδίως τολμώμενα. Ἂν δέ τι παράδοξον ἔνεστι τῇ διηγήσει, ὁμολογητέον μὲν, οὐ μέντοι ἀδύνατον διὰ τοῦτο ῥητέον, καὶ τὰς αἰτίας ἐξενεγκεῖν πειρατέον. Ἔστι δὲ διχῶς καὶ αὐτὴν ἐξενεγκεῖν τὴν διήγησιν. ἢ ἁπλῆν, ὅτε τὰ πεπραγμένα ψιλὰ ἐκτίθεται, ὡς ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος αἰκίας Δημοσθένης, καὶ ἐν τῷ παραγραφικῷ πρὸς Ζηνόθεμιν. Ἐγκατάσκευον δὲ, ὅτε καὶ τὰς αἰτίας καὶ τὰ παρεπόμενα διὰ τὰ πραχθέντα ἐκφράσωμεν. ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἡ δὲ ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ἔνθα περὶ τῶν πράξεων τοῦ Χαβρίου ποιεῖται τοὺς λόγους, δεινῷ χαρακτῆρι μάλιστα πρέπουσα. καὶ ταῦτα ὅτε περὶ γνω-

lis propoſuerimus, non proximas modo, ſed & remotiores. Tertio à conſequentibus, vel locum ad eam rem opportunum eſſe, vel tempus idoneum in quo commiſſum erat facinus, paulatim proferamus, & ſimilia. Ultimo vero ab ipſa re, quam narramus, ſi ab auditorum moribus & diſpoſitione non abhorreat. Eadem enim, quæ aliorum approbantur ſententiis, ideoque fieri ſine rubore ſolent, ab aliis turpia, minimeque toleranda judicantur. Si quid autem minus credibile narretur, confitendum quidem, non ideo tamen prorſus incredibile dicemus, cauſasque facti adhibere conabimur. Narratio autem in duas ſeſe diffundit ſpecies; ſimplicem nimirum, qua res nude, & ſine colore narrantur, ut in Oratione Demoſthenis contra Cononem de injuria ob verbera, & in exceptione adverſus Zenothemidem. Tum inſtructam, qua rerum geſtarum cauſas & conſequentias phraſibus illuſtribus explicamus, ut in oratione adverſus Ariſtocratem. Illa vero, quæ adverſus Leptinem habetur, ubi verba de Chabriæ factis facit, grandi & vehementi fulget charactere. Cum autem de

ρίμων ὁ λόγος, ἀπαριθμήσει δὲ μᾶλλον, ἢ διηγήσει ἔοικε. Πλατύνεσθαι δὲ πέφυκεν ἡ διήγησις ἔκ τε τῶν παρεπομένων, καὶ προηγουμένων διεξοδικωτέρας ἀναπτύξεως, καὶ τῶν ἐκείνων αἰτίων. διαφερόντως δὲ ἐκ τριῶν τούτων, ἧπερ Ἑρμογένει δοκεῖ. ἐξ ἑρμηνείας ῥητορικωτέρας τοῦ πράγματος. τοῦτο ποικίλοις ὀνόμασι καὶ κώλοις ἐκφέροντες πλείοσιν. ἐκ προσλήψεως τῶν τε παραλειφθέντων. καὶ ἐξ αἰτίας τῶν παραλειφθέντων καὶ τῶν πραχθέντων. ἔστω δὲ καὶ σαφηνείας ἕνεκεν ὡς ἐπὶ προβλήματος, Ἀλιρρόθιος ὁ τοῦ Ποσειδῶνος Ἀλκίππην τὴν τοῦ Ἄρεως διακορήσας. καὶ ἡ διήγησις ὡς παρὰ τοῦ Ἄρεως.

(Προκατάστασις τῆς διηγήσεως ἤτοι προδιήγησις)

Καί μοι ἀντιβολῶ καὶ νῦν ἀναλάβετε ἅπερ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπων ὕβρισμαι. σκέψασθε εἰ φορητὰ κἂν τοῖς ἐπιεικεστάτοις τῶν θεῶν, μή ὅτιγε Ἄρει, τῷ καὶ ἄλλοις ὑβριζομένοις ἀμύνεσθαι λαχόντι. (Ἐκ τῶν παρεπομένων εὐμαθείας ἕνεκα.) Ἦν παῖς Ἀλιρρόθιος ὃν ὑμεῖς ἴσθε Ποσειδῶνος τούτου ἐξ Εὐρύτης τῆς νύμφης, ἀσελγὴς ὑπὲρ τὶς ἄλλος, καὶ πρὸς ἡδονὰς εὐκατάφορος, ὃν οὗτος ἔθρεψε κακὸν, σωφρο-

rebus bene notis agitur, enumeratio potius dicatur, quam narratio, Dilatatur autem narratio pleniore rerum explicatione, tum præcedentium, tum conſequentium, earumque cauſarum. Præcipue tamen (ut Hermogeni videtur) tribus hiſce, explicatione ſcilicet floridiore rei, multis eam membris crebriſque periodis proferentes; aſſumptione prætermiſſi officii, cauſa denique prætermiſſi officii factique. Ut autem eluceſcant iſta, argumentum ſit hujusmodi, Alirrhothius Neptuni filius Alcippen, filiam Martis per vim ſtupravit. Sitque narratio tanquam à Marte.

(Præparatio narrationis, ſeu prænarratio.)

Animis quæſo (cœlites) veſtris recolite, quas mihi inferunt injurias homines, perpendite vobiscum an vel æquiſſimis deorum ferendæ ſint, nedum Marti, qui & aliis injuria gravatis ſubvenire ſolet. (A conſequentibus docilitatis ergo) Alirrhothius iſte, quem vos hujuſce Neptuni filium ex Euryte Nympha ſuſceptum eſſe noſtis, luxuria ultra modum diffluens eſt, & perdite in delicias pronus; hunc ipſe

νουσιν ὀλέθριον, κόραις ἐπίβουλον, πατράσι τῆς τούτων δυστυχίας οὐ τῆς τυχούσης παραίτιον. (Ἀρχὴ τῶν προηγησαμένων τῷ γεγονότι) Τοῦτον ἀνεψιὸν ὄντα προσιέμην τε ὡς εἰκὸς ὡς τὰ μάλιστα φιλοφρονούμενος, καὶ πάντα τἀμὰ αὐτῷ ἄσμενος ἐπέτρεπον, τά τ' ἄλλα ἐφιλανθρωπευόμην, καὶ Ἀλκίππῃ (ἣν οἴδατε) θυγατρίδι φιλτάτῃ, οὐχ ἧττον διὰ σωφροσύνην περιπίστῳ, ἢ ἀποβλέπτῳ διὰ τὴν ὥραν, συνεῖναί τε παρεχώρουν καὶ διαλέγεσθαι. (Ἐκ τῶν παραλειφθέντων) Οὐχ ὡς μὰ Δία δεινόν τι παθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἢ τολμηρὸν, οὐδὲ τὸ τῆς παρθένου κάλλος ἐπιβουλεύσοντα ὑποτοπάσας. (Ἐκ τῆς αἰτίας) Ἀλλ' ὡς συγγενεῖ μᾶλλον καὶ οἰκείῳ ταύτῃ προσενεχθῆναι, καὶ πρὸς σωφροσύνην, τὰ μὲν παραινετικοῖς συντελέσαι λόγοις, τὰ δὲ καὶ ἔργοις, εἴπου τις αὐτὴν λίχνοις ὄμμασιν ἀτενίσειεν ἀμυνόμενον τῇ παιδί. (Ἐκ τῶν παραλειφθέντων) Ὁ δὲ τηλικούτων ἀξιωθεὶς παρ' ἐμοῦ, οὔτε τὸν ἄγρυπνον τῆς ὄπιδος ὑπείδετο ὀφθαλμὸν, οὔτε θεῶν δίκην διευλαβήθη, οὔτε τὸ πατρὸς ἀξίωμα ᾐδέσθη, πολιοῦ ὄντος, καὶ οὐ τῶν θεῶν ὑπάτου ἀδελφοῦ, οὔτε μὴν ἐδεδοίκει τοὐμὸν τουτὶ δόρυ. (Ἐκ τῶν ἑπο-

malum aut monſtrum aluit, modeſtis exitium, puellis inſidioſum, parentibus earum ſummæ infelicitatis authorem. (Initium eorum, quæ facto præceſſerunt.) Hunc ego (patruelis enim erat) ſingulari qua par eſt humanitate tractavi, meaque omnia libenter illi credidi; nec hiſce ſolum candor meus morumque ſuavitas effulſit, quin & Alcippen vobis (cœlicolæ) non ignotam, filiam ſane meam chariſſimam, non modo laude modeſtiæ celebrem, ſed etiam elegantia formæ conſpicuam, ut in ejus colloquium veniret non prohibui. (Ex officio prætermiſſo) Nihil per Jovem, ſuſpicabar fore ut ad facinus audacior fieret, aut illam aliqua injuria afficeret, nedum virgineæ formæ ſtatueret inſidias. (A cauſa) Quin ſe potius virgini exhiberet, non ſecus ac conſanguineum, ac familiarem decet, monitisque ſuis modeſtiam inculcaret, & ſuppetiis, ſi quis forte illam ludibundis intueretur oculis, ſuccurreret puellæ. (A prætermiſſo officio.) Iſte vero quem tanto dignatus ſum honore, nec vigilem metuit vindictæ vultum, nec ab ipſis conſtituta diis ſupplicia perhorruit, nec læſam patris dignitatem verebatur, ſenis

μῶν διὰ τὸ πραχθὲν) Ἀλλ᾽ ἀμείψας τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἐμὴν ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ δὲ τὴν φιλοφροσύνην, καὶ τὴν πίστην ὕβρει τῇ περὶ τὴν κόρην. (Ἐκ τῶν παραλειφθέντων) Ἀποστερήσας αὐτὴν οὐ χρημάτων ὄγκον, οὐ πλῆθος θεραπαινίδων, οὐχ ἱκετῶν ὅμιλον, οὐχ ὅρμους, οὐ περιδέραια, οὐχ ὅσ᾽ ἄλλα ταῖς παρθένοις εἰς κόσμον ἀπόκειται, ἀλλὰ τὸ πάντων παρθένων περισπούδαστόν τε καὶ τιμαλφέστατον, καὶ ὅπερ ἅπαξ ἀπολειφθὲν, οὐκ ἔνι λοιπὸν ἀνακαλέσασθαι, τὴν παρθενίαν.

venerandi, quem & ſupremus Jupiter fratrem eſſe gaudet, nec minacem hanc reformidavit haſtam. (à conſequentibus.) At at illam mihi pro humanitate injuriam, pro benigitate maleficium, & pro fide perfidiam in filiolam repoſuit. (Ab officio prætermiſſo.) Imminuit illi non rerum copiam, non ſtipantium famularum catervam, non turbam ſupplicantium, non denique totum illum, quo virgines pulchritudinem conciliant, ornatum, ſed quam omnium religioſiſſime tuetur, & qua maxime eniteſcit, quæque ſemel amiſſa revocari neſcit, virginitatem.

ΠΕΡΙ ΓΟΡΓΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΚΜΗΣ ΕΝ ΤΑΙΣ ΔΙΗΓΗΣΕΣΙ.

XXVIII. Ὁπηνίκα δ᾽ ἂν ἡμῖν ἀκμαίως καὶ μετὰ γοργότητος ἀφηγήσασθαι βουλομένοις εἴη, αὐτό τε τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν περὶ τοῦ πράγματος ἀξίωσιν, καὶ προσέτι τὴν ταύτης αἰτίαν ποικίλοις τοῖς σχήμασι καὶ διαφόροις κώλοις ἑρμηνευτέον. ὅπερ εὐστόχως τῷ Ἑρμογένει παρατετήρηται ἐν τῷ περὶ διηγήσεως. οἷον ἐπὶ τοῦ ἐκτεθέντος προβλήματος. (Ἐκ τοῦ πράγματος) Ὀφθαλμοῖς ἀδίκοις αὐτὴν εἶδε, καὶ ἰδὼν εἷλω, καὶ ἁλοὺς πεῖραν προσῆγεν, ἀλλὰ διήμαρτε. χρῆται προαγωγείαις,

DE VEGETO, ET CONCITATO NARRANDI GENERE.

XXVIII. Sin autem florida nobis, & incitata narratio placeat, rem ipſam, reique dignitatem, & dignitatis cauſam figuris variis, membriſque diverſis explicabimus. Quod recte admodum obſervavit Hermogenes in capite de narratione; ſicut in ſuperiori argumento. Oculos emiſſitios, & injuſtos in Alcipen meam conjecit, oculiſque capitur infelix, captuſque nihil intentatum reliquit, ſed peccavit: munera ſatis large mittit, montes-

καὶ δῶρα, τὰ μὲν πέμπει, τὰ δὲ ὑπισχνεῖται, ἀλλ' ἀποκρούεται. καταφεύγει λοιπὸν ἐπὶ τὴν βίαν, μακρὰν χαίρειν φράσας τὸ πείθειν, καὶ χεῖρας ἐπιφέρει παροίνους, ἐφ' ἣν ὀφθαλμοὺς πρότερον. καὶ ἡ μὲν, δυσφορεῖ, ἀνιᾶται, ἀντιβολεῖ, δακρύει, ἀμύσσει τὰς παρειὰς, ἀλλ' ἀνύει οὐδὲν οὐδαμῶς ἐλεουμένη.

que pollicetur, ſed repellitur: ad vim tandem & violentiam confugit omni ſpe perſuadendi abſciſſa, manusque temulentas injicit ei, cui prius oculos: at illa indignatur, dolet, precatur, ejulat, unguibus inſanis faciem deformat, ſed fruſtra conatur miſera ferreum animi rigorem excutere.

(Ἐκ τῆς ἀξιώσεως.)

Τίς οὕτω θρασὺς καὶ ἀπηνὴς, ὃς οὐκ ἂν δυσαναχετήσειε τοῖς πεπραγμένοις, μὴ ὅτι πατὴρ ὢν τῆς ταύτα παθούσης, ἀλλὰ καὶ τῶν τυχόντων εἷς; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀντίδικος. τίς οὐ μισήσειε τὸ ἀσελγὲς καὶ ἐπίβουλον τοῦ ταῦτα τολμήσαντος; τίς οὐκ ἂν συναγωνίσειε τῇ παρθένῳ, καὶ εἰς ἄμυναν διαναστάη δίκην εἰσπράττων παρ' αὐτοῦ τὴν προσήκουσαν; (Ἐκ τῆς αἰτίας τῆς ἀξιώσεως.) Δι' ὃν σωφροσύνη φρούδη. δι' ὃν παρθένος οὐκ ἔτι παρθένος. δι' ὃν ἀνετράπησαν νόμοι, καὶ θεσμοὶ θνητῶν διελύθησαν. ποία γὰρ ἐν ἀνθρώποις τοῦ λοιποῦ πίστις, εἴπερ ἐν συγγενέσι σκευωρεῖται τοιαῦτα; τίς τῶν νέων εἰς τοὐπιὸν σωφρονεῖν ἕλοιτο, ἂν ὁ τοῦ Ποσειδῶνος ἀσελγαίνων, οὐκ ἐν δίκῃ κολάζεται;

(A dignitate.)

Quis vel tralaticia humanitate præditus, ne dicam infelicis filiæ parens, adeo lapis ſit, eo Stoicæ *ἀπαθείας* uſpiam perveniat, quin tam nefandis cordicitus pungatur? Quis non libidinem iſtam, & perfidiam ſacerrimi nebulonis plus quam Vatiniano proſequatur odio? Quis ſuam non porrigeret vindicem, & adjutricem puellæ manum, & ad illatam injuriam juſto ſupplicio ulciſcendam non conſurgeret? (A dignitatis cauſa.) Per quem evanuit pudicitia, per quem libata eſt virginitas, per quem violantur leges, juraque mortalium conculcantur. Quæ fides enim in poſterum ſervata maneat, ſi ab ipſis conſanguineis perpetrentur iſta? Quis juvenis demum caſtitatem & modeſtiam, ſi Neptuni filius adeo compertæ libidinis adoleſcens, non graviſſimas daret pœnas, amplecteretur?

ΕΝ ΤΙΣΙ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙΑ ΕΣΤΙΝ Η ΔΙΗΓΗΣΙΣ, ΕΝ ΟΙΣ ΔΕΙ ΔΙΗΓΕΙΣΘΑΙ ΚΑΙ ΩΣ.

XXIX. Οὐ παντὶ μέντοι τῶν λόγων εἴδει τῶν ἀναγκαίων ἐστὶν ἡ διήγησις, ἀλλ᾽ ἔστιν ἃ καὶ ταύτην παντάπασιν ἀποποιεῖται. καὶ οὐδὲ ἐν οἷς ἐνδεῖ διηγήσεως ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν κατὰ μέρους, ἐν τούτοις προβαλλομένων ἐστὶν ἀναγκαῖα, αὐτίκα ἐπὶ τοῖς κατεπίδειξιν ἐφ᾽ οἷς μᾶλλον δοκεῖ τῶν ἄλλων ἐμφιλοχωρεῖν ἡ διήγησις, ἐπειδὰν αἱ πράξεις γνώριμοι ὦσιν. οἷον αἱ τοῦ Ἀχιλλέως, ἢ Αἴαντος, περιττὸν πάντως ἡ ἔκφρασις. δεῖ γὰρ τηνικαῦτα ἐπεγαγόντα ταύτας αὐξῆσαί τε καὶ ἐμπεδῶσαι τὸν ῥήτορα, οὐμὴν διατρίβειν παρεισκυκλοῦντα καὶ παλιλλογοῦντα, ἃ τοῖς κουρεῦσιν (ὥς φασι) δῆλα. τοῦτο γὰρ πρὸς τῷ περιέργῳ, καὶ ἀποκναίει τοὺς ἐπαΐοντας διὰ τὸν κόρον. ἐν οἷς δὲ οὐδὲν ἢ πάνυ ὀλίγα, περὶ τοῦ ἐγκωμιαζομένου ἴσασιν οἱ ἀκροαταί, καὶ τούτων ὀλίγοι, διηγητέον μὲν, οὐ μὴν πάντα ἐφεξῆς καὶ ἀδιακόπως κατὰ συνέχειαν. δυσμνημόνευτον γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ πλάνην ἐμποιεῖ τοῖς ἀκούουσιν ἐν καιρῷ τῶν αὐξήσεων. ἀλλ᾽ ἕκαστον τῶν τοῦ ἐπαινουμένου προτερημάτων, καὶ τῷ λόγῳ

NARRATIO QUANDO NECESSARIA, ET QUOMODO.

XXIX. Nonnullæ Orationis ſpecies non modo non omnino exigunt narrationem, ſed & illam maxime averſantur. Quin etiam, licet in quibusdam orationis ſpeciebus adhibenda ſit narratio, non tamen in ſingulari quolibet earum themate neceſſaria fuerit, præſertim in argumentis iis, quæ ſub genere Demonſtrativo cadunt, ubi potiſſimum immorari, addam, & dominari videtur narratio. Cum facta autem innoteſcunt omnibus, ut illa Achillis, aut Ajacis, narratio ſuperflua erit. Tum ſiquidem Oratorem oportet res verbis augere, & ſtabilire, non accerſitis deſcriptionibus, aut repetitionibus, laborem impendere, in iis præcipue, quæ (ut in proverbio) tonſoribus nota ſunt. Hoc enim non otioſum modo, ſed moleſtum eſt, & audiendi faſtidium affert. Cum autem nulla, vel pauca ſaltem laudatæ perſonæ facta cognoſcunt Auditores, ipſique pauci ſint, narrandum quidem, ſed non ſingula ordine, & continuata ſerie. Difficulter enim inſiguntur memoriæ, & in errorum anfractus abducet Auditores,

χρησίμως

χρησίμῳ καθ' αὑτὸ ἐκφραστέον, ἰδίᾳ καὶ ἐπαυξητέον, οἷς ἐν τοῖς περὶ πίστεως κεφαλαίοις ἐροῦμεν, οὗ περαιωθέντος ὡς ἐξ ὑπαρχῆς τὴν μετάβασιν ἐφ' ἕτερον ποιητέον.

cum amplificanda ſunt. Singula autem ejus præclare geſta oratione florida percurrat, factaque ſeorſim adaugeat è confirmationis capitibus, de quibus dicemus; ſic uno per totum expenſo, & explicato tranſiliat ad aliud Oratio factum.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΝΙΚΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

XXX. Ἐπὶ τοῦ δικανικοῦ δὲ, τοῖς μὲν κατηγοροῦσι προύργου ἐστὶν ἡ διήγησις, ἐγκατάσκευος μέντοι ὡς τὰ πολλὰ καὶ μετὰ δριμύτητος ἐκφερομένη. οἱ δὲ ἀπολογούμενοι μόλις μὲν ἅπτονται διηγήσεως, ἐπειδ' ἂν δὲ καὶ ἅψαιντο, καὶ συντετμημένως μάλιστα τοῦτο μεθοδεύονται, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν τοῦ ἀντιδίκου καθάψαιντο, εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἀφηγήσατο. ἡ δημηγορία δὲ καθ' αὑτὴν ἀπροσδεὴς ἐστὶ διηγήσεως (ὥς φησιν Ἀριστοτέλης) ἅτε δὴ περὶ τῶν μελλόντων ποιουμένη τοὺς λόγους, ἔνθα ἡ διήγησις παρῳχηκότων ὑπάρχει ἀνάπτυξις. παραδείγματος δὲ ἕνεκα καὶ τὰ προγεγενημένα πολλάκις ἀνιστορεῖ ὁ δημηγορῶν. ὡς ἂν ἐκείνων μνησθέντες οἱ ἐκκλησιασταὶ, εὐοδώτερον περὶ τῶν εἰς ἔπειτα ποιήσωνται τὴν διάσκεψιν.

DE JUDICIALI GENERE.

XXX. In genere Judiciali accuſantibus in promptu eſt narratio, eaque veſtibus inſignis oratoriis, virulenta tamen, & aculeata. Defenſores igitur narrationem tum ſubtrahunt, ſi tamen iis narrare contingat, hoc paucis admodum abſolvunt, & ut Adverſarium ſolummodo perſtringant, ſi res inique interpretetur. Deliberativum autem genus per ſe non exigit narrationem, teſte Ariſtotele, quippe quod de futuris inſtituit tractare, qvum narratio ſit rei tantum geſtæ expoſitio. Exempli autem gratia, præterita ſæpiuſcule diſcutiuntur à deliberante, ut iſta in memoriam auditorum reducta, ſuavitate perfundant reliqua, quæ inſeqvuntur perpendenda.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ.

XXXI. Ἀλλ' εἴπερ οἶκον δομήσοντες προπύλαια μὲν καὶ προαύλια, καὶ τὰ πέριξ αὐλῆς διαπρεπῶς ἀνεγείραντες, γραφῇ τε καὶ πλαξὶ ἠνθισμέναις μαρμάρων εἰς κάλλος ἀπεφαιδρύνομεν. εἴ που θαλάμους τε καὶ ἀνδρῶνας, διαπρεπέστερον ἐκοσμοῦμεν τε καὶ εἰς ὕψος ἤρομεν, εἰ μὴ παρὰ τοῖς ὁρῶσι γραφὴν ἀπειροκαλλίας φυγεῖν ἐμέλλομεν. Φέρε δὴ κἀπὶ τοῦ παρόντος ἐπεὶ μὲν ὅτε τῶν τοῦ λόγου προθύρων κόσμος ἅλις ἔχειν δοκεῖ, τότε τὰ πέριξ αὐλῆς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν διήνθισαί τε καὶ ἀπηκρίβωται. ἐπ' αὐτὴν ἤδη χωρῶμεν τὴν τοῦ λόγου παστάδα τὴν πίστιν, περὶ ἣν τὰ λοιπὰ φιλεργεῖται, καὶ ἧς ἕνεκα λόγου ἐν λόγῳ ἠξίωται. εἰ γὰρ τοῦ πιθανοῦ ὁ Ῥήτωρ ἐν πᾶσιν ὄντως θηρευτικός, ἡ πίστις ἀντὶ πάντων ἐκείνῳ ἔσται, ἐπεὶ τούτου ὄντως προελμώτατον ἁπάντων ἡ πίστις, ἐπιχείρημα οὖσα τῷ ζητουμένῳ ἀπεργάζον ἐπὶ θάτερον πιθανότητα.

DE FIDE, SEU PROBATIONE.

XXXI. Ut autem ſtructam domum, ſi aditus, portusque, & parietes eleganter excitemus, tabubulis cruſtisque marmoreis ſpecioſe decoremus; thalamos deinde & andronas ſplendidius ornabimus, & in cœlum erigemus, ut ruſticitatis notam fugiamus. Hic quoque ita fit, nam cum orationis veſtibula venuſta ſatis ſunt, & quæ cingunt atrium undique coloribus ſuis ornata & expolita, devenimus tandem ad ipſum Orationis thalamum, fidem dico, propter quam reliqua adeo artificioſe componuntur, & a qua ſola ſuam mutuata ſunt adoream. Si enim probabilem ubique Rhetor efficere conatur orationem, tum fides ei inſtar omnium erit, quippe quod eam plus omnibus veriſimilem reddit, cum utique ratio ſit per ea, quæ certa ſunt, fidem dubio propoſito in alteram partem afferens.

XXXII.

XXXII. Τοιγαροῦν περὶ πάντων ἐφ' οὑτινοσοῦν προβληθέντος ζητήματος τὴν σημασίαν σκοπεῖν δέον ἑκάστης τῶν λέξεων, δι' ὧν ἐκφέρεται τὸ ζητούμενον. ἧς τὴν εἰς τὸ ἀκριβὲς κατάληψιν, οἱάπερ κρηπῖδα τοῦ ὅλου λόγου προκαταβλητέον. ταύτης δὲ ἐγνωσμένης, τὴν τῶν ὀνομάτων ποιότητα, πότερον ἰδία ἐστὶν, ἢ κοινὴ, ἀναθεωρήσομεν. ταυτὸν δ' εἰπεῖν, εἰ περιστατικόν ἐστι τὸ προβληθὲν, εἰ τῶν ἀπεριστάτων. ἰδίαν μὲν γὰρ ποιότητα ἔλαχε τὰ περιστατικὰ, οἷα εἰσὶν ὅσα ἐξ ὡρισμένων σύγκειται καὶ κυρίων ὀνομάτων. ὧν γένος, καὶ ἀγωγὴν, καὶ πατρίδα, πράξεις τε, ἐπιτηδεύματα, ἢ ἀκοῇ ἴσμεν, ἢ ἐξ ἱστορίας παρειλήφαμεν. ἃ δὲ ἀφθονεστέραν μνηστεύεται τὴν τῶν ἐνθυμημάτων εὐπορίαν, ὡς πᾶσαν ἐν ἑαυτοῖς συλλαβόντα ὕλην τε καὶ ποιότητα. κοινὴν δὲ κέκτηται τὴν ποιότητα, ὅσα ἀπερίστατα, ἃ δὲ τοῖς γραμματευομένοις προσηγορικὰ κέκληται. οἷον πατὴρ, υἱὸς, μοιχὸς, ῥήτωρ, καὶ τὰ ὅμοια. ὧν καὶ οἱ τῶν ἐπιχειρημάτων τόποι, οὐχ ὅτι καθόλου, ἀλλὰ καὶ κοινοὶ τυγχάνουσι τῶν τε ὁμοζυγῶν. ταῦτα γὰρ ἐνθυμήματα ἐπὶ πάντων ἁρμόττει τῶν ὁμοίων προσώπων. μεθ' ὃ ζητητέον

XXXII. In quolibet igitur themate, verborum omnium ſignificatio præcipue perpendenda eſt, quorum accurata notitia totius orationis fundamentum eſt. Cum autem ſanguinem ipſum, & medullam verborum perbibimus, eorum qualitatem, an propria ſit, an communis, intuebimur, vel quod eodem recidat, an circumſtantiis veſtiatur thema, necne, hoc eſt, an finita ſit quæſtio, vel infinita. Circumſtantiis veſtita themata propriam ſibi vindicant qualitatem, cujusmodi ſunt iſta, quæ finitis propriisque conflantur nominibus, quorum genus, educationem, patriam, actiones & ſtudia, vel auditione accepimus, vel ex hiſtoriis deprompſimus; quæ longe uberrimam promittunt argumentorum ſegetem, quia totam in ſe materiam, & qualitatem complectuntur. Themata vero, quæ circumſtantiis penitus nudata ſunt, communi qualitate gaudent, quæ & à Grammaticis, προσηγορικὰ ſeu appellativa vocantur, cujus farinæ ſunt, pater, filius, adulter, rhetor & ſimilia, quorum loci una cum argumentorum locis, non ſolum generales ſunt ſed & communes, eademque ſub ſerie. Eadem ſiquidem argumenta in omnes tales per-

τῶν στάσεων, ἐφ' ἣν τὸ προβληθὲν ἀναφέρεται ζήτημα. περὶ ὧν ὅσον ἐγχωρεῖν ἦν τῷ συντόμῳ τῆς πραγματείας ἐν τῇ προθεωρίᾳ εἴρηται, καὶ παρ' Ἑρμογένει ἀποχρῶσαν πεποιήκαμεν τὴν διάσκεψιν. καὶ τελευταῖον, ἐς τίνα τῶν τριῶν ἐκείνων τοῦ λόγου γενικῶν τελεῖ στάσεων, διορίζομεν. ὧν ἁπάντων ἡ θεωρία προλαμβανομένη, τὴν τῶν ἐπιχειρημάτων εὕρεσιν εὐοδωτέραν παρέχοι ἂν ἐς σαφεστέραν τῶν εἰρημένων διάγνωσιν, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸν λόγον ἐφ' ὑποδείγματος γυμνάσαι. κείσθω δὲ ἡμῖν τὸ ζητούμενον ἐπὶ τοῦ παρόντος, πότερον ἐπωφελὴς ἡ περὶ τὴν ἀστρονομίαν σχολή, ἢ οὔ. οὗ τὴν τῶν λέξεων σημασίαν ἀνερευνήσαντες, εὑρίσκομεν, τὴν μὲν ἐπωφελὲς σημαίνουσαν παντοῖον ἐς εὐπόρησιν τινὸς ἀγαθοῦ συμβαλλόμενον. τὴν δὲ ἀστρονομίαν ἐπιστήμην περὶ τοὺς ἀστέρας, σχολὴ δὴ δεῖν, ὅτε τὴν ἀργίαν σημαίνει, νυνὶ δὲ τὴν περί τι σπουδὴν καὶ διατριβήν. τούτων δὲ γνωσθέντων τὴν τῶν ὀνομάτων ποιότητα διασκεπτομένην κοινὴ ἀναφαίνεται. οὔτε γὰρ ἐνταῦθα τὸ τινὶ ἢ κατά τι ἐπωφελὲς ζητεῖται, οὐδὲ εἴ τις ἀστρολογία, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ τῶν περιστατικῶν ἐξῃρημμένη. ταττόμενον δ' αὖ ὁρῶμεν

ſonas aptiſſime quadrant. Inquirendum demum in quem ſtatum cadat quæſtio. De quibus quantum operis hujusce gurguſtiolum pateretur, ſuperius diximus; Et ex iis quæ tractavit Hermogenes ſatis cognovimus. Ultimo in quem è tribus iſtis generalibus terminetur ſtatum definimus. Hæc omnia ita prælibata, paratiores nos reddunt facilius excogitandis argumentis. Ut autem clariorem dictis hiſce facem accendam, totum liceat exemplo illuſtrare negotium. Quæſtio ſit. An Aſtronomiæ incumbere utile ſit, necne. In qua verborum ſenſum indagantes, ex ipſo ſcrutinio ſtatim colligimus verbum, utile, ſignificare, quicquid ad conſequendum aliquod bonum conducat; Aſtronomiam autem ſtellarum cognitionem interpretari, σχολὴν denique nonnunquam otium, nonnunquam ſtudium in aliqua re, & induſtriam denotare. Explicatis hiſce, communem nominum qualitatem cognoſcimus; neque enim cui, aut quomodo ſit Utile quæritur, nec an Aſtrologia hæc vel illa, ſed nude ſolum citraque complexum aliquem. Deinde ſub

τὸ πρό-

τὸ πρόβλημα τῶν ἀνωτάτω ἐκείνων ζητήσεων ὑπὸ τὴν ποιότητα. ὑπόκειται γὰρ ἐνταῦθα ἥ τε ὕπαρξις τῆς ἀστρολογίας, καὶ τὸ τί ἐστιν. ἀμφισβητεῖται δὲ εἰ ἐπωφελές. Ἔστι δὲ λογικὴ ἡ στάσις καὶ περὶ μέλλοντος οὖσα πράγματος. ὅθεν καὶ εἰς γένος ἀναφέρεται τὸ συμβουλευτικόν. προτρέπει γὰρ ἐνταῦθα ὁ προβαλλόμενος ταῦτα, πείθων ἀστρονομίας ἀντιποιεῖσθαι. ἔστι δέ πως καὶ λεληθότως ἐγκώμιον. ἐφ᾽ ἃ γὰρ προτρέπομεν, ταῦτα τῶν ἀγαθῶν εἶναι καὶ ἐπαινουμένων ὑποτιθέμεθα. ταῦτα οὖν ἱκανῶς προαναθεωρηκότες, λοιπὸν εἰς τὴν τῶν ἐπιχειρημάτων ὕλην (ἣν καὶ στοιχεῖά τε καὶ τόπους τῷ Ἀριστοτέλει καλεῖν σύνηθες) τὴν μετάβασιν ποιησόμεθα. ὅθεν ἂν οἷοί τε ὦμεν ἐνθυμημάτων εὐπορῆσαι εἰς τὴν τοῦ ὑποκειμένου πίστωσίν τε καὶ διατράνωσιν.

XXXIII. Οἱ οὖν τόποι κατὰ πρώτην ἐπιβολὴν γενικῶς δίχα τέμνονται. εἴς τε τοὺς ἀτέχνους, καὶ ἐντέχνους, ὡς καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται. ὧν θάτερον μέρος καὶ λόγων μακροτέρων καὶ κατασκευῆς τῆς παρὰ τοῦ ῥήτορος ἀπροσδεής ἐστιν, πλὴν ὅσων ἐς χρῆσιν καὶ ἀπαγγελίαν ἀνήκει. θάτερον δὲ τέ-

quæſtionum qualitate collocari thema videmus. Supponitur enim hic Aſtrologiæ exiſtentia & eſſentia, quæritur autem ſolum, An utile ſit. Eſt autem ſtatus Rationalis, & de re futura deliberat. Suaſor ſiquidem hic impellit ad Aſtronomiæ ſtudium; tacite illud quodammodo laudans & commendans. Nam quæ ſuademus, honeſta, laudeque digna ſupponimus. His igitur diu, ſatisque penſitatis, ſupereſt, ut ad argumentorum materiam (quam Elementa, locosque vocare ſolet Ariſtoteles,) deſcendamus. E quibus argumentorum nobis copia petenda eſt, quæ rei fidem faciat, lucemque tribuat.

XXXIII. Loci igitur in duas ſeſe partes prima fronte diffundunt, in artificiales, & inartificiales, ut & ſuperius commonſtratum eſt. Quorum alterum membrum nullo prorſus Oratorio indiget artificio, præterquam quod ad uſum aut in-

χνης δεῖται, ἐπειδήπερ καὶ ἔντεχνον. ὃ καὶ τριμερῆ τὴν διαίρεσιν εἴληχεν. ὅσοι γάρ τι οὐσιῶδες δηλοῦσι τοῦ ὑποκειμένου περὶ οὗ ἡ ζήτησις, οὐσιώδεις εἰκότως ἂν κληθεῖεν. ὅσοι δέ τινος τῶν περὶ τὴν οὐσίαν εἰσὶ δηλωτικοὶ, πάντως ἐπουσιώδεις. εἰ δ' αὖ ἐκτός τε μετενηνεγμένοι, κοινοὶ λέγοιντ' ἂν ὡς πᾶσι κατὰ ταῦτα ἐφαρμόττοντες. Οὐσιώδεις μὲν οὖν ἂν εἶεν, ὅρος. ὑπογραφή. ἐτυμολογία. συστοιχεῖα. γένος. εἶδος. διαφορά. οἷς συναριθμείσθω καὶ τὸ ἴδιον. Ἐπουσιώδεις δὲ, ὅσοι τῷ ζητουμένῳ παρέπονται, καίπερ τῆς οὐσίας ἐκείνου εἰσὶν ἀλλότριοι. τοιοῦτοι δὲ εἰσίν. αἰτία. ἐνέργεια, ἤτοι ἀποτέλεσμα. τρόπος. πρόσωπον. τόπος. χρόνος. καὶ εἴ τι τούτοις παρεμφερές. Ἔκτοθεν δὲ οὓς καὶ κοινοὺς προσαγορευτέον ἔφημεν, εἰσὶν οὗτοι. ὅμοιον. ἴσον. ἔλαττον. μεῖζον. ἐναντίον. ἀντικείμενον. στερητικόν. ἀξίωσις, εἴτ' οὖν μαρτυρία.

terpretationem ſpectat. In altero vero artem viresque oſtentat Rhetor, artificiale enim, cujus tripartita eſt diſtributio. Nam loci, qui rei explicant eſſentiam, quæ in controverſiam venit, haud immerito eſſentiales vocentur. Qui vero comites eſſentiæ ſunt, adjuncti appellentur, ſive concomitantes. Sin autem aliunde deducti ſint, communes dicuntur, utpote quod cunctis adaptentur. Eſſentiales autem ſunt, finitio, deſcriptio, etymologia, conjugata, genus, ſpecies, differentia, nec non proprium. Concomitantes autem ſive adjuncti ſunt, quicunque rem in controverſia poſitam conſeqvuntur licet ab ipſa re diſtinguantur. Cujus familiæ ſunt iſta: cauſa, operatio ſeu effectus, modus, perſona, locus, tempus & hiſce ſimilia. Communes vero, ſive loci externi ſunt, ſimile, diſſimile, æquale, minus, majus, contrarium, oppoſitum, privativum, & judicium, ſeu teſtimonium.

ΠΕΡΙ ΟΡΟΥ.

XXXIV. Τῶν οὐσιωδῶν τόπων οὐκ ἀπεικότως ὁ ὅρος τὴν πρώτην εἴληχε τάξιν, ἐπεὶ καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ὑποκειμένου πράγματος οὐσίας ἐστὶ λόγος συντετμημένος ὡς ἔνι τὰ μάλιστα καὶ ἀριδή-

DE FINITIONE.

XXXIV. E locis internis familiam merito ducit definitio, quippe quod rei propoſitæ dilucida eſt, & paucis comprehenſa verbis enunciatio. Conſtare autem debet fi-

λως

λως ἐκφαντικός. Δεῖ δὲ τὰ ἐν ὁρισμῷ παραλαμβανόμενα, οὐσιώδη τε εἶναι, καὶ πρότερα τῇ φύσει, καὶ γνωριμώτερα. ἐκεῖνο μὲν, ὅτι τῆς οὐσίας τυγχάνει δηλωτικά. τοῦτο δ' αὖ, ὅτι καὶ δηλωτικά. τοιαῦτα δὲ εἰσὶ τά τε γένη καὶ αἱ διαφοραί. ὧν τὸ μὲν γένος καθολικώτερον ὄν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐπεκτεινόμενον, ἡ διαφορὰ ἐπελθοῦσα συσφίγγει τε καὶ συμπιέζει, καὶ τῷ ὁριστῷ ἰσόστροφον ἀποκαθίστησιν. οἷον ἐπὶ τοῦ προβληθέντος ζητήματος. Ἀστρολογία (εἴ τις φαίη) ἕξις ἐστὶ θεωρητική. ἀληθεύσειε μὲν, οὔπω δὲ καὶ τὴν οὐσίαν ἐκείνης διακεκριμένως δηλώσειε. κοινὸν γὰρ τοῦτο καὶ ἐπὶ πάσας ἐπεκτεινόμενον τὰς ἐπιστήμας. ἂν δ' ἐπαγάγῃ, περί τε τὰς ἐποχὰς καὶ φορὰς τῶν οὐρανίων σωμάτων στρεφομένη, καὶ τὰ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐκ τούτων ἀποτελούμενα, τὴν ἀστρολογίαν ὁλοκλήρως ἀφορίσας ἔσται, καὶ διακρίνας παντὸς ἄλλου, πρὸς ὃ μηδαμῶς πρότερον ἀντιδιεστέλλετο. Θαυμάσιον δέ τι χρῆμα ἡγεῖται Ἑρμογένης τὴν τέχνην, ἣν αὐτὸς ἐπινενοηκέναι φησὶ πρὸς ἀνασκευήν τε καὶ κατασκευὴν τὴν περὶ τοὺς ὅρους. ἥπερ ἐστὶν ἐκ τῶν παρεπομένων καὶ εἰωθότων συμβαίνειν τοῖς πράγμα-

nitio eſſentialibus, prioribus natura & notioribus, tum ut eſſentiam rei explicemus, tum etiam ut illuſtremus. Iſta vero ſunt genera & differentiæ. Generi quidem, cum univerſalius ſit & ad plures extendatur, ſupervenit differentia, contrahitque illud & conſtringit, ita ut cum re definita convertatur. Ut in exemplo ſuperius adducto, ſi quis Aſtrologiam habitum eſſe contemplativum aſſerat, non ſane multum à veritatis deflectet tramite, nondum tamen de ejus eſſentia liquido ſatis, & exacte conſtat. Commune ſiquidem illud, omnesque complectitur ſcientias. Sin autem adjiciatur, qui circa ſitum, motumquè cœleſtium corporum verſatur, & de eorum imperio, & influentiis in hæc ſublunaria: tum Aſtrologiam omni ex parte definit, & ab aliis omnibus diſtinguit, quæ in unum prius coaluere. Artem autem quandam mirandam jactitat Hermogenes, quam ipſe excogitaſſe ſe profitetur ad definitionis deſtructionem & confirmationem, nimirum ut à conſequentibus, & contingentibus finitionem vel confirmemus, vel deſtruamus. At enim judiciis magis peculiare hoc eſt, & præ-

σι, τοὺς ὅρους ἀνασκευάζειν τε καὶ κατασκευάζειν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν τοῖς δικαζομένοις ἰδιαίτερον. καὶ μάλιστα ἐπειδὰν περὶ τοῦ ὅρου συσταίη ἡ ἀμφισβήτησις. Τοῖς δὲ δημηγοροῦσι τε καὶ πανηγυρίζουσιν οὐ πάνυ εὔχρηστος. οὗτοι γὰρ ὡς ἀρχὴν τὸν ὅρον λαμβάνοντες ἐκ πρώτου πειρῶνται συναγαγεῖν τὸ ἀμφισβητούμενον. καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἔστω ἐπὶ τοῦ παρόντος, ὃ καὶ κατὰ ῥήτορας ἐκθησόμεθα, μικρὰ τῆς τῶν διαλεκτικῶν ἀκριβολογίας φροντίσαντες. Θεῖον τῷ ὄντι καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος τὸ περικαλλὲς τουτὶ καὶ ποικίλον ὑπὲρ κεφαλῆς θέαμα. ἐληλαμένῳ μὲν ἐν κύκλῳ τῆς γῆς, καὶ περὶ αὐτὴν διηνεκῶς ἑλιττόμενον, οἱονεὶ λίθοις εὐανθέσι κεκοσμημένον τοῖς ἄστρασιν, ἡλίῳ, σελήνῃ εἰς τὸ διηνεκὲς καταυγαζόμενον. ὃ καὶ ὁρᾷν μὲν ἔκπληξις, καὶ μὴ ὁρᾷν ἐσχάτη δυσπραγία νομίζεται. ἐπὶ τούτου εἴ τις ἡμᾶς ἀναγαγὼν ἐξηγήσηται χοροὺς ἄστρων καὶ δρόμους, αὐγάς τε καὶ ἀναβολὰς ἡλίου καὶ σελήνης ὑποδείξας, πόσου ἂν ἐτιμησάμεθα; τοιοῦτον τοιγαροῦν ἡ ἀστρολογία. ἥπερ οἵῳ τινὶ ὀξυοπεῖ φαρμάκῳ ταῖς γεωμετρικαῖς ἀποδείξεσι τὴν ἐπιπροσθεῖσαν τῇ διανοίᾳ ἀχλὺν ἀνεκαθαίρουσα, ὀξυδερκῆ

cipue cum ex finitione controverſia pendet. Deliberantibus autem, & Demonſtrantibus non tanti eſt momenti. Hi quidem ſumpta pro principio finitione, conantur ſtatim rem controverſam ex ea colligere. Quod & exemplo hoc manifeſtum fiet, quod etiam Rhetorico retexemus filo, parum de ſubtili illa dialecticorum diſquiſitione anxii. Divinum vere, omnique ſublimius admiratione, pulchrum hoc pictumque quod conſpicimus cœlum, quod complexu ſuo terram continet, motuque perenni circumvoluitur eam, ſtellis quaſi gemmis inſignitur fulgentibus, utroque perpetuum reſplendet Phœbo, clariſſimis mundi facibus, quod & aſpexiſſe ſtuporem incutit, & non aſpexiſſe ſummæ judicatur infelicitatis apex. Cœlum ſi quis mente ſcandat, & aſtrorum choros curſusq; monſtret, quanto eum honore dignum putabimus? at totum hoc Aſtronomiæ præſtatur beneficio. Quæ geometricis ſuis demonſtrationibus, velut acri quodam collyrio diſcutit obductam menti caliginem, eamque ad corporis illius ætherii

πρὸς

πρὸς τὴν τῶν ἀκηράτων ἐκείνων σωμάτων θέαν παρασκευάσει. Εἶτα ἐπαγαγόντες καθ' ἕνα τὰ τοῦ ὁρισμοῦ μέρη, ῥητορικώτερον ἑρμηνεύσομεν. Εἰ δέ ποτε καὶ ἀνασκευᾶσαι βουλώμεθα τὸν ὁρισμὸν, σκεπτέον εἴ τις ἐν αὐτῷ εἴληπται λέξις ὁμώνυμος, ἢ ἐκ μεταφορᾶς. ἢ ἀσυνήθης καὶ καταχρηστικῶς. ἢ ἂν περιττόν τι πρόσκηται καὶ περίεργον. οὗ ἀφαιρεθέντος, τοῖς καταλειπομένοις δηλοῦται ἡ οὐσία τοῦ ὁριστοῦ, εἴ τι παρειμένον ἢ παρηλλαγμένον ᾖ, οὗ ἄνευ, ἐλλειπὴς ὁ ὅρος καὶ ἀσαφής. Ἐκ τούτων οὖν καὶ τῶν ὁμοίων πειρατέον ἀνασκευάζειν τοὺς ὁρισμοὺς, ὥσπερ καὶ κατασκευάζειν ἐκ τῶν ἐναντίων. Ἔστι δὲ πολιτικωτέρα μέθοδος εἰς ἀνατροπὴν καὶ ἐμπέδοσιν τοῦ ὅρου, ἣν εἰσηγεῖται Ἑρμογένης ἐν τῷ περὶ ὅρου. αὕτη δὲ διαλεκτικὴ μᾶλλον καὶ φιλοσόφοις προσήκουσα, οὐ μὴν οὐδὲ ῥήτορσιν ἀνοίκειος, κατ' ἐκείνους ἐκφερομένη.

contemplationem acuit.] Deinde ſingulæ definitionis partes Rhetorico pumice poliantur. Quodſi definitionem expugnare velimus, expendenda ſunt verba, an ambigua ſint, vel translata, vel inuſitata, vel impropria, aut ſupervacua, & nihil ad cauſam pertinentia. Sublatis enim hiſce tota rei eſſentia conſiſtet ex reliquis. Aut ſi quid elapſum, aut prætermiſſum ſit, à quo manca reddatur & obſcura finitio. His igitur & ſimilibus refellere conemur definitionem, ut & à contrariis ſtabilire. Eſt autem alia judiciis magis apta methodus evertendi firmandique definitionem ab Hermogene expoſita. Sed hæc Dialecticis, & naturæ myſtis magis convenit. Rhetoribus tamen alicujus eſt momenti, ſi, quod illis ſolenne eſt, Aſiatico ſapore referta ſit.

ΠΕΡΙ ΥΠΟΓΡΑΦΗΣ.

XXXV. Ὑπογραφὴ ὅρος ἐστὶν ἀτελὴς, καὶ οἷον πεπηρωμένος, τὸ τί ἐστιν ἤτοι τοῦ ὑποκειμένου οὐσίαν κατά τινα τυπώδη τῇ τῶν συμβεβηκότων περιγραφῇ, ἐπαινιττόμενος ὡς ἤπερ ὑπο-

DE DESCRIPTIONE.

XXXV. Deſcriptio eſt imperfecta quædam finitio, & quaſi mutilata, utpote, quæ rei naturam per complexum accidentium, craſſe ad

γραφῆ. οὐδὲ μονοειδής ἐστι καὶ ἁπλῆ, ἀλλὰ πολλῶν ὄντων τῶν συμβεβηκότων πολυειδῆ τὴν λῆψιν ἔλαχεν. ἔστι γὰρ ὑποτυπῶσαί τε καὶ διαγράψαι τὸ προβληθὲν, ἢ ἀπὸ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου. ὡς ὁ Πλάτων ἐν ὅροις. Ἡμέρα ἐστὶν ἡλίου πορεία ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμάς. ἢ ἐξ ὕλης καὶ ὧν σύγκειται μερῶν. οἷον, οἰκία ἐστὶν, ἥπερ ἐκ θεμελίου συνέστηκε, καὶ τοίχων, καὶ στέγης. ἢ ἐκ τοῦ τέλους ἤτοι ἀποτελέσματος. ὡς ἐπὶ τοῦ προτεθέντος. Ἀστρολογία ἐστὶν, ἡ ἐθίζουσα τὴν ψυχὴν εἰς τὸ ἄνω ὁρᾶν, καὶ ἀπὸ ἐνθένδε ἐκεῖθεν μετάγουσα. ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν συμβεβηκότων. ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῶον ὀρθοπεριπατητικόν, ὄρθιον, πλατυόνυχον, χερσὶ χρώμενον, καὶ τὰ ὅμοια. Ἔστι δ' ὅτε καὶ μεταφοραῖς ἤτοι ὁμοιώσεσι τὴν οὐσίαν ἐμφαίνομεν. οἷον ἄρχων ἐστὶν ὁ πιστευθεὶς τοὺς οἴακας τοῦ σκάφους τῆς πόλεως. Χρώμεθα δὲ τῇ ὑπογραφῇ πρός τε τὸ ἀνασκευάζειν καὶ κατασκευάζειν κατὰ ταὐτὰ τῷ ὁρισμῷ, ἐπεὶ καὶ ὁρισμός ἐστιν, ὡς εἴρηται, καίπερ ἐλλειπὴς, οἷον ἐπὶ τοῦ προτεθέντος οὑτωσίπως ἐπιχειρεῖν ἐνδέχηται. Οἶμαι δὲ πάντες ἂν ὁμολογήσαιεν ἐκείνην εἶναι τῶν ἐπι-

modum, & exiliter perſtringit, unde & dicitur Deſcriptio. Neq; vero ſimplex eſt & uniformis, ſed cum accidentia multa ſint, variam ſibi vindicat conſiderationem. Res ſiquidem depingi poſſit & deſcribi vel à cauſa efficiente, ut Plato in definitionibus, Dies eſt Solis iter ab ortu in occaſum; vel à materia ejusque partibus, ut Domus eſt, quæ fundamento, parietibus, & tecto conſtat; vel à fine ſeu effecto, ut in hoc exemplo, Aſtronomia eſt quæ animum à ſolo revocat ad cœlum, & inter tot ſtellas feliciſſimum ducit in errorem. Nec non à reliquis quoque accidentibus: ut, Homo eſt animal quod rectum incedit, vultuq; ſublimi, latis unguibus, manibus utens, & ſimilia. Quin & metaphoris ſæpe, vel ſimilibus rei naturam exprimimus, ut Princeps eſt, qui clavum civitatis tenet. Deſcriptione vero ad firmandum, vel deſtruendum utimur, non ſecus ac definitione, quod & illa, uti diximus, finitio eſt, quantumvis manca, ut in argumento propoſito arguere poſſumus. Suffragantur ni fallor ad unum omnes, illam ſcientiarum pulcherrimam eſſe, perfectiſſimam illam, quæ quantum hu-

στημῶν

ςήμων τὴν καλλίςην καὶ πλεωτάτην, ἥπερ ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ τῶν χαμαιζεπῶν τέτων καὶ ἐπικήρων τὴν ψυχὴν ἀνασπῶσαν, τὰ θεῖα τε καὶ ἀκήρατα ἐποπτεύειν κατασκευάζει, καὶ διὰ τῆς θέας τῆς ἐκείνων συνάπτει κάλλεσιν ὧν ἀμυδρᾷ τινι φαντασίᾳ ἐν περινοίᾳ γινος γενέσθαι πασῶν τῶν περὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποδείξεων κρείττων νομίζεται. ἀμέλει τετὶ διαφερόντως ἀςρολογία ἐργάζεσθαι πέφυκεν. ἥτις ἐςὶν ἡ μάλιςα τὲς κεκτημένους, καὶ τὰ ἑξῆς.

mana valeat infirmitas, animum è terreſtrium cœno ſordium ad cœleſtem munditiam facit ut emergat, illisque per intuitum unit ſideribus, quorũ tenui quamvis menti impreſſa ſpecie ſplendeſcit animus, plus quam univerſa de terrena hac fæce cognitione. Hæc autem Aſtronomia ultra miraculum admiranda efficere poſſit. Hæc ſola ſuis cultoribus &c.

ΠΕΡΙ ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΣ.

XXXVI. Ετυμολογία, ἥτις καὶ φερωνυμία λέγοιτ' ἂν καὶ ἔτυμον, μετάληψις ἐςὶ τῦ ὀνόματος εἰς λόγον ἑρμηνευτικὸν τῶν ἐξ ὧν σύγκειται μερῶν, ἢ ὅθεν παρῆκται, ἢ (ὥς φησιν Εὐςάθιος) λόγος ἐπαυληθιζομένην δεικνὺς τὴν λέξιν τῇ φύσει τῦ πράγματος, οἷον εὔψυχος, ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων. καὶ ἀςρολογία, ἡ τῶν ἄςρων σκεπτομένη τὲς λόγους. ἐξ ἐτυμολογίας τοιγαρῦν εἰς ἀνασκευήν τε καὶ κατασκευὴν τῶν ζητεμένων ἐπιχειρημάτων ἐςὶν εὐπορῆσαι ἂν (ὥς φησὶν Ἀριςοτέλης) τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸν λόγον μετενεγκόντες, τὸν δείξομεν ἐφαρ-

DE ETYMOLOGIA.

XXXVI. Etymologia, quæ & notatio dicitur, & originatio nominis, eſt in argumentum transmutatio, partes explicans è quibus conſtet, aut unde deducatur; vel, Euſtathio ſuffragante, definitio eſt, quæ rei naturam cum vi nominis quadrare declarat, ut εὔψυχος, quia generoſa mente præditus, & Aſtrologia, quia aſtrorum tradit ſcientiam, A notatione igitur undique proſiliunt argumenta, tum ad rei probationem, tum deſtructionem, teſte Ariſtotele, qvum ſumpta nominum finitione rebus propoſitis eam aptiſſime convenire

μόττονται, οἷς ἂν ἡμῖν προσήκειται, κἂν μὴ δοκῇ τοὔνομα. οἷον εὔψυχος μὲν ἰδιάζεται τῷ ἀνδρείῳ. εἰ γοῦν βουλώμεθα, καὶ τὸν ἡντιναοῦν ἀρετὴν κεκτημένον εὔψυχον ἀποδεῖξαι, μεταληψόμεθα τοὔνομα εἰς τὸν λόγον, ὅς τις ἐστὶν ὡς εἴρηται, ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων. εἶθ' οὕτω καὶ δικαίῳ καὶ σώφρονι, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἀμηγέπη τὴν ψυχὴν διά τινος τῶν ἀρετῶν εὖ διατεθημένοις ἐφαρμόττον τὸ πρόσρημα δείξωμεν. ἢ ἐπὶ τοῦ προτεθέντος. εἰ βουλώμεθα τὴν ἀστρολογίαν ἀδιαμάρτητον ἐμφῆναι περὶ τὴν τῶν ἀστέρων θεωρίαν, ἐροῦμεν μεταλαβόντις πρότερον τὴν λέξιν εἰς τοιόνδε λόγον. Ἀστρολογία ἐπιστήμην δηλοῖ καταληπτικὴν τῶν περὶ τοὺς ἀστέρας λόγων. ὁ τὸν λόγον τινὸς ἔχων, οὐκ ἄν ποτε διαμάρτοι οὗπερ τὸν λόγον ἔχοι. ἀλλὰ μὴν ἡ ἀστρολογία ἔχει τῶν ἀστέρων τοὺς λόγους ὧν ἐστὶ καταληπτική. οὐκ ἄρα ἡ ἀστρολογία μέχρις οὗ μένει τοιαύτη, διαμάρτοι περὶ τὴν τῶν ἀστέρων θεωρίαν. Ὅτι δὲ ἡ ἀστρολογία καταληπτικὴ τῶν περὶ τοὺς ἀστέρας λόγων, τοῦτο τῇ τῶν ὁμοίων παραθέσει ἐμπεδόσομεν. καὶ γὰρ Φυσιολογία ἐστὶν, ἡ τοὺς τῆς φύσεως λόγους ἔχουσα. καὶ θεολογία, ἡ τοὺς

oſtendimus, etiam cum non conveniat; ut *εὔψυχος*, robuſto quidem fortique primo convenit, at ſi virum aliqua alia virtute ſpectabilem *εὔψυχον* probare velimus, vim nominis eliciemus, quæ ut ſuperius illatum eſt, interpretatur, qui animo bene affectus eſt. Sic utique juſto & modeſto, virisque quibuscunque virtutibus præditis hoc nomen indulgeamus. Sic & in præſenti negotio. Si velimus Aſtrologiam oſtendere certam eſſe de aſtris ſine errore ſcientiam, è notatione nominis ejus ſic dicemus. Aſtrologia eſt ſcientia, quæ aſtrorum tradit naturas, & complectitur, hinc arguimus, qui rei cujusque naturam tenet, difficulter circa eam errare poſſit: verum Aſtrologia exploratas habet, & comprehendit ſtellarum naturas, non igitur Aſtrologia, qua talis, errare poſſit, in aſtrorum contemplatione. Quod autem Aſtrologia mentem in cœleſtium horum corporum cognitionem ducat, & earum naturas inveſtiget, ex inductione ſimilium ſtabiliemus, quippe quod & phyſiologia naturalium rerum ſcientiam tradit, & Theologia divinarum de-

περὶ Θεοῦ, καὶ τὰ ὅμοια. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἐξ ἐτυμολογίας ἐπιχειρημάτων εὐπορῆσαι, ἥπερ οἰκείως καὶ καταλλήλως ταῖς τῶν προσώπων ἐνεργείαις κεῖσθαι διερμηνεύσωμεν τὰ ὀνόματα, τὰ ἐφ᾽ ἑτέρας μὴ μεταφέροντες, μήτε συλλογιζόμενοι. ὃ καὶ φερωνυμία ἰδιαίτερον προσηγόρευται. ὃ καὶ μᾶλλον ἐπιπολάζον ἐστὶν ἰδεῖν παρά τε Ῥητόρων καὶ Ποιητῶν τοῖς συγγράμμασιν, ὡς τὸ τοῦ Ἡρωδικοῦ παρ᾽ Ἀριστοτέλει, ὃς τοὺς Δράκοντος νόμους ἐκφαυλίζων, οὐκ ἀνθρώπου, ἀλλὰ δράκοντος ἐπεκάλει. χαλεπὸν γάρ. ἐπιῤῥεπὴς δὲ ὁ τόπος εἰς ψυχρολογίαν τοῖς κατακόρως κεχρημένοις.

tegit myſteria, & ſic in reliquis. Liceat autem & alio modo ex Etymologia argumenta depromere, ſi nomina convenienter apteque cum perſonarum actionibus quadrare narrabimus, ſine ulla prorſus originatione, & deductione, quæ & *φερωνυμία*, proprie dicitur. Qua referta ſunt adeo Oratorum, nec non Poëtarum ſcripta, ut illud Herodici referente Ariſtotele (2. Rhet. c. 23.) Cum Draconis loges antiquaret, non hominis eas eſſe, ſed draconis, dixit, inſigniter quippe ſeveræ. Frigida tamen ſunt, ſi crebro hinc ſumuntur argumenta; facileque in pejus declinet hic locus.

ΠΕΡΙ ΓΕΝΟΥΣ.

XXXVII. Διαλεκτικοὶ μὲν, καὶ ὅσοι τῆς φιλοσόφου φατρίας βαθυτέραν εἰώθασι τὴν περὶ γένους, εἴδους, καὶ τῶν λοιπῶν καθόλου φωνῶν θεωρίαν ποιεῖσθαι. ἀκριβέστερον γὰρ ἐρευνῶσι περὶ τούτων, ἢ τῶν ὑφεστηκότων εἰσὶν, ἢ ψιλῇ καὶ μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ τὴν ὕπαρξιν ἔχει. καὶ εἰ τῶν ὑφεστηκότων τυγχάνει, πότερον σώματά εἰσιν, ἢ ἀσώματα. καὶ τούτων αὖ, ἢ καθ᾽ ἑαυτὰ καὶ ἐκτὸς τῆς ὕλης, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ ἀτόμοις ὑπάρχει. κατηγορίας

DE GENERE.

XXXVII. Dialectici quidem & naturæ myſtæ altiori quadam disquiſitione, genus, ſpeciem, reliquasque voces communes penſitant. In iſtis enim paulo penitius ſcrutantur, an rebus ipſis, vel nudo ſolum intellectu exiſtant: & ſi in rebus ſint, an corporea ſint, vel incorporea; adeoque rurſus an per ſe, & à materialibus ſeparata, an in ſenſibili-

αὐτῶν τούτων ἀναπτύσσοντες, σχέσεις τε καὶ ὁρισμοὺς ἀναθεωροῦντες, καὶ πᾶν ὅλως οὖν εἰς τελεωτέραν περὶ τούτων πραγματείαν πολυπραγμόνως ἀνακρίνουσιν. Οἱ δὲ ῥήτορες ὑποτυπώτερόν πως περὶ αὐτῶν διαλαμβάνουσι πρὸς τὴν τῶν ἀκροατῶν εὐμάθειαν διαφερόντως μάλα ἀφορῶντες, ἢ πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν. ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ τῶν συντεθέντων τὰς τῶν λόγων τέχνας, οὐδεὶς περὶ τούτων διακεκριμένως φαίνεται πραγματευσάμενος. τοῖς μέντοι ἀπὸ τούτων ἐπιχειρήμασι, συχνοῖς μάλα ἐστὶν ἐντυχεῖν παρά τε Ποιηταῖς τε καὶ Ῥήτορσιν. ἐκ γὰρ τῶν μέχρι τοῦδε ἐκτεθειμένων τόπων, σπανίως ἔστιν ἰδεῖν ἐπιχειροῦντας τοὺς Ῥήτορας. ἔστι τοιγαροῦν ὑπογράψαι τοιῶσδε τὸ γένος. Γένος ἐστὶ τὸ ἐπὶ πολλὰ ἐκτεινόμενον εἴδη, ἢ ᾧ πολλὰ ὑποπίπτει εἴδη. οἷον εἰ δένδρον εἴπῃς, καὶ δρῦν, καὶ πλάτανον, καὶ ἐλαίαν συμπεριείληφας. εἰ δὲ ἐπιστήμην φαίης, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀστρονομίαν, φυσικήν τε, καὶ μεταφυσικὴν ἐδήλωσας. καὶ τἄλλα ὡσαύτως. Ἔστι δ' ὁ τόπος εἰς ἀνασκευὴν καὶ κατασκευὴν χρήσιμος. ἀναιρουμένου γὰρ τοῦ γένους, συναιρεῖται καὶ τὰ ὑφ' αὐτὸ πάντα. κατασκευαζομένου δὲ, κἀκεῖνα συγκατασκευά-

bus & individuis exiſtant. Horum prædicationes perpenduntq́, definitiones & proprietates evolvunt, & quicquid omnino ad accuratiorem harum cognitionem conducat ſollicito diſcutiunt ſcrutinio. Rhetores autem oſcitantius paulo rimantur iſta, magis utique conſulentes auditorum docilitati, quam rei veritati: Proinde nullus, uti ſciam, è dicendi magiſtris, iſta diſtinctè tractavit. Creberrime tamen obvia ſunt apud poëtas juxta ac oratores inde petita argumenta. Nondum enim locis hiſce Rhetores valde incumbere memini. Genus igitur in hunc modum depingatur. Genus eſt quod ad plures extenditur ſpecies, vel cui ſpecies multæ ſubjiciuntur: ut ſub voce arboris & quercum, & platanum, & olivam, comprehendis; & ſcientiæ nomine Geometriam, & Aſtronomiam, Phyſicam & Metaphyſicam intelligas, & ſic de reliquis. Locus autem eſt ad rem tum confirmandam, tum deſtruendam idoneus. Sublato ſiquidem genere auferuntur omnia ejus inferiora; firmato tamen iſta quoque confirmantur. Ut ſi virtutem eligendam eſſe

ζονται. οἷον ἀποδειχθέντος ὅτι ἡ ἀρετὴ αἱρετή. καὶ σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, ἀρεταὶ οὖσαι, αἱρεταὶ ἀποδειχθήσονται. ἐπὶ δὲ τοῦ προκειμένου ἐπιχειρεῖν ἐνδέχεται οὕτω. Πᾶσα μὲν ἐπιστήμη λογικοῖς οὖσιν ἀνθρώποις, οὐχ ὅπως καθ' ἕνα, ἀλλὰ καὶ πόλει, καὶ γένει ξύμπαντι λυσιτελέστατος. ἀληθείας γὰρ οὖσα μελέτη, ῥώμη βίου, ψυχῆς κόσμος, καλοκἀγαθίας ἄσκησις. διαφερόντως δὲ τῶν ἄλλων ἀστρολογία, ἐφ' ὅσον καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων διενήνοχε, τῷ τε τῶν ἀποδείξεων ἀκριβεῖ, καὶ τοῦ ὑποκειμένου τῷ ὑπερέχοντι. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀνασκευαστέον ἐπειδὰν παρεμπέσοι.

demonſtretur, utique modeſtiam, & juſtitiam, quia virtutes ſunt, eligendas eſſe demonſtrabimus. Sed ne recedam ab exemplo propoſito. Scientia omnis non viris modo ſingulis, ſed & civitati, adeoq; univerſo generi humano fructus adfert uberrimos. Scrutinium enim veritatis eſt, vitæ præſidium, decus animæ, ſtudium probitatis. At Aſtrologia potiſſimum, cum & reliquas omnes longe lateque ſuperet, tum certitudine demonſtrationis, tum ſubjecti dignitate. Hæc eadem vero, prout opus fuerit, & ad refellendum valeant.

ΠΕΡΙ ΕΙΔΟΥΣ.

XXXVIII. Καὶ περὶ μὲν γένους ἀπόχρη τὰ εἰρημένα. διαλεκτικῶν γὰρ οὖσιν (ὡς ἔφημεν) θεωρητικώτερον τὴν περὶ τούτων ἀποτείνειν ἔρευναν. Εἴδη δὲ προσαγορεύεσθαι ἔωθε, τὰ ὑποπίπτοντα τῷ γένει μόρια. ὅσα γὰρ ἐπί τι γένος ἀνάγεται, εἴδους ἐπέχουσι λόγον, κἂν γένει τελοῦσι τοῖς μετ' αὐτὰ κατὰ πλειόνων τῷ εἴδει κατηγορούμενον. οἷον ἐλαία, εἶδος μὲν τυγχάνει φυτοῦ ὑπ' ἐκείνῳ τελοῦσα. γένος δὲ εἰ τύχῃ κοτίνου, ἀγριελαίου, κολυμβάδος, καὶ τῶν ὁμοίων.

DE SPECIE.

XXXVIII. Et iſta de Genere ſufficiant. Soli quippe dialectici in penetralia horum intimiora penetrare ſolent. Species autem dicuntur partes generi ſubjectæ. Nam quæcunque ſub aliquo genere militant, ſpeciei rationem obtinent illius reſpectu, licet genera ſint, ſi de pluribus inferioribus ſpecie prædicentur: ut oliva plantæ quidem ſpecies eſt, ejusque ſub auſpicio; genus autem oleaſtri, radii a-

οὕτω καὶ ἐπιστήμη, εἶδος μὲν τῆς ἕξεως, γένος δὲ ἀστρολογίας, γεωμετρίας, καὶ τῶν λοιπῶν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ εἴδους ἐπὶ τὸ γένος ὅσοι καταφατικῶς ἐπιχειροῦσι, πάντως ἀληθεύουσιν. οἷον ὀλύμπια νενίκηκεν, ἄρα στεφανίτην ἀγῶνα. εἶδος γὰρ τὰ ὀλύμπια τοῦ ἀγῶνος. ἐπειδὴ καὶ ἴσθμια, καὶ πύθια, ἀγῶνες εἰσὶ στεφανῖται. καὶ οὕτω κἀπὶ τοῦ παρόντος. ἀστρονομία ἐστὶν, ἄρα ἐπιστήμη. Ἀποφατικῶς δὲ, εἴ τις ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ τὸ γένος ἐπιχειρῶν καθολικόν τι συναγαγεῖν πειραθείη, οὐκ ἄν ποτε ἀληθεύσοι. οὐ γὰρ ὅτι μὴ ἄνθρωπος τοῦτο, οὐδὲ ζῶον. οὐδ᾽ ὅτι μὴ ἀστρονομία τοῦτο, οὐδ᾽ ἐπιστήμη. κατὰ μέρος μέντοι, οἷον οὐκ ἀσκοῦνται τὰ περὶ τὴν ἀστρονομίαν οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες, ἄρα οὐδὲ πᾶσαν ἐπιστήμην.

XXXIX. *Τῆς οὖν ἀστρονομίας γενικῶς λαμβανομένης εἴδη, εἴτ᾽ οὖν μέρη λέγοιτ᾽ ἄν, κοσμογραφία, ἥτις περὶ τὰ καθολικώτερον στρέφεται τοῦ παντὸς μέρη, ἥ τε τὰς κινήσεις καὶ σχήματα τῶν ἀστέρων θεωροῦσα, τῷ γενικῷ ὀνόματι ἀστρονομία προσαγορευομένη. καὶ παρὰ ταύτας ἡ ἀποτελεσματική. ἧς ὅση περὶ τὰ γενέθλια καταγίνεται, καὶ γενεθλιατικὴ λέγοιτ᾽ ἄν. ὅση δ᾽ αὖ πε-*

greſtis, olivæ conditaneæ, & ſimilium. Sic & ſcientia ſpecies quidem habitus, at genus Aſtronomiæ, Geometriæ & reliquarum. Qui igitur à ſpecie ad probandum genus affirmative procedunt, veriſſimo nituntur fundamento: ut, Olympiis vicit, ergo coronario ludo. Olympia ſiquidem ludi ſpecies, quoniam & Iſthmia, & Pythia certamina erant coronaria. Sic & in præſenti. Aſtronomia eſt, ergo ſcientia. Negative vero, ſi a ſpecie ad genus fiat progreſſus, ut inde quid univerſale colligatur, infirma erit valde probatio. Itaque quod non eſt homo, utique non ſequitur quod non eſt animal: nec quia Aſtronomia non eſt, neque eſt ſcientia. Secundum partes tamen valeat, ut medicorum filii non incumbunt Aſtronomiæ ſtudiis, adeoque nec omni ſcientiæ.

XXXIX. Aſtronomiæ generaliter ſumptæ partes ſive ſpecies ſunt Coſmographia, quæ circa partes mundi verſatur univerſas, quæque ſi motus & figuras ſtellarum perſpiciat, communi vocabulo Aſtronomia vocetur. Additur inſuper apoteleſmatica, quæ prout genituram contemplatur, Genethliatica vocatur, prout regum mutationes,

ρὶ τὰς

ρὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἀρχόντων, καὶ ἀνδραποδισμοὺς ἐθνῶν, πόλεών τε ἀναστάσεις, καὶ ὅσα εἰς ἔθνη ὅλα ἀνήκουσι, τοῦτο αὐτὸ ἀποτελεσματικὴ κέκληται. καὶ προσέτι ἡ ἐκ τῶν ἐκλείψεων, ἐπιτολῶν, καὶ καταδύσεων τῶν ἀστέρων τὰς τοῦ ἀέρος μεταβολὰς σκεπτομένη, κἀκ τούτων ὑετοὺς, αὐχμοὺς, πνῖγος, ἀλέας, καταιγίδας, εὐφορίας καρπῶν καὶ ἀφορίας, τό, τε περὶ τὰς ὥρας ὑγιεινὸν καὶ νοσῶδες, καὶ ἄλλα τοιαῦτα προθεωροῦσα. ἐξ ὧν ἢ ἅμα πάντων, ἢ γοῦν ἐνίων ἐπιχειρημάτων ἔστιν εὐπορῆσαι τὸ ἐπωφελὲς παριστῶντα τῆς περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἀσκήσεως. εἰ γὰρ κοσμογραφία μὲν, καὶ ὅση περὶ τὰ γενέθλια θεωρία, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀποτελεσμάτων, ἥ τε περὶ τὰ οὐράνια σώματα γνῶσις, οὐχ ὅπως ἐπωφελὲς, ἀλλὰ καὶ θεῖον ὄντως, καὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας τὸ ἔσχατον. πῶς ἡ περὶ τὴν ἀστρολογίαν σπουδὴ οὐκ ἂν εἴη ἐν βίῳ λυσιτελέστατον;

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΚΑΙ ΙΔΙΟΥ.

XL. Τὴν διαφορὰν καὶ τὸ ἴδιον οἱ ῥήτορες εἰς ἓν ἄγουσι, καὶ ἀναμὶξ περὶ ἀμφοῖν πραγματεύονται. Ἔστι δὲ διαφορὰ, τὸ ποιοῦν διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου.

gentium fata ſervituteſque, civitatum everſiones, & funera, eaque quæ ad nationes univerſas ſpectant, apotelesmatica, ut ſuperius, nominetur. Deinde quæ ab Eclipſi, ortu obituque ſiderum, temperiem aëris & permutationem explorat, & inde pluvias, ſiccationes, rabidos æſtus, calores, procellas, copiam frugum, aut inopiam, & tempeſtatum peſtilentiam, aut ſalubritatem, nec non alia plurima ejusmodi prævidet. E quibus vel ſingulis, vel ſaltem aliquibus ebulliunt argumenta, quæ utiliſſimum eſſe ſtudium Aſtronomiæ evincant. Nam ſi Coſmographia, Genethliatica, & Apoteleſmatica cognitio, non modo utile, ſed & vere divinum, ſummæque felicitatis humanæ faſtigium: annon utique Aſtronomiæ ſtudium agnoſcamus ad vitam eſſe maxime ſalutare?

DE DIFFERENTIA, ET PROPRIO.

XL. Differentiam & Proprium Oratores faciunt in unum cöaleſcere, & de utriſque promiſcue agunt. Eſt autem Differentia

ἧς διττὸν ἐστὶ γένος. τὸ μὲν οὐσιῶδες, ὃ καὶ ἄλλο τι ποιεῖ τῶν λοιπῶν τὸ ᾧ συνέζευκται. καὶ εἰδοποιὸς κέκληται. οἷον τὸ λογικὸν τῷ ἀνθρώπῳ προσκείμενον, ἄλλο τι τοῦτον ποιεῖ τοῦ βοός. ἕτερον δὲ γένος ἐστὶ κατὰ συμβεβηκὸς, ὅπερ οὐκ ἄλλο τι ποιεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ ἀλλοῖον τὸ ᾧ συμβέβηκεν. οἷον τὸ ἐν Σωκράτει φαλακρὸν, ἀλλοῖον ποιεῖ τὸν Σωκράτην τοῦ Πιτθέος Μελίτου τετανότριχος ὄντος.

quicquid alterum facit ab altero differre. Cujus duo ſunt genera. Alterum eſſentiale, quod rem cui convertitur, aliud quiddam à reliquis facit, & ſpecifica vocatur differentia, ut Rationale conjunctum Homini, quiddam aliud eum à bove facit. Accidentale alterum, quod non efficere poſſit ἄλλο, ſed ἀλλοῖον id cui acciderit, quomodo Socratis caluities ἀλλοῖον tantum fecit Socratem à Pittheo Melito, qui promiſſis erat crinibus.

XLI. Ἴδιον δέ ἐστιν, ὡς οἱ περὶ τοὺς φιλοσόφους ἀκριβολογοῦσιν, ὃ μόνῳ συμβέβηκε τῷ οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ παντὶ τῷ ἐκείνου εἴδει, καὶ ἀεί. οἷον ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν. Οἱ δὲ Ῥήτορες τῷ ἰδίῳ ὡς τὰ πολλὰ καὶ τὰ συμβεβηκότα ἀναμιγνύουσιν. οἷον μητράσι μὲν ἴδιον ἀπονέμοντες τὸ φιλόστοργον. μητρυιαῖς δὲ τὸ ἄστεργον. καὶ πάλιν Ἀθηναίοις μὲν, τὸ ἐν σοφίᾳ φιλοθεάμον. Λακεδαιμονίοις δὲ, τὸ ἐν πολέμοις παράβολον. ἀλλὰ καὶ ἔθνει παντί. οἷον Ἕλλησι μὲν, ἴδιον μένειν οἷς ἅπαξ ἔδοξε. Βαρβάροις δὲ, ἀστατεῖν, καὶ τὸ τῆς γνώμης παλίβολον. ὃ ἐπὶ τοῦ προκειμένου. ἀστρολογίας μὲν ἴδιον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν τῆς ἀγνοίας

XLI. Proprium eſt ſecundum peritioris doctrinæ Philoſophos, quod ſoli & ſemper convenit, cujus eſt proprium ut Homini riſibile. Non raro tamen Oratores, & Accidentia proprio permiſcent, ſic matribus φιλοστοργίαν ſeu affectum in liberos tribuunt, novercis autem ἀφιλοστοργίαν ſeu odium. Sic etiam Athenienſibus in ſapientiam oſtentationem, Lacedæmoniis autem in bello audaciam. Quin & omni nationi. Ut Græcis proprium eſt à placitis ſuis non moveri. Exteris autem non conſtare ſibi, animisque fluctuare. In præſenti quoque Aſtronomiæ proprium eſt, nec non aliarum ſci-

ἀνακα-

ἀνακαθαιρέσης τὴν διάνοιαν, ὀξυτέραν τε καὶ ἐνεργεστέραν παρασκευάζειν περὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς ἔρευναν. ἰδίᾳ δὲ τὸ περὶ τοιαῦτα οἷά εἰσι τὰ οὐράνια σώματα. καὶ τοιῶσδε καθ' ὃν δηλαδὴ λόγον ταῦτα διασκέπτεται. ἐντεῦθεν οὖν ὡδί πως ἐπιχειρητέον. Εἰ μέγα μὲν τὸ ὀξυδερκὲς καὶ ἀγχίνουν περὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς εὕρεσιν, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις πέφυκε περισπούδαστον, οὐχ ὅπως ὅτι ἄπταιστον περὶ τὴν ὄντως θεωρίαν παρασκευάζει τὸν ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ πάσας ἐκείνου ὀρέξεις τε καὶ ἐνεργείας διευθύνει τε, καὶ κόσμον αὐτοῖς ἐμποιεῖ τὸν προσήκοντα. πῶς οὐκ ἂν περιπόθητον αἱ ἐπιστῆμαι, καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ λυσιτελέσταται, δι' ὧν τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις φύσιν ἔχει πορίζεσθαι; εἰ δὲ τοῦτο ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις προσήκει, πολλῷ μᾶλλον ἀστρολογίᾳ, ᾗ τὸ ὀξὺ καὶ εὐσύνετον περὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς εὕρεσιν ἐν τοῖς θειοτέροις τῶν ὄντων πορίζεται, καὶ ἐναργεστέραις ταῖς ἀποδείξεσι;

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΙΤΙΩΝ.

XLII. Αἰτία δέ ἐστι δι' ἣς πρὸς τοὺς διὰ τί ἐστι πυνθανομένους ἀπαντῶμεν. Εἰσὶ δὲ τῶν αἰτίων γένη τέτταρα· τὸ τε-

entiarum, mentis fugare tenebras, eamque ad acutiorem, & exactiorem veritatis indaginem inſtruere, proprie quidem in corporibus cœleſtibus, eodemque modo quo conſiderantur iſta. Hinc tale promatur argumentum. Si tam præſtans eſt in veritate indaganda ingenium ſolers, mentiſque acumen, & à cunctis hominibus ita ſtudioſe conquiſitum, non ſolum quia cogitationes in rebus dirigit, ne in errorum ſcopulos impingat animus, ſed etiam luxuriantes temperat affectus, & actiones, iiſque gratiam inducit, & venuſtatem non indecoram. Quam ardentibus votis expetendæ ſunt ſcientiæ, quæ quicquid in vita optimum eſt, aut maximi hominibus emolumenti, comparare poſſint? Quod ſi ullis aliis ſcientiis, tum vel maxime convenit Aſtronomiæ, quæ viros oculatiſſimos efficit, & ingeniis prope divinis in veritate indaganda, quæ in altioribus hiſce & divinioribus latet, eorumque luculentiſſimis demonſtrationibus.

DE CAUSIS.

XLII. Cauſa eſt id, quod reddimus, cum quæritur propter quid res eſt. Quatuor autem ſunt cau-

λικὸν δηλαδὴ. τὸ ποιητικὸν. ὑλικόν τε παρὰ ταῦτα. καὶ εἰδικόν, ὧν τὸ μὲν τελικὸν αἴτιον ἐστὶν οὗ ἕνεκα τἄλλα γίνεται. οἷον τοῦ ὑγιαίνειν ἕνεκα, τὸ γυμνάζεσθαι. καὶ τῆς μαθήσεως, ἡ περὶ τὴν σχολὴν ἄσκησις. καὶ ἡ τῶν χρημάτων εὐπορία, τῆς ἐμπορίας ἐστὶ τέλος. καὶ τὰ ὅμοια. Τῆς ἀστρολογίας, ὅσον μὲν καθαρῶς ἐστὶ, θεωρητικὸν τέλος ἔχηκεν, ἅτε δὴ καὶ πᾶσα ἐπιστήμη τὴν τοῦ ἰδίου ὑποκειμένου θεωρίαν, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν θείων σωμάτων ποικιλία τε καὶ τὰ θεάματα. ὅσον δὲ ἀποτελεσματικὸν, παρὰ τὴν θεωρίαν καὶ τὴν πρόγνωσιν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς συμβαινόντων, καὶ τὰς ἐκείνων φοράς τε καὶ ἀποῤῥοίας ἑαυτῷ τέλος ποιεῖται. Ὅθεν καὶ ἐπιχειρεῖν ἐστὶν οὑτωσί πως. Ὅτι μὲν οὖν ἡ περὶ τὴν τῶν θείων σωμάτων ποικιλίαν καὶ κάλλος θεωρία τῶν ἐφετῶν ἐστί τι, καὶ μέγα εἰς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου συμβαλλόμενον, οὐδεὶς νοῦν ἔχων ἀμφισβητήσειεν. ἡ δὲ τῶν μελλόντων πρόγνωσις, ἀτεχνῶς δαιμόνιόν τι χρῆμα, καὶ τῆς θείας μοίρας πέφυκε πλεονέκτημα. ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχον ἐστὶ καὶ παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, πόσου ἂν τιμηθείη ἀστρολογία, δι᾽ ἧς τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις προσγίνεται.

ſarum genera, finis, ſcil. & efficiens, materia inſuper & forma. Finis eſt cauſa, cujus gratia reliqua fiunt; ut ſanitatis gratia corpus exercemus, & diſcendi cauſa frequentamus ſcholam, & divitiarum copia mercaturæ finis eſt. Aſtronomia in quantum pure contemplativa eſt, contemplativum habet finem (non ſecus ac ſcientiæ reliquæ pro fine habent ſubjecti proprii conſiderationem) eſtque cœleſtium horum corporum admiranda varietas, & ſplendor; in quantum autem apotelesmatica, hunc ſibi finem adſciſcit, ut & cognoſcere, & prænunciare certo poſſit, quid hominem in vita maneat ex eorum influentiis motuque. Unde argumentari poſſumus hunc in modum. Nullus opinor cui ſalis aliquid ineſt aut cerebri, ſcientiam de cœleſtibus hiſce corporibus, eorumque varietate, & pulchritudine ſumme exoptandum eſſe dubitabit. At vero futura præſentire, res eſt vere divina, nec non ſortis Angelicæ privilegium. Quod ſi hoc ita ſe habeat, & ex confeſſo ſit, quanti æſtimanda eſt Aſtrologia, quæ viros iſtis beare ſolet.

XLIII.

XLIII. Ποιητικὸν δὲ αἴτιον, ἀφ᾽ οὗ τι εἰς ὕπαρξιν πρόεισιν. οἷον τὸ κεράμειον ἐκ τοῦ κεραμέως, καὶ πρὸς τοῦ ἡλίου τὸ φῶς. Ἐπιστήμης δὲ οἷα δὴ καὶ τεχνῶν ἁπασῶν ποιητικόν ἐστιν αἴτιον, τὸ τοῦ νοὸς ὀξυδερκές τε καὶ γόνιμον διὰ τῆς συνεχοῦς ἐνεργείας. Ποιηταὶ δὲ πολλάκις καὶ Ῥήτορες τὴν τῶν ἐπιστημῶν γένεσιν εἰς Θεὸν ἀναφέρουσι, καὶ οὕτω μὲν κομψευομένοις, ῥᾶστα πολλῶν καὶ καλῶν ἐπιχειρημάτων ἐκ τοῦ ποιητικοῦ εὐπορῆσαι αἰτίου ἐπὶ τῆς ἀστρολογίας. ἂν δὲ τὰ κομψὰ ταῦτα τοῖς ποιητικευομένοις δόξει παραιτητέα, ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος τοῦ νοὸς ληπτέον τὸ ἐπιχείρημα. οἷον. Νοῦς μὲν ἁπάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον ὄντως καὶ τιμιώτατον, καὶ μόνος φέρειν εἰληχὼς τὴν τοῦ θείου ἐπωνυμίαν, ὡς μόνος ὢν κῆρας ὑπέρτερος, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπικήρων ὄντων, ὅσα τῇ λογικῇ φύσει παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος κεχάρισται. εἰ δὲ νοῦς τοιοῦτον, τίς οὕτω σκαιὸς καὶ τὴν διάνοιαν ἀμβλυοπῶν, ὅστις οὐχ ὁρᾷ ὅτι πᾶσα μὲν ἐπιστήμη, μάλιστα ἀστρολογία, γνήσιον οὖσα νοὸς ἀποκύημα ὁτινοσοῦν, ὧν ἐπιβόλους τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι κρείττω καθέστηκε, τῶν γὰρ γινομένων ἕκαστον μετρεῖσθαι

XLIII. Cauſa efficiens eſt, à qua producitur effectus, ut à figulo figulinum, & a Sole lumen. Scientiæ autem ut & artium omnium cauſa eſt efficiens, mentis ſcilicet acumen, & magna quædam per crebram ſuam actionem generandi vis. Sæpe tamen Poëtæ & Oratores, ſcientiarum originem ad DEum referunt. Atque ita ſane qui oratorio ceruſſo purpurarent Aſtronomiam, amplam ſplendidamque argumentorum copiam depromant è cauſæ efficientis penu. Sed ſi illæ poëtizantes elegantiæ repudiantur ab oratoribus, à mentis excellentia ſumendum argumentum, ut mens omnium hercle omnium, quæ hominibus inſunt, pulcherrimum eſt, præcipueque honorandum, ſolaque Divinæ vocabulo dignari ſolet, utpote quod ſit omni fato altior, ſingulis aliis intra telum iſtius jactumque poſitis, quodcunque tamen genus illa ſint quæ humanæ tribuit naturæ ſupremus Artifex. Quod ſi mens ſit hujuſmodi, quis adeo fungus ſit, aut mentis captus oculis, quin videat, ſcientiam omnem, & Aſtronomiam præcipue, genuinum illum ingenii partum, homines earum compotes longe beatiores efficere? quicquid enim rerum eſt, totum ſu-

πέφυκε κατὰ τὴν τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου τελειότητα. πᾶν γὰρ τὸ ἐνεργοῦν ἐξομοιοῦν ἑαυτῷ σπεύδει τὸ πάσχον κατὰ τὴν ἐνοῦσαν δύναμιν.

um deſumit complementum ab efficientis cauſæ perfectione. Patientem quippe reddere ſibi ſimilem pro viribus conatur omne agens.

XLIV. Ὕλη δέ ἐστιν, ἐξ ἧς τι πέφυκε γίγνεσθαι, οἷον ἐκ τοῦ πηλοῦ τὸ κεράμειον, καὶ ὁ ἀνδριὰς εἰ τύχῃ ἐκ τοῦ χαλκοῦ. ὅθεν ἡ τῶν ἐπιχειρημάτων λῆψις ἐστὶ κατάδηλος. εἰ γὰρ ὁ μὲν τῶν Ῥοδίων Καλοσσὸς ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων Ἄνουβις ἐκ χρυσοῦ, προτιμητέος πάντως τοῦ τῶν Ῥοδίων Ἄνουβις. οὐκ ἐπὶ πάντων ἀληθεύσει μέντοι τὸ ἐξ ὕλης ἐπιχείρημα, ἐκ τοῦ κρείττονος δηλαδὴ λαμβανόμενον. ἔσθ᾽ ὅτε γὰρ τὰ ἐκ χείρονος ὕλης διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τέχνης, ἢ διὰ τὸ χρήσιμον, ἢ γοῦν τῷ μεγέθει τῆς ποσότητος ὑπερέχοντα, αἱρετώτερα εἰσὶ τῶν τὴν ὕλην πολυτελῶν. Τῆς μὲν ἀστρολογίας ὕλη διττή. ἥ τε ἐκτὸς δηλαδὴ περὶ ἣν στρέφεται, καὶ ἧς ἐστὶ θεωρητική. καὶ ἡ ἐντὸς, ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται, καὶ ἥν πως μορφοῖ τε καὶ διατίθησιν, ἥτις ἐστὶ τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς μόριον. ὃ καὶ κρεῖττον ὂν τῶν λοιπῶν, τῷ τε εἶναι καὶ τῷ ἐνεργεῖν, καὶ τῇ τιμιότητι, καὶ ταῖς ἐν αὐτῷ ἕξεσιν, οὐ μετρίαν χαρίζεται τὴν ὑπεροχήν.

XLIV. Materia eſt ex qua res fit, ut figulinum ex argilla, & ſtatua ex ære forſan conflata. Atque hinc luculentæ producuntur rationes. Nam ſi coloſſus Rhodiorum ex ære conſtet, & Ægyptiorum Anubis ex auro, præferendus eſt utique Anubis coloſſo Rhodio. Non omnia tamen argumenta à materia deſumpta, veritate nituntur. Quandoque ſiquidem res è viliori compoſitæ materia, ob ingens artificium, vel uſum, vel ſaltem præclaras virtutes, præſtantiores ſunt aliis nobilisſima è materia factis. Aſtrologiæ quidem materia duplex eſt; externa ſcil. circa quam verſatur, & quam contemplatur: & interna, cui incubat & inſedit, eamque format quodammodo fingitque nimirum rationalem animæ partem. Quæ cum reliquas ſuperet paraſangis multis, natura, activitate, dignitate, & habitibus, non modicam ſibi conciliat eminentiam.

XLV.

XLV. Εἰδικὸν δὲ αἴτιον, οἱ μὲν περὶ φιλοσόφους, τὸ οὐσιῶδες καὶ μόνον οἴδασιν εἶδος, ὅπερ τῇ ὕλῃ συμφυὲν, τὴν τοῦ συνθέτου οὐσίαν συνίστησιν. οἷον τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος, τὴν Σωκράτους φέρε εἰπεῖν μορφῶσαι ὕλην, τὸ ἄνθρωπος εἶναι ἐκείνῳ χαρίζεται. Ῥήτορες δὲ καὶ τὰ συμβεβηκότα πολλάκις εἴδη καὶ τὰς μορφὰς οὐκ ὀκνοῦσι καλεῖν. εἶδος ἀνθρώπου λέγοντες τὴν τοῦ ἀνδριάντος μορφήν. Ἐπὶ γοῦν τοῦ προκειμένου εἰδικὸν ἂν εἴη αἴτιον ἡ ποιότης, καθ᾽ ἣν μορφοῦται πως ὁ νοῦς, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς φαντασίαν εὐκινητότερος καθίσταται. τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐπιχειρήματος τοιόνδε. Εἰ μὲν τὴν τῶν αἰσθήσεων εὐεξίαν, οὐχ ὅπως ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν κατ᾽ αὐτὴν εὖ ἔχοντα μακαρίζομεν, καὶ ταύτῃ ὡς εἰκὸς τὰ μάλιστα χαίρομεν, πῶς οὐκ ἂν ἐπαινέσωμεν ἐπιστήμην, καὶ ὅλῃ ψυχῇ ἀσπασώμεθα, νοὸς εὐεξίαν οὖσαν τοσοῦτον τῶν αἰσθήσεων ὑπερέχουσαν, ὅσα καὶ ψυχὴ σώματος.

XLV. Formalem autem cauſam philoſophi eſſentiale appellant, & formam, quæ cum materia compoſiti conſtituit eſſentiam. Sic verbi gratia, forma Hominis informans Socratis materiam, efficit ut Homo ſit. Oratores autem plerumque accidentia formas ſpeciesque nominare non verentur, cum ſtatuæ figuram dicunt hominis habere formam. Sic in propoſito formalis cauſa dicatur qualitas illa, per quam formatur quodammodo mens, & ad veritatem concipiendam habilior redditur. Unde ſic conflatur argumentum. Si ſenſuum acrimoniam & vigorem non ſolum laudamus, ſed & felicem eum cui contingunt, prædicamus, iisque ſerio meritoque triumphamus; quam plenis buccis, & buccinis celebranda eſt ſcientia, totoque animo expetenda, quæ mentis vigor eſt & εὐεξία, tantoque ſublimior ſenſibus, quanto eſt corpore animus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΠΟ ΤΩΝ ΕΝΕΡΓΕΙΩΝ ΤΟΠΟΥ.

LOCUS AB EFFECTU, ET OPERATIONE.

XLVI. Τὰς ἐνεργείας δὲ εἴπερ ἀνασκοπήσαιμεν, καὶ τῶν περὶ ὧν ὁ λό-

XLVI. Si operationes excutiamus, & effectus eorum de quibus

γος τὰ ἀποτελέσματα, οὐκ ἔσθ' ὅπως πολλῶν καὶ καλῶν ἐπιχειρημάτων ἀπορήσομεν, καὶ μάλιστα οἰκείων τῷ Ῥήτορι. αἱ γὰρ ἐνέργειαι ἤτοι ἀποτελέσματα, σημεῖα εἰσὶν ἐξ ὧν (ὡς εἴρηται τῷ Φιλοσόφῳ) ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ κατὰ Ῥήτορας συνίστανται συλλογισμοί. ἐκ τούτων γὰρ οἱ τοῦ ὅτι συλλογισμοί. οἵπερ ἐκ τῶν ἡμῖν γνωριμωτέρων καὶ σαφεστέρων εἰωθότες λαμβάνεσθαι, ῥητορικῇ μᾶλλον προσήκουσι, τῇ διὰ τῶν κοινῶν καὶ ἐνδόξων τελούσῃ τοῦ προτεθέντος πιθανουργικῇ. Εἰσὶ δὲ αἱ ἀπὸ τῶν τελεσμάτων δείξεις οὐ πᾶσαι ἀναγκαῖαι, ἀλλ' οἷαι εἰσὶν αἱ τεκμηριώδεις προσαγορευόμεναι. ὅσαι δὴ πουθεν ἐκ τῶν ἀντιστρεφόντων λαμβάνουσαι σημεῖον. οἷον εἰ καπνὸς, ἄρα καὶ πῦρ. καὶ εἰ ἡμέρα, ἄρα καὶ ἥλιος ὑπὲρ γῆν. ἐφ' ὧν ἐστὶν ἀμφοτέρωθεν τὸν συλλογισμὸν ἔκ τε τοῦ αἰτίου δηλονότι καὶ τοῦ αἰτιατοῦ ἀληθεύειν. Τῶν δὲ μὴ ἀντιστρεφόντων διττὸν ἐστὶ γένος. τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον ἐστὶ τοῦ αἰτιατοῦ. οἷον ἡ ὠχρότης τοῦ τετοκέναι. τῷ μὲν γὰρ ἡ ὠχρότης ἕπεται. οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν ὑποτιθεμένης τῆς ὠχρότητος, πάντως συναγαγεῖν ἐστὶ τὸ τετοκέναι. ἐνδέχεται γὰρ καὶ ἐκ φόβου, ἢ νόσου ἢ ἄλλων τινῶν

oratio inſtituitur, varia pulchraque argumentorum ſupellectile, & Oratori propria inſtructi erimus. Operationes enim, vel effectus ſigna ſunt, è quibus adſtipulante Philoſopho creberrime Rhetorici conficiuntur ſyllogiſmi. Ex hiſce quippe fiunt ſyllogiſmi qui à notioribus, & evidentioribus deſumi ſolent, & Rhetoricæ potiſſimum accommodantur, quæ ex communibus, & vulgo notis, cauſæ conantur fidem facere. Ab effectis autem ductæ rationes non ſemper neceſſariæ ſunt, at illæ ſolæ, quæ τεκμηριώδεις dicuntur, quæ ſcil. à reciprocantibus deſumuntur, ut ſi fumus ſit, utique & ignis eſt, ſi dies ſit ergo & Sol ſupra terram. In quibus utrisque Syllogiſmum ſive à cauſa, ſive à cauſato procedentem valere conſtat. Quæ autem in contrarium non recurrunt, duplicia ſunt. Alia quippe ſunt, quæ la quàm cauſa patent, ut pallor à partu, nam illum ſequitur pallor, non tamen vice verſa, ſuppoſito pallore ſubinde peperiſſe colligimus, palleſcere ſiquidem vel metu, vel

ὠχριᾶ-

ὠχριᾶσαι. ἐπὶ οὖν τούτων ὁ τοῦ διότι μόνον ἀληθεύει συλλογισμός. δηλαδὴ ὁ ἐκ τῆς αἰτίας. Τὰ δὲ ἐπ' ἔλαττον εἰσὶ τοῦ αἰτιατοῦ. οἷον ἡ τετοκυῖα γυνὴ, ἀνδρὶ πεπλησίακε πάντως. οὐ μὴν ἡ πλησιάσασα ὅλως καὶ τέτοκε. κἂν τούτοις, ὁ μὲν τοῦ ὅτι συλλογισμὸς ὁ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δηλονότι, πάντως ἀληθής. ὁ δὲ τοῦ διότι, ἤτοι ὁ ἐκ τῶν αἰτίων, οὐκ ἔτι. ἔστι δὲ ὁ τόπος ὡς τὰ πολλὰ ὁ αὐτὸς τῷ ἀπὸ τοῦ τέλους, εἴπερ ἀληθὲς τὸ κοινῇ παρὰ τῶν φιλοσόφων λεγόμενον ἀξίωμα. ἕκαστον τῆς ἰδίας ἐνεργείας ἕνεκεν εἶναι. μάλιστα μέντοι τοῦτο σαφὲς ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεών τε καὶ ἕξεων. οἷα δεῖ καὶ ἡ προτεθεῖσα εἰς ζήτησιν ἀστρολογία. ἐφ' ᾗ τοιόνδε δεῖ κατασκευάσαι ἐπιχείρημα. Εἰ γὰρ τοιαύτας ἀνάγκη πᾶσα εἶναι τὰς δυνάμεις, οἷα εἰσὶ καὶ τὰ πρὸς τούτων ἀποτελέσματα, ὡς ὁ τῶν φιλοσόφων βούλεται λόγος, καὶ ἡ φύσις σαφέστατα τῇ ἐσημέραι πείρᾳ ἐπισφραγίζεται, πῶς ἡ ἀστρολογία οὐ λυσιτελὲς τὰ ἐπωφελέστατα τῷ τῶν ἀνθρώπων προξενοῦσα γένει; διὰ ταύτης γὰρ καὶ στρατηγὸς ἄριστα τὰ εἰς στρατηγίαν ἀνήκοντα διοικεῖ, καὶ γεωργὸς ὅσα γεωργίᾳ προσήκει, καὶ ναύτης τὰ

morbo poſſumus, aut id genus aliis. In his igitur Syllogiſmus à priori ſolum valet, qui ſcil. à cauſa procedit. Alia vero, cum cauſæ minus late patent: ut coiſſe eam quæ peperit cum viro neceſſe eſt, non tamen eam peperiſſe quæ coiit. Et in his Syllogiſmus à poſteriori, ſive ab effectis arguens, non dubitatæ cenſetur veritatis. Secus autem ſi a priori & cauſis. Eſt vero locus hic idem fere cum illo, qui à fine ducitur, ſi modo verum cenſeatur illud commune Philoſophorum axioma, Propriæ operationis gratia unum quodque exiſtere. Hoc maxime in animæ potentiis, & habitibus eluceſcat, ut & in argumento quod propoſuimus de Aſtrologia; ad quam adſtruendam tale colligatur ratiocinium. Si facultates enim nobiles à ſuis nobilibus, quos edunt effectibus, nobilitentur, quod & conſenſus Philoſophorum, & rerum natura quotidiano ſancivit exprimento: quid utilius Aſtrologia judicetur, quæ donis ita ſumme ſalutiferis univerſum inſtruit humanum genus? Hæc enim ducem regendis militibus, & arte bellica, hæc agricultura colonum, hæc nautam

εἰς

εἰς ναυτηλίαν ἀφορῶντα. ἀλλὰ καὶ ἡ ἀκριβὴς τῶν περὶ τὴν ἰατρικὴν καὶ φυσικὴν ἐπιστήμην γνῶσις, ἐκ ταύτης ἐξήρτηται. καὶ σχεδὸν ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ταύτῃ διευθετεῖται καὶ διεξάγεται. εἰ μὴ μέλλει μυρίοις διαπερφύασθαι τοῖς καθ' ἡμέραν διαμαρτήμασί τε καὶ ἀτυχήμασι.

denique navigandi ſcientia, præſtantes reddit & eximios. Quin & accurata medicinæ, & naturæ cognitio ab hac dependent ſola, adeoque totius fere humanæ vitæ imperatrix eſt, omniſque in ea felicitatis author. Cujus ſi ſit expers, illi mille quotidie caſus ingruent, & mille mala.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΟΥ ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΣΩΠΟΥ.

XLVII. *Οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχηκεν εἰς πειθὼ δύναμιν τὰ ἀπὸ τῶν παρεπομένων ἐπιχειρήματα. οἷον τόπος, χρόνος, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ χρόνου Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν πολυειδῶς ἀγωνίζεται. ἔνθα βουλόμενος παροτρῦναι τοὺς Ἀθηναίους πόλεμον ἐπενεγκεῖν ὑπὲρ Ὀλυνθίων τῷ Φιλίππῳ, φησίν. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. (Καὶ παρακατιὼν) Νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει. Τίς οὗτος; ὁ τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος τῇ πόλει. καὶ πάλιν. Χρὴ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὴν Φιλίππου ἀκαιρίαν, καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντες, ἑτοίμως συνάρασθαι τοῖς πράγμασι-*

DE LOCO, ET TEMPORE, ET PERSONA.

XLVII. Singularem jactant perſuadendi vim, quæ à connexis petuntur argumenta, loco, ſcil. & tempore, reliquiſque. A tempore quidem Demoſthenes in Olynthiaca prima, deprompta varie intorquet vibratque argumenta. Qui cum œſtro quodam incitaret Athenienſes, & accenderet ad bellum Philippo, pro Olynthiis inferendum, ſic intonat. Tempus certe quidem, hoc, Athenienſes, emiſſa voce loquitur. Et paulo infra. Nunc autem, venit occaſio. Quæ? hæc quam offerunt Olynthii ultro civitati. Et rurſus. Statuetis omnino, Athenienſes, incommoditates Philippi veſtras eſſe commoditates, & occaſionem ſtrenue urgebitis.

XLVIII. Ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου ἐπιδεῖξαι βουλόμενος τῇ ποτε δεήσειε καὶ Ἀθηναίους συμπλέξαι τῷ Φιλίππῳ τὰς χεῖρας οἴκοι μένοντας, ἢ τριήρεσι πρὸς ἐκεῖνον καταβάντας, φησὶν ἐν τῷ αὐτῷ. Ἀλλάγε μὴν ἡλίκα ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, λόγου οὐ προσδεῖν ἡγοῦμαι. εἰ γὰρ ἡμᾶς δεήσειε. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἄλλοθι. Εἴ τε γὰρ ἡμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, Ὄλυνθον παραστήσειε, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται. ἤ τε βοηθησάντων μόνον, καὶ τὰ ἑξῆς.

XLVIII. A loco autem demonſtrans Orator, Athenienſes non domi, ſed triremibus adverſas hoſtili ſolo debere manus cum Philippo conſerere, inquit eo loci: Quantum autem interſit hic, an illic bellum geratur, verbis nihil opus eſſe arbitror. Si enim oporteret vos ipſos &c. & alibi. Sive enim agrum ſuum à vobis eripi, vexarique paſſus, ipſe interim Olynthium ſubegerit, facile domum reverſus ſuam defendet. Sive præſidia duntaxat vos Olynthiis miſeritis &c.

XLIX. Τῷ δὲ ἀπὸ τῶν προσώπων ληψομένῳ τὰ ἐπιχειρήματα, δεήσει πολλάκις, καὶ πατρίδα τούτων ἀνακρίνειν, πατέρας τε, καὶ προγόνους, ἔτι δὲ καὶ παίδευσιν αὐτῶν, ἤθη τε καὶ ἡλικίαν. καὶ τὰ σώμασιν αὐτῶν ἐπιφαινόμενα σημεῖα, ὀξύτητα δηλαδὴ ῥινός. καὶ μυκτήρων εὐρύτητα. ὠχρίασιν καὶ ἐρυθρίασιν, λευκότητα, μελανότητα, καὶ τὰ καταλληλα τούτοις ἐπίσημα. ἐκ γὰρ τούτων σχεδὸν ἁπάντων εὐπορῆται ἐστὶν ἐκ τῶν προσώπων ἐπιχειρημάτων. Παραδείγμασι δὲ τούτων καὶ παρ᾽ ἄλλοις ἐντεύξεσθε μάλα συχνοῖς, μάλιστα δὲ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ Στεφάνου,

XLIX. A perſona vero qui rationes deſumeret, patriam ſæpe inquirere, & parentes oportet, majores, educationem inſuper & diſciplinam, mores, & ætatem, indicia notasque in corpore; acutas ſcil. patulaſve nares, pallíditatem & rubedinem, alborem & nigrorem, ſignaque id genus alia. Ex his enim fere omnibus magnam congeramus argumentorum ſupellectilem. Horum autem exempla ubique fere obvia, quibus & omne ſcriptum redundat, maximeque Demoſthenes in oratione pro

καὶ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. ἐν ᾧ Δημοσθένους κατηγορῶν πατρίδα τε καὶ ἤθη καὶ προγόνους, καὶ τὰ παραπλήσια ἐκείνου πολυπραγμονῶν, πορίζεται τὰ καθ' αὐτοῦ τούτου ἐπιχειρήματα.

corona & Æſchines contra Cteſiphontem, in qua Demoſthenis patriam acriter perſtringens, moresq; ejus & majores, & in aliis ſimilibus iniquirens ſedulo, ſuas rationum copias inde colligit.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ ΤΟΠΩΝ, ΠΕΡΙ ΙΣΟΥ, ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΚΑΙ ΕΛΑΤΤΟΝΟΣ.

L. Ἴσον, μεῖζον, καὶ ἔλαττον, ἰδιαίτατα μὲν ἐπὶ τῆς ποσότητος λέγονται. πολλάκις μέντοι καὶ ἐπὶ τὴν ποιότητα μεταφέρονται. οὐ μέντοι κυρίως ἐπ' ἐκείνης εἰσὶ λεγόμενα. Ἔστι δὲ ἴσον, τὸ ἰσοαρίθμως ἑτέρῳ τινὶ μεταλαμβάνον τῆς ποσότητος. μεῖζον δὲ καὶ ἔλαττον, ἐκπτώματα τούτου εἰσὶν ἐπὶ θάτερον. τὸ μὲν ὑπερπαῖον τῷ ἴσῳ. τὸ δὲ ἐντὸς τούτου πίπτον. Εἴρηνται δὲ οἱ τόποι κοινοὶ, ὅτι πᾶσιν ἐφαρμόττουσι τοῖς λοιποῖς. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἴσου τοιαῦτα ἐργάσαιο τὰ ἐπιχειρήματα. (Ἐκ δὲ τοῦ πράγματος ὧδε) Ἦν γὰρ Θεμιστοκλῆς ἐν Σαλαμῖνι κατὰ Βαρβάρων, ταύτην Μιλτιάδης πρότερον κατὰ τῶν αὐτῶν ἤρετο νίκην. (Ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου) Ὥσπερ μὲν Ἀθηναῖοι Δημοσθένη τὸν Ῥήτορα χρυσῷ στεφάνῳ

DE LOCIS COMMUNIBUS, DE PARI, MAJORE, MINORE.

L. Majus & minus proprie quidem de quantitate dicuntur. Non raro tamen & qualitati tribuuntur, licet non genuine. Par autem dicitur, quod eandem cum alia re quantitatem habet. Majus & minus, quæ ab eodem ex utraque parte deflectunt, illud elatione, hoc ſubmiſſione. Appellantur autem loci communes, quod omnibus reliquis competant, & à pari talia extruamus argumenta. (A re geſta ſic:) Qualem olim Themiſtocles in Salamine victoriam de Barbaris, talem Miltiades, non multum retro de iisdem reportavit. (A perſona:) Ut Athenienſes publice Demoſthenem ornabant aurea corona,

δημοσίᾳ

δημοσίᾳ ἐτίμησαν, οὕτω καὶ παρὰ Ῥωμαίοις θαυμάζεσθαι δεῖ τὸν Κικέρωνα. (Ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου.) οἷον, νύκτωρ μὲν καὶ ὁ Δόλων ἐπὶ τὸν ναύσταθμον κατάσκοπος κάτεισιν. ἀλλ' οὐδεὶς διὰ τοῦτο τὸν Δόλωνα ἐν ἥρωσιν ἔκρινε. τί οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ Ὀδυσσεὺς τοῦτο ἐτόλμησε; (Ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου) Εἰ δὲ ἀνδρικὸν ἡγῆσθε ἔργον ἔνδον τοῦ τείχους μένοντες ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι, ἄρα λοιπὸν καὶ τοὺς σκορπίους ἀρίστους νομίζειν ἥρωας, ἐξ ἀφανοῦς τὰ καίρια πλήττοντας. Τὰ πολλὰ μέντοι τὰ ἐκ τοῦ ἴσου ἐπιχειρήματα, τοῖς ἀπὸ τοῦ ὁμοίου εἰσὶ τὰ αὐτά. τὸ γὰρ ἴσον (ὡς εἴρηται) καὶ ἀντὶ τοῦ ὁμοίου ἐπὶ τῆς ποιότητος παρὰ τοῖς ῥήτορσι λαμβάνεται, καὶ ἐναλλάξ. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἐλάττονος τοιούτοις χρήσασθαι δυνατὸν τοῖς ἐπιχειρήμασιν. ἐπὶ μὲν τοῦ πράγματος φέρ' εἰπεῖν. Εἰ μὲν τοὺς χρήματα ζημιώσαντας κολάζομεν, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον τοὺς εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα ἠσελγηκότας; (Ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου) Εἰ μὲν ταῦτα παρ' ἐλευθέρων οὐδαμῶς ἀνεχώμεθα, σχολῇ γε ἂν παρὰ δούλων οἰσόμεθα. ἢ οὕτως. Εἰ μὲν καὶ τοὺς τυχόντας ἐπιχειρεῖν ἀδικεῖν δεινὸν, χαλεπώτερον πάντως τοὺς ἰδίους δεσπό-

ſic etiam apud Romanos celebrandus eſt admiratione Cicero. (A tempore:) Nocte quidem Dolo ſpeculabundus ad navale deſcendit. Sed nemo Dolonem retulit in Deorum numerum. Quis igitur Ulyſſem miretur, idem qui facinus audebat? (A loco:) Si vero ſtrenuum putetis & virile intra muros hoſtem à pinnis defendere, tum Heroës illi optima tormenta bellica cenſendi ſunt, qui ex humili quovis loco, loca expugnant, vel munitiſſima. Plurima tamen à pari argumenta eandem ſapiunt originem cum iis, quæ ducuntur à ſimili. Par enim (ut ſuperius diximus) pro ſimili Rhetores in qualitate ſumunt, & vice verſa. A minore vero talia depromantur argumenta (à re ſcilicet:) Si patrimoniorum decoctores puniendi ſunt, quanto magis illi, qui corpus quoque ſuum omni proſtituunt libidini. (A perſona:) Si iſta quidem in liberis non patimur, ægre proculdubio feremus in ſervis. Vel hoc modo: Si grave ſit perniciem cuiquam machinari vel ex ipſa fæce, gravius certe ſcelus eſt ſuo Domino.(A tempore:) Si quovis tempore

τας. (Ἀπὸ δὲ τοῦ καιροῦ.) Εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ τινὶ καιρῷ ὑβρίζειν τῶν ἀνυποίστων ἀπείλειπται, πολλῷ μᾶλλον ἐν Διονυσίοις. (Καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου) Δεινὸν μὲν οὖν εἰ τὸ ἐν βεβήλῳ τόπῳ τὸ πραχθὲν ἐσκευώρητο, ἢ καθ' ἰδίαν, ἀλλὰ χαλεπώτερον δήπουθεν ἐν ἱερῷ καὶ ἐν θεάτρῳ. (Ἀπὸ δὲ τοῦ τρόπου) Εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ ἁπλῶς ὑβρίσαι δεινὸν, πῶς οὐ χαλεπώτερον καὶ πληγὰς ἐπιθῆναι, καὶ τὴν ἱερὰν περιρρῆξαι ἐσθῆτα; (Ἐκ δὲ τῆς αἰτίας.) Οἱ μὲν ἡμέτεροι πρόγονοι καλῶς ποιοῦντες, νόμον ἔθεντο μὴ ἐξεῖναι τοῖς καὶ δεινόν τι παρά του πεπονθόσιν ὑβρίζειν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς προκαθημένους τῆς δίκης τὸ τολμηθὲν ἀναφέρειν, καὶ παρ' ἐκείνων τὴν ψῆφον καραδοκεῖν. ὁ δὲ καὶ μηδέν τι δεινὸν πεπονθὼς τὴν τῶν χηρῶν ἐν τῇ ἑορτῇ εὐδοκίμησιν, τοῦ παρανομεῖν αἰτίας πεποίηται. Τῷ αὐτῷ δὲ λόγῳ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐργάσαιο ἐπιχειρήματα.

flagitioſum cenſetur conviciare, tum vel maxime Dionyſiorum. (A loco:) Piaculum quidem eſt profano aliquo, aut privato loco moliri mortem, at omni piaculo majus eſt in templo, vel theatro. (A modo:) Si vel conviciari ſolum horrendum eſt, quanto intolerabilibus eſt maledictis verbera, & vibices addere, ſacramque laniare veſtem. (A cauſa:) Præclare quidem factum à majoribus noſtris, qui lege ſingulos prohibuerunt ab ulciſcendo illatam injuriam, cauſam vero ad judices ut remitterent, & ab eorum penderent calculo. At ille, nullo ne verbo quidem læſus viduarum pia elogia, in celebritate, petulantiæ ſuæ cauſam fecit. Eadem autem ratione, & à majore extruantur argumenta.

ΠΕΡΙ ΟΜΟΙΟΥ ΚΑΙ ΑΝΟΜΟΙΟΥ.

LI. Τό τε ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον καθ' αὑτὸ τῆς ποιότητός εἰσιν ἴδια. σχετικῶς δ' ἄμφω πρὸς ἕτερα λέγεται. ἅτε δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ποσότητος τὸ ἴσον μεῖζον καὶ ἔλαττον. ὅμοια δ' οὖν ἐκεῖ-

DE SIMILI ET DISSIMILI.

LI. Simile & diſſimile ad qualitatem proprie pertinet. Amboque ad alia, quadam affinitate referuntur; non ſecus ac in quantitate per majus & minus. Similia igi-

να

να ῥητέον, ἃ κοινωνίαν τινὰ ποιότητος εἴληχεν, ἢ ἀναλογίαν πρὸς ἄλληλα. ἀνόμοια δὲ, τὰ μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν κοινωνοῦντα λόγον. οἷον ὅμοιον μὲν ψιμμιθίῳ ἡ χιὼν, ἀμφότερα γὰρ λευκά. εἰ γοῦν θάτερον διακριτικὸν ὄψεως, καὶ θάτερον. καὶ πάλιν. ὅμοιον μὲν τῇ ὑγείᾳ παιδεία. καθάπερ γὰρ φυλακτικὸν σώματος ἡ ὑγεία, οὕτω τῆς ψυχῆς φυλακτικὸν πεφυκέναι ἡ παιδεία. ἢ οὕτως. ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ ὁ στρατηγὸς, οὕτως ἐν βίῳ παιδεία. οὔτε οὖν ἄνευ στρατηγοῦ ἐν στρατοπέδῳ ἐστὶν εὐταξία, οὔτε παιδείας ἐκτὸς ἐν βίῳ ἐστὶ κοσμιότης. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνομοίου οὕτως. Οὐ ταὐτὸν ἐστὶ περὶ Θεοῦ λέγειν, καὶ περὶ τῶν αἰσθητῶν τινὸς διαλέγεσθαι. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ταῖς αἰσθήσεσι μεταλαμβάνεται, παρ' ὧν καὶ πέφυκε κρίνεσθαι. τὸ δὲ θεῖον ὅσον τῶν ὑλικῶν τούτων διέστηκε, τοσοῦτον ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν ὑπερβέβηκεν. οὔτε σαρκὶ ἐν ψαυστόν. οὔτε ἀκοῇ παθητόν. οὔτε ὀφθαλμοῖς ὁρατόν. οὔτε φωνῇ ῥητόν. διὸ οὐδὲ παντὸς τὸ περὶ Θεοῦ φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐν θεωρίᾳ διαβεβηκόσι, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένοις. καὶ τούτοις οὐκ ἐκ τῶν καθ' αὐτὸ τὸ θεῖον ληπτὸν, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸ, ἤ φησιν ὁ θεολόγος

tur dicenda ſunt ea quæ in aliqua conveniunt qualitate, vel analogiam habent ad ſe invicem. Ut ceruſſa nivis ſimilitudinem gerit, quippe quod candida ſunt ambo. quod ſi alterum diſſipet viſum, utique & alterum. Et rurſus. Sanitati ſimilis eſt diſciplina. Quemadmodum enim ſanitas conſervat corpus, ſic & animum diſciplina. Ut in exercitu Imperator, ſic in vita literæ. Nam ſine duce inordinata, effuſa & incondita ſit oportet acies, vita quoque ſine literis, inculta & horrida. A diſſimili vero hunc in modum. Non idem eſt de DEO & terrenis hiſce diſſerere. Hæc enim à ſenſibus & percipiuntur & judicantur. Deus autem quantum à ſordibus hiſce & fæculentis diſtat, tantum & intellectus dominium, mentiſque aciem ſuperat. Qui tactu purior eſt, auditu ſubtilior, viſu clarior, omnique linguæ conatu major. Ideoque de Deo philoſophari non cujusvis eſt, ſed viri ſolum peritiore doctrina ſubacti, conceptu ſubtili, animaque defæcata, & corpore.

φωνή. καὶ οὕτως. Ἀνόμοιον μὲν εἰ καὶ μὴ κατὰ πάντα ποίμνης ἄρχειν καὶ ἐπιστατεῖν ψυχαῖς. οἷον τὸ τοῦ Θεολόγου ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Οὐκ ᾤμην ἴσον εἶναι οὐδὲ νῦν οἴομαι, ποίμνης ἄρχειν καὶ ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ψυχαῖς, καὶ τὰ ὅμοια.

Nec ipſam tamen Divinam naturam per ſe, ſed quædam circa eam aſſequi cogitatione valeat, ut vox Theologi innuit. Et ſic. Diſſimile quidem prorſus eſt oves curare & animas. Sic inquit Gregorius in Apologia. Non idem opinor eſſe, nec unquam ſum opinatus, gregem curare, hominumque invigilare animis &c.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ.

LII. *Τετραμερῆ τὴν τῶν ἀντικειμένων διανομὴν οἱ περὶ τοὺς φιλοσόφους ἀξιοῦσι γίγνεσθαι. ἢ γὰρ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἀντιθέσει. οἷον, ἥδεται, οὐχ ἥδεται. ἢ εὐνομεῖται, ἢ οὐκ εὐνομεῖται. ἢ ἐναντιώσεως ἀντιθέσει. οἷον, χρηστὸς, ἢ φαῦλος. ἢ καθ' ἕξιν καὶ στέρησιν. ὡς ὄψις, τυφλότης. ἀπουσία, παρουσία. ἢ ὡς τὰ πρός τι. οἷον ἄρχων, ἀρχόμενος. διδάσκων, διδασκόμενος. πατὴρ, υἱός. Ἐπὶ τούτων οὖν ἁπάντων δεῖν ἐπιχειροῦντας θατέρου τῶν ἀντικειμένων ὁμολογουμένου, ἢ ὑποτιθεμένου, ἐπὶ θάτερον τῶν ἀντικειμένων ἐπισυναγαγεῖν τὸ ἀντικείμενον. οἷον φέρε εἰπεῖν. Ἐπὶ τῶν κατὰ ἀπόφασιν καὶ κατάφασιν λεγομένων. εἰ τὸ ἥδεσθαι ἐστὶν εὐδαιμονεῖν, τὸ μὴ ἥδεσθαι οὐκ ἔσται εὐδαιμονία. ἢ οὕτως, ὃ καὶ μᾶλλον ἐ-*

DE OPPOSITIS.

LII. Quadripartitam eſſe oppoſitorum diſtributionem exiſtimant Philoſophi, vel enim affirmantia & negantia opponuntur, ut, placet, non placet: bene regit, non bene regit; vel contraria, ut bonus & malus. Vel poſitiva & privativa, ut viſus & cœcitas. Vel relata ut Rex & ſubditus; doctor, diſcipulus; pater, filius. Ex omnibus hiſce argumenta petuntur, ſi ex altero oppoſitorum conceſſo, colligamus alterum; ut exempli gratia, in oppoſitis contradicentibus; ſi voluptas fælicitas ſit, certe quæ non eſt voluptas, nec eſt fælicitas. Vel ſic: Si bene adminiſtrata civitas ſit beata, ſane quæ nullo adminiſtratur conſilio, non eſt beata. In oppoſitis autem contra-

ϛὶν ἀληθέϛερον. εἰ τὸ εὐνομεῖσθαι ἐϛὶν εὐπραγία πόλεως, ἡ μὴ εὐνομουμένη πόλις οὐκ εὐπραγήσει. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων οὕτως. εἰ τοὺς χρηϛοὺς προσήκει φιλεῖν, μισεῖν ἕπεται τοὺς φαύλους. καὶ εἰ τοὺς κακῶς δράσαντας ἀμυνόμεθα, τοὺς εὐεργετήσαντας ἀντευεργετεῖν ὀφείλομεν. Καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ ϛέρησιν. Εἰ μὲν ἡ τυφλότης λύπης παραίτιον, καὶ ἡ ὅρασις ἡδονῆς ἔϛαι πρόξενος. καὶ ὥσπερ ἡ τοῦ ϛρατηγοῦ ἀπουσία ἀταξίαν ἐμποιεῖ τοῖς ϛρατευομένοις, οὕτως ἡ παρουσία τοῦ ἐκείνων εὐταξίας αἰτία καθέϛηκεν. Ἐπὶ δὲ τῶν πρός τι οὕτω. καθάπερ τῷ ἄρχοντι εὖ ποιεῖν προσήκειν ἡγούμεθα, οὕτω καὶ τῷ ἀρχομένῳ παρ' ἐκείνου εὖ πάσχειν. καὶ εἰ τῷ διδάσκοντι λέγειν προσήκει, καὶ τοῖς διδασκομένοις ἕπεται τὸ διὰ σιγῆς ἀκροᾶσθαι.

riis ſic. Si proſequendi ſunt amore Boni, odio certe proſequendi ſunt mali: &, ſi inimicis benefacimus, tum noſtros benefactores viciſſim compenſare debemus. In oppoſitis quoque privantibus. Si cœcitas triſtitiæ cauſa ſit, erit utique & viſus voluptatis: & velut abſentia Imperatoris militum deturbat ordinem, ſic & præſentia inſtruit eundem & componit. In oppoſitis autem relativis hunc in modum: Si Regis eſt benefacere, tum ſubditorum erit, beneficio affici. Et, ſi doctori ſolum loqui conveniat, ſilentium ſane diſcipulis imperandum eſt.

ΠΕΡΙ ΑΞΙΩΣΕΩΣ ΕΙΤΟΥΝ ΜΑΡΤΥΡΙΑΣ.

LIII. Ἡ ἀξίωσις (ἣν καὶ κεκριμένον εἴωθεν ὁ Ἀριστοτέλης πολλαχοῦ καλεῖν) δόξα ἐϛὶν, ἤτοι ὑπόληψίς τινος ἢ τινῶν περί τινος ἔχειν οὕτως, ἢ μὴ ἔχειν. Ἔϛι δὲ προκριτέα μᾶλλον, ἡ μᾶλλον κοινή. καὶ ἡ γοῦν ἡ τῶν σοφωτέρων καὶ φρονιμωτέρων, καὶ τούτων ἢ πάντων, ἢ

DE AUTHORITATE SEU TESTIMONIO.

LIII. Authoritas (quam & cenſuram ſæpe vocare ſolet Ariſtoteles) opinio eſt unius, aut plurium de re aliqua probabili. Teſtimoniorum autem ea præferenda ſunt, quæ vulgo recepta ſunt, & quæ

τῶν πλείστων. ἢ τῶν γνωριμωτάτων, καὶ δόξαν φερόντων περὶ ἃ ἡ ἀμφισβήτησις προσβάλλεται. προσβάλλεται δὲ πρὸς πειθὼ τὰ μάλιστα καὶ ἡ τῶν ἀνταγωνιστῶν δόξα, ἢ τῶν ἀποδεχομένων ἐκείνοις, ἐπειδὰν δηλαδὴ τοιαῦτα δοξάζοντας δείξωμεν τοὺς ἀνταγωνιζομένους, οἷα ἡμεῖς φαμέν. ἢ τοὺς παρ᾽ ἐκείνους μέγα εἰληχότας ὄνομα. ἔστι γὰρ οἷον μάρτυρας αὐτοὺς τῶν λεγομένων ἐπάγειν. τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἐπιχειρήματα, τοιαῦτα. Καὶ οὐχ ἡμεῖς μισοῦμεν μόνον καὶ κακῶς ποιοῦμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι δίκαιον εἶναι τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι. καὶ οὕτως. Οὐ μόνον οἱ Ἕλληνες τοὺς νεωτερίζοντας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μυσάττονται, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὅσα τὴν τῶν χριστιανῶν πρεσβεύουσι θρησκείαν. καὶ τὸ τοῦ Θεοφυλάκτου, ὅτι τὸ θνήσκειν, τέλος μᾶλλον, ἢ αἰτία ἐστὶ τῶν ἀνιαρῶν. οὐ γὰρ περιάγει, φησὶν, ὁ δημιουργὸς ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ δημιουργήματα. εἰ γοῦν τὸ θνήσκειν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ κέκριται, οὐκ ἔσται ἀπὸ τοῦ κρείττονος εἰς τὸ χεῖρον διάλυσις. ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον μετάστασις. Εὐπορήσομεν δὲ τῶν ἀξιώσεων, καὶ ἐξ ὧν οἱ πάλαι φιλόσοφοι συγγεγράφασι,

vel doctiorum ſunt, vel prudentiorum, vel omnium, vel plurium, eorumque qui famoſiores ſunt, & in vulgi oculis poſiti, quorum teſti monia maxime cauſæ proſunt. Ad fidem autem faciendam non minus confert adverſariorum Authoritas, vel eorum quibus adſtipulantur ipſi, cum nimirum adverſarios ipſos nobiſcum conſentire dicamus, vel ſaltem eos, quorum nomina tam magna ſunt apud Adverſarios. Illi ipſi enim authoritatem dictis afferre poſſunt. Argumenta autem hinc deſumpta talia ſint. Et nos non ſolum odio proſequimur & injuria afficimus inimicos, ſed etiam Athenienſes & Lacedæmonii, qui pænas iis infligere juſtum cenſent. Vel ſic. Non Græci ſolum in eos inardeſcunt, qui nova moliuntur in Eccleſia, ſed & omnes gentes, quicunque Chriſtiana inſtituuntur religione. Sic & illud Theophylacti: Mors eſt finis potius malorum, quam cauſa, non enim, inquit, æternus artifex opificia ſua in pejus faciet proruere. Si mors itaque ſtatuatur à DEO, non erit à præſtantiori in pejus diſſolutio, ſed à deteriore in præſtantius. Teſtimoniorum autem copia petenda eſt ex Philoſophorum ſcriptis, & ex iis,

γράφασι,

γράφασι, καὶ ἀπὸ τῆς καθ' ἡμέραν ὑπολήψεως, καὶ τούτων ἢ πάντων, ἢ τῶν γνωριμωτέρων καὶ φρονιμωτέρων.

quæ communi comprobantur conſenſu, vel omnium, vel ſapientiorum, & prudentiorum.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΛΙΚΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

LIV. Ἐξεθέμεθα οὖν σὺν Θεῷ μέχρι τοῦδε οὓς ἀνωτέρω ἀπηριθμηκότες ἐσμὲν τόπους, καὶ ὡς παρ' ἐκείνων ληπτέα εἴη τὰ ἐπιχειρήματα, ἐμοὶ δοκεῖ ἀποχρώντως εἰρῆσθαι, τῷ γε συντετμημένῳ τοῦ συγγράμματος, καὶ πρὸς ἀκροατὰς φιλοπονεῖν μὴ κατοκνοῦντας. Ἐχόμενον δ' ἤδη εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν τελικῶν κεφαλαίων, ἅτινα εἰσὶ κατά γε Ἀριστοτέλη, τὸ δίκαιον. τὸ νόμιμον. τὸ συμφέρον. τὸ καλόν. τὸ ἡδύ. τὸ δυνατόν. τοιαῦτα γὰρ ἐπειδὰν δείξωμεν, ἐφ' ἃ παρακαλοῦμεν, ἢ τἀναντία τούτοις, παρ' ὧν ἀποτρέπομεν, ῥᾷστα τοῦ σκοποῦ τετυχηκότες ἐσόμεθα. Ἔστι γὰρ ὡς εἰπεῖν τάδε, καὶ ἀμειλίκτου ψυχῆς εἰς ἐπιείκειαν θέλγητρα, καὶ ἱκανὰ πρὸς πειθὼ παρορμήματα.

DE CAPITIBUS FINALIBUS.

LIV. Locos illos ſuperius commemoratos hactenus expoſuimus, & quo modo ex iſtis argumenta ſumantur, abunde pro rei compendio, & Auditorum indefeſſa diligentia, dixiſſe videmur. Sequitur ut de capitibus finalibus diſſeramus quæ ab Ariſtotele enumerantur iſta: Juſtum, legitimum, utile, honeſtum, jucundum, poſſibile. His enim rationes ſi innitantur noſtræ cum ſuademus, aut horum contrariis cum diſſuademus, facile finem aſſequemur noſtrum. Hæc ſiquidem immitem turbidumque demulcebunt animum, ſedabunt affectus, pacata reddent omnia, fidemque conciliabunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ.

LV. Δίκαιον μὲν οὖν ἐστιν (ἧπερ Ἀριστοτέλει ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ῥητορικῇ ὥρισται) τὸ τῶν ἁπάντων ἢ γοῦν τῶν πλείστων ἔθος ἄγραφον διορίζον τὰ

DE JUSTO.

LV. Juſtum eſt (ut Ariſtoteles in ſua ad Alexandrum Rhetorica finivit) omnium, aut aliquorum non ſcripta conſuetudo, honeſta, tur-

καλὰ καὶ αἰσχρά. τοιοῦτον δὲ ἐστὶ τὸ γονέας τιμᾶν, φίλους εὖ ποιεῖν, τοῖς εὐεργέταις χάριν ἀντιδιδόναι, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. ἐκ φύσεως γὰρ ταῦτα, καὶ οὐχ ὑπ' ἐγγράφων νόμων οἱ ἄνθρωποι πράττειν ἐπάγονται. Κατασκευάσαιο δὲ τὸ δίκαιον, ἢ ἀπὸ τοῦ προσώπου, ἢ ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καὶ ἐνδόξου. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ προσώπου, οἷον, Θηβαίοις δίκαιον ἐλεεῖν, καὶ τὸν ἐνόντα τρόπον χεῖρα ὀρέγειν ἐπικουρίας. Ἕλληνες γὰρ καὶ ἡμῖν φίλοι, ὁμόφυλοι προσέτι καὶ ἀστυγείτονες. ἀλλὰ καὶ εὐεργέται εἰ οὕτω τύχῃ. (Ἀπὸ δὲ τοῦ πράγματος) ὅτι ἴσον ἢ κατ' ἀξίαν καὶ τοῖς πᾶσιν, ἢ γοῦν τοῖς δικαιοτέροις τοιοῦτον ὑπειλημμένον. οἷον ἡγοῦ δίκαιον, ὥσπερ τῆς οὐσίας οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν: (Ἀπὸ δὲ τοῦ ὁμοίου) ὥσπερ δίκαιον νομίζομεν τοῖς γονεῦσι πείθεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον προσήκει μιμεῖσθαι τοὺς υἱοὺς τὰς τῶν πατέρων πράξεις. (Ἐκ τοῦ ἐναντίου) ὥσπερ ἐν εἰρήνης καιρῷ ἡσυχίαν ἄγειν τοὺς στρατιώτας καὶ εἰς ἡδονὰς ἀνίεσθαι δίκαιον ὑπείληπται, οὕτως ἐν καιρῷ πολέμου ἐνεργοὺς εἶναι, καὶ ἡδονῶν ἀπέχεσθαι. (Ἀπὸ τοῦ ἐνδόξου) οὐδεὶς τῶν ἀφ' οὗ γε-

piaque determinans. Tale eſt illud, parentes honorare, amicis benefacere, benefactoribus gratias referre, & hiſce ſimlia. Hæc enim Natura, non lex ſcripta hominibus imperat. Confirmatur autem juſtum, vel à perſona, vel à re, vel à ſimili, vel contrario, & probabili. A perſona ſic. Juſtum eſt Thebanos ut commiſereamur, iisque manus adjutrices porrigamus. Nam & Græci ſunt & indigenæ, amici inſuper & vicini, addam etiam benefici. (A re hoc modo:) Juſtum eſt ut non divitiarum modo, ſed etiam amoris paterni hæres ſis. (A ſimili:) ſicut in pace milites ſe jucunditati dare & ferias agere juſtum cenſetur, ſic & in bello otium, & ignaviam excutere. (A probabili:) Nullus unquam mortalium extitit, qui juſtum non judicavit beneficiis gratias rependere. Quod ſi ex hoc

γόνασιν ἄνθρωποι, εὕρηται, ὡς δίκαιον οὐκ ἂν ἔχειν τοῖς εὐεργέταις χάριν ἀποδιδόναι. Εἰ δέ ποτε ἀνασκευάσαι τῷ δικαίῳ βουλόμεθα, τοῖς ἐναντίοις τῶν εἰρημένων χρησίμεθα.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΟΜΙΜΟΥ.

LVI. Ἐπειδὴ δὲ νόμος ἐστὶν ὁμολόγημα πόλεως κοινὸν διὰ γραμμάτων προστάττον, πῶς χρὴ πράττειν ἕκαστα, τῷ Φιλοσόφῳ ὥρισται. νόμιμον ἂν εἴη πᾶν τὸ κατὰ νόμον πραττόμενον. ὑποβέβηκε δὲ τῷ δικαίῳ τὸ νόμιμον, οἷα ἐκείνου τοῖς πᾶσι κοινοῦ ὄντος ἀκολουθία τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἔθνει τινὶ, ἢ πολιτείᾳ καὶ κατὰ δόξαν τῶν πολιτευομένων τὸ κῦρος ἔσχηκεν. Ἔστι δὲ τῶν ἀτέχνων πίστεων, ἅτε δὴ καὶ ὅσα εἰς νόμους καὶ συνθήκας ἀνήκουσιν ἐπιχειρήματα. λαμβάνειν μέντοι τὴν σύστασιν ἐνδέχεται, πρῶτον μὲν, εἰ τοῦθ' ὃ διαγορεύει ὀρθῶς ἔχον καὶ προσηκόντως δείξωμεν. εἶτα καὶ ἔνδοξον, ἢ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν κρίσιν, ἢ γοῦν τῶν σοφωτέρων. καὶ προσέτι ἀπὸ τοῦ χρόνου καθ' ὃν γέγραπται, τοῦ τε ποιητοῦ καὶ διανοίας τοῦ γράψαντος. Ἀπὸ μὲν τοῦ διαγορευομένου οὕτω συνίστησι τὸν νόμον Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ἀκου-

loco refutare velimus, & deſtruere, quæ jam dictis contrariantur uſurpanda ſunt.

DE LEGITIMO.

LVI. Cum lex à Philoſopho finiatur communis civitatis conſenſus, qui ſcriptis præceperit, quomodo unum quodque agendum eſt. Illud utique legitimum cenſetur, quod ad legis normam efficitur. Legitimum autem ſub juſto continetur, hoc enim naturalis ratio, & innata vis inter omnes homines conſtituit, illud autem Genti alicui, aut Reipublicæ & ſecundum arbitria Remp. gerentium appropriatur. Eſtque argumentum inartificiale, ſicut etiam omnia quæ ad leges, aut pacta pertinent. Arguere tamen & ſtabilire inde licet. Primum ſi quod in lege jubetur, rectum eſſe ac conveniens dicemus: deinde ſi multorũ comprobetur judicio, aut ſaltem ſapientiorum. A tempore inſuper, quo lata erat lex, & à viri diſpoſitione menteque, qui eam ſancivit, ratiocinemur. Ab eo quod jubetur; ſic legem Demoſthenes commendat in oratione adverſus Leptinem.

ετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ καταμανθάνετε, ὅτι ἐνταῦθα ἔνι καὶ τοὺς ἀξίους ἔχειν τὰ δοθέντα. καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἐνδόξου ἐμπεδοῦται παρ' αὐτῷ τούτῳ ὁ νόμος ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Ἀκούετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦ νόμου τῆς φιλανθρωπίας, ὡς οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ; εἰ οὖν πρὸς Θεοῦ, καὶ τὰ λοιπά. εἶτα παρακαλιῶν ἐπιφέρει. Τὸν τοίνυν οὐ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμοῦντα νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Βαρβάροις, εὖ δέξαντ' ἂν ἔχειν σκοπεῖσθαι παραβὰς, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου, Οὐ γὰρ χθὲς ἢ πρώην ὁ παρὼν οὑτοσὶ γέγραπται νόμος. ἀλλὰ μακρᾷ καὶ πολυετεῖ παρόδῳ τοῦ χρόνου, καὶ παρὰ πολλῶν καὶ σοφωτάτων ἀνδρῶν τυγχάνει βεβαιωθείς. καὶ οὐκ ἄν τις τὰ νῦν εἴποι αὐτὸν μὴ καλῶς ἐσχηκέναι. Ἀπὸ δὲ τῆς ποιότητος καὶ τῆς διανοίας τοῦ γράψαντος συνίστησιν ἐν τῷ κατὰ Δημοκράτους. Εἰπέ μοι τί δεινότατον πάντες ἂν ἀκούσαντες φήσετε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξασθε; καὶ τὰ λοιπά.

Auditis, Athenienſes, & intelligitis, cautum hic eſſe, ut & digni quæ data ſunt teneant &c. A comprobatione autem ſtabilitur lex apud eundem in oratione adverſus Midiam. Auditis, Athenienſes, humanitatem legis, quæ nec ſervos affici contumeliis ſinit. Quis igitur per Deos &c. Deinde paulo poſt infert: Eam legem igitur non tantum apud Græcos celebrem, ſed Barbarorum etiam approbatione dignam, is qui violat quonam ſupplicio ſit afficiendus, conſiderate. A tempore autem ſic. Non enim heri, aut triduum lex hæc nata eſt, ſed multis retro ſeculis, & à viris ſapientiſſimis comprobata, nec quiſquam è recentioribus iniquam eam aſſerat. A qualitate menteque legiſlatoris commendatur in oratione adverſus Democratem. Dicite mihi quid omnium graviſſimum eſt, & quid maxime averſamini &c.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΟΣ.

LVII. Τὸ μὲν συμφέρον ὁ Ἀριστοτέλης ἀνωτέρω ὑπὸ τὸ ἀγαθὸν ἔταξεν. Ἔστι δὲ κυρίως συμφέρον τὸ ἀγαθοῦ πο-

AB UTILI.

LVII. Utile quidem Ariſtoteles ſub bono collocavit. Eſt autem proprie utile, alicujus boni conciliatio.

νος

νος ποριστικόν. τοῦτο δὲ τέτραχα δυνατὸν γενέσθαι. ἢ διὰ τῆς φυλακῆς τῶν προσόντων. ἢ διὰ τῆς περιποιήσεως τῶν μὴ προσόντων ἀγαθῶν. ἢ γοῦν τῶν ἐναντίων ἐστὶ κωλυτικόν. καὶ τοῦτο διχῶς. ἢ διὰ τούτων ἐκκλίνομεν τὰ ἐπικύνδυνα τῶν βλαβερῶν. ἢ ἔτι τὰ προσδοκώμενα διαφεύγομεν. Κατασκευάζεται δὲ μάλιστα τὸ συμφέρον ἀπὸ τῶν ἐμβάσεων, ἐπειδὰν δή που δείξωμεν τὸ ἐκβησόμενον ἡμῖν τε συνοῖσον, τὸ δὲ ἐναντίον τούτου ζημίαν ἡμῖν προξενῆσον οὐ τὴν τυχοῦσαν. ὅπερ ὁ Ῥήτωρ ἐφιλοτεχνήσατο ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων. ἔνθα δείκνυσιν ἡλίκα γε εἰσὶ τὰ διάφορα, τὸν πόλεμον ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς ἢ Θράκης συγκροτηθῆναι. Εἰ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ ἡμῖν συνοῖσον, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαρὸν καὶ ἐπιζήμιον δείξωμεν, μᾶλλον ἐσόμεθα τοὺς ἀκροατὰς εἰς πειθὼ παρελκύσαντες. τοιοῦτον δὲ ἐστὶν, ὅπερ οἱ τῶν Κερκυρέων πρέσβεις κέχρηνται παρὰ Θουκυδίδῃ. Καὶ σκέψασθε τῆς εὐπραξίας σπανιώτερα καὶ τὰ ἑξῆς. Κατασκευάζεται δὲ παρὰ ταῦτα τὸ συμφέρον, ἀπὸ τοῦ χρόνου, εἰ δείξωμεν οὐχ ὅπως ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ καὶ εἰς τοῦ ἐπιὸν συνοῖσον τοῖς ὑπαίκουσι. καὶ προσέτι ἐκ παραδειγμά-

Hæc vero quatuor fit modis, vel præſentium bonorum conſervatione, vel abſentium quæſtu & conquiſitone, vel malorum propulſatione, idque dupliciter, vel enim inſtantia mala declinamus, vel futura evitamus. Utile autem præcipue demonſtratur ab occurrentibus, vel eventis, cum nimirum illud ſalutare eſſe quod eveniet dicamus; contrarium autem haud levi damno nos affiiciet. Hoc pulchre quidem depinxit orator in prima pro Olynthiis oratione, ubi quantum intereſt oſtendit, an in Attica vel Thracia gerendum bellum. Quod ſi ad noſtrum facere emolumentum, at inimicorum damnum oſtendamus, Auditorum fidem maxime conciliabimus. Tale quidpiam uſurpatur à Cercyreorum legatis apud Thucydidem. Perpendite vero nonnulla è rebus fæliciter geſtis &c. Præterea Utile confirmatur à tempore, ſi non jam ſolum, ſed in poſterum uberrimos allaturum fructus dicamus: ultimoque ab exemplis, quorum

των. οἷς μάλα πολλοῖς ἐντεύξεσθε παρά τε Δημοσθένει, καὶ τοῖς λοιποῖς ῥήτορσι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΥΝΑΤΟΥ ΚΑΙ ΡΑΔΙΟΥ.

LVIII. Ἐπεὶ δὲ ἕκαστος ἕνεκά του ἐργάζεται, καὶ οὐδεὶς τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσειεν, εἰκότως εἰς ῥήτορας καὶ ὁ περὶ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου λόγος ἀνήκει. Δυνατὸν οὖν καὶ ῥάδιον κατασκευάσομεν τὸ προτεθὲν, Πρῶτον μὲν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ζητουμένου φύσεως, εἴγε παντὶ ἁλωτὸν καὶ πόνῳ μάλα βραχεῖ, καὶ δαπάνῃ καὶ χρόνῳ θηράσιμον. Εἶτα ἔκ τε τῆς ἡμετέρας ἰσχύος, καὶ τῆς τῶν ἀντικειμένων ἀσθενείας, ἰσχυροὺς δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς δείξομεν, ἔκ τε τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως, τῶν τε ἐξαγομένων καὶ εἰσαγομένων ἐν αὐτῇ. καὶ προσέτι ἐξ εὐπορίας χρημάτων, φίλων, συμμάχων, καὶ ἀνδρῶν τὰ πολεμικὰ μάλιστα ἠσκημένων. κατὰ ταῦτα καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων. τὰ μὲν ἡμέτερα δηλαδὴ φέροντες, τὰ δὲ τῶν ἐναντίων ἐλαττοῦντές τε καὶ κακίζοντες. σκεπτέον δὲ καὶ ὡς ἂν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσιν, οἵ τε σύμμαχοι καὶ πολῖται. ἐκ γὰρ τῆς τούτων συμπνοίας τε καὶ συμψυχίας τὸ δυνατὸν μάλιστα κατασκευάζεται τῆς πόλεως, ὡς καὶ

infinita copia tum apud Demoſthenem, & alios oratores.

DE POSSIBILI ET FACILI.

LVIII. Cum autem quisque alicujus rei gratia operetur; nec ullus impoſſibilia demonſtrare conetur, ad Rhetores non immerito ſpectat de poſſibili, & impoſſibili, tractare. Rem igitur poſſibilem & facilem demonſtremus, primum ex ipſa rei natura, ſi nimirum quilibet eam minimo labore, brevi tempore, & impenſa obtineat. Deinde a viribus noſtris, & adverſantium imbecillitate, nos autem fortes validosque oſtendamus, vel ex civitatis cuſtodiis, & proventuum copiis, nec non ex abundantia pecuniæ, amicorum, ſociorum, & virorum ad bellum paratiſſimorum. Sic etiam à contrariis, cum noſtra verbis adaugeamus, adverſantia autem deprimamus, & proculcemus. Perpendendus eſt inſuper mutuus ille civium & commilitonum reſpectus & amor. Ex eorum enim conſenſu, & concordia civitatis maxime confirmetur po-

τὸ ἐναντίον ἐκ τῆς στάσεως καὶ διχονοίας τῶν τοιούτων. οἷόν ἐστι τὸ Δημοσθενικὸν ἐκεῖνο ἐν τῷ πρώτῳ ὑπὲρ Ὀλυνθίων. ἔνθα τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν ὡς ἀκαταμάχητον δεδοικότας τοὺς Ἀθηναίους, ὁ ῥήτωρ ἀναθαῤῥύνει, καὶ πρὸς τὸν κατ᾽ ἐκείνου πόλεμον ἀνεγείρει. διελὼν γὰρ καὶ κατακερματίσας πρὸς μέρος τὸ ἐκείνου δυνατὸν, διέλυσεν. ἄπιστον μὲν ἐκεῖνον δεικνὺς τοῖς συμμάχοις τοὺς δὲ τῶν πραγμάτων ἐφεστηκότας, σκαιοὺς τὰς γνώμας καὶ ἐπιβούλους διακειμένους, ἅπερ ἐκεῖνος διέξεισι περὶ Θετταλῶν. Παίονας δὲ καὶ Ἰλλυρίους, οἷς ἐκεῖνος τὰ μάλιστα ἐνεμβρύνετο, ἐλευθερίᾳ ζῆν ἔφη, καὶ ἀήθης φέρειν τὴν ἐκείνου ὠμότητα. τοῦτ᾽ αὐτὸ καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ πανηγυρικῷ, καὶ Θουκυδίδης ἐν ταῖς Σικελικαῖς δημηγορίαις κατεσκεύασεν.

tentia, ſicut contrarium ex diſſidiis, & diſcordia ejus. Tale eſt Demoſthenis, cum illud in prima pro Olynthiis oratione, ubi corroborat, animatque Athenienſes orator potentiam Philippi inexpugnabilem metuentes, eosque incitat, & accendit ad manus cum eo conſerendas; diſtrahens ſiquidem & in minutiſſimas ſecans partes ejus potentiam, ſic tandem diſſoluit, & diſſipavit. Philippum infidum demonſtrans militibus, magiſtratus autem animis lævis eſſe, ſceleriſque & fraudis artifices, quod in Theſſalis ſatis compertum eſt. Pæonas inſuper & Illyrios, quibus ille tam magnifice gloriatur, immunes liberosque vivere promiſit, cum tamen inſolenti ejus affligentur tyrannide. Hoc ipſum & Iſocrates in panegyrica, & Thucydides in Sicilicis orationibus exornarunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ.

LIX. τὸ καλόν ἐστι τὸ δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν, ἢ ὅπερ ἂν ἡδὺ, ἢ ὅτι ἀγαθὸν, καὶ ὑμεῖς οἴδατε ἀνωτέρω ἐντετυχηκότες τοῖς αὐτοῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ῥήμασι. Συνίσταται δὲ τὸ καλὸν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ὑποκειμένου πράγματος φύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν

DE HONESTO.

LIX. Honeſtum eſt, quod cum propter ſe eligibile ſit, laudabile eſt, vel quia dulce, vel quia bonum, ut & ipſa Ariſtotelis verba ſuperius noſtis annuiſſe. Commendatur autem honeſtum vel ex ipſa rei natura, vel à multorum ſuffragio, quia

πολλῶν κρίσεως. ὅτι δηλαδὴ παρὰ πᾶσιν ἐπαινεῖται τὸ τοιοῦτον, ἢ γοῦν παρὰ τοῖς σοφωτέροις, καὶ τοῖς ἤθεσι βελτίωσι. καὶ ὅτι φιλεῖται, καὶ διὰ τιμῆς ἄγεται. καλὰ δὲ καὶ ὅσα ἑκάστῳ ἐν τῷ βίῳ προσήκουσιν, οἷαι εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, καὶ ὅσαι εἰς ἐκείνας ἢ ὡς σημεῖα, ἢ ὡς ἔργα ἀνήκουσιν. εἰ οὖν τοιοῦτον τὸ προτεθὲν δείξωμεν, ἀποχρώντως ἐσόμεθα κατεσκευακότες τὸ καλόν.

nimirum ab omnibus celebratur, vel ſaltem ſapientioribus, moribusque probatiſſimis. Et quod amatur, & in pretio habetur. Honeſta autem ſunt, quæcunque ad vitam ſpectant, ut virtutes, & quæ iis annexa ſunt, ſive ſigna, ſive facta. Si igitur rem talem eſſe demonſtramus, honeſtam eam abunde confirmabimus.

ΠΕΡΙ ΗΔΕΩΝ.

LX. Ἡδέα δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ῥητορικῇ εἴρηκεν ἐκεῖνα, ὅσα χαρὰν ἀπεργάζεται. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῷ πρὸς Θεοδέκτην ὑποθέμενος πρῶτον τὴν ἡδονὴν κίνησιν εἶναι τῆς ψυχῆς καὶ ἀθρόαν κατάστασιν καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν, ὑπήνεγκε λέγων, Ἡδὺ εἶναι τὸ τῆς αὐτῆς ἡδονῆς ποιητικὸν, οὗ τὸ ἐναντίον ὅτι λυπηρόν. Κατασκευάσαις δ' ἂν τὸ ἡδὺ, μάλιστα ἐκ τῆς τῶν ἡδονῶν ἀπολαύσεως. ὧν δύο εἰσὶ γένη. Τὸ μὲν εἰς τὰς αἰσθήσεις ἀνῆκον. τὸ δὲ κατὰ διάνοιαν. ὅπερ διαγράψαις μάλιστα τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς ἀκροατὰς, καὶ οἱονεὶ παραστήσαις ἐκείνων τῇ φαντασίᾳ, συγκρίναις τε πρὸς ἄλληλα, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων τῶν λυπηρῶν δηλαδὴ ἐμπεδώσαις.

DE JUCUNDIS.

LX. Jucunda ſunt (ut Ariſtoteles in ſua ad Alexandrum Rhetorica aſſerit) quæ afficiunt gaudio. In primo autem ad Theodectem libro cum primum poſuerat, voluptatem eſſe motionem quandam animi, & conſtitutionem ſubitam, & ſenſibilem in ſtatu naturæ convenienti, ſubjicit ſtatim, jucundum eſſe, quod voluptatem efficit, cujus contrarium triſte eſt & doloroſum. Jucundum autem præcipue demonſtres ex voluptatum fruitione, quarum duo genera, alterum ad ſenſus ſpectat; ad mentem alterum, quod & florida depingere oratione poſſis, ipſisque Auditorum oculis repræſentes, cum aliis conferas, & à contra-

σαις.

σταις. Ἀκριβὴς δὲ ἔσται ἡ τοῦ ἡδέος σύστασις, εἴγε καὶ καλὸν αὐτὸ ἀποφήνωμεν, δίκαιον δηλαδὴ καὶ κατὰ νόμον, καὶ παρ' οὐδενὸς κωλυόμενον.

LXI. Εἶχεν ἂν ἀποχρώντως τὸ συνταγμάτιον ἡμῖν ἐνταῦθα, εἴ γε κατὰ ταὐτὰ τοῖς συμβουλεύουσι καὶ δικάζουσιν ἦσαν καὶ τοῖς ἐπιδεικνυμένοις αἵ τε πίστεις, καὶ αἱ προτάσεις. Ἐπεὶ δὲ ἀφορισμένως τῶν ἄλλων γενῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου, τὸ ἐπιδεικτικὸν ἰδίαν ἔλαχε τὴν θεωρίαν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀμφισβητουμένας προτίθησι τὰς προτάσεις, καὶ ἀποδείξεσι τὰ πολλὰ καὶ παραδείγμασιν ἐμφιλοχωρεῖν, δι' ὧν ταύτας πειθανὰς ἀπεργάζεται. Τὸ δὲ ἐπιδεικτικὸν ὁμολογουμένας μὲν λαμβάνει τὰς προτάσεις, διὰ δὲ τῆς αὐξήσεως, καὶ οὐ δι' ἀποδείξεων μέγεθος ταύταις καὶ κάλλος περιτίθησι. διὸ δὴ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ᾠήθημεν εἶναι, ὀλιγάττα περὶ αὐτοῦ ἰδιαζόντως διαλαβεῖν, καὶ ὅσα ἐς μόνην ἀνήκουσι τὴν τῶν Ἀριστοτελικῶν ῥημάτων ἀνάπτυξιν. τῷ δὲ πλειόνων περὶ τούτου εἰδέναι γλιχομένῳ, ἔστι ῥαδίως ἀναλέξασθαι, τοῖς τε τῷ Ἀφθονίῳ λεγομένοις, καὶ τοῖς περὶ ἐκείνων σχολαστικοῖς ἐντυχόντι.

riis confirmes. Inſignis autem jucundi commendatio, ſi honeſtum illud monſtremus, juſtumque & legitimum, nec ab ullis unquam prohibitum.

LXI. Satis jam actum eſſet in hoc opuſculo, ſi conſulentes & in judicio agentes cum demonſtrativis easdem propoſitiones easdemque probationes haberent. Cum autem demonſtrativum genus peculiarem ſibi, & diſtinctam ab aliis civilis orationis generibus vindicet conſiderationem: Propoſitiones ſiquidem illa quæ in controverſia ſunt proponunt, & demonſtrationibus valde & exemplis immorantur, quibus probabiles eas efficiunt reliqua genera. Cum tamen genus demonſtrativum propoſitiones evidentes ſumat, easque adaugeat, omnique oratorio exornet nitore. Quocirca non incommodum eſſe duxi, paucula quædam de iſto diſſerere, quæque præcipue ad Ariſtotelicorum verborum explicationem ſpectent. Qui vero pleniorem iſtius exoptat cognitionem, Aphthonium evoluat ejusque commentatores.

Tò

LXIII. Τὸ μὲν οὖν ἐγκώμιον ἐπαίνου διαφέρειν τινὲς ἥγηνται, ἐν τῷ μεγέθει καὶ τῷ πλήθει. τὸν μὲν γὰρ ἔπαινον σύντομόν τινα καὶ ἁπλοῦν εἶναι ἔφησαν, καὶ μίαν ἀρετῆς μαρτυρίαν. τὸ δὲ ἐγκώμιον μέγεθός τε ἔχειν, καὶ ἐγκατασκευαῖς ἐκφερόμενον, πατρίδα τε καὶ γένους ἐπιφάνειαν, παιδείαν, καὶ ἀναστροφὴν, καὶ πράξεις, καὶ θάνατον πολλάκις συμπεριλαμβάνον. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀνωτέρω τὸν ἔπαινον, λόγον ἐμφανίζοντα μέγεθος ἀρετῆς ὡρίσατο. Τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ῥητορικῇ ἔφη εἶναι προαιρέσεων καὶ πράξεων καὶ λόγων ἐνδόξων αὔξησιν, καὶ μὴ προσόντων συνοικείωσιν. ὧν ἁπάντων ὁ ψόγος ἐστὶ ταπείνωσις. οἰκειοῦσθαι γὰρ ὡς αὐτὸς οὗτος φησὶ, τὸν μὲν ἔπαινον, τῶν ἀρετῶν. τὸ δὲ ἐγκώμιον, τῶν πράξεων. Δεῖ οὖν τὸν ἐγκωμιάζοντα πρὸ πάντων εἰδέναι, οἷος ἐστὶν ὁ ἐγκωμιαζόμενος, τίνες αἱ προαιρέσεις ἐκείνου, οἱ λόγοι τε καὶ πράξεις, πατρίς τ' ἔτι καὶ πρόγονοι, καὶ ἄλλα ὅσα ἔξωθεν ἑκάστῳ ἡ τύχη ταμιεύεται. ἢ ἐξ ἱστορίας παραλαβεῖν, ἢ παρὰ τοῦ ἄλλου καταμαθεῖν.

LXII. Encomium igitur à laude differre putarunt nonnulli & magnitudine, & multitudine. Laudem enim brevem eſſe, & ſimplicem dicunt, & unius tantum virtutis prædicatorem. Encomium autem grande eſt elogium, omni exornatum dicendi venere, patriamque & generis ſplendorem, ſtudia, vitam, facinora, mortemque complectens. Ariſtoteles autem laudem finivit orationem eſſe virtutis magnitudinem celebrantem. Encomium autem in ſua ad Alexandrum Rhetorica, inquit conſiliorum eſſe factorumque illuſtrium, & dictorum augmentationem, eorumque quæ non inſunt appropriationem. Vituperatio autem eſt horum omnium depreſſio. Quin etiam laudem virtutum eſſe dicit, encomium factorum. Præcipue autem perſonæ laudatæ mores ſcire convenit, & conſilia, verba, factaque, patriam inſuper & majores, & alia quæcunque fortuna dat extrinſecus, vel ex hiſtoriis colligere, aut ab aliis ediſcere poſſumus.

LXIII. Ἐκθέντες τοιγαροῦν ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων τὸ προοίμιον τὰ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρετὴν διαφέροντα τῶν ἐκείνου προαιρέσεων, ἢ λόγων, ἢ πράξεων, καθ' ἕνα ἐπενέγκομεν. καὶ τεχνικωτέρᾳ τινὶ τῶν λόγων εὐροίᾳ ἐκφράσαντες μεγαλύνομέν τε καὶ ἀποσεμνύνομεν ταῖς αὐξήσεσι. Λαμβάνονται δὲ αὗται κατά τε ποσὸν, καὶ ποιόν. καὶ κατὰ μὲν τὸ ποσὸν τηνικαῦτα αὐξήσομεν τὸ προτεθὲν, ἐπειδὰν πολλάκις τοῦτο δείξωμεν πεπραχότα τὸν ἐπαινούμενον. κατὰ δὲ τὸ ποιὸν, ἐπειδὰν σαφὲς παραστήσωμεν τοῖς ἀκροαταῖς, ὡς ἑκὼν τὰ τοιαῦτα, ἢ προείλετο, ἢ εἶπεν, ἢ ἔπραξεν. ὅτι μόνος, ἢ πρῶτος τῶν ἄλλων, ἢ ὡς οὐδεὶς ἕτερος, ἢ ὡς πάνυ ὀλίγοι. δεινοὶ δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην αὔξησιν οἱ ἐκ τῶν περιστατικῶν τόποι. προσπορεῖται προσέτι τοῖς ἐγκωμίοις ἡ αὔξησις, ἔκ τε τῶν ἐναντίων, καὶ συγκρίσεων. τὰ δὲ ἔξω, ὅσα δηλαδὴ ἐκ τύχης, ἐγκωμίων μὲν καθ' ἑαυτὰ οὐ τετύχηκε. παραλαμβάνεται μέντοι τὰ πολλὰ εἰς πίστωσιν τῶν εἰρημένων, οἷά που καὶ Ἀριστοτέλους ἀνωτέρω ἀκηκόατε. Ταῦτα ὑμῖν καὶ ἐπὶ ψόγου (εἴ ποτε παρεμπέσοι πρόφασις) ἀποχρήσει. ἐκ γὰρ τῶν ἐν-

LXIII. Procœmium autem in encomiis à virtutibus ſuis maxime illuſtribus, vel conſiliis, vel verbis factisque ſumendum, quod per partes proferamus, & artificioſa verborum facundia illuſtremus, & amplificationibus adaugeamus. Quæ ſumuntur, vel ſecundum qualitatem vel quantitatem. Secundum quantitatem augeatur perſonæ laus, ſi ſæpe ejusmodi eum præſtare facinora dicamus. Secundum qualitatem, ſi Auditoribus appareat, quam lubenter iſta, vel fecit vel dixit. Quod vel ille ſolus, vel præcipuus, vel nulli alii, vel ſaltem pauci efficere poſſunt. Celebres autem ad augendum loci ſunt à circumſtantiis. Præterea adaugeantur encomia, vel à contrariis, vel collationibus. Externa vero, ut illa fortunæ, non per ſe laudari ſolent. Plurimum tamen ad fidem conferunt, ut ſuperius ex Ariſtotele audiviſtis. Hæc eadem & ad vituperationem uſui erunt. Nam

αντίων τὰ ἐναντία θηράσιμα. ἡ μέντοι τῶν προτερημάτων κατὰ τὴν ἔκφρασιν τάξις, τὴν Νεστόρειον ἐκείνην παρ' Ὁμήρῳ μιμεῖσθαι. τὰ μὲν γὰρ ὑπερέχοντα τῶν ἄλλων πρῶτα ἔστωσαν, καὶ τελευταῖα. ὅσα δὲ μειονεκτοῦντα, τὴν μέσην τετάχθω χώραν.

ex contrariis contraria ſtabiliuntur. Factorum in oratione ordo imitatur NeſtoremHomeri,qui optima & fortiſſima in prima fronte collocavit, inferiora, & minus fortia in medio loco.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΛΟΓΟΥ.

LXIV. Ὁ μὲν ἐπίλογος φωνὴ οἱονὴ ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ λόγον δηλοῖ. Ἔστι δ' ἀνακεφαλαίωσις τῶν εἰρημένων, εἴτ' οὖν ἀπαρίθμησις σύντομος. Ἔργον δὲ αὐτοῦ ἀναμνῆσαι τοὺς ἀκροατὰς ἐπιτόμως τε καὶ τεταγμένως τὰ διὰ πολλῶν εἰρημένα, καὶ εἰς σύστασιν τούτους ἠθῶν ἀγαγεῖν. Ἀνάγεται γὰρ ὁ ἐπίλογος, ὥσπερ καὶ τὸ προοίμιον, ἐπὶ τὸ παθητικὸν τοῦ λόγου εἶδος. Πειρατέον οὖν ἐν ἐπιλόγοις τοὺς ἀκροατὰς διαθέσθαι πρὸς μὲν ἡμᾶς αὐτοὺς, εὔνους τε συμπαθεῖς, πρὸς δὲ τὸν ἀντίδικον, τὴν ἐναντίαν αὖτις ἐμποιῆσαι διάθεσιν. μνήμονας προσέτι τῶν εἰρημένων καταστήσομεν. ἃ καὶ αὐξήσομέν πως τοῖς τελικοῖς κεφαλαίοις. περὶ ὧν ἀνωτέρω ἀποχρώντως εἴρηται.

Τέλος καὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν χάρις.

DE EPILOGO.

LXIV. Vox, Epilogus, quaſi unam orationem ſuper aliam denotat. Eſt autem rerum per capita enumeratio, ſive conſummatio. Officium ejus eſt, ut eorum quæ dicta ſunt ſummatim, & quam breviſſime reminiſci Auditores faciamus, eosque nobis conciliemus. Reducitur ſiquidem Epilogus, ſicut & procemium ad patheticum dicendi genus. Conemur igitur in concluſione Auditores benevolos nobis, æquosque conciliare, ſed erga adverſarium iniquos reddere; recordantes etiam facere dictorum, quæ capitibus finalibus augebimus, de quibus ſuperius diximus.

Finis Deoque noſtro gratias

XXVII.

XXVII. Ut ad collectiones ſcriptorum Græcorum recenſendas revertar, primo loco ſe offert JOSEPHI MARIÆ THOMASII, a) probitate atque eruditione inſignis R. E. Cardinalis, præterito editoris nomine vulgatæ *Inſtitutiones Theologicæ antiquorum Patrum*, b) quæ aperto ſermone exponunt breviter Theologiam ſive Theoreticam ſive Practicam. Romæ ex typographia Congregationis de propaganda Fide 1709. 1710. 1712. 8. tribus Volum.

In *primo* Volumine poſt præmiſſas Leonis, Innocentii III. & Gregorii M. Epiſtolas quibus lectio Patrum Eccleſiæ etiam atque etiam commendatur, occurrunt, 1) *Tertulliani* liber de præſcriptionibus adverſus hæreticos, ex recenſione Jac. Pamelii.

2) *Gregorii Nazianzeni* Oratio XXVI. de moderatione in diſputat. Theologicis, & XXXIII. prima de Theologia, cum Jac. Billii verſione.

3) *Vincentii* Lerinenſis commonitorium.

a) Diem obiit ſupremum Thomaſius, notus pridem ſub nomine *Joſephi Mariæ Cari*, Calendis Januar. 1713. æt. 63. cum creatus eſſet Cardinalis à Clemente XI. die 18. Maji 1712. Vitam ejus ſcripſerunt Antonius Maria Borromæus, atque auctores Diarii eruditorum Italiæ T. 14. 18. & 26. Ejus laudibus dicatæ Jo. Titolivii Oratio de qua Memoriæ Trevoltinæ An. 1714. p. 284. & Pauli Olympii Franchetti Ord. panegyr, 3. & 4. Cætera à Thomaſio edita ſunt: *Speculum St. Auguſtini.* 8. *Codices Sacramentorum nongentis annis vetuſtiores.* 4. *Pſalterium juxta duplicem editionem.* 4. *Pſalterium cum canticis & verſibus priſco more diſtinctum.* 4. *Reſponſorialia & Antiphonaria Eccleſiæ Romanæ.* 4. *Sacrorum librorum Biblicorum tituli ſive capitula, ſectiones & ſtichometriæ.* 4. *Antiqui libri Miſſarum Romanæ Eccleſiæ.* 4. *Diſſ. de fermento Euchariſtico.* 4. *Officium Dominicæ Paſſionis feriæ ſextæ ſecundum ritum Græcorum.* 12. *Indiculus Inſtitutionum Theologicarum.* 4. *Vera norma di glorificar Dio.* 12. *Breve riſtretto de' Salmi.* 8. *Coſtituzioni, delle Monache Benedettine di Palma.* 12. *Breve iſtruzione del modo di aſſiſtere alla Meſſa.* 12. *Ufficio proprio di ſan Gaudenzio Veſcovo di Rimini.* 4. *Il nuovo Meſſale reveduto è corretto.* fol. *Eſercitio cotidiano.* 8. Inedita ejus memorantur præter novam *ſacramentarii Gregoriani* recenſionem, *breviculus aliquot monumentorum veteris moris, quo CHriſti fideles ad ſæculum usque decimum uſi ſunt in celebratione Miſſarum ſive pro ſe ſive pro aliis vivis vel defunctis & de ejus rei oneribus. De privato Eccleſiaſticorum officiorum Breviario extra chorum. Memorialis Indiculus veteris & probatæ in Eccleſia conſuetudinis concedendi Indulgentias. Notulæ ad dubia proponenda Congregationi ſacrorum rituum pro nova impreſſione Miſſalis.*

b) Acta Erud. A. 1710. p. 336. A. 1711. p. 536. & A. 1714. p. 123. Hiſt. Critique de la Rep. des Lettres T. 2. p. 306.

Volumine *ſecundo*, 4) S. *Cypriani* liber tertius teſtimoniorum ad Quirinum.

5) S. *Baſilii* Magni Aſcetica, liber de judicio DEI, de vera ac pia fide, nec non ejus Moralia. Græce & Latine.

Volumine *tertio*, 6) S. *Epiphanii* Ancoratus, brevis expoſitio fidei Catholicæ, & Anacephalæoſis, Græce & Latine, cum variis emendationibus quibus Petavii editio erudite caſtigatur.

Plures tomos inſtitutionum hujusmodi in lucem emittere Thomaſius voluit, ut ex Catalogo qui ſecundo tomo præmittitur patet.

XXIIX. *Conciones Græcorum Patrum* à PETRO PANTINO * Tiletano Flandro, Decano Bruxellenſi primum Græce editæ & Latina verſione donatæ, Antwerp. 1604. 8. In hoc volumine continentur:

1) St. *Johannis Chryſoſtomi* Homilia ἐις τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἸΗΣΟΥ, *in Natalem Domini noſtri Servatoris*, editâ ab Hœſchelio integrior ex Codice Bibl. Hiſpanicæ: Incipit: ἃ πάλαι Πατριάρχαι μὲν ὤδινον. p. 18. Habuit eam Chryſoſtomus A. C. 386. 25 Dec. Exſtat Græce & Lat. in editione nova Montfauconiana T. 2. p. 354.

2) Ejusdem ἐις τὸν Πρόδρομον, *in præcurſorem* Domini, Joannem. Incipit: οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες. p. 126.

3) S. *Antiochi* πρὸς Ἐυςάθιον περὶ λογισμῶν, *ad Euſtathium de cogitationibus.* Incip. Φησὶν ἡ γραφή, Νόμον ἐις βοήθηαν ἔδωκε. p. 148. Eſt caput octogeſimum Pandectis Antiochi Monachi, de quo opere dixi Volum. IX. p. 261.

4) S. *Joannis Damaſceni* Homilia ἐις τὸ ἅγιον Σάββατον, *de Sabbato ſancto* p. 168. ex Bibliotheca Antonii Covarruviæ. Incip. τίς λαλήσει τὰς δυναςείας Κυρίου. Exſtat in præclara editione operum Damaſceni Lequieniana T. 2. p. 815.

5) Ejus-

* Obiit Pantinus Bruxellis A. C. 1611. æt. 56. Eidem præter aliam collectionem homiliarum ejusmodi Patrum quatuor, Methodii, Athanaſii, Amphilochii, & Chryſoſtomi, Antwerp. 1598. 8. Græce & Latine editam, de qua B. D. Ittigius lib. de Bibliothecis Patrum p. 618. ſqq. debemus Latine verſa Vitam Theclæ, quæ ſub Baſilii Seleucienſis nomine ambulat: Themiſtii Orationes quasdam & Michaëlis Apoſtolii proverbia. Vide Bibliothec. Belgicas Valerii Andreæ & Franciſci Sweertii.

5) Ejusdem *Epiſtola ad Zachariam* Doarorum in Cappadocia Epiſcopum de ſacro corpore & ſanguine JESU CHRISTI. Incipit: περὶ τοῦ Κυριακοῦ σώματος οὗ μεταλαμβάνομεν. pag. 347. Confer. lib. IV. de Orthodoxa fide cap. 14.

6) Ejusdem fragmentum copioſius de eadem re, ex Bibl. Laurentiana Regis Hiſpan. Incipit: τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα οὗ μεταλαμβάνομεν. p. 354.

7) Notæ in Orationem priorem Joannis Damaſceni, εἰς τὸ γενέσιον τῆς θεοτόκου *de Nativitate B. Virginis*, quæ incipit: Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, editam pridem Græce & Latine à Joanne Billio. pag. 380. Hanc orationem ex duobus MSS. bene vetuſtis deſcripſiſſe ſe & Latine vertiſſe Pantinus teſtatur, ſed verſionem viſa Billiana ſuppreſſit.

8) S. *Germani* Patriarchæ CPol. ἐγκώμιον εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, *Encomium in S. Deiparam*, quando ad templum triennis eſt à ſuis parentibus deducta. Incipit: ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις. p. 386-427. *Vixit*, inquit Pantinus, *hic auctor tempore Leonis Iſaurici ſeu Cononis Imp. à quo & in exilium actus ob imaginum cultum adſertum, teſte* Georgio Pediaſimo *in Hiſtoria nondum edita, qui etiam ejus citat Orationem*, εἰς τὴν κοίμησιν τῆς θεοτόκου. *Hic eſt niſi fallor Cyrus Germanus, cujus homilia exſtat* εἰς τὴν σφαγὴν τῶν ἁγίων νηπίων, *cujus initium:* τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Hæc ille. Confer que notavi Volum. X. p. 208.

XXIX. *Decem & ſeptem* excellentiſſimorum *Theologorum declamationes*, Latine ex verſione THEODORI PELTANI, S. I. *) Cum præfat. in qua illos de univerſa Eccleſia bene mereri oſtenditur, qui priſcorum Theologorum monimenta antea nondum vulgata, aut vetuſtate

*) Theodorus Antonius qui à patria Pelta ditionis Leodicenſis pago dictus Peltanus eſt, diem obiit Auguſtæ Vindel. A. C. 1584. d. 11. Maj. quo ſenex quietis cauſſa Anno 1574. ex Ingolſtadienſi Academia ſeceſſerat. Eidem debemus editionem vel verſiones Actorum Synodi Epheſinæ, Andreæ Cæſarienſis in Apocalypſin, Victoris Antiocheni in Marcum, Titi Boſtrenſis in Lucam, & Gregorii Thaumaturgi in Eccleſiaſten, & Catenæ Græcorum Patrum in Proverbia. Vide Philippum Alegambe in Bibl. Jeſuitica p. 430. Swertii Athenas p. 687. Valerii Andreæ Bibl. Belg. pag. 825.

te jam olim inobſcurata in lucem proferunt. Ingolſt. 1579. 8. In hoc volumine exſtant:

1 *Baſilii*, Seleuciæ Archiep. de CHRISTI Servatoris incarnatione. Incipit: *copioſam præconiorum materiam reperiet.* p. 1.

2. Ejusdem de Lazari exſuſcitatione. Incip. *Erat autem quidem languens Lazarus* &c. *Multi cum aliquos* &c. p. 17.

3. Secunda de eodem argumento. Incip. *Magnum ſane bonum eſt Philoſophia.* p. 28. b.

4. Tertia de eodem. Incip. *Sæpe numero monui & iterum repeto.* pag. 37. b.

5. *Sophronii* Archiep. Hieroſol. in CHRISTI natalitia quæ in Dominicam diem inciderunt. Ubi etiam de tyrannide Saracenorum Bethlehem oppugnantium. Incip. *Lætam illuſtremque præſentem diem cerno.* p. 49.

6. Ejusd. encomium Archangelorum Angelorumque. Incip. *ô Divini materiæque expertes DEI exercitus.* p. 62. b.

7. *Joannis Chryſoſtomi* de occurſu Domini noſtri, deque Deipara Virgine & Simeone Oratio. Incip. *Quo Judaicæ perfidiæ omnis omnino tergiverſandi anſa adimeretur.* p. 70. b.

8. *Cyrilli* Archiep. Hieroſol. de eodem argumento. Incip. *Lætare ex animo Filia Sion*, p. 77. b.

9. *Amphilochii* Epiſcopi Iconii in Lycaonia, in idem Feſtum. Incip. *Multi præſtantes viri Virginitatem demirantur.* p. 83.

10. *Timothei* presbyteri Hieroſol. de Simeone, ejusque Cantico: Nunc dimittis ſervum tuum Domine. Incip. *Agedum dilecti, poſtremum juſtum conſideremus.* p. 92.

11. *Neſtorii* Archiep. CPol. de inclyto Martyre Theodoro, deque Quadrageſimæ jejunio, & de eleemoſynarum virtute & ratione. Incip. *Jure meritoque hodierno die.* p. 99.

12. *Epiphanii* Archiep. Cypri de CHRISTI ſepultura, Joſepho Arimathenſi, & de Domini noſtri ad inferos deſcenſu. Incip. *Quid hoc rei eſt? Plurimum hoc die ſilentium.* p. 112.

13. *Jo. Chryſoſtomi* in ſacrum Paſcha. Incip. *Commode convenienterque hoc die.* p. 130. b.

14. Ejusdem, eodem feſto, ad Catechumenos. Incip. *Si quis religioſus, ſi quis pius.* p. 140. b.

15. *Gregorii*

15 *Gregorii* Nyſſeni in idem Feſtum. Incip. *Vera illa Sabbati quies*. p. 141. b.
16. *Epiphanii*, Epiſcopi Cypri de CHRISTI, Domini noſtri in Cœlos adſcenſu. Incip. *Corporis ornamentum eſt caput corpori impoſitum*. p. 144.
17. *Ephræmi*, Syri de ſecundo CHRISTI Domini adventu, & ſæculi conſummatione, deque Divinarum Scripturarum meditatione & ſilentii utilitate. Incip. *Præclara juſtorum eſt vita*. pag. 150--163.

XXX. Τῶν ἁγίων Πατέρων, ΜΑΡΚΟΥ ἐρημίτου καὶ ἀσκητοῦ ΝΙΚΟΛΑΟΥ, καὶ ΗΣΥΧΙΟΥ πρεσβυτέρου, τὰ εὑρισκόμενα συγγράμματα. Græce ex Bibl. Regia Pariſ. typis Regiis apud Guil. Morellum 1563. 8. In hoc volumine continentur præter *Marci* *) Eremitæ opuſcula & Epiſtolam *Nicolai* Monachi ad Marcum, de quibus dixi Volum. VIII. pag. 350. *Heſychii* Presbyteri ad Theodulum λόγος ψυχωφελὴς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς κεφαλαιώδης, ſive centuriæ duæ ſententiarum aſceticarum, τὰ λεγόμενα ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικά. Has ſententias libro de Vitis Patrum ſubjunctas olim legit Photius Cod. CXCVIII. ut dixi Volum. IX. p. 24. De aliis hujus Heſychii ſcriptis Volum. VI. p. 244. Eadem Marci, Nicolai, & Heſychii opuſcula Latine ex verſione Joannis Pici, claſſium inquiſitoriarum in Senatu Pariſienſi Præſidis, excuſa ſunt ſeparatim eodem An. 1563. Pariſ. apud Audoenum Parvum 1563. 8. Exſtant deinde Græce & Latine recuſa tomo priore auctarii Ducæani, & in Bibl. Patrum Morelliana An. 1644. Tomo undecimo. Latine ex Pici verſione, in Bibl. Patrum edit. Lugd. Tomo V. & XII.

XXXI. *Theſaurus Aſceticus*, **) ſive ſyntagma opuſculorum XVIII. à Græcis olim Patribus de re aſcetica ſcriptorum, edita, quorum decimum tertium ex Codice Vaticano, duodevigeſimum ex Crypta ferratenſi, cætera ex MS. Codice Franciſci Turriani, quem cum Jeſuitico Ordini ſe adjungeret, domui profeſſæ Romanæ Ao. 1566. dono dedit, vulgata primum ſunt cum Latina verſione PETRI POSSINI S. J. ***) Pariſ. 1684. 4. In hoc ſyntagmate continentur:

*) Inter hæc opuſcula non exſtat *Marci* Anachoretæ *Epiſtola ad Lycium* ex qua aliquid affert Franciſcus Turrianus lib. 3. Apologiæ pro Epiſtolis Pontificum cap. 16. p 382.

**) Confer Acta Erud. A. 1685. p. 489. & B. D. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 360. ſeq.

***) Poſſinus catarrho extinctus Toloſæ A. 1686. 2. Febr. æt. 77. de quo præter Nathanaëlem Sotwellum in Bibl. Jeſuitica, conſules Dan. Papebrochii paralipomena ad Conatum

I. S. *Johannis Chryſoſtomi* epiſtola ad Monachos. Incipit. φησὶν ὁ Θεῖος Ἀπόστολος, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν. T. VII. Savil. pag. 225. ſed Poſſinus dedit clauſulâ integriorem & emendatiorem aliquot locis.

II. S. *Macarii Magni* de cuſtodia cordis liber. περὶ φυλακῆς καρδίας p. 19. Incip. πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχών.

III. Ejusdem de perfectione in ſpiritu liber. περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι. p. 47. Incip. χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ.

IV. Ejusdem de oratione liber. περὶ προσευχῆς p. 63. Incip. Κεφάλαιον πάσης ἀγαθῆς σπουδῆς.

V. Ejusdem de patientia & diſcretione liber. περὶ ὑπομονῆς καὶ διακρίσεως. p. 81. Incip. τοῖς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ βουλομένοις.

VI. Ejusdem de elevatione mentis liber. περὶ ὑψώσεως τοῦ νοός. p. 115. Incip. Μωσῆς ὁ μακάριος ὑπέδειξε.

VII. Ejusdem de caritate liber. περὶ ἀγάπης. p. 141. Incip. ὥσπερ ἐν τοῖς φαινομένοις τούτοις.

VIII. Ejusdem de libertate mentis liber. περὶ ἐλευθερίας νοός. pag. 183. Incip. ὅταν ἀκούσῃς.

IX. Apophthegmata Patrum. p. 228. Agathonis, Antonii, Arſenii, Joannis Colobi, Macarii Magni, Pauli τοῦ ἐν τῷ Λατρῷ in Latro habitantis (adde p. 411.) Abbatis Pœmenis, Sylvani.

X. S. *Amphilochii* de non deſperando liber. περὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν. pag. 255. Incip. ἀδελφός τις ἠπιθής.

XI. B. Abbatis *Zoſimæ* alloquia ſive διαλογισμοί. p. 279. Incip. ἀρχόμενος ὁ μακάριος Ζωσιμᾶς.

XII. *Iſaac*

tumChronologicum inCatalogos Pontificum, in propylæo adActa Sanctorum Maji p. 26. Scriptores Græci in quibus illuſtrandis cum ſingulari eruditionis atque elegantis ingenii laude verſatus Poſſinus eſt, præter eos qui ad Hiſtoriam Byzantinam faciunt, Pachymerem, Theophylacti inſtitutionem Regiam, notas ad Comnenæ Alexiadem & Niceph. Bryennium, ſunt Catenæ Patrum Græcorum in Matthæum & Marcum, S. Nili Epiſtolæ & narratio de cæde Monachorum in monte Sina, S. Methodii convivium virginum, Collationes Iſidorianæ quibus Epiſtolæ Iſidori Peluſiotæ ex Codicibus Romanis emendantur, & Polemonis Sophiſtæ Orationes duæ atque inedita antea Nicetæ laudatio SS. Archangelorum Michaëlis & Gabrielis Græce & Latine vulgatæ.

XII. *Iſaac* Syri de cogitationibus libellus. περὶ λογισμῶν. p. 308. Incip. κίνησις τῶν λογισμῶν ὑπὸ τεσσάρων αἰτιῶν.

XIII. S. *Theodori Studitæ* Capitula quatuor. p. 311. Incip. οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ ἀσκητικὴ ζωή.

XIV. Abbatis *Iſaiæ* Capitula XIX. p. 315. Incip. τρεῖς ἀρεταί εἰσιν.

XV. S. *Philothei* de mandatis Domini noſtri JEſu CHriſti ſermo. περὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. pag. 326. Incip. ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστός.

XVI. S. *Theodori* Archiepiſc. Edeſſæ capitula practica CII. κεφάλαια πρακτικὰ ρβ. p. 345. Incip. ἐπειδήπερ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ Σατανᾷ.

XVII. *Nicephori* Monachi de cuſtodia cordis liber. περὶ φυλακῆς καρδίας. p. 404. Incip. ὅσοι τῆς μεγαλοπρεποῦς. Laudat dicta factaque Agathonis, Antonii, Arſenii Carpathii, τοῦ τῆς Κλίμακος. p. 415. Diadochi, Iſaiæ, Macarii magni, Iſaaci Syri, Marci Monachi, Pauli in montibus, Sabbæ, Simeonis junioris Theologi, & Theodoſii.

XVIII. Vita S. Bartholomæi junioris, Abbatis Cryptoferratenſis. p. 429--455. Incip. οὐδὲν οὕτω διέγειρεν.

XXXII. *Indiculus Aſceticorum* quæ inter Patrum Opera reperiuntur digeſtus ab Aſceta Benedictino. Pariſ. 1648. 4. & 1671. 4. quæ priore longe eſt locupletior editio. Aſcetam iſtum conſtat fuiſſe JOANNEM LUCAM D'ACHERY ſive DACHERIUM, ut notarunt Paulus Colomeſius p. 479. Opp. Bernardus Pez in Bibliotheca Benedictino Mauriana p. 42. ac noviſſimus auctor Bibliothecæ Hiſtorico Criticæ *) ſcriptorum Congregationis S. Mauri, quæ Gallica lingua prodiit Hagæ Comitis ſuperiore anno 1725. 12. p. 2. Obiit Dacherius Pariſiis A. 1685. æt. 78. editione Lanfranci, Gviberti & aliorum: *ſpicilegii* præſertim *Patrum* de ſtudiis Eccleſiaſticis immortaliter promeritus. Hoc ſpicilegium tredecim in quarto Voluminibus vulgatum Pariſ. ab A. 1655. ad 1677. cum eſſet

 rariſſi-

*) Dom Filippe le Cerf de la Vieville, Religieux Benedictin de la meme Congregation.

rariſſime obvium, recudi nuper contigit Pariſ. 1723. tribus in fol. Tomis alioque ordine, quem nempe ætas & materia ſcriptorum ſuggerere videtur. Multis cæteroqui nominibus caſtigatior eſt hæc editio altera & melior, licet omiſſa quædam & mutata merito doleas. Neſcio tamen an huic querelæ ad plenum ſatisfecerint, qui folia quædam in ſupplementum deinceps ſeparatim emiſerunt. Quæ in ſingulis ſpicilegii Tomis prioris editionis continentur, recenſet laudatus D. Ittigius libro de Bibliothecis Patrum p. 166. ſeq. De nupera noviſſima vide ſi placet Ephemerides eruditorum Pariſ. A. 1724. T. II. p. 99. Novæ editioni præmittitur veteris editionis elenchus, adpoſitis ad ſingulorum quæ illa complectitur ſcriptorum titulos, Tomis novæ paginisque.

XXXIII. *Bibliotheca Patrum Aſcetica*, quinque voluminibus in 4. edita Pariſ. 1661. debetur Dacherii amico, & ex Monacho Ordinis Fontevraldi, Benedictino ejusdem congregationis S. Mauri, CLAUDIO de CHANTELOU, *) qui S. Bernardi quoq; ſermones de tempore & de ſanctis, præmiſſa ejus Vita ab Alano Antiſſidorienſi Epiſcopo ſcripta, vulgavit A. 1662. 4. omnium ejusdem operum editionem daturus, quod ipſo morte prævento poſtea tam egregie præſtitum eſt ab altero Canteloii amico & ejusdem ordinis præclariſſimo Viro Joanne Mabillonio. Illos Bernardi ſermones pro ſexto Bibliothecæ Aſceticæ volumine laudatus Ittigius computat, qui comprehenſa in ſingulis Tomis ſcripta recenſet p. 362. ſeq. Edidit quoque Canteloius An. 1664. S. Baſilii magni librum regularum fuſius diſputatarum, ad idem argumentum Aſcetices ſacræ pertinentem. Obiit in Abbatia S. Germani de Pratis, Anno eodem 1664. d. 28. Novembris.

XXXIV. FRANCISCI ROUS, **) Etonenſis Collegii Præpoſiti, *mella Patrum*, ſive excerpta ad Pietatem Chriſtianam facientia ex ſcriptis genuinis Patrum Eccleſiæ, per tria primora ſæcula usque ad pacem ſub Conſtantino M. Divinitus datam, Lond. 1650. 8. Latine.

Ex

*) Errore typorum excuſum *Chautelou* apud Ittig. p. 369.

**) Idem hic eſt qui An. 1637. juvenis cum eſſet Oxoniæ ſocius Collegii Mertonenſis edidit Anglice Archæologiæ Atticæ libros ſeptem, quorum editionem quartam cum Zachariæ Bogani auctario habeo vulgatam Oxon. 1634. 4. Ejusdem Franciſci Rous ſcrita & Meditationes ſacri argumenti, plena utiliſſimis monitis Anglice prodierunt junctim Lond. 1657. fol.

Ex *Clementis* Romani ad Corinthios Epiſtola p. 1.
Ex Epiſtola Polycarpi Martyris ad Philippenſes. p. 12.
Epiſtolis S. *Ignatii* ad Epheſios p. 13. ad Magneſianos p. 14. ad Trallianos p. 16. ad Romanos p. 17. ad Philadelphenos p. 19. ad Smyrnaeos. pag. 20
Ex St. *Juſtini* Martyris cohortatoria Oratione p. 21. Oratione ad Græcos p. 27. Apologia ad Senatum p. 28. Apologia ad Antoninum Pium. p. 32. Dialogo cum Tryphone p. 38. Epiſtola ad Zenam & Serenum. p. 53. & ad Diognetum pag. 56. Libro de Monachia DEI p. 61. Expoſitione Fidei de recta Confeſſione p. 61. Quæſtionibus & Reſponſionibus ad Orthodoxos p. 64. & ad Græcos p. p. 65. Ex Quæſtionibus Græcanicis de Reſurrectione. p. 66.
Ex *Tatiani* Aſſyrii Oratione ad Græcos p. 66.
Irenæi libris quinque adverſus hæreſes. p. 75. 84. 96. 106. 114. Judicium de Pace inter Fideles, ex Euſebii Hiſt. Eccleſ. V. 24. p. 122.
Ex *Theophili* Antiocheni libris III. ad Avtolycum contra Chriſtianæ Relig. calumniatores p. 124. 127. 132.
Ex *Athenagoræ* apologia ſive legatione pro Chriſtianis p. 134. & libro de Reſurrectione mortuorum. p. 142.
Ex *Clementis* Alexandrini admonitione ad Gentes p. 149. Pædagogi libris tribus p. 161. 173. 195. & ſtromatum libris ſeptem. pag-208. 218. 227. 234. 246. 259. 273. Ex octavo quia Logicus magis eſt quam Theologicus , nihil addidit.
Ex *Tertulliani* libro de pallio p. 293. de patientia p. 295. de carne CHriſti p. 301. de Reſurrectione carnis p. 307. de præſcriptionibus adverſus hæreticos p. 319. libro adverſus Judæos p. 328. adverſus Marcionem libris V. pag. 330. 334. 339. 342. 350. adverſus Hermogenem p. 352. adverſus Praxeam p. 355. de corona militis p. 361. ad Martyres p. 363. de virginibus velandis p. 365. de habitu muliebri p. 368. adverſus Valentinianos p. 369. de pœnitentia p. 372. de cultu fœminarum p. 378. libris II. ad Uxorem. p. 382 383. ad Scapulam Chartaginis præfectum extrema Chriſtianis minitantem p. 386. de teſtimonio animæ. pag. 388. de anima p. 390. de ſpectaculis p. 402. de baptiſmo adverſus Quintillam pag. 409. adverſus Gnoſticos ſcorpiace de bono Martyrii p. 413. de Idololatria p. 419. de Oratione p. 425. apologetico adverſus Græcos p. 428.

428. de fuga in perſecutione ad Fabium p. 447. de exhortatione caſtitatis p. 449. de pudicitia p. 450. de jejunio p. 452.

Ex *Novatiani* libro de Trinitate, quem ſine cauſa Tertulliano maluit tribuere vir præclarus Abraham Sculterus. p. 456.

Ex Epiſtola de cibis Judaicis p. 464.

Ex *Hermiæ* irriſione Gentilium Philoſophorum, quem Rouſius refert ad ſæculum à Chriſto nato ſecundum p, 468.

Ex *Origenis* Homiliis XVII. in Geneſin. p. 470. Homiliis XIII. in Exodum p. 495. Homiliis XVI. in Leviticum p. 510. Homiliis XXVII. in Numeros p. 536. Ex Homiliis XXVI. in Joſuam p. 573. Homiliis IX. in librum Judicum p. 588. Homilia unica in lib. Regnorum p. 596. Ex Pſeudepigraphis libris tribus in Jobum pag. 598. 605. 608. Homiliis V. in Pſalmum XXXVI. pag. 611. duabus in Pſalm. XXXVII. p. 619. totidem in Pſalm. XXXIIX. p. 624. Ex incerti homiliis duabus in Canticum Canticorum. p. 627. Ex Origenis Homiliis IX. in viſiones Eſaiæ p. 630. Homiliis XIV. in Jeremiam p. 637. Homiliis XIII. in Ezechielem. p. 651. XXXV. in Matthæum p. 669. Homiliis XXXIIX. in Lucam p. 702. Ex homiliis novem in diverſos Evangelii locos p. 712. Ex libris decem in Epiſtolam ad Romanos. p. 715. Ex libris VIII. contra Celſum pag. 759.

Ex *Minutii Felicis* Octavio. pag. 830.

Ex S. *Cypriani* Epiſtolis LXXXIII. pag. 843. libro de habitu & diſciplina Virginum p. 901. de lapſis p. 905. de unitate Eccleſiæ Catholicæ p. 911. de Oratione Dominica p. 914. ad Demetrianum pag. 920. de Idolorum vanitate p. 923. de Mortalitate p. 924. de opere & eleemoſynis p. 928. de bono patientiæ p. 931. de Zelo & livore p. 935. de exhortatione Martyrii ad Fortunatum p. 937. de ſpectaculis p. 940. de bono pudicitiæ p. 942.

Ex *Arnobii* diſputationum adverſus Gentes libris VII. p. 945--983.

Ut de inſtituto operis utilis & lectu digni melius conſtet, pauca hæc ex præfatione editoris adſcribenda duxi:

LECTORI *Sano.*

Lectori, quem ſanctum cupio, Rationalem, quippe ſanum, appello, rationes operis hujus lubens ac feſtinus offero. Prima ſit, Illorum ſubſidium, qui Patres totos vel comparare, vel legere commode nequeant. Secunda, ut meæ, & aliorum memoriæ, ſit adjumento, dum relegendo iſta pauciora, ea-

ra, eadem aut plura prius lecta, ſed in oblivionem abeuntia, ad memoriam revocantur. Tertia, ut Teſtes non ſolum Veritatis, ſed & Sanctitatis, confeſſione, Martyrio, atque adeo ipſa Antiquitatis canitie venerandi, coram oculis hominum palam proſtent & luceant: Teſtimoniorum ſuorum lumine manifeſto commonſtrantes, quæ ſit extra Controverſiam (licet in hoc ipſiſſimo Controverſiarum ſeculo) magna illa pietatis ſumma, Via nempe Regia, ad ſupremi Regis palatium. Unica enim ſemper viguit, ſanctis hiſce docentibus & atteſtantibus, Fides in Chriſtum (Deum ſcilicet in carne manifeſtatum) & ex Chriſto fide apprehenſo, peccatorum Remiſſio, & interna Renovatio, atque ex hac Renovatione bonorum operum fructus uberrimi; ſuavis fragrantiæ, & hoſtiæ Deo acceptæ, & bene-placentes. Contra quam pietatem, ſanctitatem, & ſanctitatis officia, licet caro obmurmuret, cum ab hodiernis Doctoribus preſſius inculcentur, & iis qui veterem hominem nondum exuerunt, nova imo forte nimia videantur & audiant, nubes hæc Teſtium, eadem Eccleſiæ antiquiſſimis & ſanctiſſimis ſeculis obtinuiſſe, & à Cathedris ad populum emanaſſe, ſuffragiis irrefragabilibus evincet. Ita ut nunc ſanctitas potius antiquata, quam non antiqua cenſeri debeat. Idem namque Chriſtus, atque eadem Chriſtianitas, hodie, heri, & in ſecula. Quarta, quæ præcedentium Rationum, Ratio, & Anima eſt, ut ſententiæ hæ, tanquam Spiritus Sancti ſcintillæ, in unum collectæ (nedum lucem præſtent, ſed &) ignem cæleſtem in animis legentium intus accendant, qui foras in bona opera erumpens, coram hominibus fulgeat ad Patris cæleſtis Gloriam. Charitatem primam laudat Scriptura, & charitatem ultimam (ſive occidentis ſeculi) tanquam frigeſcentem Scriptura prædamnat. Quam congruit Medicinæ, quæ contrariis per contaria medetur, ut Charitas primitiva quæ fervebat, applicetur charitati poſtremæ quæ frigebit, ut frigida iſta ab illa fervida, tanquam puer mortuus à propheta vivo, calorem hauriat, vigorem, & vitam.

Exſtat etiam ſimilis quædam ἐκλογὴ, quæ *Favus Patrum* inſcribitur, neſcio quo auctore ſive editore, nam illa jam mihi non ad manus eſt.

XXXV. HENRICUS CANISIUS, Noviomagenſis, Petri Caniſii S. I. non frater, ut legas in Scaligeranis, ſed fratris filius, JCtus & Canonum in Academia Ingolſtadienſi Profeſſor, præter alia a) vulgavit bonâ ut creditur fide b) inſignem illam veterum ſcriptorum antea ineditorum

torum collectionem, ſub titulo *Antiquarum Lectionum*, Ingolſtad. 1601. 1602. 1603. 1604. ſex voluminibus in 4. defunctus poſt An. 1609. Scripta in hac συναγωγῇ obvia ſecundum ordinem editionis Ingolſtadienſis recenſent Antonius Poſſevinus in Apparatu Theologico, Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & in Lexico Lud. Morerius, & diligentius etiam Philippus Labbeus in Bibl. nova MSS. p. 152. ſqq. & Doctor quondam meus Thomas Ittigius, ὁ μακαρίτης libro de Bibliothecis Patrum p. 577. ſqq. Cum autem tanta eſſet hujus operis raritas, ut ſexaginta amplius veniret Joachimicis, ſi usquam alicubi reperiretur, laudatum fuit ſtudium V. C. JACOBI BASNAGII, qui illas Antiquas Lectiones, ſed ordine digeſtas temporis quo ſcriptores vixere, & prolegomenis diſſertationibus ac notis paſſim illuſtratas, emendatiores quoque hinc inde variisque egregiis priſcis monumentis auctas recudi curavit, luculentis ac nitidis typis Weſtenianis Amſt. 1725. fol. quatuor Voluminibus, auctore interim dum opus excuditur defuncto c) Hagæ Comitis, ubi munus Paſtoris Eccleſiæ Gallicanæ gerebat 21 Dec. A. 1723. Addidit etiam quæ ſingulari tomo velut auctarium Caniſiano operi ſubjunxerat PETRUS STEVARTIUS Leodius d) Theologiæ in eadem Academia Ingolſtadienſi profeſſor, Ingolſtad. 1616. 4. & quorum elenchum dederunt laudati viri, Ittigius p. 605. & Labbeus p. 164. Quamquam autem multi fortaſſe peroptent mecum ut viri eruditi qui collectiones veterum ſcriptorum, ut Dacherii, Mabillonii & aliorum recudi curarunt egregio & laudatiſſimo ſtudio, iidem ſervaſſent paginas priorum editionum, quæ paſſim in Hiſtoricorum & Criticorum ſcriptis allegantur, ut loca conſulentibus lectores longa inquirendi moleſtia ſublevarentur: cum ordo ſcriptorum chronologicus poſſit rectius & commodius notari indice aliquo, & notæ ac prolegomena aliaque monumenta vel ſeparatim adjici, vel ſine recepta-

a) Alia ab H. Caniſio edita referunt Franciſcus Swertius in Athenis Belgicis pag. 324. & Valerius Andreas in Bibl. Belgica p. 344.

b) Scaligerana: *H. Caniſius en ſes VI. volumes a des bonnes choſes & auſſi de grandes badineries, multa futilia. Il a tout eu de ſaint Gal, je ne crois pas qu'il ait rien de falſifié.*

c) Jac. Baſnagii elogium & ſcriptorum ab eo editorum Catalogus, tomo primo Lectionum Caniſianarum editionis Amſt. præmittitur. Catalogum ſcriptorum dabit etiam Diarium Hagenſe, Europe ſavante An. 1719. menſe Auguſto p. 206. ſq.

d) Alias Stevartii lucubrationes referunt Valerius Andreas, & Sweertius qui teſtatur A. C. 1621. diem obiiſſe ſupremum.

ceptarum paginarum interceptione interſeri. Attamen quoniam aliud placuiſſe videmus nuperis editoribus, ſupereſt ut quod ad Caniſium attinet indice duplici ſtudioſis ſuccurram, exhibeamque recenſionem editionis Baſnagianæ, e) collatæ cum Ingolſtadienſi, adſcriptis utriusque paginis, & deinde indicem alphabeticum omnium in utraque comprehenſorum monumentorum ſubjungam. Literæ *Stev.* collectionem Stevartianam denotant.

Theſaurus monimentor. Eccleſiaſt. Amſterd. 1725. fol.

		Edit. Nov. T. I. pag.		Vet. pag.
1	Tom. I. Sec. III. A. C. 230. Excerpta ex libro *S. Hippolyti* Epiſcopi Portuenſis de Theologia & incarnatione, contra Beronem & Helicem: quæ Latine ex *Franciſci Turriani* verſione Caniſius exhibet, ſed Græce & Lat. ex Sirmondi ac Combefiſii dat Baſnagius. Confer Hippolytum meum T. 1. p. 225.	13	T. V.	153
2	A. C. 250. *S. Gregorii Thaumaturgi* expoſitio fides & anathematiſmi XII. Græce & Lat. cum fragmento ex narratione *Germani* CPol. ad Anthimum de Synodis & hæreſibus.	26	T. III.	1
3	Sec. IV. A. C. 340. *Serapionis*, Epiſcopi Thmueos, liber contra Manichæos. *Turriani* verſionem Caniſius dederat, Baſnagius Græca etiam addidit ex Codice Holſteniano Hamb. cujus apographum ad eum transmiſit ſumme Venerandus noſter Jo. Frid. Wincklerus, Paſtor meritiſſ. Eccleſiæ Nicolaitanæ.	43	T. V.	1
4	A. C. 360. *Titi Boſtrenſis* contra Manichæos libri III. (quartus deſideratur.) Etiam hoc ex			

e) de hac poſſunt quoque conſuli Acta Erud. Latina An. 1725. p. 529. An. 1726. p. 1. &c. Germanica part. 105. 107. 112. &c. Jo. Clericus Bibl. veteris & novæ Tom. XXIII ſeq. Unſchuldige Nachrichten von Alten und Neuen in Theologiſchen Sachen An. 1725. p. 795. ſqq.

		Edit. Nov. T. I. pag.	Vet.	pag.
	ex *Turriani* verſione tantum Caniſius dederat, Græca ejusdem laudati Winckleri beneficio Baſnagius addidit.	59	T. V.	36
5	*S. Oreſii* Abbatis de ſex cogitationibus libellus Latine.	168	T. V. 2.	951
6	A. C. 370. *S. Baſilii* rationes ſyllogiſticæ contra Arianos, quod Filius in Divinis ſit Deus. *Turriano interprete.* Latine. Incip. *Si Filius eſt natura DEus, & Pater eſt natura DEus.*	169	T. V.	166
	Ejusdem fragmentum contra Eunomium. Incip. *Si ingenitum eſt ſubſtantia.*	171	T. V.	171
7	*Eunomii* hæretici Confeſſio fidei Græce cum verſione *Henr. Valeſii.*	178	*deeſt.*	
	Ejusdem Apologiæ Prologus & Epilogus cum verſione *Henr. Warthoni.*	181	*deeſt.*	
	Scholia Eunomii & diſputatio Orthodoxi contra eum, Latine ex *Turriani* verſione.	185	T. V.	172
8	SS. *Baſilii* Magni & *Gregorii Naz.* expoſitio de ſancta & orthodoxa fide. Incip. *Credo in Patrem, Filium & Spiritum S. Trinitatem* ὁμοούσιον.	188	T. V.	177
9	*S. Gregorii Nyſſeni* Epiſtola ad Theophilum Alex. Epiſcopum, contra Apollinarium. Verſioni *Turriani* quam ſolam Caniſius dederat, Baſnagius Græca addidit ex edit. Frontonis Ducæi T. II. p. 677. Incip. οὐ μόνης δὲ τῆς κοσμικῆς.	191	T. V.	161
10	A. C. 380. *Didymi* Alex. liber contra Manichæos. Verſioni *Turriani* quam itidem ſolam Caniſius exhibuerat, Baſnagius adjunxit Græca ex Combefiſii auctario noviſſimo Bibl. Patrum.	204	T. V.	17
11	A. C. 390. *S. Joannis Chryſoſtomi* pars Commentarii brevis in Joannem, Latine *Gerardo*			

Voſſio

		Edit. Nov. T. I. pag.		Vet. pag.
	Voſſio Tungrenſi interprete. Incipit: *quid cauſæ eſt cum reliqui Evangeliſtæ.*	218	Stevart.	518
12	Ejusdem Epiſtola ad Cæſarium cum fragmentis Græcis notisque tum aliorum eruditorum tum Viri Illuſtriſſ. Scipionis Marchionis Maffei.	233	*deeſt.*	
13	Sec. V. A. C. 440. *Baſilii* Seleucienſis demonſtratio adverſus Judæos de adventu CHriſti. Latine ex *Turriani* verſione Stevartius protulerat. Græca Baſnagius addidit ex edit. Claudii Dausqueji.	240	Stev.	405
14	A. C. 444. *Tironis Proſperi* Aquitanici Chronicon ab Adamo ad mortem Valentis, ex edit. Labbei in Bibl. nova MSS.	264	*deeſt.*	
	Chronicon ejusdem à morte Valentis ad A. C. 444. ex editione Caniſiana, Auguſtana, Pithœana: addito quod apud Caniſium deſideratur fragmento Labbeano.	295	T. I.	134
15.16	Chronica Victoris Tununenſis *) ab A. C. 445. ad 527. & Joannis Abbatis Biclarienſis usque ad octavum annum Mauriicii Imper.	321	*deeſt.*	
	Valentiniani III. Imp. conſtitutio pro primatu Sedis Romanæ, in gratiam Leonis Magni, ex Baronio ad A. C. 445.	337 342	*deeſt.*	
17	A. C. 460. S. *Fauſti* admonitio: nec non Fauſti Rhegienſis Epiſc. Epiſtolæ ad Ruricium, Lucidum & alios: *Lucidi* ad Euphronium, Leontium aliosque Galliæ Epiſcopos, qua Prædeſtinationorum damnat errores, Epiſtola ſeu libellus. Item *Cæſarii*, *Eufraſii*, *Græ-*	350	T.V. 2.	423 428

Ddd dd 2 *ci,*

*) *Victoris Tununenſis* & *Joannis Biclarienſis* Chronica quidem in Caniſii Antiquis Lectionibus non exſtant, ſed edidit idem Caniſius Ingolſtad. 1600. 4. Volumen ſingulare, in quo præter hæc duo Chronica occurrit legatio *Liutprandi* Epiſcopi Cremonenſis ad Nicephorum Phocam Imperatorem Græcorum, nomine Othonis Magni Imp. Auguſti, nec non *Synodus* Bavarica ſub Taſſilone, Bavariæ duce, tempore Caroli Magni.

		Edit. Nov. T. I. pag.		Vet. pag.
	ci, *Sedati*, *Taurentii* & *Victorini* Epiſtolæ ad Ruricium Lemovicenſem Epiſcopum.			
18	Ejusdem *Ruricii* Epiſtolarum libri duo. Has Epiſtolas infinitis mendis liberatas Labbeus inſerere promiſit tertiæ parti ſuarum Antiquarum Lectionum, ſed quæ lucem non viderunt.	373	T.V. 2	440
19	Sec. VI. A. C. 511. Epiſtola *Eugippii* Abbatis in vitam S. Severini, ad Paſchaſium Diaconum. Exſtat & apud Bollandum Act. Sanctor. 8. Januar. T. I. pag. 484.	411	T.VI.	455
20	A. 530. *Cogitoſus* de S. *Brigida* Scota quæ A. C. 521. obiit.	416	T.V. 2	625
21	A. 540. *Zachariæ* Mytilenenſis brevis diſputatio adverſus Manichæos, Latine ex Turriani verſione.	428	T. V.	143
22	A. 570. *Anaſtaſii* Antiocheni Orationes quinque Latine, 1) de SS. Trinitate, 2) de incircumſcripto, 3) de Incarnatione, 4) de paſſione. 5) de Reſurrectione: *Turriano* interprete.	436	Stev.	463
23	*Anaſtaſii* Sinaitæ Oratio de ſacra Synaxi, Græce & Lat. Hanc ex Bavarico Codice Caniſius dederat, ſed Baſnagius illam repræſentat ex edit. Combefiſiana recenſita ad Codices Regiæ Bibl.	465	T. III.	67
24	Ejusdem Oratio in ſextum Pſalmum, Græce & Latine.	480	T. III.	87
	Eadem ex alio Codice, Græce & Latine ex edit. Combefiſiana Tom. I. Auctarii novi p. 943.	502	*deeſt.*	
25	A. 580. *Evanti* Abbatis contra eos qui ſanguinem animalium immundum, & carnem mundam judicant.	522	T.V. 2	553
26 ad 29	Sec. VII. A. C. 605. *Leontii* Byzantini Monachi libri III. contra *Eutychianos*			

& *Ne-*

Edit. Nov. T. I. pag. — Vet. pag.

& *Neſtorianos*, ſive contra Enantiodocetas, Aphthartodocetas & contra illos qui ſimulabant ſe Chalcedonenſem Synodum recipere, cum eſſent Neſtoriani: & de Neſtorianis triumphus. Liber in fraudes *Apollinariſtarum* ſeu in eos qui proferunt quædam falſo in ſcripta nomine vetuſtorum Patrum. Solutiones argumentorum *Severi* hæretici. Dubitationes hypotheticæ & definientes XXX. contra eos qui negant eſſe in CHriſto poſt unionem duas veras naturas. Auctoritates SS. Patrum contra eos qui dividunt in duas naturas unum Dominum JEſum Chriſtum poſt unionem, collectæ à *Timotheo* hæretico, ſive alio. Omnia Latine, *Turriano* interprete. — 527 T. IV. — 1

30 A. C. 640. Epiſtolæ XVI. Domni *Deſiderii*, Epiſcopi Cadurceni, ex Bibl. Monaſterii St. Galli. — 636 T. V. 2 — 526

31 Ad Deſiderium Cadurcenſem Epiſtolæ XXI Abbonis, Aujulphi, Bertegyſeli, Chanulfi, Conſtantii, Dadonis, Elegii, Felicis, Galli, Palladii, Pauli, Rauracii, Sigeberti Regis, Sulpitii & Veri, necnon Sulpitii ad Verum Rutenæ Epiſcopum. Has poſtea ediderunt Marquardus. Freherus & Andreas Ducheſne.

32 An. 660. Vita *St. Magni* auctore *Theodoro* ejus diſcipulo, Monacho St. Galli & Abbate primo Campedonenſi. — 655 T. V. 2 — 913

33 An. 670. *St. Adamanni* *) Scoti libri III. de *S. Columbano*, Scoto. — 680 T. V. 2 — 562

34 An. 690. *S. Althelmi*, Shireburnenſis apud Occidentales Saxones in Britannia Epiſco-

 pi

*) al. Adamannus vel Adamandus. Apud Labbeum vitioſe Adamantius.

No.		Edit. Nov. T. I. pag.	Vet.	pag.
	pi libri duo carmine heroico ſcripti de laude Virginum & de octo vitiis principalibus.	713	T.V.2.	798
35	*Claudii Capperonnierii* Profeſſoris Regii Pariſ. animadverſiones in Anaſtaſii verſionem Latinam fragmentorum S. Hippolyti Portuenſis contra Beronem & Helicem, & in Jac. Fabricii Holſati verſionem Latinam apologetici Eunomiani.	764	*deeſt.*	
36	A. C. 615. Carmen Monoſtichôn *B. Columbani* Hiberni Abbatis, ex MS. Friſingenſi, cum Epiſtola ad Hunaldum diſcipulum, carmine hexametro, qua deteſtatur avaritiam.	775	T.I. append.	pag. 3.
37	Sermo *S. Galli* Confeſſoris, dictus in Conſecratione Joannis, Epiſcopi Conſtantienſis.	784	T.V.2.	896
38	Fragmentum *Leontii* Cyprii contra Hebræos, Latine.	795	T.V.	200
	TOMO II.	T. II. pag.		pag.
39	Sec.VIII. A. C. 701. Acta ſancti *Cuthberti* Lindisfarnenſis Epiſcopi, carmine heroico à venerabili *Beda* conſcripta, verſibus hexametris.	4	T.V. 2	692
40	A. C. 730. *S. Johannis* Damaſceni Liber contra *Acephalos*, & *Jacobitas Monophyſitas*; Caniſius ex Turriani verſione Latine tantum ediderat. Baſnagius Græce & Latine & integriorem exhibet ex editione V. C. Michaëlis le Quien.	29	T. IV.	173
41	Ejusdem Diſſertatio adverſus *Neſtorianos*; itidem Latine tantum a Caniſio edita Turriano interprete, & à Baſnagio Græce & Latine ex laudati Lequienii Damaſceno repoſita.	66	T. IV.	212

42. *S. Za-*

		Edit. Nov.		Vet.
42	A.C.745. *S.Zachariæ* Pontificis ſex cum dimidio capita ex libro III. Dialogorum *St. Gregorii M.* Græce & Lat.	T. II. pag. 89	T. III.	pag. 24
43	A. C. 765. Vita ſive potius Hodoeporicon *S. Willibaldi*, Epiſcopi Aichſtadiani, ſcriptum à Sanctimoniali *Heidenheimenſi.*	105 117	T.IV.2.	481 695
44	Vita ſancti Confeſſoris & Abbatis *Wunibaldi* Fratris St. Willibaldi, ſcripta ab eadem Sanctimoniali Heidenheimenſi.	125	T.IV. 2.	516
45	A. C. 770. Vita *S. Lamberti* Martyris, Epiſcopi Trajectenſis, auctore *Godeſchalco.* Item Revelatio St. Lamberti, eodem Auctore.	138	T. II.	172
46	A. C. 780. Collectio Hiſtorica Chronographica ex Anonymo qui ſub Alexandro Severo vixit; collectore Gallo quodam Caroli M. temporibus.	154	T. II.	579
47	Collectio Hiſtorica Chronographica ex Idacio & aliis, eodem Collectore.	165. 183.		
48	Collectio Hiſtorica Chronographica ex Toromacho (Gregorio Turonenſi) & aliis, eodem Collectore.	195		
49	A. C. 780. *S. Willibaldi* Epiſcopi Eichſtadiani Liber de Vita St. *Bonifacii* Martyris Germanorum Apoſtoli, Archiepiſcopi Moguntini.	232	T.IV. 2.	341
50	Collectanea incerti Auctoris contra *Severianos*; Latine.	253	T. IV.	232
51	A. C. 781. Epitome Canonum quam *Adrianus I.* ſummus Pontifex Carolo M. Romæ obtulit.	266	T. VI.	413
52	A. C. 785. *Etherii* Epiſcopi Uxamcſis & *Beati* presbyteri adverſus Elipandum Archiep. Toletanum libri duo de adoptione CHriſti Filii Dei, ex Biblioth. Toletana.	297	Stevart.	17
	b. Supplementum ad *Alcuini* librum de virtu-			

tibus

		Edit. Nov. T. II. pag.	Vet.	pag.
	tibus & octo vitiis principalibus. Cum Alcuini epitaphio &c.	376	T. VI.	411
53	a. A.C. 790. *Flacci Alcuini* Epiſtolæ LXVII.	384	T. I.	1
	b. Ejusdem Epiſtola ad Eanbaldum Archiepiſcopum Eboracenſem ex edit. V. C. Juſti Fontanini.	449	*deeſt.*	
	c. Ejusdem Epiſtola de confeſſione peccatotorum facienda ad pueros S. Martini.	454	T. V. 2	323
	d. Ejusdem Homilia in Natalem S. *Willibrordi* Archiep. item ejus liber de vita & rebus geſtis St. Willibrordi carmine conſcriptus & Elegia in St. *Willigiſum* parentem St. Willibrordi.	460 463. 470	T. VI.	345
	e. Carmina incerti Auctoris de Carolo M. & Leonis Pontificis ad eundem Carolum adventu, incip. *Rurſus in ambiguos.*	474	T. VI.	521
	f. *Flacci Albini* ſeu *Alcuini* Dialectica & Grammatica.	488 506	T. V. 2	960
	g. Ejusdem epiſtola de illo Canticorum loco VI. 7. *Sexaginta ſunt Reginæ & octoginta Concubinæ*, ut & ejusdem, ſive *Amalarii* potius Epiſtola de cerimoniis Baptiſmi ad Carolum M.	540 543	T. VI.	366
54	Sec. ix. A. C. 810. *St. Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani Opuſcula quatuor contra Iconomachos, Latine, Franciſco Turriano interprete.	part. 2 4	T. IV	253
55	A. C. 814. Benedictio DEI ex *Caſſiodoro* & *Iſidoro*, ab Anonymo ad Bathuricum Epiſcopum Ratisbon.	21	Stevart.	799
56	Fragmentum Annalium Francicorum ab A.C. 741. usque ad 793. quos Regino Prumienſis ſe in hiſtoria ſecutum profitetur.	48	T. III.	190
57	A. C. 820. *Theodulphi* Abbatis Floriacenſis Elegiæ Epiſtolares de ſuo Exilio ad Mo-			

doinum

		Edit. Nov. T.II. pag. part.2.		Vet. pag.
	doinum Epiſcopum & Aigulfum. Item Modoini Epiſtola Reſponſoria Elegiaca.	65	T.V.2	879
58	Ejusd. Theodulfi & Jonæ Aurelianenſis atque aliorum Poëmata.	72	T.VI.	504
59	A.C. 825. *Halitgarii* Epiſcopi Cameracenſis de Vitiis & Virtutibus & ordine pœnitentium libri V. ad Ebonem Archiep. Rhemenſem.	87	T.V.2	227
60	Liber *Fœnitentialis* ex Scrinio *Romanæ* Eccleſiæ, ſtatuta Canonum de officio Sacerdotum, ex libro ſecundo Burchardi.	121	Stevart.	693
61	a. Antiquus Pœnitentialis Romanus ab Halitgario exſcriptus,	132		
	b. Pœnitentiale Halitgarii ſive alterius incer- c. ti auctoris una cum Epiſtola *Hormisdæ* Papæ.	141	T.V.2	285
62	Excerptum ex libro *Proſperi*, quantum remedii habeat confeſſio peccatorum.	145		
63	Epiſtola *Gregorii M.* ad Secundinum.	146		
64	S. *Iſidori* Epiſtola ad Maſonem Epiſcop. de reſtauratione Sacerdotis. Sententiæ contra immunditiem.	147		
	Excerpta ex regula *S. Fructuoſi*.	150		
65	S. Iſidori de converſis, ſive ad Monachos.	153	T.V.2.	305
66	A.C. 840. Vita *Solæ* Angli, Abbatis in Solenhoven, ſcripta ab *Enmenoldo* Diacono, præmiſſo hymno & Epiſtola Ermanrici.	165	T.IV.2	544 732
67	Poëmata *Walafridi Strabi*, ſive *Strabonis*.	183	T.VI.	546
68	Ejusd. Hortulus ad Grimoldum, Cœnobii S. Galli Abbatem.	266	T.VI.	672
69	Ejusd. ſermo de ſubverſione Hieruſalem, in Cap. XIX. Lucæ.	277	T.VI.	331
70	A. C. 854. Pœnitentiale *Rhabani* Archiep. Mogunt.	293	Stev.	635
71	A.C. 855. Martyrologium *Rhabani*, Epiſto-			

		Edit. Nov.		Vet.
	lam & verſus ad Grimoldum Abbatem Baſnagius è Mabillonio pag. 290. addidit.	T. II. pag. part. 2. 314	T. VI.	pag. 688
72	Synodus Regia *Ticina*, & de ea M. Velſeri admonitio.	361	T. V. 2	674 951
73	Conventus *Ticinenſis*.	369		
74	Genealogia *Caroli M.* auctore Anonymo.	372	T.V. 2	688
75	A.C. 869. *Photii* Patriarchæ CPol. Epiſtol. integra ad Michaëlem Bulgarorum Regem, Græc. & Lat. ex Montacutii edit.	382	*deeſt.*	
	Præmiſſa illius particula quam ex Turriani verſione ſolam Caniſius ediderat.	379	T.V.	183
76	Ejusd. Photii Diſſertationes ſex de Divinitate, incarnatione &c. Græce & Latine. Caniſius Latine tantum exhibuerat ex Turriani verſione. Sed (exceptâ primâ) Græcas quoque & tertiam integriorem Baſnagius adjunxit, acceptas à V. C. Claudio Caperonnierio, cujus etiam accedunt notæ.	420	T. V.	189
77	Photii liber de Voluntatibus Gnomicis in CHriſto, Græce & Latine, cum ejusdem Caperonnierii notis.	439	Stevart.	437
78	Stewartii Diſſertatiuncula de ſcriptione Photiana.	459	Stev.	453
79	*Theodori* Hagiopolitani Diſputationes tres: I. De nomine DEI. II. De Deo & Deitate. III. cum Neſtoriano. Latine Turriano interprete.	467	T.IV.	281
80	*Theodori Abucaræ* Tractatus de Unione & incarnatione; Græce ex MS. Bodlejano Oxon. cum verſione Andreæ Arnoldi, ex edit. Pariſienſ. 1685. 8.	474	*deeſt.*	
81	A. C. 870. Martyrium *S. Deſiderii* Viennenſis in Gallia Epiſcopi ab *Adone* collectum.	T. II. part. 3.	T. VI.	444
82	A. C. 875. *Anaſtaſii* Abbatis Liber contra Judæos, Latine, Turriano interprete. In-	4		

cip.

		Edit. Nov.		Vet.
	cip. *Regnum quod DEUS promiſit ſe daturum CHriſto.*	T. II. part. 3.	pag. 12	T. III. pag. 123
83	A. C. 881. Collectanea contra Judæos.		41	Stevart. 415
84	Collectanea de quibusdam Hæreſibus.		49	Stevart. 430
85	A. C. 884. De Geſtis *Caroli M.* Libri duo ſcripti à quodam Monacho S. Galli.		57	T. I. 360
86	A. C. 894. Martyrologium *Notkeri Balbuli*, Monachi S. Galli.		89	T. VI. 761
87	Epigrammata ſeu Hymni ſacri illuſtrium virorum Monaſterii S. Galli.		190	T. V. 2 728
88	Carmina *Salomonis* Epiſcopi ad Dadonem Epiſcopum, *Waldramni* ad Salomonem.		239	T. I. app. 15 31
89	A.C. 895. Vita *S. Gregorii M.* ab incerto Auctore conſcripta.		256	T. VI. 461
90	A.C. 896. Vita *S. Walpurgis* Virginis & Abbatiſſæ Heidenheimenſis ſcripta à Wolfhardo presbytero Monacho Haſenrietano.		265	T. IV. 2 720
91	Sec. X. A.C. 910. Vita *S. Burchardi* Herbipolenſis Epiſcopi, Auctore, Anonymo.	T. III.	5	T. IV. 2 651
92	Synodus *Engilenheimenſis* A. 948.		9	T. V. 2. 1057
93	Synodus *Auguſtana*, A. 952.		11	T. V. 2. 1053
94	A.C. 985. Vita *S. Willibaldi* Epiſcopi Aichſtadiani, Auctore Anonymo.		16	
95	A. C. 990. Chronicon *Hippolyti* Thebani; Græce & Latine. Editionem Caniſianam ex Lambecio & Schelſtrateno auxit Baſnagius.		26	T. III. 35
96	A. C. 1000. *S. Adalberto* Pragenſi Epiſcopo, Pruſſorum, Boëmorum, Polonorum & Hungarorum Apoſtolo, Auctor æquævus cum fragmentis ex alia ejus vita, ex Chronico Magdeburgenſi, Chronico Ademari Monachi Ecoliſmenſis, & ex libello de Translatione Sanctorum Abundii & Abundantiani.		45	T. V. 2 332

		Edit. Nov. T.III. pag.	Vet.	pag.
97	De *Adalbaide* conjuge Ottonis I. libri duo, Auctore familiari ejus, ut videtur *Odilone* Cluniacenſi.	73	T.V. 2	398
98	A.C. 1010. *Meginfredi* Magdeburgenſis Præpoſiti de vita & virtutibus B. *Emmeramni* liber unus.	88	T. II.	1
99	A.C. 1010. *Arnolfi* ex Comitibus de Cham & Vochburg, Monachi S. Emeramni de Miraculis beati *Emmeramni* Libri duo.	104	T. II.	35
100	A. C. 1045. Panegyricus *Wiponis* carmine ſcriptus ad Heinricum III. Imperatorem, Conradi Imperatoris filium.	164	T. II.	191
101	A.C. 1050. Vita Sanctoram *Kiliani*, Epiſcopi Wirtzburgenſis *Kolomanni* Presbyteri & *Totnanni* Martyrum, auctore Anonymo.	174	T. IV. 2	628
102	Vita *S. Guntheri* Thuringi Monachi Althahenſis, qui S. Stephani Hungarorum Regis cognatus fuit, demum Eremitæ, auctore Anonymo.	185	T. II.	566
103	*Hermanni* Contracti, Comitis de Vöringen Majoris Augiæ Monachi Chronicon, ab Orbe condito ad A. C. 1054.	195	T. I.	431
104	A.C. 1054 *Humberti* Sylvæ Candidæ Epiſcopi adverſus calumnias *Michaëlis* Patriarchæ Conſtantinop. liber unus.	281	T.VI.	114
	Ejusdem liber alius contra *Nicetam Pectoratum*, cum relatione brevi rerum Conſtantinopoli ab Apoſtolicæ ſedis Legatis geſtarum. *Nicetæ* liber contra Latinos præmittitur, Latine.	308		
105	A.C. 1065. Vita Nobilis viri *Henrici à Zwifaltach*, in Monaſterio Ochſenhuſano Prioris, ſcripta à Monacho Ochſenhuſano.	331	T.V. 2	670
106	A. C. 1074. *Othloni* Fuldenſis Presbyteri Libri duo de Vita S. Bonifacii, Germanorum Apoſtoli Archiepiſc. Mogunt.	337	T.IV. 2	393

107 *S. Ans-*

		Edit. Nov. T.III. pag.	Vet.	Vet. pag.
107	A. C. 1082. *S. Anshelmi* Lucenſis Epiſcopi libri duo contra *Guïbertum* Antipapam pro defenſione Gregorii VII.	372	T.VI.	202
108	Ejusdem Collectanea, de Eccleſiæ facultatibus poteſtati Regis aut Cæſaris non ſubjectis.	389		
109	A. C. 1090. Statuta Canonum de officio Sacerdotum, incerto collectore.	397		
110	A.C. 1095. *Menologium* Græcorum, ex Bibl. & verſione Cardinalis Sirleti cum indice Sanctorum Alphabetico.	412	T.II.	731
		T.III. part. 2.		
111	Sec. XII. A. C. 1120. *Udalſcalci* Narratio de controverſis inter Hermannum Epiſcopum Auguſtanum & Eginonem Abbatem S. Udalrici, una cum Epiſtolis *Paſchalis* Papæ quinque, *Arnoldi* Moguntini Archiep. tribus, & *Eginonis* quatuor.	6	T. II.	205
	A. C. 1120. Carmen de itinere & obitu *Eginonis* Abbatis S. Udalrici Auguſtæ Vindel.	21		
112	A.C. 1145. Vita & res geſtæ *S. Henrici* I. Imperatoris, incerto Auctore.	27	T. VI.	400
113	A.C. 1151. Libri tres de vita beati *Othonis* Epiſc. Bambergenſis, Pomeranorum Apoſtoli, auctore Anonymo, una cum quibusdam Epiſtolis *Paſchalis*, *Calixti*, & *Innocentii* Pontificum & *Bolislai* Polonorum Ducis: ut & *Imbraconis*, Herbip. Epiſcopi Oratio in funere S. Othonis.	40	T. II.	235
114	Vita & paſſio *S. Tyemonis* ſive *Theodamari* Archiep. Saliſburg. Auctore æquævo.	103	T.IV.2	666
115	A. C. 1160. *Metelli* Tegerſeenſis Quirinalia ſive Odæ & Eclogæ in laudem *S. Quirini* Martyris.	117	T.I.app.	37

			Edit. Nov. T.III. pag.		Vet. pag.
116		A.C. 1165. Fragmentum ex libro contra *Folmarum.*	200	Stevart.	243
117		A.C. 1166. Officium de *S. Carolo* Magno.	208	T. VI.	438
118		A.C. 1167. Brevis Relatio de origine, fundatione & progreſſu Monaſterii Windbergenſis in Bavaria, Ord. Præmonſtratenſis.	211	T. VI.	400
119		Chronicon incerti auctoris à Nativitate Domini usque ad annum CHriſti 1167.	219	Stev.	717
120	I.	Deſcriptio Urbis & Monaſterii Salisburgenſis ex Mabillonii T. IV. Amlect. p. 63.	278	*deeſt.*	
		Monumenta Salisburgenſia, collectore Joanne Steinhauſen, Senatore Salisburg.			
	II.	De Epiſcopis Salisb. *S. Ruperto*, Bavariæ Apoſtolo, *S. Virgilio*, Apoſtolo Carinthiæ, Eberhardo Norico, S. Hartwico, St. Gebehardo, Auctore *St. Eberhardi* diſcipulo.	282	T. II.	247
	III.	Hiſtoria S. Rudberti Epiſc. Salisb.	319	T.VI.	1107
		Vita S. Erendrudis Abbatiſſæ Nubergenſis.	331		1125
		Vita S. Rudberti I. Epiſc. Salisb. auctore S. Eberhardi Diſcipulo.	340		1139
	IV.	Hiſtoria de Miraculis *St. Vitalis.*	347		1023
	V.	Vita *S. Virgilii* Epiſc. Salisb.	395		1173
		Vita *S. Eberhardi* Archiep. Salisb.	408		1194
		De *S. Hartwico* Archiep. Salisb.	419		1215
		De corpore *S. Martini* Epiſc. Turon.	423		
	VI.	Aliqua de ſummo Templo *Salisburgenſi.*	426		
		Catalogus Epiſcoporum *Salisb.*	430		1224
		Vita *S. Gebehardi* Archiep. Salisburg. fundatoris Eccl. Admuntenſis.	434		1227
	VII.	A. C. 1190. *Arnonis* annotatio ſive Index Donationum.	452	T. II.	484

IIX. *Amonis*

		Edit. Nov. T. III. pag.		Vet. pag.
	IIX. Donationes factæ Eccleſiæ *Salisburgenſi.*	462	T. VI.	147
	IX. Chronicon *Salisburgenſe* ab An. C. 580. ad 1475. ex Bibl. Alberti Hungeri.	478		1252
	Epiſcoporum *Chiemenſium* Catalogus.	494		1284
121	A. C. 1194. *Friderici I.* Imperatoris cognomento *Barbaroſſæ* Expeditio Aſiatica, ab auctore æquævo conſcripta.	499	T. V. 2	44
122	A. C. 1195. Vita *S. Mechtildis* Abbatiſſæ in Dieſſen & poſtea Oetilſtetten, auctore *Engelhardo* Abbate in Lankhain.	532	T. V. 2	8
123	A. C. 1198. *Ekerhardi* Decani St. Galli de vita B. Notkeri cognomento *Balbuli*, ejusque canonizationis proceſſus.	552	T. VI.	934
124	A. C. 1200. Hiſtoria de Guelfis Principibus, auctore Altorfenſi, ſive *Weingartenſi*, Monacho.	579	T. III.	579
125	Chronicon *Weingartenſe* à CHriſto nato ad An. 1197.	593	T. I.	177
	TOMO IV.	T. IV.		
126	Sec. XIII. A. C. 1210. *Guntheri* Monachi Hiſtoria Conſtantinopolitana ſub Balduino.	5	T. V. 2	358
127	A. C. 1230. Deſcriptio Terræ ſanctæ, Auctore *Burchardo* de Monte Sion.	9	T. VI.	297
128	*Jacobi de Vitriaco* Præfatio in hiſtoriam Orientalem & Occidentalem.	27	T. VI.	1323
129	A. C. 1252. Tractatus *contra Græcorum errores* de proceſſione Spiritus S. de animabus defunctorum, de Azymis & fermento, de obedientia Rom. Eccleſiæ.	33	Stevart.	535
130	Conſtitutiones Concilii *Viennenſis*. A. 1267.	82	T. I.	464
131	Concilii *Salisburgenſis* A. 1274.	87		
132	A. C. 1282. De Vita & miraculis *St. Erminoldi* Abbatis Pruſevingenſis, libri duo A. C. 1289.	93	T. II.	508

133 A. C.

		Edit. Nov. T.IV. pag.	Vet.	pag.
133	A.C. 1289. *Theodorici* Turingi Libri octo de *S. Elizabeth*, Andreæ Regis Hungarorum filia.	116	T.V.2	147
134	A.C. 1297. Acta *S. Albani* Martyris, Auctore ut videtur *Sigeardo*, item alia Acta ejusdem Albani, incerto auctore.	157	T.V.2	648
135	Annales *Heinrici Steronis* Altahenſis ab anno 1152. qui eſt Friderici Imp. primus, usque ad Rudolphum Habspurg. & inde deinceps ad A. C. 1297.	172	T. I.	229
136	Annales *Eberhardi* Altahenſis ab Imperatore Rudolpho Habſp. ſive ab An. 1273. ad 1305.	216	T. I.	307
137	Sec. XIV. A. C. 1306. Vita *S. Walpurgis* Virginis & Abbatiſſæ Heidenheimenſis, ſcripta à *Philippo* Præſule Aichſtadiano.	238	T.IV.2	563 605.628
138	Concilia bina *Salisburgenſia* A. C. 1310.	251	T. I.	470
139	A. C. 1310. *Andronici Comneni* Conſtantinopolitani Dialogus contra Judæos, Joanne Livinejo interprete.	261	Stevart.	263
140	*Guilielmi de Baldenſel* Hodœporicon ad Terram ſanctam an. 1336. una cum Epiſtola ad Petrum Abbatem aulæ Regiæ, Ord. Ciſtercienſis.	332	T.V.2	96
141	Itinerarium *Budolphi de* Frameynſperg in Palæſtinam ad montem Sinai & in Ægyptum. A. C. 1346,	358	T.VI.	320
142	A. C. 1350. *Barlaami de Seminaria* Epiſcopi Gyracenſis Epiſtolæ & Alexii Calocheti, Demetriique Theſſalonicenſis ad Barlaamum de Unione cum Rom. Eccleſia & Proceſſione Spiritus Sancti, Latine neſcio quo interprete.	369	T. VI.	4
143	Ethica ſecundum Stoicos, Auctore eodem Barlaamo, itidem Latine.	405	T. VI.	80
144	Sec. XV. A. C. 1422. *Anonymi* Epitome bellorum à Chriſtianis Principibus pro re-			

cupera-

		Edit. Nov. T.IV.pag.	Vet. pag.
	cuperatione Terræ ſanctæ ſuſceptorum, in qua etiam deſcriptio Palæſtinæ & multa de Mahomete, ab incerto auctore conſcripta.	426	T. VI. 251
145	*Huſſitica.*		
146	I. Oratio *Joannis Raguſini*, Ordinis Prædicatorum Procurator Generalis in Concilio Baſileenſi, de communione ſub utraque ſpecie. A. C. 1433.	467	T.III. app. 1
147	II. *Ægidii Carlerii* Decani Eccleſiæ Cameracenſis Oratio in Concil. Baſil. de corrigendis peccatis publicis A. 1433.	566	T.III.app. 289
148	III. Oratio *Henrici Kalteiſen* Dominicani, Profeſſoris S. Theol. de libera prædicatione Verbi Dei. An. 1433.	628	T.IV.part.2.1
149	IV. Oratio *Johannis de Polemar*, Archi-Diaconi Barcinonenſis, Apoſtolici Palatii cauſarum auditoris de civili Dominio Clericorum A. 1465.	710	T.IV.part.2 229
150	De fundatione Eccleſiæ *Ilminenſis* & *Tegernſeenſis* & de translatione ſancti Altaris. Item, fragmentum Chronicon *Thaddæi* Scotorum Abbatis Ratisbonæ, de S.Kiliano S. Virgilio & St. Lullo. A. C. 1457.	751	T.IV.2 471
151	Diſputatio Capituli Eccleſiæ *Pragenſis* cum *Rokyzana* de Huſſiticis controverſiis, A.C. 1465. coram Gyrzikone ſeu Georgio Rege Bohemiæ.	752 753	T.III. app. 466
152	Sec. XVI. A. C. 1509. Deſcriptio Terræ Sanctæ, auctore *Anshelmo*, Ord. Minor.	779	T. VI. 1289
153	Actus ſive Proceſſus Canonizationis *B. Notkeri* A.C. 1514.	796	T. VI. 1000
154	Catalogus Scriptorum contra Judæos ex Bibliotheca Theologica *Johannis Molani.* An. 1580.	816	Stevart. 415

		Edit. Nov.	Vet.
155	De vita *S. Gebehardi* Conſtantienſis Epiſcopi libri duo per *Felicem Manilium*. A. C. 1511.	T. IV. pag. 822	T. VI. pag. 477
156	*Edmundi Campiani* S. I. Epiſtola ad Richardum Cheneum, Epiſc. Gloceſtrenſem.	deeſt	T. I. 125

INDEX
In Canisii Lectiones Antiquas & Stevartii Collectionem Alphabeticus.

Fragmenta ex libello de translatione SS. Abundii & Abundantiani num. 96.
Fragmentum ex Chronico Adamari num. 96.
Adamannus Scotus. n. 33.
Ado. n. 81.
Adriani I. Canonum epitome oblata Carolo M. n. 51.
Alcuinus n. 53.
Althelmus n. 34.
Amo n. 120.
Anaſtaſius Antiochenus n. 22.
Anaſtaſius Abbas n. 82.
Anaſtaſius Sinaita n. 23. 24.
Andronicus CPol. n. 139.
Anonymi contra Græcos n. 129.
de officio Sacerdotum n. 109.
Collectio hiſtorico Chronogr. n. 46. 47. 48.
Chronicon ad A. 1167. n. 119.
de terra ſancta, Mahomete &c. 144.
Annales Francici ab An. 761. ad 793. n. 56. Benedictio DEI ex Caſſiodoro & Iſidoro n. 55.
Anſelmus Lucenſis n. 107. 108.
Anſelmus de terra ſancta n. 152.
Arnolfus ex Comitibus n. 99.
Guil. de Baldenſel n. 140.
Barlaamus n. 142. 143.
S. Baſilius Magnus n. 6. 8.
Baſilius Seleucienſis n. 15.
Beatus contra Elipandum n. 52.
Bedæ acta S. Cuthberti n. 39.
Burchardus de monte Sion n. 127.
Calixtus Papa n. 113.
Claudius Capperonier n. 35.
Edm. Campianus n. 156.
Ægidius Carlerius n. 147.
Sangallenſis de vita Caroli M. n. 85.
Caroli M. Genealogia n. 74.
Officium de S. Carolo n. 117.
Canonum epitome oblata ab Adriano I. n. 51.
Caſſiodorus n. 55.
Chiemenſes Epiſcopi n. 120.
S. Chryſoſtomus n. 11. 12.
Cogitoſus n. 20.

B. Co-

B. Columbanus n. 36. 87.
Concilia Auguſtanum n. 93. Engilenheimenſe n. 92. Salisburg. n. 131. 138. Ticinenſe n. 72. 73. Viennenſe n. 130.
Jo. Damaſcenus n. 40. 41.
Deſiderius Epiſc. Cadurcenus n. 30.
Didymus Alex. n. 10.
Eberhardus Altahenſis n. 136.
Eckerardus n. 123.
Egino n. 111.
Adverſus Elipandum n. 52.
Engelhardus n. 122.
Ermenoldus n. 66.
Etherius n. 52.
Evantus Abbas n. 25.
Eugippius n. 19.
Eunomius n. 7.
Fauſtus Rhegienſis n. 17.
Contra Folmarum n. 116.
Rudolphus de Frameynſperg n. 141.
De Friderici I. Barbaroſſæ expeditione Aſiatica n. 121.
S. Gallus confeſſor n. 37.
Illuſtrium virorum monaſterii S. Galli carmina n. 87.
Gregorius Papa n. 42. Ejus Epiſt. ad Secundinum n. 63.
Gregor. Naz. n. 8.
Gregorius Nyſſ. n. 9.
Gregorius Thaumaturgus n. 2.
De Guelfis Principibus n. 125.
Guntherus Monachus n. 126.
Collectanea de quibusdam hæreſibus n. 84.
Halitgarius n. 58. ſq.
Heidenheimenſis Monialis n. 43. 44.
Hermannus Contractus n. 103.
S. Hippolytus Portuenſis n. 1.
Hippolytus Thebanus n. 95.
Hormisdæ Papæ Epiſtola n. 61.
Humbertus Sylvæ Candidæ Epiſc. n. 104.
Huſſitica n. 145. diſp. Prag. cum Rokyzana n. 151.
Idacius n. 47.
Iſidorus n. 55. de converſis n. 65. Epiſtola ad Maſonem n. 64.
Henr. Kalteiſen n. 148.
Ilmenſis Eccleſ. n. 150.
Innocentius Papa n. 113.
Joannes Biclarienſis n. 16.
Collectanea contra Judæos n. 83.
Catalogus ſcriptorum contra Judæos n. 154.
Leontius Byz. n. 26. 27. 28. 29.
Leontius Cyprius n. 38.
Fragm. ex Chronico Magdeb. n. 96
Felix Manilius n. 155.
Martyrologium Rabani n. 71. Notkeri n. 86.
Meginferdus Magdeb. n. 98.
De corpore S. Martini Turon. n. 120.
Menologium Græcorum n. 110.
Metellus Tegerſeenſis n. 115.
Michaël Patriarcha CPol. n. 104.
Nicephorus CPol. n. 54.
Nicetas Pectoratus n. 104.
Notkeri Vita n. 123. Martyrologium n. 86. Ejus canoniſatio n. 153. 123.
S. Oreſius n. 5.

Othlonus Fuldenſis presb. n. 106.
Paſchalis Epiſtolæ n. 111. 113.
Philippus Aichſtad. n. 137.
Photius n. 75. 76. 77.
Pœnitentiales libelli n. 60. ſq. 70.
Jo. de Polemar. n. 149.
Proſper. n. 62.
Tironis Proſperi Chron. n. 14.
Rabani pœnitentiale n. 70. martyrolog. n. 71.
Joannes Raguſinus n. 146.
Ruricius n. 18.
Monumenta Salisburgenſia n. 120.
Salomo Epiſcopus n. 88.
Serapio n. 3.
Contra Severianos n. 50.
Henricus Stero n. 135.
Stevartius n. 78.
Thaddæi Scoti Chron. n. 150.
Theodoricus Thuringus n. 133.
Theodorus Abucara n. 80.
- Hagiopolitanus n. 79.
Theodorus alius, ſcriptor vitæ St. Magni n. 32.
Theodulfus n. 57. 58.
Titus Boſtrenſis n. 4.
Toromachus n. 48.
Udalſcalcus n. 111.
Vita S. Adalberti Pragenſis n. 96. Adalhaidis n. 97.
Vita S. Albani n. 134. S. Bonifacii n. 106. 49. S. Burchardi n. 91. S. Deſiderii Viennenſis n. 81. S. Emmerani n. 98. 99. St. Eliſabethæ n. 133. Erendrudis n. 120. S. Ermenoldi n. 132.
S. Gebehardi n. 155. Gregorii M. n. 89. S. Guntheri n. 102. Henrici I. n. 112. III. n. 100.
Kiliani, Kolomanni & Totnani n. 101. S. Lamberti n. 45. S. Magni n. 32. S. Mechtildis n. 122. Notkeri Balbuli. n. 123. Othonis Bamberg n. 113. Salisburgenſium Epiſc. n. 120. Solæ Angli n. 66. Tyemonis ſ. Theodomari n. 114.
S. Walpurgis n. 137. 90. S. Willibaldi n. 94. S. Vitalis n. 120. S. Willibaldi n. 43. Wunibaldi n. 44.
Henrici à Zwifaltach n. 105.
Jacobus de Vitriaco n. 128.
Walafridus Strabus n. 67. 68. 69.
Weingartenſis monachus n. 124. Chronicon Weingartenſe ad A. 1197. n. 125.
St. Willibaldus de vita S. Bonifacii n. 49.
Windbergenſe monaſterium n. 118.
Wipo n. 100.
Wolfhardus n. 90.
Zacharias Mytilenenſis n. 21.
Zacharias Pontifex n. 42.

XXXVI. LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS Sereniſſ. Raynaldi I. Ducis Mutinenſis Bibliothecæ præfectus, cujus diviti ingenio atque eruditæ induſtriæ tot alia *) inſignia monumenta debet literarius orbis ac debebit, & amplam illam, cujus jam ſex tomi prodiere rerum Italicarum collectionem, ſingulariter etiam commemorandus hoc loco eſt mihi propter volumen, Patavii 1709. 4. ab eo vulgatum cui titulus, *Anecdota Græca* ex MSS. Codicibus eruta, Latio donata (jam A. 1699.) notisque aucta & diſquiſitionibus. In hoc continentur:

S. Gregorii Nazianzeni Epigrammata ſive carmina minora CCXXVIII. ex Bibliothecis Ambroſiana, Pariſ. & Medicea: cum verſione & notis pag. 1--217. Confer Volum. VII. hujus Bibl. pag. 536. Emendationes quasdam è Codicibus Bodlejanis venerandus atque eruditiſſ. Jo. Chriſtophorus Wolfius noſter inſerendas dedit Diario Lipſienſi, cui titulus neuer Bücher-Saal parte XIII. p. 27. ſeq.

Editoris clariſſimi diſquiſitiones tres, 1. de ſynactis & agapetis p. 218--240.
2 De agapis ſublatis p. 241--257.
3 De antiquis Chriſtianorum ſepulchris p. 258--276.

Firmi Epiſcopi Cæſareenſis (qui Epheſinæ Synodo A. C. 431. interfuit, & A. 439. defunctus ſucceſſorem habuit Thalaſſium teſte Socrate VII. ult.) Epiſtolæ XLV. familiares pleræque & non inamœnæ lectu ex Codice Bibl. Ambroſianæ ante annos circiter DCC. ſcripto: cum prolegomenis, verſione notisque p. 277--324. Nomina eorum ad quos Firmus ſcripſit, hæc ſunt:

Acacio Epiſcopo. *Epiſt.* 19. 35.
Achilli. 1.
Alypio Chorepiſcopo. 4.
Anthimo Epiſcopo. 14.
Armenio Archiatro. 8.
Attico Epiſcopo. 12.
Auſonio prsbytero. 11.
Candidi mentio. 30.
Chiloni Epiſcopo. 24.
Coloſiano. 18.
Cynegio Comiti. 4.
Cyrillo Epiſcopo (Alex.) 37.
Cyterio Sophiſtæ. 2.
Danieli Epiſcopo. 42.
Didnio. 7.
Domitiano. 33.
Ecdicio. 32.
Eleuſinio. 31.
Evandrio Epiſcopo. 15. 34.
Eupnio. 40.
Euſtratio 39. Comiti. 3.
Eutherio. 23.

*) Vide D. Jo. Fabricii, Theologi Helmſt. Bibliothecam T. 6. p. 365. ſeq.

Florentio. 29.
Gervatio presbytero. 10.
Geſſio Scholaſtico. 6.
Helioni. 28.
Helladio. 26. 41.
Inachio. 43. 44.
Iſidoro. 30.
Lauſo. 9. 20.
Leontio Epiſcopo. 36.
Olympio. 27.
Pergamio Chorepiſcopo. 45.
Philetæ. 21.
Sotericho. 17.
Thalaſſio. 16.
Theodoto Epiſcopo. 22.
Valerio Epiſcopo. 38.
Voluſiano. 25.

Juliani Imp. Epiſtolæ antea ineditæ quatuor, ex eadem Bibl. Ambroſiana Mediolani: quas cum Muratorii verſione dedi etiam Volum. VII. hujus Bibl. pag. 84. ſeq. Prima ad Alexandrinos exſtabat jam in Juliani editionibus, ſed majore parte mutila, qualem Rigaltius cum funere paraſitico vulgaverat.

Epiſtola ſub *Julii*, qui ab A. C. 337. ad 352. Epiſcopus Romanus fuit, nomine ſcripta ad Dionyſium Alexandrinum. Incipit: Θαυμάζω πυνθανόμενος. p. 341--346. Hanc quanquam Julio tribuit Gennadius cap. 2. tamen illi ſuppoſitam fuiſſe ab Eutychianis jam olim notarunt Facundus, Leontius Byz. & Evagrius; atque ſingulari diſquiſitione eruditiſſ. Muratorius probat p. 347--365. Confer Sirmondi ad Facundum notas, & Chriſtiani Auguſti Saligii Eutychianiſmum ante Eutychem p. 140. ſeq. Apud Euſebium Renaudotum in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum p. 360. verba quæ in hac Julii Epiſtola apud Muratorium p. 343. exſtant, proferuntur ex Hippolyti Romani Epiſcopi Epiſtola ad Dionyſium Epiſcopum Cyprium, ut eruditiſſ. Mat. Veiſſerio la Croſe obſervatum.

De *Anecdotis Latinis* laudati Muratorii, quorum jam quatuor Tomi lucem viderunt Mediolan. 1697. 1698. 1713. 4. uberius dicere non eſt hujus loci. Recenſentur autem duo primora volumina à B. D. Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum p. 962. ſeq. tertius & quartus in Diario eruditorum Italiæ Tomo XV. p. 1. & 20. ſeq. & à Memoriarum Trevoltinarum auctoribus A. 1719. p. 251. 280.

Rerum Italicarum ſcriptores ab A. C. 500. ad 1500, ejuſdem Muratorii ſtudio vulgari cœpti Mediolan. 1723. ſeq. fol. vel ideo non prætereundi, quod volumine primo præter Hiſtoriam Miſcellam & Jornan-

nandem ſive Jordanum & Paulum Diaconum ex MSS. Ambroſianis, Eſtenſibus, Modoëtienſibus caſtigatiores, etiam Græcorum ſcriptorum *Procopii* de bello Gothico libri IV. ex Claudii Maltreti S. I. verſione, cum indice vocabulorum Gothicorum, Vandalicorum & Langobardicorum ab Hugone Grotio explicatorum, & excerpta ex *Agathia* ad Gothos pertinentia ex Grotii verſione leguntur. Tomo ſecundo inter alia etiam occurrit *Liutprandi* Cremonenſis Epiſcopi ad Græcum Imperatorem Nicephorum Phocam legatio, quam pro Othonibus Auguſtis & Adelhaida ſuſcepit A. C. 968. De ſex voluminibus hujus operis, quæ hactenus ad nos typis exſcripta pervenerunt, conſules Acta Erud. A. 1724. p. 1. 49. 377. &. A. 1725. p. 433. 437.

XXXVII. *Anecdota Græca ſacra & profana* ex Codicibus manu exaratis primum in lucem edita, verſione Latina donata & notis illuſtrata à JOH. CHRISTOPHORO WOLFIO, Paſtore ad D. Catharinæ & Scholarcha, Hamburgi 1722. 23. 24. quatuor voluminibus, 8. In hac viri ſupra laudes collectione, cujus plures indies tomos adhuc à divite & ſollerte illius induſtria exſpectamus, hæc ſtudioſis lectoribus exhibentur:

Tomo I. 1. *Photii* Patriarchæ CPol. liber I. & II. contra Manichæos ſuæ ætatis, ſive Paulicianos, *) ex Codice Holſteniano, qui exſtat in hac urbe Hamburgenſi, in Bibl. Johannea. p. 1--216.

2. Notæ & emendationes præclaræ viri docti Angli (Richardi fortaſſe Montacutii) in *Dionem Chryſoſtomum* editionis Morellianæ, & in Iſ. Caſauboni ad Dionem animadverſiones, ex Bibl. Bodlejana, una cum editoris judicio & obſervationibus, quibus emendationes illæ plerumque confirmantur p. 217--298.

Tomo II. 3. Jam memorati *Photii* contra Manichæos liber tertius, quartusque p. 1--283.

4. *S. Gregorii Nyſſenii* Macrinia ſive dialogus inſignis de anima & reſurrectione, ex duobus Codicibus MSS. Uffenbachiano & Haſſelmanniano quam plurimis locis emendata ac ſuppleta p. 274--330.

5. *Libanii* Epiſtolæ ſeptem **) antea ineditæ, ex apographo eruditisſimi Viri Maturini Veiſſiere la Croze, p. 331--348.

Tomo III.

*) Confer ſi placet quæ de hoc Photii opere dixi Volum. IX. hujus Bibl. p 555. ſeq.

**) Addendæ hæ, centum *Libanii* Epiſtolis, quas laudatiſſimus Wolfius ſeparato Volumi-

Tomo III. 6. Poſterior pars emendationum in *Gregorii Nyſſeni* Macrinia ex duobus jam memoratis Codicibus MSS. p. 1--47.

7. Collatio *SS. quatuor Evangeliorum* cum duobus Codicibus MSS. antiquiſſimis Græcis quos illuſtris Andreas Eraſmus Seidelius ex Oriente pridem attulit, & hodie Rev. editoris ſervat Bibliotheca, litteris ſcriptum uncialibus, & nongentorum circiter annorum ætatem præferentem, ἀκεφάλους ambos, quorum alter à Matthæi VI. 6. alter à Matthæi XV. 30. incipit. p. 48--92.

8. Excerpta ex *Catena MS.* Bibl. Bodlejanæ Græcorum Patrum in Acta Apoſtolorum & Epiſtolas Catholicas. p. 92--195.

9. Initium & excerpta ex *Damaſcii* Philoſophi opere ſpiſſo ac ſubtili ἀπορίας καὶ λύσεις περὶ ἀρχῶν, *dubia & ſolutiones de principiis rerum* complectente, quod ex Lucæ Holſtenii legato ſervat Bibliotheca hujus Urbis Hamburgenſis p. 195--262. Græce. De Damaſcio hoc Damaſceno, qui regnante in Italia Theodorico Athenis in ſchola Platonica floruit, plura Photius Cod. CXXX. CLXXXI & præcipue CCXLII. nec non Suidas. Vide quæ T. IX. hujus Bibl. p. 416. 437. 491. Cæterum hoc opus περὶ ἀρχῶν extat etiam in aliis Bibliothecis, & una cum Damaſcii commentariis in Parmenidem Platonis, in Codice Bavarico. Quod autem Valeſius ad Socratem VII. 15. p. 86. promiſit ſe vitam Iſidori Philoſophi, quam diſcipulus ejus Damaſcius ſcripſit, duplo auctiorem quam apud Photium ſervatur editurum, intelligo de laciniis vitæ ejusdem quæ apud Suidam paſſim exſtant. Certe quæ de Hypatia ibi ex Damaſcio affert Valeſius, ex Suida repetiit, non ex amplioribus ineditis illius excerptis, vel integro Damaſcii ſcripto.

10. *Libanii* Epiſtolæ aliæ ineditæ XVIII. p. 262--299. Nomina eorum, ad quos ſcribit Libanius, ſunt: Ammianus, Andrius, Andronicus, Apollinaris & Gemellus, Baſſianus, Clearchus, Demetrius, Elpidii

ne cum verſione ac notis edidit Lipſiæ 1711. 8. ſubjuncto ſupplemento lacunæ Orationis Libanii in Juliani necem T. 2. edit. Morell. p. 300. ex Codice Bodlejano. Ejusdem induſtriæ, ne de præcipuis illius operibus Bibliotheca Hebraica, notisque Philologicis elaboratiſſimis in Novum fœdus, & ſcriptis aliis in præſenti memorem, debemus Græcos ſcriptores; *Origenis* Philoſophumena notis illuſtrata Hamb. 1706. 8. *Euthymium* de Bogomilis, in commentatione erudita de illis ſæculi XI. & XII. hæreticis, edita Witeb. 1712. 4. nec non *Theophili* Antiocheni libros ad Autolycum libros III. cum notis Hamb. 1724. 8.

pidii πάρεδροι, Florentius, Gemellus & Apollinaris, Germanus, Hyperechius, Italicianus, Julianus, Maximus, Meletius, Modeſtus, Polychronius, Priſcianus & Themiſtius.

Tomo IV. 11. Poſterior pars excerptorum ex Catena Patrum Græcorum in Acta Apoſtolorum & Epiſtolas Catholicas p. 1--112. Sed age ſcriptorum veterum Syllabum, quorum fragmenta in illis excerptis occurrunt, ut in aliis Catenis in Scripturam Volum. VII. cap. XVII feci, hoc loco ſubjungam.

Ammonii T. III. p. 92. 133. 134. 140. 154. 156. 172. IV. p. 7. Presbyteri III. p. 129.

Apollinaris III. p. 93. IV. 60.

Arſenii III. p. 155.

Athanaſii ex libro ſecundo adverſus Novatianos. πρὸς τὰς λεγομένους Καθαρὰς IV. p. 52. ex tertio p. 56.

Baſilii III. p. 153. 190. IV. p. 61. 69.

Cataphryges IV. p. 49.

Chryſoſtomus IV. p. 37.

Cyrilli IV. p. 78.

ἐκ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους τόμου β'. III. p. 135. IV. p. 64.

Didymi IV. p. 1. 3. ſeq. usque ad 52.

Dionyſii (Alex.) IV. p. 62.

Evagrii III. p. 167.

Euſebii Cæſarienſis III. p. 160. 163.

Euſebii Emiſſeni III. 146--150. IV. 96.

Heſychii presbyteri III. pag. 155. 175. 177. IV. pag. 58. 60. 61. 62. 63. 69. 109.

Incerti IV. p. 79. 85. 89. 90. 93.

Martyrologium Pauli Apoſtoli III. p. 194.

Nicolai Presbyteri fragmenta III. p. 114. 116. 117.

ἐκ τῆς εἰς Ἀμὼς ἑρμηνείας III. p. 151.

Severiani Gabalenſis III. p. 96. 100. 108. 109. 110. 113. 115. 144. 151. 165. IV. p. 60.

Severi III. p. 94. 99. 119. 127. 129. 131. 143. 151. 157. 172. 178. 187. 192. IV. p. 57. 58. 66. 68. 70. 73. 83. ſeq. 93. 96. ſeq. 101. 105. 108. Epiſcopi III. p. 97. Antiocheni 107. 163.

ἐκ τοῦ κατὰ Ἀλόγους συντάγματος III. p. 184.
κατὰ τῆς διαθήκης Λαμπετίου. III. p. 182.
ἐκ τῶν κατὰ τῶν κωδικέλλων Ἀλεξάνδρου. III. p. 189. IV. p. 87.
in Epiſt. ad Epheſios IV. p. 97.
ex reſponſione ad Eupraxium Cubicularium III. p. 117. 126. 141.
ἐκ τοῦ πρὸς (Ἰουλιανὸν) τὸν Ἁλικαρνασέα συντάγματος III. p. 119. 121. 135. 161.
ἐκ τοῦ, εἰς τὸ, ἅγιος ὁ Θεός, συντάγματος III. p. 120.
ἐκ τοῦ λόγου κή. III. p. 178. μϛ΄ III. p. 161. νθ΄. IV. p. 100. οδ΄. III. p. 131. 132. οζ΄. III. p. 127. ρθ. p. 145. ρκγ. p. 129.
ἐκ τῆς πρὸς Ἀββί III. p. 177.
πρὸς Αἰδεσηνοὺς III. p. 176.
πρὸς Ἀνδρόνικον κοινοβιάρχην IV. p. 180.
πρὸς Ἀναστάσιον ὕπατον III. p. 181. Ἀναστάσιον διάκονον Ἐπιστολῆς III. p. 169. 185.
πρὸς Κωνσταντῖνον ἀπὸ ὑπάτων. III. p. 165.
πρὸς Μάρωνα III. p. 174.
πρὸς Μιταὴλ Κουβικουλάριον III. p. 186.
πρὸς Ἰωάννην στρατιώτην III. p. 156.
πρὸς Σόλωνα Ἐπίσκοπον κατὰ Εὐχιτῶν III. p. 171.
πρὸς Ἐπισκόπους III. p. 182.
πρὸς Ἡρακλιανόν. IV. p. 104.
πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὀρθοδόξους. IV. p. 82.
πρὸς Φώτιον. IV. p. 80.
πρὸς Λεόντιον χαρτουλάριον. IV. p. 95.
πρὸς Μήτραν πρωτεύοντα III. p. 173.
πρὸς Τιμόθεον Ἀλεξ. III. p. 175.
πρὸς Θωμᾶν Ἐπίσκοπον Γερμανικίας. IV. p. 109.
ἐκ τῆς πρὸς Πέτρον τὸν μονάζοντα Ἐπιστολῆς III. p. 139.
ἐκ τῆς πρὸς Φωκᾶν. III. p. 139.

πρὸς

πρὸς τὰς ἐν τῇ μονῇ τοῦ Ἰσαάκου III. p. 152.

Theodori Heracleotæ III. p. 159. 160.

Theodoſii (an Theodoti) Epiſcopi Ancyrani. III. p. 154.

Theophili Alexandrini III. p. 157.

12. *Synodici* magni *Beveregiani* ſive pandectarum Canonum SS. Apoſtolorum, Patrum & Conciliorum, editorum à Guil. Beveregio Oxon. 1677. fol. collatio cum tribus Codicibus MSS. ex induſtria celeberrimi viri *Guilelmi Lloydii* p. 113--165. De hoc Synodico dictum Volum. XI. præſentis Bibl. p. 54. ſeq.

13. *Claudii Salmaſii* obſervationes & emendationes ad *Codicem Eccleſiæ Africanæ* editum Pariſ. 1615. 8. à Chriſtophoro Juſtello p. 165--172.

14. Specimen emendationum & caſtigationum in Lexicon *Heſychii* Alex. à viris doctis Johanne Vito Pergero, Q. Septimio Florente Chriſtiano, Caſp. Barlæo & Eduardo Bernhardo p. 172--272.

15. *Plutarchi* liber ſive Dialogus pro Nobilitate p. 173--271. Græce ex MS. C.V. Joannis Grammii, cum notis & Arnoldi Ferroni verſione ſeparatim edita Lugd. 1556. 8. In fine notat Ferronus quædam deeſſe. Confer Volum. XII. hujus Bibl. p. 268.

In Voluminibus ſecuturis Venerandus atque eruditiſſ. Wolfius exhibebit præter *Libanii* Epiſtolas complures adhuc ineditas, *Johannis* cujusdam Presbyteri Canonem Paſchalem ad Nicolaum Epiſcopum, quo decima tertia (*) magna Periodus DXXXII. annorum ab A. M.

 6385

(*) Periodi primores undecim notantur à S. Maximo in computo Eccleſiaſtico. Ita autem ſe habent:

I	definit	in anno Enos	197	Mundi	532
II	-	in anno Jared	130	-	1064
III	-	in anno Lameh	142	-	1596
IV	-	in anno Noë	486	-	2128
V	-	in anno Heber	23	-	2660
VI	-	in anno Nachor	29	-	3192
VII	-	in anno Aram	58	-	3724
VIII	-	in anno Philiſtæorum	6	-	4256
IX	-	in anno Ezechiæ	70	-	4788
X	-	in anno Philometoris	16	-	5320
XI	-	in anno Imperii Conſtantini	24	-	5852
Duodecima	definit	in anno Baſilii Macedonis	10	-	6384

6385. ad 6916. (CHriſti 877. ad 1408.) exponitur, ex Codice MS. Lindenbrogiano. Diverſorum veterum Eccleſiæ Patrum homilias, *Leontii* Byz. varia quæ Græce non exſtant, ſpeciatim loca vetuſtiorum Patrum contra Eutychem ab eo citata in teſtimonium. *Manuelem Phile* de animalibus ex MSS. emendatum ac ſuppletum, variaque ejus carmina anecdota atque ἠθοποιΐαν δραματικήν. Excerpta ex *Catenis* Patrum Oxonienſibus, inter quas eminent *Macarii Chryſocephali* in Matthæum & Lucam, Anonymi in Epiſtolam ad Romanos, & alia in omnes Pauli Epiſtolas. Inſerentur ſubinde varietates lectionum annotatæ ex Codicibus Voſſianis Bibliothecæ Acad. Leidenſis, quarum ope præſtantiſſimi Græci ſcriptores, nominatim *Diodorus Siculus*, *Diogenes Laërtius*, *Plutarchus* (Moralia ejus ſcripta præcipue) *Euſebius* & veteres ſcriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *Stobæus* item ex animadverſionibus Grotii emendari atque integritati ſuæ vindicari poſſunt.

XXXVIII. Pauciſſimi fuere qui induſtria & ſtudio in ſcriptoribus Græcis, Eccleſiaſticis præſertim recenſendis, vertendis atque in lucem proferendis æquaverint, nedum anteverterint FRANCISCUM COMBEFIS Ord. Dominicani Monachum (Congregationis St. Ludovici) qui Pariſiis An. 1679. d. 23 Jun. æt. 74. obiit. Illius complures collectiones, complures ſcriptorum Græcorum editiones exſtant, quæ à Jacobo Echardo T. 2. ſcriptorum Ord. Prædicatorum p. 678. ſeq. diligenter referuntur. Ex his *Theophanem* ejus & *Leonem* Grammaticum, inter Hiſtoriæ Byzantinæ monumenta recenſui Vol. VI. hujus Bibl. p. 151. & 380. & *ſcriptores poſt Theophanem* p. 348. ſeq. atque *Origines rerum CPolitanarum* p. 687. Illos poſt Theophanem ſcriptores etiam notis illuſtrare in animo habuerat, ut identidem ipſe monet in præfationibus, ad quas etiam in marginibus remittit, paratasque habebat in ſchedis: ſed eo ſub editionis finem è vivis erepto, eorum negligentia quibus chartæ ipſius commiſſæ fuerant, perierunt. Volumen quoque alterum Byzantinæ hiſtoriæ edendum paraverat, quo *Leo Diaconus* & *Michaël Pſellus* ad MSS. Codd. recogniti, ac nova verſione eaque puriori donati prodituri erant: ſed & illud conſilium mors abrupit, quod V. C. Michaëli Lequien commiſſum fuit exſequendum, jamque typis Regiis inceptum, ſed bello tum atrociori ubique flagrante interruptum ac dilatum: ut teſtatur Jacobus Echardus T. II. de ſcriptoribus Ord. Prædicatorum p. 684.

Quæ

Quæ in *auctario novo exegetico & hiſtorico dogmatico Bibliothecæ Patrum* Combefiſii continentur, Pariſ. 1648. fol. 2. Volum. refert B. Thomas Ittigius libro de Bibliothecis Patrum p. 145. Quæ in *auctario noviſſimo*, Pariſ. 1672. fol. 2. Volum. idem p. 152. De *St. Maximi* operibus ab eodem vulgatis Pariſ. 1645. fol. 2. Vol. dixi tomo octavo hujus Bibl. c. 30. p. 730. ſeq. atque ex laudato Echardo addo, à Combefiſio paratum fuiſſe prælo etiam tertium tomum in quo debebant comparere 1) Computus S. Maximi Eccleſiaſticus ex Uranologio Petavii. 2) Commentarius fuſior in Dionyſii Areopag. Epiſtolam quartam ad Cajum. 3) In Dionyſii ac Gregorii Naz. locos quosdam difficiles, ad Thomam. 4) In Gregorii Naz. locos difficiles cum verſione Scoti Erigenæ, quod opus deinde in lucem produxit V. C. Thomas Galeus, ut dixi Volum. VIII. pag. 763. & 5) Scholia in Dionyſium Areopagitam ex MSS. aucta & emendata, quæ tamen non S. Maximum ſed Joannem Scythopolitanum Epiſcopum habere auctorem, diſputat laudatus Mich. Lequien, diſſ. prævia ad Joannem Damaſcenum.

Amphilochii Iconienſis, *Methodii* Patarenſis & *Andreæ* Cretenſis Opera, Græce & Latine cum notis. Pariſ. 1644. fol.

Baſilius Magnus ex integro recenſitus, hoc eſt emendatiores Lectiones ex Codd. MSS. annotatæ, loca multa illuſtrata, ſuppletaque, verſiones caſtigatæ, Pariſ. 1679. 8. 2. Vol. In hoc opere orationes Baſilii integræ tres de homine ad imaginem DEI condito productæ in lucem ex MSS. Regiis, Græceque & Latine editæ. T. 2. p. 98. ſeq. Similiter etiam *Athanaſii* editionem Anni 1627. ad MSS. Codices recognoverat, & *Gregorium Nazianzenum*, quem Echardus jam typographo J. B. la Caille ab auctore traditum, ab eo redemit & communicavit cum Franciſco Louvard, Monacho Benedictino St. Mauri, quem novæ quam parabat Nazianzeni editioni ante annos aliquot immortuum dolemus.

Eccleſiaſtes Græcus, id eſt illuſtrium Græcorum Patrum ac Oratorum digeſti ſermones ac tractatus. *Baſilius* Magnus Cæſareæ Cappadociæ & *Baſilius* Seleuciæ Iſauriæ. Latine ex verſione per Combefiſium recenſita ad Græcorum MSS. fidem, cum notis & caſtigationibus. Pariſ. 1674. 8.

S. Joannis Chryſoſtomus homilia de morali politia, & in Præcurſoris decollationem ac peccatricem, tertia parte auctior ex MS. Reg. cum ver-

ſione Combefiſii. Breves ad *S. Maximi* in Dionyſium ſcholia vindiciæ, ac interpretes Lanſſelius ac Corderius locis nonnullis emendati. Pariſ. 1645. 4.

S. Joannis Chryſoſtomi 1) de inani gloria & educandis liberis liber aureus. 2) In ſanctam CHriſti nativitatem (Procli fortaſſe CPol.) 3) In ſancta lumina (Chryſoſtomi an Amphilochii?) 4) In recens baptizatos & de Paſchate: 5) In S. Baſſi memoriam & in illud: *diſcite quia mitis ſum.* 6) Tractatus poſt terræ motum. II. *Severiani* Gabalorum Epiſcopi in pretioſam & vivificam Crucem & in illud: *Tu es qui venturus es, an alium exſpectemus*, & in cœcum ac mutum, & in Prophetæ Ambacum dictum, *Domine audivi auditionem & timui.* Integrior ex Codice Mazarin. quam Savilius dederat, & Severiano auctoritate Jo. Damaſceni Orat. 3. de imagg. reſtitutus. III. *Baſilii* Iſauriæ Epiſcopi laudatio protomartyris Stephani, & de ejus corporis inventione IV. *Zachariæ* patriarchæ Hieroſol. ad Eccleſiam ſuam Epiſtola è Perſide. V. Incerti (ejusdem Zachariæ an Modeſti Hieroſol.) de Perſica captivitate, ad eos qui Hieroſolymis reſidui erant exhortatio & teſtamentum. Pariſ. 1656. 8. Græce & Latine.

Theodoti Ancyrani adverſus Neſtorium liber, ſive Neſtorii confutatio ex Scriptura & fide Concilii Nicæni, poſt Holſtenii editionem cum nova verſione & notis. p. 1--86.

S. Germani Archiepiſcopi CPol. in dormitionem & translationem S. Mariæ, Oratio hiſtorica ex apocryphis petitas narrationes ingerens. Incip. φήμη καλὴ ϗ ἀγαθή. p. 87. Pariſ. 1675. 8.

Illuſtrium CHriſti Martyrum lecti triumphi, vetuſtis Græcorum monumentis conſignati, Pariſ. 1660. 8. In hoc volumine continentur Græce & Latine:

1. Martyrium *SS. Euſtathii*, & uxoris ejus *Theopiſtes ac liberorum*, tempore Adriani Imp. Incip. πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις, pag. 1. ex Cod. Mazariniano.
2. *Nicetæ* Paphlagonis laudatio, *Euſtathii*, *Agapii*, *Theopiſti* & *Theopiſtes.* Incip. τὸν ἀοίδιμον ἐν ἀθλοφόροις pag. 45. ex Codice Mazarin.
3. *Ammonii* Monachi de ſanctis Patribus Barbarorum incurſione in monte Sina & Raithu peremtis, tempore Diocletiani Imp. Incip. ἐγένετό μοι ποτὲ καθεζομένῳ. p. 88. ex Cod. Mazarin. & Seguieriano.

4. S. Nili

4. Ad *S. Nili* διηγήματα ſive narrationes de cæde Monachorum in monte Sina, quæ ſæculo quinto accidit, caſtigationes è Codice Mazariniano p. 139. ſeq.

5. *SS. Philoromi* ac *Phileæ* Thmueos Epiſcopi Martyrium, inperitante Diocletiano. Incip. βεβαιοῦν ὡς εἰπεῖν. pag. 145. ex Cod. Mazarin.

6. *Petri* Archiep. Alexandrini martyrium, ſub Diocletiano. Incip. εἶχε μὲν ἡ ἐπιφανὴς Νικομήδεια. p. 189. ex Mazariniano Codice.

7. *Theodori* Epiſcopi Iconii Epiſtola de martyrio S. Ceryci ſive Quirici & matris ejus, Julittæ ſub eodem Diocletiano. Incip. πευσαμένης τῆς σῆς τιμιότητος. p. 231. Ex Codice Regis Chriſtianiſſimi. In hac Epiſtola mentio falſorum actorum, quæ tanquam Manichæorum vel aliorum hæreticorum ſacræ Religioni illudentium fraudes ac τεχνολογήματα rejiciuntur.

8. *S. Theodotæ* & liberorum acta, martyrium paſſorum Nicææ in Bithynia, Diocletiano imperante. Incip. ἴσην οἱ Νικαεῖς. pag. 247. ex Codice Regio.

9. *S. Sylveſtri*, magnæ Romæ Epiſcopi acta martyrii antiqua & probatiora ex duobus Codicibus Regio & Mazariniano p. 258. Incip. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Celebrat ibi auctor horum actorum, Euſebii opus de Martyribus, undecim libris contextum.

CHRISTI Martyrum lecta trias Agarenico pridem mucrone ſublatorum. Pariſ. 1666. 8. In hoc Volumine offeruntur Græce & Latine:

Nicetæ Paphlagonis laudatio in *S. Hiacynthum* Amaſtrenſem. Incipit: ἔπρεπεν ἄρα πολλῶν καὶ τιμίων λίθων. p. 1. ex Codice Tiliano.

Vita & certamen *S. Bacchi*, qui in Palæſtina martyrio eſt functus, Conſtantino & Irene imperitantibus. Incip. οἱ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων, p. 61. ex Codice Mazariniano.

Martyrium *S. Eliæ* Heliopolitæ, quo Damaſci functus eſt. Incip. οὗτος ὁ ἅγιος νεομάρτυς. p. 155.

Bibliotheca Patrum Coocionatoria, hoc eſt anni totius Evangelia, feſta Dominica, ſanctiſſimæ Deiparæ illuſtriorumque ſanctorum ſolemnia, Patrum ſymbolis, tractatibus, panegyricis, iisque qua novum ex vetuſtis MSS. Codd. productis, qua recenſitis, emendatis, auctis, ad fontes compoſitis, è Græco caſtigatius elegantiusque redditis illuſtrata ac exornata Latine, Octo ſatis ſpiſſis voluminibus, Pariſ. 1662. fol. Primo tomo præmiſſum opuſculum, ſeparatim etiam

etiam editum Pariſ. 1662. 8. cui titulus: recenſiti auctores Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ, in iis obiter fere inſinuata ſtrictimque delibata Cyriacorum (Dominicanorum) immunitas, à cenſura auctoris Petri de Valle clauſa, (Theophili Raynaudi, S.I.) Nomina veterum Patrum, Græcorum Latinorumq; de quibus ordine alphabetico Combefiſius diſſerit, & quorum homiliis & lucubrationibus Bibliotheca illa conſtat, vide ſis apud laudatum Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 373. qui p. 375. ſq. etiam ex Combefiſii obſervatis & judiciis notatu digna quædam ſpeciminis loco retulit. Ex illis octo voluminibus primum homilias in Dominicas Adventus ac deinceps, ſecundum & tertium in Quadrageſimam, quartum & quintum in Dominicas usque ad Adventum complectitur. Sextum, ſeptimum & octavum Sanctis ſunt deſtinata, hoc ordine:

Tom. VI. in vigilias S. Andreæ Apoſt. & feſtum ejusdem Andreæ p. 1.
In feſtum S. Barbaræ p. 61.
S. Nicolai Confeſſoris p. 68.
S. Ambroſii p. 78.
Conceptionis St. Virginis. pag. 90.
S. Luciæ pag. 95.
S. Thomæ Apoſtoli. p. 96.
S. Hilarii Pictav. p. 110.
S. Antonii Abbatis p. 113.
Cathedræ St. Petri p. 114.
SS. Fabiani & Sebaſtiani p. 125.
S. Agnetis pag. 126.
S. Vincentii Martyris p. 134.
Converſionis S. Pauli p. 141.
S. Joh. Chryſoſtomi p. 165.
S. Ignatii Martyris p. 168.
Purificationis Mariæ p. 173.
S. Agathæ p. 255.
S. Matthiæ Apoſt. p. 282.
Natali SS. Perpetuæ & Felicitatis. p. 293.
S. Gregorii Papæ p. 298.
S. Joſephi, Sponſi Mariæ p. 298.
S. Benedicti Abbatis p. 299.
Annunciationis B. Mariæ p. 313.

S. Leonis

S. Leonis Papæ p. 436.
S. Georgii Martyris p. 437.
S. Marci Evangeliſtæ p. 448.
SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi p. 464.
S. Athanaſii p. 500.
Inventionis S. Crucis p. 530.
S. Johannis ante portam latinam p. 574.
S. Gregorii Nazianzeni p. 597--632.
Tom. VII. in feſto S. Barnabæ Apoſtoli. p. 1.
Baſilii Magni p. 9.
Martyrum Gervaſii & Protaſii p. 47.
Vigilia S. Johannis Baptiſtæ. p. 52.
feſto - - - p. 90.
Vigilia Apoſtolor. SS. Petri & Pauli p. 156.
feſto - - - p. 190.
Commemoratione S. Pauli Apoſt. p. 258.
feſto Viſitationis S. Mariæ p. 308.
Octava Apoſtolor. SS. Petri & Pauli p. 321.
Natali S. Felicitatis & VII. fratrum Martyrum. p. 339.
feſto S. Mariæ Magdalenæ p. 342.
Jacobi Zebedæi p. 396.
Marthæ Virginis DOMINI hoſpitæ p. 408.
Petri ad vincula p. 411.
Commemoratione SS. Maccabæorum Martyrum p. 435.
feſto inventi corporis S. Stephani Proto-Martyris p. 573.
Transfigurationis Domini. p. 583.
S. Laurentii Martyris p. 627.
Aſſumtionis B. Mariæ Virginis p. 643.
S. Bartholomæi Apoſt. p. 749.
S. Auguſtini p. 768.
decollationis S. Joh. Baptiſtæ p. 780--818.
Tom. VIII. in feſto Nativitatis S. Mariæ p. 1.
exaltationis S. Crucis p. 125.
S. Cypriani p. 153.
Vigilia S. Matthæi Evangeliſtæ p. 161.
feſto - - - p. 166.
SS. Coſmæ & Damiani Martyrum p. 187.

S. Michaëlis Archangeli p. 195.
Commemoratione S. Angeli Cuſtodis p. 243.
feſto *S. Hieronymi* p. 261.
Dionyſiii Epiſcopi & Martyris p. 263.
S. Lucæ Evangeliſtæ p. 276.
SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ p. 290.
Omnium ſanctorum p. 312.
Commemoratione omnium fidelium defunctor. p. 401.
feſto *S. Martini* p. 470.
Clementis Papæ p. 510.
Catharinæ Martyris p. 512.

In vigilia unius Apoſtoli. pag. 514.

In Communi SS. Apoſtolorum p. 526. unius Martyris p. 532. plurimorum Martyrum p. 613. Confeſſorum p. 718. 788. Doctorum p. 772. Abbatum pag. 819. Virginum p. 855. Virginum & non virginum p. 914. De viduis pag. 928. Mantiſſa de B. Virgine p. 938. Nicetæ Rhetoris p. 435. & Theophylacti Bulgar. 938-940.

XXXIX. Plenior hæc & accuratior eſt Bibliotheca Combefiſii Concionatoria, quam quæ ante exſtabant in hoc genere collectiones, *) (1) *Alcuini* ſive *Pauli Diaconi* **) potius, Homiliarius in Evangelia Dominicalia ac temporalia juſſu Caroli Magni in uſus Eccleſiæ collectus, editusque ſæpe numero ut Spiræ 1482. Baſileæ 1493. 1505. Col. 1517. 1539. Lugduni 1520. 1525. Pariſ. 1537. 1569. fol. Neque diverſum opus puto quod in Bibliotheca Antiſſiodorenſi inveniſſe ſe referunt doctiſſimi ſcriptores itinerarii litterarii Gallice An. 1717. 4. vulgati, Edmundus Martene & Urſinus Durandus p. 56. licet enim *Ebrardi* nomen Codex

*) Albericus, trium fontium Monachus in Chronico ad A. C. 807. p. 152. T. 2. acceſſion. hiſtoricarum illuſtris Leibnizii: *Karolus Imperator per manus PAULI DIACONI decerpens optima quæque de ſcriptis Catholicorum Patrum, lectiones unicuique feſtivitati convenientes per circulum anni in Eccleſia legendas compilari fecit.* Florus Diaconus Lugdunenſis in librum homiliarum totius anni ex diverſorum Patrum tractatibus ordinatum: in theſauro anecdotorum Edmundi Martene & Urſini Durand T. V. pag. 612

O prudens lector, vitæ cui cura perennis,
Perlege præſentem ſtudioſo pectore librum &c.

**) Simile opus in lectiones Epiſtolicas diebus Dominicis & feſtis in Eccleſia receptas ex antiquis Eccleſiæ Doctoribus collegit ediditque *Laur. Surius* Colon. 1596. fol.

Codex ille MS. homiliarii Patrum, Caroli Magni juſſu digeſti præferat, tamen librarii illum potius, quam collectoris eſſe crediderim.

Obtulit hunc librum Domino, Germane, Tibique
Ebrardus ſupplex, ſupplicis eſto memor.
Auferet hoc nullus, cujus præcordia CHriſtus
Poſſidet, iratum ne patiatur eum.
Quin etiam fratris munus votumque probando
Inſiſtet parili quicquid amore valet.
Nam petit in cœtu fratrum ſollenniter illum
Ad laudem Domini nocte dieque legi.

Nomina eorum quorum homiliæ in hac συναγωγῇ leguntur, hæc ſunt:
Alcuinus, cujus libri tres de fide exſtant p. 118. ſeq. edit. Baſil.
Ambroſius, ſæpius.
Anſelmus T. 2. pag. 36. b.
Auguſtinus ſæpius.
Beda presbyter, ſæpius.
Joannes Chryſoſtomus.
Fulgentius Carthag. p. 21. b. T. 2. p. 53. b. 67.
Gregorius Magnus, ſæpius.
Haymo p. 31. b. T. 2. p. 43. b. 62. b. 68. b. 73. b.
Hericus †) p. 20. b. 57. b. 126. b. 133. b. 140. b. 142. b. 145. 147. b. 152. 160. b. 163. b. T. 2. p. 21. b.
Hieronymus, ſæpius.
Hilarius T. 2. p. 60.
Joannes Chryſoſtomus, ſæpius.
Iſidorus p. 17. b.
Leo magnus, ſæpius.
Maximus, ſæpius.
S. Severianus Gabalenſis. p. 27.

2. Bibliotheca homiliarum & ſermonum, priſcorum Eccleſiæ Patrum, Latine, collectoribus LAURENTIO CUMDIO, Italo, & GERARDO MOSANO, Germano, Ord. Prædicatorum, Lugduni 1588. fol. quatuor Voluminibus. Vide B. Ittigium de Bibliothecis Pa-

†) Hic eſt Ericus Autiſſodorienſis, cujus homilias poſt Pauli Diaconi tempora oportet inſertas eſſe, ſicut Haymonis quoque.

trum p. 565. ſeq. & Jac. Echardi Bibliothecam Dominicanorum T. 2. pag. 324. b. & 681.

3. PERI BLANCHOT, Ord. Minor. S. Franciſci de Paula, Bibliotheca Concionatoria SS. Patrum & celebrium Rom. Eccleſiæ Doctorum ad A. C. 1580. edita Latine Pariſ. 1631. 4. Colon. 1633. 8. cum auctario, cura MICHAELIS de la NOUE, ejusdem Ord. Monachi Pariſ. 1644. 4. & alio per PETRUM PIIARTUM, Pariſ. 1654. fol.

4. La Bibliotheque ſacreé, ou recueil des plus beaux ſermons & homelies des ſaints Peres pour tous les Dimanches de l'année, pour les Feſtes de la Vierge & des Saints, & pour les jours de Careſme & des Quatre-temps *) le tout diviſé en cinq tomes, par Meſſire JEAN de LOYAC, Protonotaire du S. Siege, Conſeiller, Aumonier & Predicateur du Roy, & Abbé de Gondon. Pariſ. 1634. 4. Volumen primum, quod ſolum mihi eſt ad manus, deſinit in Dominica Quinquageſimæ. Patres quorum homiliæ in hoc tomo Gallice verſæ exhibentur, ſunt præter *Anonymum*, *Auguſtinus*, Venerabilis *Beda* *S. Cyprianus*, *Euſebius* Emiſſenus, *Fulgentius* Carthaginienſis, *Gregorius* Magnus, *Joannes Chryſoſtomus*, *Leo* Magnus, S. *Maximus* & Origenes.

5. GALEATIUS FLORIMONTIUS, Epiſcopus Sveſſanus, qui A.C. 1567 diem obiit, homilias ſelectas veterum Patrum Græcorum Latinorumque verſas à ſe Italice, vulgavit Venetiis 1555. 4. duobus voluminibus, quibus alia deinde duo volumina adjunxit SERAFINUS Florentinus, Florentiæ 1572. 4. Vide Diarium eruditorum Italiæ T. XXVI. pag. 7. ſeq. & de Galeatio Nic. Toppium in Bibliotheca Neapolitana p. 102. & additiones Leonardi Nicodemi pag. 83. & Ferdinandum Ughellum Italiæ ſacræ T. 1. p. 399. b. & T. 6. p. 545. edit. novæ Venet. 1717. fol.

6. Divorum Patrum veterumque Eccleſiæ Doctorum qui Oratione ſoluta ſcripſerunt, homiliæ ac meditationes in feſtum Nativitatis JESU CHRISTI Salvatoris noſtri, ſelectæ à CHRISTIANO DAUMIO, Cygneæ 1670. 8. In hoc parvo Volumine quæ continentur homiliæ

*) De jejuniis quatuor temporum, quibus unoquoque trimeſtri per triduum die Mercurii, Veneris & Saturni in Romana Eccleſia jejunant, quem morem ab Apoſtolica ætate repetunt interpretes quidam ad Actor XXVII. 9. Baronius ad A. C. 57. n. 206. ſeq. & Bellarminus II. 19. de bonis operibus: vide Joanne Dallæum lib. IV. de Jejuniis & Quadrageſima cap. 2. & 7. ſeq. Vide ſis etiam Baronium ad A. 1094. n. 2. ad A. 1095. n. 27. & ad A. 1105. n. 3.

miliæ Græcæ quidem cum Latina verſione duæ tantum, una *Baſili M.* & altera *Gregorii Nazianzeni*, Latinorum vero ſcriptorum aliæ duorum & viginti. De ſingulis juvat audire ipſum Daumium, cum libellus ipſe non adeo ſit obvius, & vir ille doctus paucis multa & in his quædam non protrita complectatur.

I. BASILIUS MAGNUS, qui A. C. 379. obiit: *Chriſtianus Demoſthenes*, „ Eraſmi Elogio, in Epiſt. Græco Operum Baſilii volumini, A. 1532.„ Baſileæ excuſo, præmiſſa: *Cujusque auctoritas apud Græcos tanta eſt*, „ *ut & ſeveritate vitæ & ſanctimonia morum, & præterea Optimarum ar-*„ *tium ſtudio, ſacrarumque literarum doctrina, cæteris ferme omnibus exi-*„ *ſtimetur præcellere*, teſte Leonh. Aretino, præfat. in libellum de„ Inſtitutione puerorum Baſilio tributum, ad Collucium Salutatum.„ Uſus hic fui Editione Græca *Jani Cornarii* Medici, Civis noſtri, Ba-„ ſileæ 1551. in folio evulgata, cujus græca ad Julium Epiſc. Num „ burgenſem Præfatio hic Cygneæ ſcripta fuit. Adhibita & eſt„ utraque Helmſtadienſis An. 1600. & 1645. in 4to. uti & Lipſi-„ enſis D. Georgii Langevoithi A. 1575. in 8vo. cujus etiam Lati-„ nam verſionem retinere placuit, præ Raph. Volaterrani ex A-„ ſcenſiana Ann. 1520. ἐκδόσει, & Colonienſi 1518. & Wolfg. „ Muſculi Baſil. 1540. ſingulis in folio procuſis. Nam *Adami Fu-* „ *manni* Moralium duntaxat & Aſceticorum verſionem habebamus „ Lugd. apud Gryphium 1540. fol.

II. GREGORIUS, Theologus καθ' ἐξοχὴν, ſive *Deiloquus* (ut P. Da-„ mianus reddit, lib. I. Ep. 9. p. 19. Edit. Pariſ. 1610.) dictus; à„ Patria vero Nazanzenus, vel NAZIANZENUS, qui obiit A. C. „ 389. *Græcorum Patrum* μεγαλοφωνότατος Richardo Montagu ſu-„ per invectivas Gregorii hujus. Uſus & hic ſum verſione Lan-„ gevoithi Lipſ. 1575. præ illa, quæ Rufino aſſcribitur, à Joh. A-„ dolpho Mülingio Argentorati 1508. in 4to. cum aliis ejusd. Ser-„ monibus edita, & illa quam dederat Pet. Moſellanus Coloniæ „ 1518. in 4. Græca autem ex Aldina 1516. in 8. & Operum Græ-„ corum Baſileenſi apud Hervagium An. 1550. in fol. Nam recen-„ tioris Morellianæ copia nunc non erat. „

III. ZENO VERONENSIS, non tamen Martyr, ſed eo recentior, cir-„ ca Ambroſii ætatem, ſive Annum 370. ut Labbeus vult: *Erudi-*„ *tione & pietate admirandus*, judicio Barthii lib. XLIII. Adverſ. c. „ X. *Chriſtianus quidam in loquendo Appulejus*, ut idem eum vocat,„

„ad Papinii Statii 1. Silvam libri V. p. 446. *Acutiſſimus Scriptor*, „*ſed minutis Barbariæ punctiunculis*, *ſtylum illum ſuum ſcintillantem* „*pulcris dictis*, *mirifice ſæpe vulneratus*, eodem cenſente ad 2. Theb. „Papinii verſ. 231. p. 390. De quo etiam idem lib. XLIII. Adv. „10. ita: *Cum Zenonis Veronenſium quondam Antiſtitis Sermones lego*, „*Chriſtianum quendam Appulejum legere mihi videor; adeo eruditus eſt* „*& denſus in ſignificandis per pauca multis is nobiliſſimus auctor.* Quan- „quam illi Sermones ejusdem Auctoris omnes vix eſſe cenſentur. „*Collectanea is liber Sermonum habet de variis Auctoribus*, inquit idem „Nob. Barthius ad Claudian. p. 428. Ex Hilario & Baſilio & aliis æ- „vum Zenonis inſecutis conſarcinatos eſſe docti ſciſcunt. Videan- „tur Bellarminus T. VII. de Script. Eccleſ. p. 44. Poſſevinus T. „II. App. Sacr. p. 554. Robertus Cocus Cenſurâ Script. Veterum „p. 84. Edit. Londin. 1623. Caſp. Barthius lib. XLII. c. XIIX. col. „1904. & Phil. Labbeus Diſſert. de Script. Eccleſiaſticis &c. Mi- „ratur tamen Vir Diſertiſſ. *Aug. Buchnerus* in quodam Programma- „te, cum An. 1632. Sermonem Zenonis de Reſurrectione publi- „ce prælegeret, *non advertiſſe Cenſores (quod & Raphael Bagata &* „*baptiſta Perettus Editionis ſecundæ Curatores rebus idoneis docuerunt)* „*formam, ſive charactera ſermonis plerumque ſibi eſſe ſimilem, & mi-* „*rum in modum reſpondere: poſthæc attingi plura in iſtis Sermonibus*, „*quæ non niſi antiquiſſimæ Eccleſiæ temporibus, cum inter medios genti-* „*les jactaretur, & quibus Zeno Martyr vixiſſe traditur, congruere* „*poſſunt.* Idem ibid. *Zenonis dictionem eruditam, floridam, elegan-* „*tem* eſſe ait. Quod *Programma* omnino legendum eſt cum *Baga-* „*tæ* ſupra dicti *præfatione*, quæ Tomo III. Biblioth. PP. Colon. „trajecta poſt Zenonis Opera reperiunda eſt, pag. 374. Ex ea „Bibliotheca transſcribi fecimus eos Sermones, quos edimus; „cum utraque Veronenſis, prior Guarini Anni 1508. poſterior „Bagatæ & Peretti An. 1586. nondum in manus noſtras pervene- „rint. Notas ad oram, quas manu ſua Nobiliſſ. Barthius Codici „ſuo aſſcripſerat, non puto ingratiis Lectoris politi adjecimus.

IV. D. Ambrosius Mediolanenſium Epiſcopus, qui obiit A. 397. & *jux-* „*ta nomen ſuum vere cæleſti manat ambroſia, dignus qui ſit quod di-* „*citur, AMBROSIUS, h. e. immortalis, non ſolum apud Chriſtum, ve-* „*rum etiam apud homines*, cenſente Eraſmo in Epiſtola Ambroſii O- „peribus præfixa. Exhibuimus unum & alterum Sermonem (nam

in-

intermiſti ſunt *Maximi Taurinenſis* Homiliis, ex Operum ejus E-,,
dit. Baſil. 1492. in fol. & altera ibid. 1506. in 4. Item Joh. Coſterii,,
ibid. 1567. in fol. promulgatis.,,

V. D. Aurel. Augustinus, Epiſc. Hipponenſis in Africa, qui obiit,,
A. C. 430. *Antiſtitum ille Antiſtes egregius* Barthio, libr. LVIII.,,
Adverſar. cap. V. col. 2728. *Tantus Vir, ut ei ſimilem modo,,
nulla poſt ætas tulerit*, eidem lib. 60. Adv. col. 2832. ut infinitas,,
alias laudes taceam, nemini non cognitiſſimas. Uſui nobis fue-,,
runt Editiones ejus Baſileenſes Anni 1529. & 1556.

VI. Petrus, Archiepiſcopus Ravennas, ob auream ingenii atque,,
eloquentiæ ubertatem Chrysologi cognomen adeptus, qui,,
obiit An. 449. *Ejus Sermones acutiſſimi ſunt, & eruditiſſimi, et-,,
iam Zenonis Veronenſis, quos ego duos Appulejos quosdam Chriſtiani,,
nominis vocare ſoleo*, ait Barthius lib. L. Adv. c. 9. *CHRYSOLO-,,
GUS pauciſſimis verbis immenſa dicere ſolet*, lib. XLIX. cap. II.,,
*Cujus de rebus divinis divini Sermones bonis omnibus in pretio haben-,,
tur*, lib. XII. cap. XI. col. 686. Qui etiam videndus lib. LXI.,,
cap. VI. Expreſſi ſunt ii Sermones, quos dedimus, ex Edit.,,
Moguntina 1607. in 8vo. Lugdunenſi 1623. & quæ in Coloni-,,
enſi PP. Bibliotheca eſt. Quæ tamen novam Recenſionem deſi-,,
derent, quam flagitat lectionum varietas, quæ animadverten-,,
da eſt ex iis, quæ Thomas Hibernicus, & Collector Allegoria-,,
rum hinc in ſua Collectanea transtulerunt.,,

VII. Eusebius Gallicanus, uti Andreæ Schotto in Bibl. PP. Colon.,,
Tom. V. part. I. eum vocare placuit, qui prius ſub Eusebii,,
Emisseni, Ariani & Græci Scriptoris nomine, bis fuit editus,,,
errore admodum vetere. Nam ita appellat Ivo Carnutenſis E-,,
piſtola 287. Edit. Jureti, p. 502. & videndus Baronius lauda-,,
tus in Chronologia Lirinenſi, pag. 382. EUSEBII certe nomi-,,
ne videtur citare Paſchaſius Radpertus, Epiſt. de Cœna, p. 154.,,
Edit. Helmæſtad. Laudat & Gvitmundus Averſanus ſub finem li-,,
bri III. adverſus Berengarium, pag. 68. b. Edit. Lovan. 1551.,,
in 8. Seculo undecimo, & ſub medium ſequentis Seculi à Gra-,,
tiano Diſtinctione ſecunda allegatur. Nomine EUCHERII Lu-,,
gdunenſis Epiſcopi, qui 454. obiit, laudat Caſaubonus in Baro-,,
nium p. 429. a. eumque ſecutus noſter Barthius, qui & *Chriſtia-,,*

num

„*num Senecam* nominat ad hujus Eucherii Paræneticon Notis, & „libro LIV. Adverſ. c. IX. col. 2539. *Hæc Eucherius*, inquit, *ad-* „*modum appoſite; qualia multa ſunt in illius Homiliis jucunda ob erudi-* „*tionem & acumen, utilia ob ſanctitatem & doctrinam; quæ raro tan-* „*tæ inſunt longiſſimis tractationibus, quanta in condenſis illis & ner-* „*voſæ brevitatis concionibus.* Egregiis olim EUCHERIUM laudi- „bus affecit Claudianus Mamertus, lib. II. de ſtatu Animæ cap. IX. „p. 141. Edit. Barthianæ. Paucas tamen in illis Homiliis ejus vo- „lunt eſſe genuinas. Vid. Savaro ad Epiſt. Sidonii pag. 240. Alias „EUCHERII Homilias edidit cum Theodoro Studita Joan. Livi- „nejus, Antw. 1602. 8. ex quo *Homilia* ejus *de B. Virginis conce-* „*ptione Fragmentum*, quod ibi exſtat p. 404. adjecturi hic eramus: „ſed neſcio qua operarum incuria excidit, ideoque ſub finem „opuſculi appoſitum eſt. Uſi ſumus Editione Joh. Gagneji Pari- „ſina 1561. 8. & altera ejusdem loci 1578. 8. cujus alter Homi- „liarum Tomus recte *Brunoni Aſtenſi* non ita pridem reſtitutus fuit „poſtliminio.

VIII. Leo Magnus, Pontifex hujus Nominis primus, qui obiit 461. „Qui (ut D. Heinſius Orat. pro Bibliothecarii munere, pag. 98. „Edit. Amſtel. 1657. cenſet) *quot periodos, tot divina apophtheg-* „*mata effundit.* Quem *Eccleſiaſticæ dictionis Tullium* laudat Laur. „Ramirez, Pentecontarchi cap. XVII. pag. 156. Præſto hic no- „bis fuerunt Editio Antwerp. Philippi Nutii 1583. 8. & quæ ex „hac expreſſa eſt Tomo V. Bibl. PP. Col. part. 2. Nec non vetus „Pariſienſis An. 1515. apud Joh. Parvum per M. Bertoldum Rem- „bold in 4. excuſa.

IX. Maximus Taurinensis in Alpibus Epiſcopus, qui obiit 466. Cu- „jus plures Sermones inter *Ambroſianos* & *Auguſtinianos* legun- „tur; ut Sermo alter, qui hoc opuſculo legitur, eſt apud Augu- „ſtinum undecimus de Tempore. Aliis Editionibus, ut Roma- „na, Pariſina, Lugdunenſi & Colonienſi deſtituti, ſecuti ſumus „eam quæ Tomo V. Bibl. PP. Colon. parte I. inſerta habetur.

X. Fabius Claudius Gordianus Fulgentius Afer, Epiſcopus Ru- „ſpenſis, qui 529. obiit, ut Baronius, & multi alii; vel „533. ut Labbeus & Chifletius aſſerunt: *Vir vere Apoſtolico Spiri-* „*tu plenus* Barthio ad Claudian. 2. Ed. pag. 83. *Præclarus Scriptor*,

eidem

eidem ib. p. 316. *Incomparabilis Vir*, *cujus ego admirator ſum*, ait,, idem lib. 16. Adv. c. 8. col. 834. *Quem ego Scriptorem inter Pa*-,, *tres Latinos ſummopere amo*, *ob nervos*, *quibus præditus eſt in perſva*-,, *dendo*, *& vivam vim dictionis*, *rebus maximis ubique parem*, ait lib.,, 46. c. 13. col. 2150. Editio paruit nobis Joh. Molani, quæ Ant-,, werpiæ ex officina Plantiniana 1574. 8. prodiit, contulimusque,, eam, quæ inter Hæreſeologiæ, Baſileæ apud Henr. Petri 1556. in,, fol. luci datæ Auctores viſitur, una cum Bibl. PP. Col. qvum cæ-,, teris longe auctior Lugdunenſis Anni 1652. in Heptade Præſulum,, nondum nobis conſpecta eſſet.

XI. D. Gregorius Magnus, qui obiit A.C. 604. *Doctiſſimus Præſul* Barthio,, laudatus ad 2. Theb. Statii p. 447. qui *ejus Homilias barbarie fere vi*-,, *gente in ſummo pretio fuiſſe* ait, *adeo*, *ut qui aliorum librorum potiri*,, *non poſſent*, *monachis præſcriptum ille meminerit*, *hunc ut librum omni*-,, *modis ſibi parent.* Videndus is lib. 55. Adv. cap. 14. Qui & *miri*-,, *fice bonis rebus plenas* ibid. ait, & *exemplar velut ſequentium ſeculorum*,, *Doctoribus.* Opera ejus adhibita à nobis fuerunt Editionis Baſil.,, Frobenianæ 1564. & Homiliæ peculiariter Antwerpiæ apud Jo.,, Bellerum 1565. in 12. excuſæ, quæ & in Homiliario Doctorum,, leguntur.

XII. S. Isidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, qui obiit 636. Ejus Sermo ex,, Homiliario Doctorum deſumptus fuit, cum omnia ejus Opera à,, Jac. à Breul Pariſiis 1601. & Colon. 1617. publicata nondum ad,, nos pervenerint.

XIII. Beda, vel Bedas de Jaru, ſive Girwicenſis, Venerabilis *ob*,, *vitæ modeſtiam nuncupatus*, ut Joh. Baleus Cent. 2. Script. Anglic.,, cap. 1. pag. 94. ſcribit, qui obiit An. 739. *Magnus (quid enim*,, *ad tantam doctrinam ſtylus ignobilior obfuſcandam faciat?) Beda*, ait,, Barthius ad Claudian. p. 86. *Cujus ingenium ingens*, *& induſtria*,, *incomparabilis*, *Sanctuarium quoddam undique pulſarum artium fuerunt*,,, eodem ibid. p. 547. cenſente. Expreſſa eſt ex Homiliarum ejus,, Editione Colonienſi apud Joh. Gymnicum 1534. in 8vo. excuſa,,, quam hic dedimus, collataque cum Homiliario Doctorum, qui,, ſinceriorem puto lectionem ſuppeditavit.

XIV. Flaccus Alchwinus, ſive Alcuinus vel *Albinus*, Scotus, qui obiit 804. *Caroli Magni educator*, *Academiæ Pariſienſis fundator*, ,,

„Dempſteri Elogio. De quo Philippus Melanchthon declamat. de „corrig. ſtudiis Tomo I. p. 510. *Alcuinum ex Anglia in Gallos duxit „Carolus Magnus, quo autore Pariſii literas profiteri cœperunt, auſpicio „certe læto.* Et Barthius Adverſar. Tom. III. lib. 149. cap. 5. *In „Albino Alcuino Flacco non minor fuit Eruditio, quam quolibet majorum „gentium alio aliquo Scriptore, major etiam fervor Chriſtianæ manſuetu„dinis, humilitatis, Sanctitatis, quam in pluribus meliorum tempo„rum. Sola deficit puritas Orationis, quam contempſit, conformans ſen„ſui temporum ſuorum, quæ aſpernantur omnia, quæ Eloquentiam in„terpretum Scripturæ excederent. Epiſtolas ſane ejus legens, legere Ze„lum te & Sanctimoniam Hieronymiani ævi dicas, ſi abſint illæ barbari„ſmorum ſtribiligines. Nec ſic tamen & cum iſtis contemnenda ſunt.* Hæc „ille. Opera ejus edidit Andr. Quercetanus Turonenſis Lutet. „Pariſ. 1617. in fol. Quæ uſui meo conceſſit Præcellentiſſimus „Vir *Jo. Andreaas Boſius*, Profeſſ. in Acad. Jen. Hiſtor. Publicus, „de Rep. Literaria meritiſſimus, & in dies bene merens. Con„tuli & Homiliarium ſæpe laudatum, qui non ſemel à Quercetano „abire depræhenſus eſt.

XV. Odilo Cluniacenſis Abbas, quem 1049. Kal. Jan. obiiſſe Labbe„us, floruiſſe circa An. 848. ex Flodoardo & aliis conſtare ait „Barthius, lib. LX. Adv. col. 2903. Sixtus Senenſis, (qui libr. „IV. Bibl. Sanctæ Edit. Colon. 1626. p. 348. Odonem vocat) „An. 920. *Scriptor doctiſſimus*, Barthio, d. l. col. 2903. *ſub media „Barbarie Patres veteres æmulatus* ib. *Scriptor non multis veterum mi„nor*, eid. ad Claudian. p. 2080. a. Suppeditavit hunc Bibliothe„ca Cluniacenſis, à Martino Marriero & Andr. Quercetano Anno „1614. in fol. Pariſ. curata. Ex qua & in Colonienſem Minorum „Patrum, Partem ſecundam Tomi Decimi translatus eſt.

XVI. Petrus Damiani, Oſtienſis Cardinalis, qui obiit 1072. *Scriptor „mirum quam vetuſtatem intimam ſpirans & diſertus* Barthio 18. „Adv. c. 7. *Longe ſeculo ſuo major*, eid. lib. IIX. c. V. col. 368. „*Doctus & politus ſuo ævo auctor*, lib. XVI. c. V. col. 831. *Doctus „auctor ad miraculum ævi & eloquens*, eid. ad Claudian. 2. Edit. „p. 528. *Is piiſſimus & præſtantiſſimus Scriptor, nunquam digne cele„brari poterit. Inſignis ævo ſuo eruditione, eloquentia, cultu, quod„que optimum & pariter cum movendo affectu eſt jucundiſſimum, ex-*

emplo-

emplorum ob ocu'os ponendorum præclariſſimus artifex, ait idem lib.,,
XIIX. Adv. cap.VIII. col. 905. ubi reliqua videnda. *Nemo Pa-*,,
trum quotquot mihi cogniti ſunt, S. Scripturæ doctior fuit iſto Damiano,,,
nemo ejus rationabilior & diſertior interpres; adeo ut plus millies mi-,,
ratus ſim eum hæreſeos notam non ſubiiſſe. Intellige de temporibus,,
ſequioribus. Veriſſimum enim, Veritatem ab eo non niſi per Superſtitio,,
nem viſam, & ſic viſam metu atque ævi tenebroſitate ſæpius diſſimula-,,
tam ei aut excuſſam, aſſcripſerat ſuo Codici noſter Barthius. Præ-,,
buit nobis hunc ejus Sermonem Editio Conſtantini Caëtani Roma-,,
na A. 1608. in fol. Tomo II.

XVII. Radulphus Ardens, Pictavus, Illuſtriſſ. Aquitaniæ Ducis Gui-,,
lielmi IV. Concionator diſertiſſimus, qui vixit circa An. Chriſti,,
(ut arbitrabatur Barth.) 1130. ante, non poſt. *Quem ego ſcri-*,,
ptorem ob nervoſam eloquentiam & doctrinam penetrantem plane caris-,,
ſimum habeo, ait idem Polyhiſtor judicioſiſſimus lib. LV. Adverſ.,,
c. IV. col. 2588. Qui & eidem *præclarus ſcriptor* audit, lib. X.,,
c.V. col. 466. & 467. *Scriptor nervoſus & doctus, qui nullum*,,
magis auctorem ſequitur, quam Gregorium Magnum Homiliis: lib.,,
LV. c. XIV. col. 2620. *Scriptor longe doctiſſimus*, ad Claudian.,,
1149. b. *Quo vix quisquam planius & ſolidius Evangelia expo-*,,
ſuit, ævo ſeqviore, populo, ejusdem ſententia lib. LX. Adverſ.,,
col. 2979. *Scriptor ſanctitate, eruditione, eloquentiaque paucis*,,
veterum ſecundus, eid. 4. Adverſ. 7. col. 169. qui & libro LXIV.,,
Adverſ. c. III. lib. CXIX. c. IIX. & alibi in ipſius laudem calamum,,
officioſum habet. Editio, ex qua Homilias binas deprompſi-,,
mus (nam Bibliothecæ Patrum architecti plane hunc Auctorem,,
nec quid nec quare omiſerunt; uti nec Bellarminus in de Script.,,
Eccleſiaſticis libro, nec Labbeus hujus Libri illuſtrator, ejus men-,,
tionem faciunt.) Uſi ſumus Edit. Pariſina 1568. in 8. Quæ an-,,
tea Lovanii 1565. & poſtea Coloniæ 1604. in 8. prodiit.

XIIX. Bruno Astensis, Epiſcopus Signienſis, & S. R. E. Cardinalis, qui,,
obiit 1125. Ejus Homiliæ Pariſiis 1178. in 8. ſub nomine *Euſe-*,,
bii Emiſſeni publicatæ, & alteri Tomo eidem tributarum Homi-,,
liarum adjectæ ſunt. In Bibl. PP. Colon. Tomo V. parte I. *Euſe-*,,
bio Gallicano aſſcripſit Andreas Schottus. Tandem vero auctori ſuo,,
aſſeruit, omnium hujus Brunonis Operum duobus Tomis com-,,
præhenſorum Venetiis 1651. editor D. Maurus Marcheſius, Pa-,,

„normitanus. Ejus meminere præ cæteris Petrus Diaconus in Caſ„ſinenſi Chronico, Baronius T. XII. Annal. Marcus Antonius Sci„pio in Elogiis Abbatum Caſſinenſium, & alii, quos Labbeus „memorat.

XIX. Goffridus Vindocinenſis Cœnobii Abbas, & ſanctæ Priſcæ Car„dinalis, qui obiit 1130. calculo Labbeano. Quamquam de obi„tu ejus nihil compertum ajat Jac. Sirmondus, qui primus in lu„cem protulit, Pariſ. 1610. in 8. cujus Editionem magna Colo„nienſium Bibliotheca T. XII. parte I. ſecuta eſt.

XX. Hildebertus de Lavardino, vel Lavarzino, ex Epiſcopo Ceno„manensi, Turonenſis Archiepiſcopus, qui obiit 1132. 15. „Kal. Jan. ut Labbeus T. I. Diſſert. de Script. Eccleſ. p. 458. Anno „1136. ut vetus Scheda MS. à Joh. Picardo Annot. ad Epiſt. 53. „lib. III. Anshelmi Cantuar. & Voſſius lib. II. de Hiſtor. Lat. cap. „XLIX. p. 404. Non 1100. quem Laur. Beyerlinck male ponit „Tomo VI. Polyantheæ, fol. 472. E. *Qui mire facilem, purio„rem ſtylo, & antiquis propiorem* laudat: *Doctiſſimus Scriptor* Barthio „lib. VI. cap. XIV. *Præclariſſimus ſuo ævo Doctor*, eidem lib. LX. „col. 2899. De quo vetus illud apud Chronologum Antiſſiodo„renſem Anonymum ad Ann. Domini 1107. p. 78. a. Edit. Pariſ. „1609.

Inclytus & proſa verſuque per omnia primus,
Hildebertus olet prorſus ubique roſam.

Ejus *Sermonem*, cum nec in Bibliothecis PP. nec alibi exſtet, exhibuimus „ex Editione D. ANDREÆ RIVINI, qui primus Opuſcula ejus non„nulla è MSS. edidit A. 1637. & ſqq. Nondum tamen omnia. Alia „enim *fragmenta* & *Carmina* poſt illum reperimus, apud Vinc. Bel„luacenſem, & Ordericum Vitalem, quæ ille præteriit. Alia non„dum in publicum protracta ſe prolaturum pollicetur Labbeus T. „I. Diſſ. Hiſt. de Scriptor. Eccl. p. 460. & Novæ Bibliothecæ MSS. „Librorum Coronide Poëtica p. 59. Multa quoque ejus Opera „olim maximo ſtudio collegiſſe fertur *Philip. Loyauté*, Advocatus „Pariſienſis; quæ tamen, teſte eodem Labbeo in Supplemento X. „pag. 363. nondum prælo ſubjecta ſunt. Et cur Galli, qui poſſi„dent, non edunt? *) *Notulæ ad omn*, ejusdem RIVINI ſunt.

XXI.

*) Edidit Antonius Beaugendre, Benedictinus, Pariſ. 1708. fol.

XXI. Honorius Presbyter Augustodunensis, qui floruit, teſte Lab-„ beo, 1130. quem & is usque ad 1153. annum perveniſſe autu-„ mat: præter Scripta, quæ Bibliothecæ PP. Col. ab And. Schotto, „ qui omnia ſe ejus edere falſo ſibi perſvaſit, inſerta ſunt, exſtat „ ejus *ſpeculum Eccleſiæ* (quod ipſemet inter ſua ſcripta recenſet, p. „ 454. Edit. Baſil. 1544. in 8.) ſive Sermones tam de tempore, „ quam de ſanctis, cum FELICIARII Epiſcopi Arelatenſis opu-„ ſculo *admonitionum quarundam atque interpretationum Locorum ali-„ quot ſcriptura difficilium*, etiam in Bibl. PP. omiſſo, nec à Bellar-„ mino, Labbeove memorato; edente Coloniæ ex ædibus Quen-„ telianis Joh. Dietenbergio An. 1531. in 8. Unde ſermonem ejus,„ ſpeciminis gratia deprompſimus.

XXII. Absalon ex Canonico S. Victoris Lutetiæ Pariſiorum Abbas in„ Sprinckirsbach (Cæſ. Heiſterbach. diſtinctione ſeu Lib. IV. c. „ LXXXIX. Ed. Colon. 1481. in fol. ſcribit *Sprenckaribach*) quod„ monaſterium in Epiſcopatu Trevirenſi eſt, qui abſens circa An. „ 1120. Abbas ibi electus eſt. De eo prædictus Cæſarius, qui ſcri-„ pſit ſuos Dialogos An. 1222. legendus eſt loco dicto, pag. 294. „ Edit. Colon. 1599. in 8. qui *virum honeſtum & literatum* laudat.„ Auctor vitæ ejus ſub Innocentio III. qui cœpit a. 1182. ponit.„ Excerpſimus *duos* ejus *Sermones* ex Edit. *D. Danielis Schillinckii*„ Sprinckirsbacenſis Cœnobii Abbatis, quæ Coloniæ 1534. in f. „ invulgata eſt.

XXIII. D. Bernardus, Abbas Clarævallenſis, *Doctor mellifluus* dictus, „ qui obiit An. 1153. de quo Dan. Heinſius alicubi: *Quis ſuavius*„ *Bernardo ſcribit? cujus ego meditationes, rivum Paradiſi, ambro-„ ſiam animarum, pabulum angelicum, medullam pietatis vocare ſoleo.*„ Uſi ſumus operum ejus Ed. Pariſienſi A. 1508. Lugd. 1538. Baſil.„ 1566. & Colon. Jac. Merlonis Horſtii 1642.

XXIV. Petrus Blesensis, Bathonienſis Archi-Diaconus, quem flo-„ ruiſſe ab an. circ. 1160. usque ad 1200. Labbeus affirmat, *infe-„ rioris ævi ſcriptor non proletarius, verſus modo excipias*, judice Bar-„ thio Lib. XX. Adverſ. cap. III. col. 973. Ejus ſermonem ex Jo.„ Buſæi editione, quæ Tom. XII. B. PP. part. II. inſerta eſt, re-„ præſentavimus.„

„Potuiſſemus adjicere longe plures, *) ſi per ſumptuarium licuiſſet. Ad-„erant enim Sermones *Hippolyti Portuenſis*, qui anno 230. calculo „Philippi Labbei, Diſſertat. de Script. Eccleſiaſticis, obiit: *Cypriani* „qui 258. *Athanaſii*, qui 373. *Greg. Nyſſeni*, qui 395. *Epiphanii*, qui „403. *Hieronymi*, qui 420. *Jo. Chryſoſtomi*, qui 438. *Baſilii Seleuci-„enſis*, qui 455. *Athanaſii Sinaitæ*, al. *Axiagaſti*, qui 608. *Sophronii*, „qui 636. *Theod. Studitæ*, qui 826. *Haymonis*, qui 853. *Rhabani* „*Mauri*, qui 856. *Smaragdi S. Mich.* qui circa 970. *Fulberti Carno-„tenſis*, qui 1028. *Rapularii ἀνεκδότου*, de quo alibi, qui poſt horum „tempora vixit.

Hæc clariſſimus Daumius, Cygneæ ſuæ gloria, qui A. C. 1687. 15. Dec. ætat. 75. diem obiit. Eidem *Hieronymi* Græci opuſcula debemus quæ Volum. VIII. hujus Bibl. p. 375. ſeq. reddidi, & *Gennadii* CPol. Dialogos atque expoſitionem fidei Chriſtianæ, de qua dictum Vol. X. p. 371. Edidit quoq; ex Latinis Catonem & Columbanum cum incerti Monoſtichis & Anonymi Salutaris diſtichis, A. 1672. 8. Paulinum Petrocorium de Vita S. Martini, Bernardi Geyſtenſis Palponiſtam, (editum pridem Colon. 1501.) & Walonis Britanni Satiram, Henrici Septimellenſis elegiam ſive dialogum de fortuna, Epiſtolas Ciceronis à Sturmio ſelectas, de quibus ſingulis in Bibl. Latina. Habemus & ab illo notas in Optatianum Porphyrium, editas inter M. Velſeri opera, & fabulas Joach. Camerarii addita notitia locorum ubi eædem apud alios ſcriptores obviæ ſunt: ex qua ſicut etiam ex notis vel præfationibus quas jam dictis monumentis à ſe vulgatis adjunxit, abunde patet virum illum magna eruditione &

in

*) Præter homilias in Nativitatem CHriſti quas Daumius, ὁ μακαρίτης hic refert, & præter alias quas memoravi T. 9. hujus Bibl. p. 85. ſeq. ſuccurrunt mihi homiliæ *Sophronii* Hieroſol. quæ incipit: *Latam illuſtremque præſentem dicem cerno* T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 206. *Cyrilli* Alex. incip. λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ὑπόθεσις. MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VI. p. 37. *Andreæ* Cretenſis Incip. Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα τῆς ἀφάτου τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. MS. *Joannis* Nicæni Archiep. ad Zachariam Armeniæ Catholicum, Incip. ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Græce & Lat. T. 2. auctarii novi Combefiſiani p. 298. & Latine T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 817. *Rabani* Mauri T. V. Opp. *Eleutherii*, Tom. VIII. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 1128. *S. Humilitatis* in Actis Sanctor. Maji pag. 837. ſeq. *Reineri* Leodienſis ad antiphonas antenatalitias, apud Bernardum Pez, T. IV. anecdotor. parte 3. p. 53. *Metrophanis Critopuli* Altdorf 1625. 4. &c.

in legendis priſcis, mediorum præcipue ſæculorum ſcriptoribus diligentiſſimum fuiſſe, quod magis etiam conſtaret omnibus, ſi ejus Variæ Lectiones & obſervationes in ſcriptores varios Latinos, ſi Vitæ Poëtarum Latinorum, Index in Poëtas Farnabianus ex mille fere Poëtis auctus, Indices Linguæ Latinæ Græcæque multis conſtantes Voluminibus, Gloſſarium in Alcimum Avitum & liber de cauſis omiſſarum Latinæ Linguæ radicum, quarto tanto auctior lucem vidiſſent. De Vertumno ejus Poëtico, ſive ſcito illo Imperatorio, fiat Juſtitia & pereat Mundus, ultra quater mille vices variato, de diatriba qua nullitatem Aoriſti ſecundi & Futuri ſecundi apud Græcos demonſtratum ivit, & de aliis ejus ſcriptis editis atque ineditis adiri poſſunt Chriſtianus Feuſtelius ἀναθήματι manibus Daumianis conſecrato & edito Lipſ. 1688. 4. Jo. Caſparis Lœſcheri memoria Daumiana, Witeberg. 1701. 4. Godofredus Ludovici præcipue, ὁ μακαρίτης parte 3. Hiſtoriæ Rectorum Scholarumque celebrium pag. 110. ſq. & Adolphus Clarmundus T. III. Vitarum editarum Germanice pag. 188. ſqq. apud quem tamen pag. 207. pro Hugonis Grotii nomine, *Gennadii CPol.* reponendum. Vide ſis etiam memorias Philoſophorum Rollianas decad. 2. p. 252. & Hagenianas pag. 306.

XL. Eidem Daumio debemus etiam editionem ſcriptorum plerorumque CASPARIS BARTHII, genere nobili ſed litteris & ingenio longe nobilioris Viri, quæ poſtremis vitæ annnis vel poſt ipſius obitum a) vulgata ſunt: in quibus & eſt duplex collectio ſcriptorum Veterum.

Una quæ ſubjicitur libris tribus Claudiani Ecdicii Mamerti de ſtatu animæ, cum

a) Extinctus eſt Lipſiæ A. 1658. 17. Sept. Ipſe de ſe A. 1655. T. 2. ſoliloqv. p. 914.

Annis jam decies addidimus duos
Quinis: jam genus inclutum
Agnatos penitus mors rapuit meos,
Omnes compoſiti: ſuper
Solus vivo meis, jam placidum ſilent
Germani gemini, duæ
Germanæ pariter: ſtirpis ego meæ
Improlis genitor, ſimul
Totum tollo genus. Mecum abit omnium
Nomen Barthiadum vetus &c.

cumBarthii notis & gloſſario, atque Andreæ Schotti caſtigationibus, Cygneæ 1655. 8. In illa habentur:

S. Gregorii Thaumaturgi libellus de anima ad Tatianum, Latine ex verſione Gerardi Voſſii pag. 460. Vide Volum. V. hujus Bibl. pag. 253.

Incerti Philoſophi Chriſtiani Græci, (Barthio judice *Anaſtaſii* Sinaitæ) de anima celebriores opiniones, Latine Joanne Tarino interprete p. 472. Vide iterum Volum. V. p. 220.

Hermæ Paſtor, ex veteri verſione Latina, p. 724. cum Barthii animadverſionibus, ex ineditis Adverſariorum b) ejus libris Lib. LXVIII. 5. & 12. XCV. 4. XCVI. 9. XCIX. 6. & 11.

B. Paciani, Latini ſcriptoris paræneticon ad pœnitentiam pag. 934.

Altera collectio duos Philoſophos Chriſtianos complectitur, *Æneæ* Gazæi dialogum de immortalitate animæ cum verſione Barthii, & *Zachariæ* Scholaſtici dialogum contra Mundi æternitatem, cum Jo. Tarini interpretatione, ambo notis Barthii illuſtratos Lipſiæ 1655. 4. de utroque dixi in elencho ſcriptorum pro veritate Religionis Chriſtianæ pag. 107. ſeq.

Inedita Barthii ſcripta referuntur in Actis eruditorum Germanicis T. I. pag. 924. ſeq. Editorum Catalogus ſubjicitur pornodidaſcolo Petri Aretini, edito Cygneæ 1660. 8.

De illis adire quoque licebit Alphonſi Clarmundi Vitas Germanice editas T. II. p. 177. ſeq. Chriſtoph. Hendreichii pandectas Brandenburgicas &c. De Barthio ipſo, Georgium Petrum Schultzium de claris Marchicis parte 2. p. 18. ſeq. Orationem in funere Barthii habitam a Jacobo Thomaſio, Petrum Bælium in Dictonario hiſtorico Adrianum Baillettum de pueris præcoci doctrina celebribus pag. 294. &c.

XLI. JOANNIS LEUNCLAVII, Nobilis Amelburmi apud Angrivarios ſive Weſtphalos, quem A. C. 1593. menſe Junio, paullo minorem ſexagenario Viennæ Auſtriæ extinctum eſſe conſtat, collectiones atque editiones varias ſcriptorum Græcorum referre me in hac Bibliotheca paſſim

b) Duo ingentia Volumina Adverſariorum Barthii, manu ipſius auctoris exarata adhuc ſervantur apud nobilem Virum in Saxonia. Caput ſeptimum libri CLXVII. in quo ſilveſtre mel Matth III. 7. erudite probat de cannis ſachari per Palæſtinam non infrequentibus intelligendum eſſe, ex illo MS. editum in Diario Theologico Dresdenſi (Unſchuldige Nachrichten) A. 1709. pag. 379.

paſſim memini, dixi enim de ejus *Xenophonte*, lib. 3. cap. 4. de *Dione Caſſio* lib. 4. cap. 10. *Gregorii Nyſſeni* libro de opificio hominis, homiliis in Canticum, Volum. VIII. p. 146. 148. & 159. *Plutarchi* Conſolatione ad Apollonium lib. 4. cap. 11. De *Gregorii Nazianzeni* *) operibus, ac quæſtionibus *Cæſarii* fratris, & Eliæ Cretenſis, Nicetæ ac Mich. Pſelli in Nazianzenum ſcholiis Volum. VII. lib. 5. cap. 12. De *Michaële Glyca* ejusque continuatione ad captam usque CPolin à Turcis, de *Conſtantino Manaſſe*, & Pandectis Annalibusque Turcicis, Volum. VI. pag. 156. 157. 766. De *Theodori Balſamonis* libris tribus Paratitlorum ex Codice & Novellis, de *ecloga Baſilicorum* & novellis Imperat. Græcorum antea ineditis, nec non de opere *Juris Græco Romani* Volum. XII. p. 403. 426. & 487. ſeq. Dixi etiam Volum. X. p. 509. de vulgatis à Leunclavio precibus & orationibus *Manuelis Palæologi* Imp. CPol. ab A. C. 1384. ad 1419. & ὑποθήκαις ejusdem βασιλικῆς ἀγωγῆς, *præceptis educationis Regiæ* ad Joannem Palæologum Filium capitibus centum, quorum hæc eſt acroſtichis: Βασιλεὺς βασιλεῖ, Μανουὴλ Ἰωάννῃ, πατὴρ υἱῷ, καρπὸν τροφὴν ἐμῆς (ψυχῆς) τῇ σῇ ὁποίας οὖν ἀκμαζούσῃ, ᾗ ὁ Θεὸς εἴη κοσμήτωρ, cum Leunclavii verſione. *Claudii* Cardinalis *Guiſiani* duodecim quæſtiones & Græcorum ad eas reſponſiones ex Leunclavii interpretatione cujus Simlerus meminit, non vidi, nec verſionem Philocaliæ *Origenis* publici juris factam eſſe exiſtimo, memoratam eidem Simlero atque Abrahamo Sculteto. Eſt mihi autem in manibus Volumen quod eidem Leunclavio in acceptis referimus cum ipſius verſione Græce ex Sambuci Bibliotheca vulgatum Baſileæ 1578. 8. in quo continentur:

1. *Theoriani* Orthodoxi cum Norſeſi, Catholico ſive Generali Armeniorum colloquium ſuaſu Manuelis Comneni, Imp. CPol. habitum anno imperii ejus duodevigeſimo (CHriſti 1170.) de duabus in CHriſto naturis contra Eutychianorum & Monotheletarum errores. pag. 1--195. Norſeſis hujus mentio in Iſaaci invectiva in Armenios de qua dixi Volum. X. hujus Bibl. pag. 173. ſicut de Theoriano pag. 288. ſeq. Ex Theoriani Philoſophi Epiſtola ad Sacerdotes de jejunio Sabbati, nonnulla affert Turrianus lib. 1. Apologiæ pro Canonibus Apoſtolorum cap. XXI. pag. 94.

Kkk kk 2. *Leonis*

*) Iniquior, ut in Hugonem Blocium de quo Lambecius I. p. 45. ita in Billium, de quo videipſum querentem T. 2. Nazianzeni edit. Græco Lat. Pariſ. pag. 532. Cæterum in interpretandi ſtudio mirabilem celebrat Huetius p. 279. de claris interpretibus.

2. *Leonis* I. qui ab A. C. 440. ad 461. Romanus fuit Epiſcopus Epiſtola ad Flavianum Patriarcham CPol. ſcripta A. 449. Incip. ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς. pag. 196--227. Latina Leonis exſtat inter ejus Epiſtolis decima, & in noviſſima Paſchaſii Queſnelli editione vigeſima quarta.

3. *Joannis Damaſceni* contra Manichæos, ſive Paulicianos dialogus. Incip. ἐπειδὴ συνεληλύθαμεν ἀλλήλοις. pag. 226--387. Prior hunc dialogum cum alia verſione ediderat Emanuel Margunius, Cretenſis, Patav. 1572. recuſum in Baſileenſi Damaſceni editione Baſil. 1575. fol. Tertia Jacobi Billii verſio exſtat in editionibus Pariſienſibus, quæ noviſſimam anteceſſerunt, in qua Lequiniana quarta Tom. 1. pag. 429. Vide Volum. VIII. hujus Bibl. pag. 795.

4. *Leontii* ſcholaſtici Byzantini πράξεις *) ſive lectiones decem de ſectis ex *Theodori* Abbatis ore exceptæ, ſcriptoque conſignatæ poſt A.C. 610. Incip. ἀναγκαῖον ἐστὶ μέλλοντας ἡμᾶς. pag. 386--555. Vide Volum. VII. pag. 451. & IX. pag. 167.

5. *Conſtantini Harmenopuli* JCti ſeculo XIV. clari libellus de ſectis. Incip. οἱ περὶ τὸν Ἄρειον. pag. 556--576.

6. Ejusdem περὶ πίστεως ὀρθοδόξου, de fide orthodoxa. Incip. πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανόν. pag. 576--583. Vide Volum. X. pag. 277. & XII. pag. 489. 501.

7. *S. Auguſtini* περὶ Τριάδος *de S. Trinitate*, ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἐπιγραφομένου. Fratres interrogant, Magiſter reſpondet. Incip. ὥσπερ τὸ τῆς σαρκὸς βάρος πιέζει τὴν ψυχήν. pag. 584--599. Eſt *Honorii* Auguſtodunenſis *de cognitione veræ Vitæ*, inter ſuppoſita S. Auguſtino, in appendice tomi ſexti edit. novæ Amſt. p. 649.

8. *S. Hilarii* Pictavorum Epiſcopi *de S. Trinitate*, ex ejus ſermone qui poſt Pentecoſten in feſto S. Trinitatis recitatur. Incip. πιστεύομεν τὴν ἁγίαν Τριάδα. pag. 600--605.

Nota integram hanc collectionem, excepto Damaſceni Dialogo, Græce

*) Hinc πρᾶξαι lectiones obire aut frequentare. Joannes Moſchus in prato ſpirituali cap. LXXVII. ἀπήλθομεν ἐν μιᾷ εἰς τὸν οἶκον Στεφάνου τοῦ Σοφιστοῦ, ἐγὼ δὲ ὁ κύριος Σωφρόνιος, ἵνα πράξωμεν.

Græce & Latine recuſam eſſe in tomo priore auctarii Bibl. Patrum Ducæani, Pariſ. 1624. & in tomo undecimo Bibliothecæ Patrum Morellianæ Pariſ. 1644. fol.

XLII. Sæpe mihi in hoc opere laudatum memini præclarum Virum JOHANNEM HUDSON, præfectum Bibliothecæ Bodlejanæ, cujus noſtra ætate ſingulare ſtudium in adornandis bonis Græcorum ſcriptorum editionibus enituit. Is enim eſt à quo habemus recenſitum atque expolitum *Thucydidem*, Oxoniæ 1696. fol. *Dionyſium* Halicarnaſſeum 1704. fol. *Moeridis* Attiſticam, non ante vulgatum, *) quem ex MS. Bodlei. primus Græce in lucem protulit 1712. 8. *Longinum* περὶ ὕψους, 1710. 8. Fabularum *Æſopicarum* collectionem quotquot Græce reperiuntur, locupletata Neveleti συναγωγῇ inſigni auctario, cum verſione nova vel recognita & præmiſſis veterum teſtimoniis LXVIII. Oxon. 1718. 8. & cui A. 1719. Novembr. 17. anno LVII. ætatis immortuus eſt, *Flavium Joſephum*, quem ex MSS. Codicibus caſtigavit & integritati ſuæ reddidit novaque donavit verſione, poſtremis paginis ut luci darentur ultimam manum addente V. C. Antonio Hallio. Oxon. 1720. fol. Speciatim hoc loco commemoranda ejus collectio perpulchra *Geographiæ Veteris* ſcriptorum **) Græcorum minorum, quatuor Voluminibus vulgatum, præmiſſis veterum teſtimoniis, emendate ac nitide cum interpretatione Latina, diſſertationibus Henrici Dodwelli & editoris annotationibus. Oxon. 1698. 1703. & 1712. 8.

Tom. I. præmiſſis Henrici Dodwelli de ætate & ſcriptis ſingulorum, Diſſertationibus, continentur: *Hannonis* periplus, cum verſione Conradi Geſneri.

Scylacis periplus, cum verſione Iſaaci Voſſii.

Agatharchides Cnidius de mari rubro, ex Photii Cod. CCL. cum verſione Laur. Rhodomanni.

Arriani periplus Ponti Euxini, cum verſione Joh. Guil. Stuckii, Tigurini.

Periplus Maris Erythtæi, eidem vulgo adſcriptus, cum ejusdem Stuckii interpretatione.

*) Vide Volum IX. hujus Bibl. pag. 420.

**) De plerisque dictum a me lib. IV. cap. 2. ubi etiam de collectione Geographorum Hœſcheliana, & de inedita ſive promiſſa Lucæ Holſtenii. De Agatharchide Volum. IX. pag. 496.

Nearchi paraplus ex *Arriani* Indicis, cum verſione Bonav. Vulcanii, Brugenſis.

Marciani Heracleotæ periplus, cum verſione Joannis Hudſoni, ſubjunctis fragmentis *Artemidori* Epheſii & *Menippi* Pergameni.

Anonymi periplus Maris Euxini, cum verſione Iſaaci Voſſii.

Tom. II. præmiſſis Dodwelli diſſertationibus de ætate & ſcriptis Geographorum ſingulorum in hoc Volumine, *Dicaarchi* Status Græciæ, cum verſione Joannis Hudſoni.

Ejusdem deſcriptio Pelii Montis, cum mea verſione.

Iſidori Characeni manſiones Parthicæ, cum verſione Joannis Hudſoni.

Scymni Chii periegeſis, Marciano Heracleotæ perperam ab aliis adſcripta cum verſione Eraſmi Vindingii, Pauli F.

Ejusdem Scymni Fragmenta, collecta à Luca Holſtenio, cum ejusdem verſione.

Libellus de Flùviis, *Plutarcho* adſcriptus, cum interpretatione Philippi Jacobi Mauſſaci.

Agathemeri Compendiariarum Geographiæ expoſitionum libri duo, ad Philonem diſcipulum ſuum, cum verſione Samuelis Tennulii.

Strabonis Epitome, cum verſione Hieronymi Gemuſæi.

Tertio Tomo. Excerpta ex *Dionyſii* Byzantii anaplo Boſpori Thracici Latine ſervata à Petro Gyllio.

Excerpta ex *Georgii* Medici *Chryſococca* Syntaxi Perſarum per Iſmaëlem Bullialdum. Græce & Latine.

Ptolemæi Tabula longitudinis & latitudinis Urbium inſignium. Ex MS. Codice Theonis in Bibl. Bodlej. recenſita. Græce & Latine.

Ptolemæi Arabia, ope Codicis MS. vetuſtiſſimi ac præſtantiſſimi in numeris locis emendata à Joanne Gravio: ex edit. Lond. 1650. 4. Græce & Latine.

Anonymi vetus orbis deſcriptio, pridem vulgata à Jacobo Gothofredo, recuſa latine ex Jac. Gronovii editione.

Variæ Lectiones in Anonymum Geographum Ravennatem ex MS. Urbinate Vaticanæ Bibl. num. 678.

Deſcriptio Choraſmiæ & Mawaralnahræ, ſive Regionum extra fluvium Oxum deſcriptio Abulfedæ Iſmaëlis ex tabulis Principis Hamah, edita pridem à Joanne Gravio Lond. 1650. 4. Arabice & Latine

Latine, & inedita hactenus Arabiæ, Maris Perſici & Alkolzum ſive rubri, Arabice & Latine ex *Abulpheda*, per eundem Jo. Gravium.

Binæ Tabulæ Geographicæ una Naſſir Eddini Perſæ & altera Ulug Beigi Tartari Arabice cum verſione Joh. Gravii ex edit. Lond. 1651. 4.

Periplus (*Arriano* falſo adſcriptus) Ponti Euxini, & locorum utriusque Continentis, videlicet Bithyniæ Ponto adjacentis, Paphlagoniæ &c. (ex Scymno, Arriano & Marciano) quem Holſtenius pridem vulgare conſtituerat ex Codice Vaticano, cum verſione Joannis Hudſoni.

Ptolemæi ἔκθεσις κανονικὴ τῶν ἀστερισμῶν Græce è MSS. emendata.

Tomo IV. Henr. Dodwelli diſſ. de ætate & patria Dionyſii Periegetæ. *Dionyſius* Græce & Lat. cum commentario *Euſtathii* per ſingulas paginas verbis Poëtæ ſubjecto, & ad calcem Vol. ſubjectis variis lectionibus & annotationibus. Avieni & Priſciani Metaphraſes Dionyſii. Avieni Ora maritima. *Anonymi* Græca Paraphraſis in Periegeſin integrior, quam ab Eduardo Thwaiteſio vulgata fuerat. Excerpta è Scholiaſte Græco inedito in Dionyſ. qui exſtat MS. Pariſiis in Bibl. Regia.

Fragmenta de urbium & regionum nominibus in alia mutatis, ex notis Leonis Allatii ad Georgium Acropolitam pag. 244. & ex iis quæ ſubjiciuntur Codino pag. 404. aliaque apoſpasmatia Geographica, vel inedita hactenus vel emendatius edita, Græce.

Nicephorum Gregoram in Dionyſium, inquit clariſſ. Hudſonus, *quem in lucem proferre ſemel iterumque propoſui, Bibliothecarum latebris recondi in æternum reliqui: utpote qui hoc ſolum præſtiterat, ut Periegeta carminis vinculis liberaretur, ejusque ex oratione bona ligata, fieret ſoluta non bona.*

XLIII. THOMÆ GALLETI *) Presbyteri J. C. *Religioſus. Cui adnectuntur Sanctorum aliquot varia opuſcula nondum edita, Ejusdem Autoris ſtudio & opera collecta. Lugduni, ſumptibus Horatii Cardon*, 1615. 8.

Kkk kk 3 Liber

*) Jo. Frid. Kernius, Schleuſinga Francus de vita, obitu & ſcriptis B. D. Thomæ Ittigii, Lipſ. 1710. 4. pag. 54. ſeq.

Liber (cujus Dedicatio Romæ ſcripta, & Petro Guicciardino Magni Etruriæ Ducis apud Pontificem Legato dicata) eſt bipartitus. Prima pars agit de Religioſi nomine, dignitate, fine, ingreſſu, perfectione maxime quærenda, doctrina, paupertate, obedientia, ſui abnegatione, humilitate, &c. Altera pars ſanctorum aliquot Patrum opuſcula nondum edita continet, quæ ſunt:

Baſilii epiſtolæ tres, Federico Metio interprete.

Athanaſii Archiepiſc. Alex. encomium in B. Andream Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete.

Johannis Chryſoſtomi de nomine cœmeterii, & de veneranda & vivifica cruce, Antonio Agellio interprete.

Ejusdem ſermo, quomodo Adam animam acceperit, quando formatus eſt, & in paſſionem Salvatoris noſtri, & de vulnerato ejus latere.

De Petro & Elia.

Procli Archiepiſcopi CPolitani oratio panegyrica in S. Andream Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete.

Euſebii Epiſcopi †) oratio de commemoratione Sanctorum, eodem Fabiano interprete.

Meropii Paulini & *Theraſiæ* Epiſtola ad Sanctum & Amandum.

Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani oratio demonſtrativa in S. Andream Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete.

Syneſii epiſtolæ tres.

Anſelmi Archiepiſc. ſermo de æterna beatitudine, in Cluniacenſi capitulo ad conventum, habitus.

Eutropii Abbatis ad Petrum Papam epiſtola de vitiis.

Porcarii Abbatis epiſtola.

S. Sedati Epiſcopi homilia de S. Epiphania.

Pauli Diaconi homila in illud: ſimile eſt regnum cœlorum homini Regi.

Expoſitio hiſtoriarum V. T. Venerab. *Petri Damiani* Card. Hoſtienſis, capitibus XXX. abſoluta.

XLIV. LITURGIÆ SS. Patrum, excuſæ Pariſ. apud typographum Regium Guil. Morellum 1560. fol. In quo volumine nitide luculenter & emendate expreſſa continentur Græce:

Canon trigeſimus ſecundus *Concilii in Trullo* habiti A. C. 692.

Procli

†) Recuſa cum ſequentibus ex Galleti editione in ſupplemento Bibl. Patrum Pariſ. A. 1639. T. 1. p. 826. & jam ante in Colonienſi A. 1622. T. 15. denique in Lugdunenſi T. 27.

Procli Archiepiſcopi CPol. περὶ παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας p. 1. Incip. πολλοὶ μὲν τινες.

Liturgia quæ fertur ſub nomine *Jacobi* Apoſtoli, fratris Domini. p. 3. Incip. ἐν πλήθει ἁμαρτιῶν μεμολυσμένον με.

Liturgia *Baſilii* Magni. p. 43. Incip. ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον. Vide Vol. VIII. hujus Bibl. p. 90.

Joannis Chryſoſtomi Liturgia p. 69. Incip. μέλλων ὁ ἱερεὺς & deinde: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξαποστείλεν. Inter Chryſoſtomi opera T. 6. edit. Savil. p. 983. & Tom. IV. Ducæi p. 522.

Ex *Dionyſii* quem volunt Areopagitæ lib. de Hierarchia Eccleſiaſtica περὶ τῶν ἐν τῇ συνάξει πληρουμένων. p. 111.

Ex *Juſtini* Martyris Apologia majore, de ſacra Euchariſtia. p. 121.

Gregorii Nyſſeni Epiſcopi, ὅτι ὁ ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταποιεῖται, καὶ ὅτι ἐπάναγκες τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει αὐτοῦ μεταλαβεῖν. p. 123. Incip. ὥσπερ οἱ δηλητήριον δι' ἐπιβουλῆς. Ex Sermone ejus magno Catechetico, de quo Volum. VIII. hujus Bibl. pag. 153.

Joannis Damaſceni quod panis & vinum in ſacra Euchariſtia non ſint typus ſed ipſum corpus & ſanguis CHriſti pag. 125. Incip. ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος Θεός. Ex libri IV. de Orthodoxa fide cap. 13.

Nicolai Epiſcopi Methones πρὸς τοὺς διστάζοντας καὶ λέγοντας ὅτι ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος καὶ οἶνος οὐκ ἔστι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. p. 129. Incip. τὴν μυστικὴν ταύτην καὶ ἀναίμακτον ἱερουργίαν. De hoc Nicolao dixi Vol. X. p. 294.

Samona Archiepiſcopi Gazæ ad Achmed Saracenum, de eodem argumento p. 133. Incip. ἐτυγχάνομέν ποτε πορευόμενοι. De hoc Samona Vol. IX. p. 314. & X. 288.

Marci Archiepiſcopi Epheſi, ὅτι οὐ μόνον ἀπὸ τῆς φωνῆς τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων ἁγιάζεται τὰ θεῖα δῶρα, ἀλλ' ἐκ τῆς μετὰ ταῦτα εὐχῆς καὶ εὐλογίας τοῦ ἱερέως, δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. p. 138. Incip. ἡμεῖς ἐκ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων. Vide Vol. X. hujus Bibl. pag. 531.

Germani

Germani Archiepiſcopi CPol. *ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ Θεολογία περὶ τῶν ἱερουργημένων.* pag. 145--179. Incip. *ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ.* Vide Vol. VII. hujus Bibl. p. 548. & Vol. X. p. 210.

Eodem An. 1560. Pariſ. fol. hæc etiam Latine cum auctario ſeparatim prodierunt curante JOANNE S. ANDREA, Canonico Eccleſiæ Pariſienſis, & F. CLAUDIO DE SAINCTES Pariſienſi Theologo, ſed eſt mihi ad manus editio ad Pariſienſem facta Antwerpienſis 1562. 8. In illo volumine continentur:

Jacobi & *Baſilii* Magni Liturgia ex veteri Latina verſione.

Liturgia *Joannis Chryſoſtomi*, interprete Leone Tuſco.

Et præter illa quæ ex Græca editione jam memoravi ſcripta ſive apoſpaſmatia *Procli* CPolit. *Dionyſii* Areopag. *Juſtini* Martyris, *Gregorii* Nyſſeni, *Joannis* Damaſceni, *Nicolai* Methonenſis, *Samonæ* Gazæi & *Germani* CPol. etiam hæc tria, quæ in Græca illa ſylloge deſiderantur:

Nicolai Cabaſilæ compendioſa interpretatio in Divinum ſacrificium ex verſione Gentiani Herveti quam Venetiis A. 1548. adornavit. Vide Allatium de Nilis p. 72. T. V. hujus Bibl.

Maximi Monachi, qui in Dionyſium Areopagitam ſcripſit, liber de Eccleſiaſtica Myſtagogia. Vide T. IIX. hujus Bibl. p. 740.

Beſſarionis Epiſcopi Tuſculani Romanæque Eccleſiæ Cardinalis ac CPolitani Patriarchæ de Sacramento Euchariſtiæ, & quibus verbis corpus CHriſti conficiatur, contra Marcum Epheſium. Incip. *Sacrum divinumque eſt Euchariſtiæ myſterium.* Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 403. ſq.

Claudii de Sainctes de Euchariſtia & Miſſæ ritibus, ex operibus D. Joannis Chryſoſtomi, è quibus liturgica Græcorum comprobantur. Præmittitur Volumini, ejusdem Claudii præfatio, in quibus de Miſſæ præſtantia & originibus & ſpeciatim de Jacobo eique tributa liturgia diſſeritur.

3. In GEORGII CASSANDRI, magni Viri Liturgicis, quæ & ſeparatim Colon. 1559. 8. & in limine operum junctim editorum Pariſ. 1616. fol. prodierunt, non integræ quidem liturgiæ veteres ſed argumenta breviter expoſita habentur ex liturgia *Chryſoſtomi* per Leonem Tuſcum, ex liturgia *Baſilii* & Græca illa & altera quam Syri Anaphoram vocant. Ex liturgia *Æthiopica* ſive Canone quem appel-

appellant univerſali. Ex liturgia uſitata in regno *Præſtæ Joannis*, de qua Franciſcus Alvares in opere Luſitanice primum ac deinde Italice edito. Ex liturgia *Armeniorum* (Leopoli civitate Ruſciæ) verſa Latine ab Andrea Lubelczyc. Et ex alia de qua Petrus Bellonius in obſervationibus: & tertia de qua in libro Italice edito Nicolaus Barboſa. De liturgia *Moſcovitarum* ex commentariis rerum Moſcovitarum Sigismundi liberi Baronis. De Miſſa Latinorum ex SS. Auguſtino, Iſidoro, Gregorio M. Ordine Romano & Thoma Aquinate.

In Caſſandri Operibus deinde pag. 97. ſeqvuntur Ordo Romanus de officio Miſſæ, & Micrologus p. 121. Hymni Eccleſiaſtici præmiſſo Beda de metris p. 160. & preces Eccleſiaſticæ ſeu collectæ exceptæ ex libris Eccleſiaſticorum Officiorum pag. 315--448. Vigilii Martyris & Epiſcopi Tridentini Opera pag. 460. Honorii Auguſtodunenſis presbyteri de Prædeſtinatione & libero arbitrio dialogus p. 623. Epiſtolæ duæ ad B. Auguſtinum de reliquiis Pelagianæ hæreſeos, una Proſperi pag. 640. & altera Hilarii Epiſcopi Arelatenſis pag. 645. Sententiæ ex libris B. Auguſtini de prædeſtinatione Sanctorum & bono perſeverantiæ pag. 650.

Cætera Caſſandrum ipſum habent auctorem, Commentarius de duabus in CHriſto Naturis & unica hypoſtaſi p. 577. De Baptiſmo Infantum, & ſectæ Anabaptiſticæ origine pag. 675. De officiio pii ac publicæ tranquillitatis amantis viri in hoc Religionis diſſidio p. 781. Defenſio ejus ſcripti adverſus Jo. Calvinum. pag. 809. & altera ſub Barthol. Nervii nomine contra libellum Germanicum Viæ Commonſtrator inſcriptum pag. 882. Conſultatio de articulis inter Catholicos & Proteſtantes controverſis, ad Imperatores Auguſtos Ferdinandum I. & Maximilianum II. p. 892. De optanda ſacra Communione Chriſtiani Populi in utraque Panis & Vini ſpecie pag. 1015. De Viris illuſtribus qui in ſacris Bibliis usque ad Regum hiſtoriam commemorantur. p. 1048. Epiſtolæ CXVII. p. 1077. Acta Colloquii A. C. 1558. 4. Jul. habiti cum Joanne Kremer à Caſtorp Anabaptiſta (de quo Epiſt. 101. & 103.) p. 1227. Liber de Viris illuſtribus in Latio ante Procam, & de Romanis qui tempore Pompeji fuere, velut in ſupplementum Aurelii Victoris p. 1241. Oratio in laudem urbis Brugarum dicta A. 1541. p. 1251. Quæſtiones Rhetoricæ p. 1274. & Dialecticæ p. 1294--1351.

4. Ampliſſimam Liturgiarum Orientalium Collectionem nuperrime publici juris fecit Vir doctiſſimus EUSEBIUS RENAUDOTUS a) quem A. 1721. Pariſiis diem ſupremum obiiſſe accepimus. Prodiit illa Pariſiis 1716. 4. duobus Voluminibus, facitque ut minus quidem deſideremus Syllogem ſimilem, cujus ſpem *Richardus Simon* vir & ipſe eruditiſſimus fecerat, deſideremus tamen, quoniam & ille verſionem illarum teſtatur ſe adornaſſe, b) videturque additurus etiam fuiſſe textum ipſum Syriacum, **) ex quo interpretationem ſuam compoſuit. Refert idem ex quinquaginta liturgiis c) ſupereſſe apud Maronitas unam & triginta, omnesque translatas ex Græcis. d) Renaudoti autem verſione non tuto ubique ſtare nos poſſe, ſive cauſæ ſuæ inſervientis, ſive non ſatis aſſequentis verum ſenſum, docuit vir ſupra laudes Maturinus Veiſſerius la Croſe in Apologia pro Jobo Ludolfo contra Renaudotum, inſerta Diario literario Hagenſi. e) Sed Collectionem illam Renaudotianam, recenſere juvat. Occurrunt itaque:

IN TOMO PRIORE.

Poſt diſſertationes editoris 1. de liturgiarum Orientalium Origine, auctoritate & conſenſu. 2. De Coptitarum Alexandrinorum liturgiis, & 3. de lingua Coptica ſive Ægyptiaca ejusque antiquitate,

Liturgiæ tres Coptitarum Jacobitarum ex Coptico converſæ,

1. *Magni Baſilii* f) p. 1. Renaudoti ad eam commentarius p. 169--300.
2. *S. Gregorii* Theologi. g) (in aliis, *S. Severi* Patriarchæ) p. 26. Notæ Renaudoti p. 301--314.

3. *S.Cyrilli*

a) Journal des Savans 1716. T. 2. pag. 490. Memoires de Trevoux 1717. p. 59. 215 ſeq.
b) Rich. Simon Bibl. choiſie T. 2. p. 173.
**) Renaudotus teſtatur illuſtriſſimi Colberti obitu factum quod à ſe Latine tantum, non etiam Syriaca, Arabica & Coptica lingua hæ liturgiæ in lucem datæ fuerint.
c) Rich. Simon pag. 285. 165. 170. ex Abrahamo Ecchellenſi.
d) Id. pag. 166. 173.
e) Journal litteraire T. IX. pag. 239. ſeq.
f) Verſionem Latinam ex Arabico adornatam à Victorio Scialach, Maronita ediderat Marcus Velſerus, Auguſtæ Vindel. 1604. 5. Sed Renaudotus novam ex Coptico concinnaſſe ſe profitetur.
g) Miror Gregorium hunc non Theologum ſed Nyſſenum appellari à Jobo Ludolfo p. 341. Commentarii ad Hiſtoriam Æthiopicam.

3. *S. Cyrilli* Alex. h) p. 38. Notæ Renaudoti p. 315--322.

Orationes & Benedictiones ad conſervationem omnium Altaris inſtrumentorum, (ex Rituali Gabrielis Alexandrini Patriarchæ Coptitarum Alexandrini circa A. C. 1411.) pag. 52. Notæ Renaudoti p. 323--332.

Liturgiæ Græcæ tres Alexandrinæ, cum verſione Latina:

1. *S. Baſilii*, initio mutila. p. 57. Incip. δοξάζομέν σε δημιεργέ. Ex MS. Codice Bibl. Regiæ. Notæ Renaudoti p. 333--347.
2. *S. Gregorii* Theologi p. 90. Incip. ὁ ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς ἐν ἐλέει. Ex eodem MS. Notæ Renaudoti p. 347--352.
3. *S. Marci*, i) diſcipuli Petri Apoſtoli p. 131. cum verſione, ſed emendata variis in locis, *Joannis à S. Andrea* Canonici Pariſ. qui eam primum ex Codice Monaſterii Cryptæ Ferratæ, Romam poſtea in Bibl. Baſilianorum Monachorum delato, Græce cum verſione ediderat Pariſ. 1583. 8. Parum diverſa hæc à liturgia, quam *Cyrillo* Alex. Coptitæ tribuunt, diverſa tamen, propria nempe Orthodoxorum Alexandrinorum, & nullas Monophyſitarum doctrinæ notas præferens. Notæ Renaudoti exſtant p. 353--362.

Euſebii Renaudoti diſſ. de Patriarcha Alexandrino Coptitarum p. 363.

Ritus Ordinationis k) Patriarchæ Jacobitarum Alexandrini, ex Pontificali Coptico Arabico MS. Bibliothecæ Segvierianæ, Latine, additis nonnullis Græcis, p. 467. & ad illum obſervationes p. 491.

Liturgia Communis ſive Canon univerſalis *Æthiopum* l) ex nova Latina

 verſione

h) Idem Ludolfus, ab Æthiopibus quoque Liturgias Baſilii & Cyrilli magni uſurpari annotat.

i) Ex Joannis à S. Andrea editione hæc Marco tributo liturgia recuſa eſt Græce & Latine in tomo poſteriore auctarii Bibliothecæ Patrum Ducæani Pariſ. 1624. & in tomo duodecimo Bibl. Patrum Morellianæ Pariſ. 1644. una cum liturgia Jacobi, Baſilii, Chryſoſtomi, liturgia præſanctificatorum, nec non Petri Apoſtoli & Gregorii Papæ.

k) Imperfectum ediderat ex Athanaſii Kircheri verſione A. 1647. adornata Bartholdus Nihuſius in ſymmictis Leonis Allatii T. I. p. 239. Colon. 1653. 8.

l) *Æthiopice* prodierat (ex Coptica) Romæ 1548. 4. una cum novo Teſt. curante Petro Æthiope Comos ſive Archimandrita qui aliter Teſfa Sion appellabatur. *Latine* ib. 1549. ac deinde in Bibliothecis Patrum, & in Noviſſima Lugdunenſi Tomo XXVII. Præter hanc præcipuam, quam Liturgiam *Apoſtolorum* Æthiopes appellant, propius accedentem ad Liturgiam Copticam Baſilii, habent alias inſuper novem, 1) *Joannis* Evangeliſtæ, 2) *Patrum Nicænorum*, 3) *S. Epiphanii*, 4) *Jacobi* Serugenſis, 5) *Joannis Chryſoſtomi*, 6) *Domini noſtri JEſu Chriſti*, 7) *S. Mariæ*, quam ſcripſit *Heriacos*

verſione Renaudoti p. 499. ſubjunctis ejus obſervationibus p. 523–545. Diſſertatio autem de Eccleſia *Æthiopica*, quam Ludolfo iniquior, dudum ad editionem paratam ſe habere ſcribit in præf. lucem necdum vidit quod ſciam, neque editæ ſunt ejus quarum ibidem meminit de Eccleſiæ Neſtorianæ propagatione diſſertationes.

IN TOMO POSTERIORE.

Diſſertatio Renaudoti de Syriacis Melchitarum orthodoxorum & Jacobitarum Monophyſitarum Liturgiis.

Liturgiæ ex Codicibus Syriacis Bibliothec. Colbertinæ & Segvierianæ MSS. Latine verſæ ab eodem Renaudoto.

1. *Ordo Communis*, liturgiæ ſecundum ritum Syrorum Jacobitarum p. 1. Renaudoti obſervationes p. 45.
2. Alius Ordo generalis. p. 12.
3. Liturgia *S. Jacobi* Apoſtoli, Fratris Domini, Melchitis & Jacobitis communis & à Græca quæ fertur ſub Jacobi nomine, paſſim differens. p. 29. Renaudoti obſervationes p. 73. ex Dionyſio Barſalibi, Joanne Marone &c.
4. Orationes ad Communionem & poſtea dicendæ, quæ in MS. ſubjiciuntur Liturgiæ *Jacobi*, in aliis *Xyſti*, in aliis *Petri*. p. 43.
5. Liturgia S. *Jacobi* minor p. 126. Renaudoti obſervatio p. 132.
6. *S. Xyſti* Papæ m) Romani. p. 134. Notæ Renaudoti p. 142.
7. *S. Petri*, Principis Apoſtolorum. p. 145. Notæ p. 153.
8. Liturgia Petri ſecunda. p. 155. Notæ p. 160.

[9. *S. Joan-*

riaces ſive *Kyriacus* Archiepiſcopus Behuſæ, edita una cum proxima ſuperiore Æthiopice ad calcem Novi Teſtamenti Rom. 1548. 4. 8) *Gregorii* Theologi & 9) *Dioſcori*, quam Æthiopice & Latine vulgavit Joh. Mich. Wanslebius, Londini 1661. 4. Vide Jac. Echardi T. 2. Bibliothec. ſcriptorum Ord. Prædicator. pag. 694. & laudatum Ludolfum commentario ad Hiſt. Æthiop. pag. 340. ſeq.

m) Prima hæc eſt Liturgia inter quatuordecim Syriace editas Romæ A. 1592. ſub titulo *Miſſalis Chaldaici ad uſum Eccleſiæ Maronitarium*. Illas autem Jacobitis proprias ſed ad Rom. Eccleſiæ ſenſum interpolatas ab editoribus, Renaudotus non diffitetur, qui p. 47. ſeq. memorat etiam *librum Miniſterii*, Orationes ſive preces Eccleſiaſticas Syriace complexum editumque Romæ A. 1596. & T. 2. p. 435. 455. in editoribus merito reprehendit, quod *Dionyſio* Areopagitæ tribuerunt liturgiam quæ eſt Dionyſii Barſalibi, Metropolitæ Jacobitæ: *Ignatio* Antiocheno Martyri aliam quæ Ignatii Jacobitæ eſt: & aliam *Joanni* Chryſoſtomo quæ itidem Jacobitam Joannem habet auctorem. Vide & Rich. Simonis Bibl. Selectam Gallice editam T. 2. cap. 20.

9. Liturgia *S. Ioannis* Evangeliſtæ. p. 163. Notæ p. 169.
10. Liturgia *XII Apoſtolorum*, quam ordinavit *Lucas* Evangeliſta, magni Pauli diſcipulus p. 170. Notæ p. 175.
11. *Marci* prædicatoris & Evangeliſtæ. p. 176. Notæ p. 184.
12. *S. Clementis* Romani. p. 186. Notæ p. 199.
13. *S. Dionyſii*, Athenarum Epiſcopi. p. 202. Notæ p. 212.
14. *S. Ignatii*, p. 215. Renaudoti obſervatio p. 226.
15. *S. Iulii*, Papæ Romani. p. 227. Notæ p. 234.
16. *S. Euſtathii*, Patriarchæ Antiocheni. p. 235. Notæ p. 240.
17. *S. Ioannis Chryſoſtomi*. p. 242. Notæ p. 254.
18. Altera eidem Chryſoſtomo n) tributa in Miſſali Chaldaico Romæ edito p. 256. Notæ p. 160.
19. *S. Marutæ*, Catholici, ſive Metropolitæ Tagritenſis. p. 261. Notæ p. 270.
20. *S. Cyrilli* (Alex.) p. 275. Notæ p. 285.
21. *Dioſcori*, Patriarchæ Alexandrini. p. 287. Notæ p. 296.
22. *Philoxeni* ſive *Xenajæ* Epiſcopi Mabugenſis ſeu Hierapolitani. p. 301. Notæ p. 307.
23. Ejusdem liturgia ſecunda p. 310. Notæ Renaudoti p. 320.
24. *Severi* Antiocheni p. 321. (al. *Timothei* Alexandrini) Notæ p. 330.
25. *Iacobi Bordayæi* ſive ut Græci pronunciant *Baradati*. p. 333. Notæ p. 342. ubi de pluribus Jacobis apud Syros Jacobitas celebribus, de quibus & p. 367. 380.
26. *Matthæi Paſtoris* p. 347. Notæ p. 352.
27. *Iacobi* Epiſcopi Botnanenſis & Serugenſis Syrorum Doctoris, qui Tabelita etiam vocatur. p. 356. Notæ p. 367.
28. *Iacobi* interpretis, Epiſcopi Edeſſeni p. 371. Notæ p. 380.
29. *Thomæ* Heracleenſis. p. 383. Notæ p. 389. ubi Renaudotus dubitat eademne hæc ſit liturgia ab illa Thomæ Giarmachitæ, quam inter alias memorat Abraham Ecchellenſis.
30. *Moſis Bar Cephæ* p. 391. Renaudoti obſervatio p. 398.
31. *Philoxeni* Epiſcopi Bagdadenſis ſive *Eleazari* filii *Sabtæ*. p. 399. Renaudoti obſervatio p. 408.
32. Doctorum Sanctorum, *à Ioanne* Magno Patriarcha ordinata, p. 409. obſervatio Renaudoti. p. 419.

n) Et hæc & quæ eandem præcedit, plurimum diverſa eſt à Græca Chryſoſtomi liturgia.

33. *Ioannis* Baſorenſis ſive Boſtreni, p. 421. Notæ p. 435.
34. *Michaëlis* Patriarchæ Antiocheni. p. 438. Renaudoti obſervatio p. 448.
35. *Dionyſii* Barſalibi, circa A. C. 1150. metropolitæ Amidæ pag. 449. Notæ p. 453.
36. *Gregorii* Catholici Orientis, qui *Abulfaragius* & *Bar Hebri* dictus eſt & A. C. 1285. obiit. p. 456. Notæ p. 469.
37. *Ioannis* Patriarchæ qui ſcriba & Acoemetus dictus eſt. pag. 474. Notæ p. 489.
38. *Dioſcori* Epiſcopi Inſulæ Cardou, ſive Gordyæorum. pag. 492. Notæ p. 508.
39. *Ioannis* Patriarchæ Antiocheni, qui prius *Ioannes filius Maadni* dictus eſt. p. 512. Notæ p. 524.
40. *Ignatii* Patriarchæ Antiocheni, qui etiam dictus eſt *Ioſeph F. Vabib.* p. 528. Notæ p. 543.
41. *Baſilii* Magni, (ſive ut in Codice Colbertino, *Baſilii & Gregorii Theologi)* p. 548. ex Andreæ Maſii verſione, edita Antwerp. 1569. 8. & deinde ſæpius, (ut dixi Vol. VIII. hujus Bibl. p. 91.) Renaudoti Obſervationes pag. 562.

Euſebii Renaudoti de Neſtorianorum Liturgiis diſſertatio. p. 566.

Neſtorianorum, qui Catholico ſive Patriarchæ ſuo ſubjiciuntur, Liturgiæ tres ex Syriaco verſæ:

1. Liturgia *Apoſtolorum* ſanctorum, ſeu Ordo ſacramentorum pag. 548. compoſitus à *S. Adæo* & *S. Mari* Orientalium doctoribus p. 587. Renaudoti Notæ p. 598.
2. *Theodori* Interpretis, *) quæ celebratur à Dominica prima Annunciationis usque ad Dominicam Palmarum. p. 616. Notæ p. 622.
3. *Neſtorii*, quæ quinquies in anno celebratur, in vigilia S. Joannis Baptiſtæ, in vigilia Doctorum Græcorum, **) feria quarta hebdomadæ ſupplicationis Ninives, & in Paſchate. pag. 626. Notæ pag. 639--648.

4. ABRA-

*) Ita per excellentiam vocatur Theodorus Mopſveſtenus, cujus plurima fuerunt in libros ſacræ Scripturæ commentaria, Syriace etiam verſa de Græco, & ex Syriaco Arabice.

**) Feſtum diem agunt Neſtoriani feria ſexta hebdomadis quintæ poſt Epiphaniam, commemorationis Doctorum Græcorum, qui ſunt Diodorus Tarſenſis, Theodorus Mopſueſtenus & Neſtorius, ut diſcimus ex Lectionario Perſico ad uſum Chriſtianorum Perſidis, qui prope omnes in Neſtoriana hæreſi ſunt à multis ſæculis. Hæc Renaudotus pag. 639.

4. ABRAHAMUS ECCHELLENSIS in notis ad Catalogum librorum Chaldaicorum & Syrorum Ebed Jeſu, cap. 29. ubi mentio prolixæ Neſtoriii liturgiæ: *Supra quinquaginta numerantur, apud Orientis Chriſtianas gentes, Liturgiæ, partim communes, partim ſingularum gentium propriæ. Ex his autem, triginta & una nobis exſtant; nimirum una S. Iacobi; duæ duodecim Apoſtolorum nomine, major ſcilicet ac minor; duæ S. Petri; una S. Ioannis Evangeliſtæ; una S. Marci; præterea S. Dionyſii Areopagitæ, S. Sixti Papæ, Iulii Rom. Pontificis, S. Ioannis Chryſoſtomi, S. Baſilii, S. Cyrilli Alexandrini, S. Iacobi Niſibenſis, S. Gregorii Theologi, D. Ioannis Maronis Patriarchæ Antiocheni, alterius Ioannis Patriarchæ Antiocheni, Moſis Barcephæ; Iacobi Edeſſeni, Philoxeni, Eleazari Epiſcopi Babylonis, Marutæ Epiſcopi Tagritenſis, Thomæ Giarmachitæ, Matthæi Paſtoris, Ioannis Barſuſan, Neſtorii, Theodoreti,* †) *Diodori, Narſis, Barſomæ.*

5. In BIBLIOTHECIS PATRUM quoque Liturgiæ quædam junctim excuſæ occurrunt.

GRÆCE ET LATINE quidem in T. 2. Auctarii Ducæani Pariſ. 1624. & Tomo XII. Bibl. Patrum Morellianæ, Pariſ. 1644. 1654.

a) Liturgia quæ fertur ſub nomine *Iacobi* Apoſtoli, Fratris Domini, primi Hieroſolymorum Epiſcopi, ex Græco Demetrii Ducæ Rom. An. 1526. 4. & Latine ex edit. Pariſ. Guil. Morelli An. 1560. fol.

b) *Marci* Evangeliſtæ p. 26. quam primus ediderat ex Codice Guil. Sirleti Joannes à S. Andrea Pariſ. 1583. 8. una cum *Clementis* Romani de ritu Miſſæ ex libro VIII. Conſtitutionum Apoſtolicarum, & διαταφήσει τῆς ἀκολουθίας τῶν ὡρῶν.

c) *Baſilii* Magni, *) cum Gentiani Herveti verſione pag. 42. ex Græco Demetri Ducæ, Rom. 1526. 4.

d) *Ioannis Chryſoſtomi*, **) cum verſione ejusdem Herveti pag. 59. ex Græco Demetrii Ducæ, Rom. 1526. 4.

e) Ἀκο-

†) Fortaſſe, Theodori Mopſueſteni.

*) Alia *Baſilii* Liturgia ex Codice MS. Uffenbachiano edita Græce, addita verſione Latina à V. C. Joanne Henrico Majo, in Catalogo Codicum MSS. Nobiliſſimi Viri Zachariæ Conradi ab Uffenbach. p. 498--522.

**) De differentia editionum Liturgiæ Chryſoſtomi vide quæ præfatur Beatus Rhenanus & notas Georg. Fehlavii ad Chriſtophori Angeli Enchiridion de ſtatu hodiernorum Græcorum p. 397. ac Leonem Allatium de conſenſu utriusque Eccleſiæ p. 1188. ſeq. In nova editione Montfauconiana Operum Chryſoſtomi legitur Tomo quinto pag. 466. At *Leonis*

e) Ἀκολουθία τῶν προηγιασμένων τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς. *Miſſa Præſanctificatorum* ***) p. 89. ex Græca editione Ducæ Cretenſis, Rom. 1526. 4. & Euchologio Græcorum. (p. 192. ſeq. edit. Jacobi Goari) cum verſione Gilberti Genebrardi, & εἰς κοιμηθέντας in eos qui dormierunt. p. 103. Canon de poteſtatibus Angelicis & de ſanctis. Latine p. 113. ex edit. Genebrardi, Pariſ. 1575. fol.

f) *Petri* Apoſtoli p. 116. ex Græco Latina editione Joannis à S. Andrea, Pariſ. 1595. 8.

g) *Gregorii* quem Dialogum Græci vocant. p. 125. ex Græco Lat. Fed. Morelli editione, Pariſ. 1695. 8. Nimirum Gregorii Magni, Papæ Miſſam Græce vertit *Georgius Codinus.* Alterius verſionis locupletioris MS. in Bibl. Barberina meminit Allatius de Georgiis p. 362. quæ auctorem habet *Emanuelem Chryſoloram.*

h) *Germani* CPol. ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ θεωρία. p. 131.

i) *S. Maximi* de Eccleſiaſtica Myſtagogia. p. 166.

k) *Nicolai Cabaſilæ* ἑρμηνεία τῆς Θείας λειτουργίας p. 200.

l) *Nicolai* Methonenſis Epiſcopi ad eos qui panem & vinum eſſe corpus & ſanguinem CHriſti dubitant. p. 272.

m) B. *Samonæ* Gazæ Archiep. diſceptatio cum Achmed Saraceno quod panis & vinum in Euchariſtia ſit corpus & ſanguis CHriſti. p. 277.

LATINE

Leonis Tuſci verſio concinnata CPoli circa A.C. 1057. (al. 1180) ad Rainaldum de monte Catano. Ex verſione hujus Leonis & *Eraſmi* prodiit Colmariæ 1540. 4. Aliam dedit *Ambroſius Pelargus* ſive Storck, Ord. Præd. Niddanus, Wormatiæ 1541. 4. è MS. Græco Simeonis Syracuſani Popponis, Archiepiſcopi Trevirenſis. *Mirum dictu,* inquit, *quam Simeonis exemplar variet ab eo quo uſus Eraſmus, idemque ab eo quod in Rotula exhibuit Reverendus D. Reinhardus ab Riepur, primarii templi Wormatienſis Decanus.*

***) In typico Sabæ, β. III. ἴστεον ὅτι ἐν ταῖς Κυριακαῖς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς καὶ ἐν ταῖς νηστείαις τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν ἡ τοῦ μεγάλου ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ λειτουργία τελεῖται. ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ. Ἡ δὲ ΠΡΟΗΓΙΑΣΜΕΝΗ κέκτηται τὴν ἰδίαν ἀκολουθείαν ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ. τὰς δὲ λοιπὰς ἡμέρας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἡ τοῦ ἁγίου ἸΩΑΝΝΟΥ τοῦ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ λειτουργία τελεῖται. De hac miſſa præſanctificatorum vide Allatii diatribam ad calcem libri de conſenſu p. 1541. ſeq. & de communione ſub una ad calcem libri de purgatorio pag. 867. ſq.

LATINE in T. XXVII. Bibl. Patrum edit. Lugd. 1672. fol.

α) Miſſa qua *Æthiopes* utuntur, ſub titulo Canonis Univerſalis. p. 626.

β) Benedictio, puerperæ & Ordo Baptiſmi ſecundum uſum *Æthiopum*. p. 634. & Ordo ſacramenti Confirmationis p. 643.

γ) Miſſa *Moſarabum* ſive Chriſtianorum in Hiſpania, Arabibus permixtorum. p. 644.

δ) Miſſa *Præſanctificatorum*, τῶν προηγιασμένων, ex verſione Gilberti Genebrardi. p. 647.

ε) Ordo Divini Officii *Moſarabum* ex Hiſpanico Eugenii Robleſii, Toletani (in lib. de vita Franciſci Ximenii Cardinalis, Toleti 1604.) p. 657.

6. Miſſa qua utuntur antiqui *Chriſtiani S. Thomæ*, Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Malabarici regni apud Indos Orientales, ab Neſtorianis erroribus expurgata ab Alexio Meneſio, Archiep. Goano, Indiæ primate in Synodo Angamallenſi An. 1599. è Syriaco Latinè, p. 670.

ζ) Orationes Miſſales ex vetuſto MS. Gothico Miſſali, p. 679--683.

6. *Speculum antiquæ devotionis* circa Miſſam, quod edidit JO. COCHLEUS, *) Moguntiæ, 1549. fol. recenſetur à B. D. Thoma Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum p. 664. Exhibet autem Cochleus in illo *Amalarium*, a) *Walafridum Strabonem*, *S. Baſilii* miſſam ex veteri verſione reperta in monaſterio S. Joan. in monte Rincaviæ ad Rhenum, *Expoſitionem Miſſæ* b) (qualis exſtat in Ordine Romano) ex MSS. Eyſta-

*) *Johannes* Dobnek, à patria Wendelſteinio in agro Noribergenſi, quæ cochleæ ſignificationem habet, *Cochlei* nomen adſcivit, & odio in B. Lutherum, Emſeri ſucceſſor, tantum dedit in ſcriptis ſuis, ut paucos noverim qui hac eum in parte vel æquaverint vel ſuperaverint. Cæterum Antiquitatis etiam amantem nec imperitum fuiſſe, præter ſpeculum hoc oſtendit ejus vita Theodorici Regis, ut libros ejus Miſcellaneorum aliaque omittam. Obiit A. 1552. 10. Januar. Uratislaviæ, licet Simlerus, Eyſengreinius & Boiſſardus tradunt Viennæ, unde dubius eſt Serarius rerum Moguntin. p. 177. Sed aſſentior Miræo, & qui de Cochleo plura, illuſtri Seckendorfio commentariis de Lutheraniſmo.

a) Cochleus modo librum tertium Amalarii edidit, Hittorpius autem libros quatuor de Eccleſiaſticis officiis ad Ludovicum Imperatorem, & librum de Ordine Antiphonarii. In utraque & Cochlei & Hittorpii editione deeſt caput libri tertii ultimum de Jeſu nomine. Edidit autem Dacherius Amalarii Epiſtolas quibus de nomine JEſu tractat quomodo efferendum ſit ac ſcribendum. T. VII. ſpicileg. p. 164. ſeq. (T. III. edit. novæ p. 330)

b) Hittorpius teſtatur ſe in alio MS. Codice hanc inveniſſe inſcriptionem: *Ordo Miſſæ à S. Petro*

Eyſtatenſi & Miſnenſi: *Petri Damiani* librum, cui titulus, Dominus Vobiscum. *Honorii* Gemmam animæ c) *Micrologum*, & *Petri Cluniacenſis* nucleum de ſacrificio Miſſæ, nec non *Anonymum* de vita *S. Bonifacii* Martyris, & Catalogum Epiſcoporum Archiepiſcorumque *Moguntinæ* ſedis, à Bonifacio ad Sebaſtianum de Heuſſenſtein, qui fuit ab A. C. 1576.

7. MELCHIORIS HITTORPII Sylloge Scriptorum de Divinis officiis, dicata D. Salentino, Archiepiſcopo & Electori Colonienſi, editaque Colon. 1568. fol. continet *Ordinem Romanum*, *Iſidori* Hiſp. libros duos de officiis Eccleſiaſticis. De Officiis Divinis librum ſub *Alcuini* nomine (quem conſtat eſſe junioris auctoris & ſcriptum poſt A. C. 1000. d) *Amalarii* libros quatuor de Divinis officiis & librum de Ordine Antiphonarii. (Nam ejusdem de ordine Cantatorii, & in Lectionarium & Commentarium diurnalis Officii adhuc deſideramus.) *Rabani* Mauri libros III. ad Heiſtulfum de inſtitutione Clericorum. *Walafridi Strabonis* librum de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum. *Bernonis* Abbatis Augienſis de rebus ad Miſſæ officium pertinentibus, *Micrologum*, *Ivonis* Carnotenſis Epiſcopi Sermones XXI. de officiis Eccleſ. & feſtis. *Hildeberti* Cenomanenſis Epiſcopi Carmen de Miſſa. *Radulphi de Rivo*, ſive *de Breda*, Decani Tungrenſis qui A. 1403. 3. Nov. obiit, librum de Obſervantia Canonum, & *Miſſæ expoſitionem* antiquam, quam à Cochleo prius editam eſſe jam dixi.

His in editione Romana A. 1591. fol. quam ſolam inſpexit B. Ittigius p. 636. & in Pariſienſi, A. 1610. fol. acceſſerunt: *Petri Damiani* liber, qui inſcribitur: Dominus Vobiſcum. *Ruperti* Tuitienſis de Divinis officiis libri XII. *Petri* Cluniacenſis nucleus de ſacrificio Miſſæ, *Honorii* Auguſtodunenſis Gemma animæ, libris quatuor. *Hugo-*

S. Petro inſtitutus cum expoſitione ſua. Incipit: *Miſſa pro multis cauſis celebratur.*

c) Etiam hujus tantum librum primum Cochleus vulgavit, ſed quatuor libri exſtant inter ſcriptores de Divinis officiis Pariſ. 1610. fol. pag. 1179. & in Bibliothecis Patrum edit. Colon. T. XV. & Lugd. T. XX. p. 1040.

d) Vide Mabillon. Commentario prævio ad Ordinem Rom. cap. 12. p. 83. Blondellum de S. Euchariſtia p. 417. ſq. Ancillonii miſcellanea Critica T. I. p. 101. ſeq. Andreas autem du Cheſne ſive Quercetanus in ſua operum Alcuini editione pag. 1007. Pariſ. 1617. fol. hunc librum ex MS. dedit capitulis XII. integriorem.

Hugonis de S. Victore ſpeculum de myſteriis Eccleſiæ: Ejusdem libri III. de Cerimoniis, Sacramentis, officiis & obſervationibus Eccleſiaſticis, & in Canonem Miſſæ libellus. In Colonienſem editionem obſervationes quædam Latini Latinii exſtant in ejus Bibliotheca ſacra & profana T. I. p. 129. ſeq.

8. JACOBUS PAMELIUS, e) Canonicus Brugenſis, Eccleſ. Ultrajectinæ ad S. Salvatorem Præpoſitus, cui præclaras Tertulliani & Cypriani editiones debemus, publici juris fecit etiam *rituale SS. Patrum Latinorum* ſive *Liturgicon Latinum*, in duo diſtributum Volumina, Colon. 1575. 4. ſimiliter molitus itidem Liturgica Græcorum & de Græcæ ac Latinæ Eccleſiarum in Miſſæ ſacrificio Concordia librum edere, f) niſi fato interceptus fuiſſet. In illis vero Latinis, priore Volumine Pamelius ipſe ex variis ſcriptoribus antiquis liturgiam Miſſæ qualis à primis temporibus usque ad Sergium Papam A. C. 688. fuerit, enarrare aggreditur. Inter alia à p. 293. ſqq. ad 257. *Ambroſianæ* Miſſæ ritum fuſe exponit, ex Miſſali Mediolanenſi collato & ſuppleto ex MS. Guilielmitarum Brugenſium & Radulpho Tungrenſi.

Volumine ſecundo exſtat *S. Hieronymi* Comes ſive Lectionarius pag. 1. de quo non repetam quæ dixi in Bibl. Latina, ſupplemento ad lib. IV. c. 3. T. III. p. 486. ſq.

Antiphonarius, ordinatus à *S. Gregorio* Magno, introitus ad Miſſam per circulum anni exhibens. p. 62.

Sacramentorum libri tres, quorum primus eſt *B. Gregorii* p. 178. ſecundus *Grimoldi* ſive *Grimoaldi* g) Abbatis Benedictini pag. 388. tertius incerti

e) Obiit in itinere ad capeſſendum Audomarenſem Epiſcopatum, Bruxellas tendens, Montibus Hannoniæ, 13. Cal. Octobr. 1587. æt. 51. teſte Thuano in extremo libri LXXXVIII De illo Antonius Teiſſierius ad Elogia Thuanea, Lud Ellies du Pin T. XVI. Bibl. hiſtoriæ Eccleſ. p. 136. Valerius Andreas in Bibl. Belgica & Franciſcus Sweertius in Athenis Aub. Miræus in Elogiis Belgicis.

f) Swertius p. 371. & Pamelius ipſe in Præf. ad Antonium Perenottum, Archiep. Mechlinenſem data Brugis A. 1571. *Si Celſitudini Veſtræ, aliisque* συνεργουμένοις, *noſtris gratam hanc operam noſtram intellexero, niſi Dn. Sainctez aut alius quis, quod malim, me anteverterit, ſtatui aliquando, Deo Opt. Max. opitulante, & Græcorum liturgica in duos partiri tomos, & poſtremo Concordiam Græcorum cum Latinis in præcipuis ritibus, uno volumine comprehendere.*

g) De hoc Grimoldo Abbate S. Galli, & Ludovici Pii Imp. Cancellario, cui Walafridus Strabus

certi, quem *Alcuino* Abbati Turonenſi Pamelius tribuit p. 517. & Andreas Quercetanus in ſua operum Alcuini editione iterum ex Pamelii recenſione exhibuit pag. 1167. Præfationes antiquæ per anni circulum, Gelaſianæ pleræque & Ambroſianæ, certe Gregorii Magni ætate vetuſtiores p. 550--610.

Tropi ſive troparia, ut Græci nuncupant, hoc eſt Cantica ſacra in præcipuis anni ſolennitatibus p. 611--615. Latine.

9. Vir incomparabilis JOANNES MABILLONIUS in tomo ſecundo Muſei Italici qui Pariſ. 1689. 4. lucem vidit, poſt commentarium prævium in Ordinem Romanum, quo ritus ſinguli illuſtrantur & origines eorum ac rationes exponuntur, edidit libros ipſos rituales Romanæ Eccleſiæ ſive Ordines quindecim.

1 *Ordinem Romanum* de Miſſa Pontificali, qualis à Caſſandro & deinde ab Hittorpio fuit vulgatus, ſed amplius quam media parte auctiorem à num. 21. ſqq. ex MSS. Abbatiæ S. Galli, p. 3. Incip. *Primo omnium obſervandum eſt.*

2 Ordinem Romanum itidem à Caſſandro vulgatum & Hittorpio, (in quem exſtat Amalarii ecloga à Clariſſ. Baluzio in Appendice Capitularium vulgata.) Incip. *Denunciata ſtatione diebus feſtis* p. 42.

3 Ordinem Romanum multa eadem continentem cum duobus prioribus, pauca diverſa p. 53.

4 Fragmentum Veteris Ordinis ex MS. Conſtantini Cajetani p. 61.

5 Ordinem Romanum de Miſſa Epiſcopali, ex MS. S. Galli, p. 64. Inc. *Inprimis camiſia cingitur ſupra.*

6 Ordinem Proceſſionis, ſi Epiſcopus feſtivis diebus Miſſam celebrare voluerit. p. 70.

7 Ordinem ſcrutinii ad electos baptizandos p. 77.

8 Ordinem de ordinatione Acolythi & Epiſcopi p. 85.

9 De gradibus Romanæ Eccleſiæ p. 89.

10 Ordinem Romanum de triduo ante Paſcha, ex MS. equitis Maffei, Ro-

bus hortulum ſuum dicavit, Vide Caſimiri Ondini commentarios de ſcriptoribus Eccleſ. T. I. p 1539. & T. II. p. 154. Hic Oudinus inter tres Sacramentarii Gregoriani editiones, Pamelianam, Romanam Angeli Rocchæ ex MS. Vaticano Rom. 1597. & Pariſienſem ex Miſſali MS. S. Eligii Bibl. Corbeienſis, cum notis Hugonis Menardi Pariſ. 1642. 4. pro optima & antiquiſſimaque atque adeo ſinceriſſima non dubitat habere Pamelianam. Cum Menardi notis ſacramentarium recuſum eſt in noviſſimis Pariſienſibus operum Gregorii M. editionibus. Sinceriorem editionem parabat Joſephus Maria Thomaſius.

Romani p. 95. ubi etiam Ordo ad reconciliandum pœnitentem, p. 110. ad viſitandum infirmum p. 111. ungendumque pag. 113. & communicandum p. 114. Ordo ſepeliendi clericos Romanæ fraternitatis p. 115.

11 *Benedicti*, B. Petri Canonici liber de Eccleſiaſtico Ordine totius anni ad Guidonem de Caſtello, Cardinalem S. Marci, poſtea A. C. 1143. Papam Cæleſtinum II. p. 118. cum additione ex Codice Vallicellano p. 153. & Joannis XIX. (XX.) diplomate p. 154. & excerptis ex libro *Petri Mallii* Canonici S. Petri ad Alexandrum III. p. 158.

12. *Cencii de Sabellis*, Cardinalis, poſtea A.C. 1216. *Honorii III.* Papæ, Ordinem h) de conſuetudinibus & obſervantiis Eccleſiæ Romanæ in præcipuis ſollemnitatibus p. 167.

13 Cærimoniale Romanum, editum juſſu Gregorii X. de electione Pontificis Romani. p. 221.

14 *Jacobi Cajetani*, Cardinalis qui ſub Clemente VI. vivere deſiit, Ordinarium Eccleſiæ Romanæ, capitulis CXVIII. p. 243. additis nonnullis ex Cærimoniali Card. Rotomagenſis de Stotavilla, & Petri Amelii. Vide p. 242. 324. 325. 328. 332. & 357. ubi Jacobus Cajetanus citatur.

15 *Petri Amelii*, Gregorio XI. i) pœnitentiarii ac Bibliothecarii, poſtea Epiſcopi Senogallienſis, Archiepiſcopi Tarentini & Patriarchæ Gradenſis & Alexandrini (quo titulo inter Cardinales Epiſcopos A. 1391. locum habuit) librum de cærimoniis Romanæ Eccleſiæ, capitulis CLXVII. p. 448.

In Appendice exhibet Mabillonius:

a) Indicem ſolemnium collectarum & ſtationum Eccleſiæ Romanæ p. 544.

b) Eclogas *Amalarii* Abbatis in Ordinem Romanum, ex edit. Steph. Baluzii. p. 549.

c) *Joannis* Diaconi librum de Eccleſia Lateranenſi p. 560.

d) Conſtitutiones Lateranenſes Petri Cardinalis, à Gregorio Pontifice confirmatas p. 576.

h) Hunc librum vulgare inſtituerat *Onufrius Panvinius* in magno ritualium veterum opere, quod Romæ in Bibliotheca Pontificio Palatina & Pariſiis in Regia ſervatur teſte Mabillonio p. 865. ubi præfationem Onufrii ad Cencium cum lectore communicat.

i) Idem Amelius verſibus deſcripſit iter Gregorii XI. Avenione Romam, quod exſtat etjam apud Bzovium ad A. C. 1376.

e) *Auguſtini* Patricii Piccolominei, Epiſcopi Pientini Epiſtolam ad Innocentium IIX. A. 1488. datam in librum ſacrarum Cærimoniarum quibus Romani Pontifices uti conſveverant p. 584. Excerpta ex Diario *Paridis de Graſſis*, Epiſcopi Piſaurenſis, cærimoniarum Magiſtri, de geſtis contra Chriſtophorum Marcellum, electum Archiepiſcopum Corcyrenſem, qui libros tres de ritibus Eccleſiæ Romanæ, Patricio ſublectos publicavit cum Leonis X. privilegio, Venetiis 1516. p. 587. ſq.

In *Tomo primo* ejusdem Muſei Italici Mabillonius non modo vulgavit præter Maximi Taurinenſis homilias duodecim, aliaque variorum ſcripta & apoſpaſmatia, ſupplementum & varias lectiones ad librum Diurnum Pontificum Rom. (à Joanne Garnerio S. I. Pariſ. 1680. 4. publicatum) ex Codice quo uſus Holſtenius, qui ejusdem libri editionem meditabatur, p. 32--37. Varias Epiſtolas de ritu Ambroſiano p. 95. ſq. Græcorum confeſſionem de Euchariſtia, editam in Concilio Florentino p. 243. Sed & *Sacramentarium Gallicanum* ex Codice mille amplius annorum, Monaſterii Bobienſis p. 278--397.

Huic jungendi libri tres de Liturgia Gallicana, ab eodem Mubillanio in lucem dati Pariſ. 1685. 4. quorum primus commentarium veluti prævium continet, ſecundus *Lectionarium Gallicanum*, Luxovienſe cum notis. Tertium Miſſalia tria, quæ cum *libro Gelaſiano ſacramentorum Romanæ Eccleſiæ* vulgaverat JOSEPHUS MARIA THOMASIUS k) Romæ 1680. 4. in libro cui titulus: Codices Sacramentorum nongentis annis vetuſtiores. Ex tribus illis primum eſt *Gothicum* ſive *Gothico Gallicanum*, quo uſi Galli Veſi-Gothorum ſubjecti imperio usque ad tempora Caroli Magni. Alterum *Francicum*, in uſum Eccleſiæ Pictavienſis, poſt Gregorii M. tempora, & tertium *Gallicanum*, in uſum Autiſſiodorenſis Eccleſiæ.

Cætera curſus Gallicani cognoſci poſſunt ex *brevi expoſitione antiquæ liturgiæ Gallicanæ*, quam ex MS. Codice S. Martini Auguſtodunenſis dedere Edmundus Martene & Urſinus Durandus Tom. V. theſauri anecdotorum p. 91--100. ſubjuncto *Ordine Romano ad uſum Monaſteriorum* ab annis circiter mille ex MS. Codice Murbacenſi pag. 103--110. At Ordinem Sacramentorum, ſive Miſſam veterem, quam edidit *Matthias Flacius* Argentinæ 1557. 8. & poſt eum Carolus le Cointe

k) De Thomaſii opere, Ephemerides eruditroum Pariſ. A. 1681. p. 242. De Mabillonii Acta Erud. A. 1686. p. 20.

Cointe T. II. Annalium Fancorum ad A. C. 601. n. 20. & Joannes Bona ad calcem libri ſecundi rerum liturgicarum pag. 375. ſeq. Opp. non eſſe veterem Gallicanum, ſed Romanum variis interprolatum orationibus, probat idem Bona lib. 1. capite 12. p. 222. ſeq. cui aſſentitur præter Mabillonium Edmundus Martene, qui eandem Miſſam ex Flacii editione exhibet lib. 1. de antiquis Eccleſiæ ritibus pag. 481.

10. Ab eodem eruditiſſimo Viro EDMUNDO MARTENE Varii vetuſti Ordines Miſſæ celebrandæ referuntur, in eodem primo de antiquis Eccleſiæ ritibus Volumine, Rotomagi 1700. 4.

a) Ex Miſſali Gothico quod vulgavit Joſephus Maria Thomaſius. p. 452.

b) Ex Miſſali Mozarabum, *) edito juſſu Franciſci Ximenes, Archiepiſcopi Toletani p. 457.

c) Ex Miſſali Ambroſiano, quod An. 1560. prodiit juſſu S. Caroli Borromei, Mediolanenſis Archiepiſcopi, collatis iis quæ in miſſali Mediolanenſi A. 1669. addita ſunt. p. 471.

d) Miſſa quam à Flacio editam jam dixi p. 482.

e) Ordo ex pervetuſto Codice Monaſterii S. Dionyſii in Francia, circa tempora Caroli M. exarato p. 513.

f) Ex MS. Pontificali Prudentii, Trecenſis Epiſcopi p. 525.

g) Ex MS. Codice Eccleſiæ S. Gratiani Turonenſis, annorum circiter DCCC. p. 533.

h) Ex MS. libro Sacramentorum Moyſacenſis monaſterii, nunc Bibl. Colbertinæ, n. 428. annorum circiter DCCC. p. 536.

i) Ex Corbejenſi Codice Ratoldi Abbatis. p. 541.

k) Ordo quem è Codice Monaſterii S. Vincentii, Ord. S. Benedicti, poſtea Bibl. Cardinalis Chiſii, p. 547. qualem publicaverat Joannes Bona ad calcem librorum de rebus liturgicis p. 387. Opp. Antwerp. 1694. fol.

l) Ex MS. Pontificali Saliſburgenſi p. 554.

m) Ex libro Sacramentorum, quem A. C. 1036. Halinardo Abbati S. Benigni Divionenſis, deinde Archiepiſcopo Lugdunenſi dedit Himbertus, Epiſcopus Pariſienſis. p. 560.

n) Ex

*) Hæc miſſa Mozarabum ſeu Hiſpanorum miſtorum ex Arabibus, *S. Leandro* communiter adſcripta exſtat etiam in magna collectione Conciliorum Hiſpaniæ Aguirriana T. III. p. 258--279. adjuncta laudati Joannis Bonæ diatriba de illa Miſſa ex libro I. rerum liturgicarum, p. 279--283.

n) Ex MS. Pontificali Chriſtiani, Moguntini Archiepiſcopi n. 4213. in Bibl. Regia Pariſ. p. 563.
o) Ex alio Pontificali Eccleſiæ Moguntinæ. p. 566.
p) Ex antiquo Rituali MS. Eccleſiæ S. Martini Turonenſis p. 568.
q) Ex antiquo Ordinario Eccleſiæ Laudunenſis, ante annos CCCC. MS. p. 570. 573.
r) Ex antiquo Rituali MS. Eccleſiæ Sueſſionenſis p. 574.
s) Ex MS. Pontificali Guilelmi Durandi, Mimatenſis Epiſcopi, quod olim uſui fuit Eccleſiæ Catalaunenſi p. 577.
t) Ex MS. Ordinario Eccleſiæ Bajocenſis p. 590.
u) Ex antiquis Carthuſienſium ſtatutis part. I. cap. XLIII. p. 594.
x) Ex MS. Miſſali Fiſcamnenſis monaſterii ad uſum Eccleſiæ Rotomagenſis ante annos circiter CCCC. p. 599. Collatis quæ in aliio Miſſali Rotomagenſi diverſa leguntur.
y) Ex alio MS. Miſſali Fiſcamnenſis Monaſterii annorum CCC. p. 603.
z) Ex MS. Miſſali Gemmeticenſi, ſecundum uſum Eccleſiæ Ebriocenſis, ante annos CCC. p. 607.
aa) Ex Ordinario MS. Eccleſiæ Cabilonenſis. p. 610.
bb) Ex Ordinario MS. Viennenſis in Gallia Eccleſiæ. p. 613.
cc) Ex Lugdunenſi Miſſali Athanacenſis Monaſterii. p. 615.
dd) Ex MS. Miſſali A. de Longuevil, Epiſcopi Leonienſis in Britannia minore. p. 619.
ee) Ex veteri Miſſali Eccleſiæ Sarisberienſis in Anglia. p. 622.
ff) Ex MS. Codice Beccenſis Monaſterii. p. 630.
gg) Ex veteri breviario ad uſum Rotomagenſis S. Audœni monaſterii edito. p. 635.

Longe plura celeberrimo Martenio ſcripta ejusmodi liturgica tam edita variarum Eccleſiarum, quam inedita fuiſſe ad manus, ſatis oſtendit libro ſuo de antiqua Eccleſiæ diſciplina Lugd. 1706. 4. cui amplum eorum ſyllabum præfixit. De Martenio ipſo quemadmodum etiam de Mabillonio & utriusque ſcriptis diligenter tradunt Bernardus Pez & Philippus Cervus in Bibliotheca ſcriptorum Congregationis S. Mauri, Ordinis Benedicti, quam Latine ille Auguſtæ Vindel. 1716. 8. hic Gallice, Hagæ Comitis hoc ipſo anno 1726. 12. promulgavit.

11. Ut ad Liturgias Græcæ & Orientalium Eccleſiarum redeam, edidi & ipſe Syllogen illarum, quotquot Apoſtolis quidem tribuuntur, in

parte

parte tertia Codicis Apocryphi Novi Teſtamenti Hamb. 1719. 8. Et cum duas primores partes illius recenſuerim lib. IV. hujus Bibl. cap. 5. §. 14. en hoc loco tibi etiam elenchum eorum quæ tertia parte continentur:

De LITURGIIS Jacobi, Marci &c. teſtimonia & cenſuræ veterum recentiumque p. 2.
Liturgia JACOBI, Græce & Latine p. 33.
Alia verſa è Syriaco à V. C. Euſebio Renaudot. p. 122.
Liturgia PETRI, Græce & Latine p. 159.
Alia verſa è Syriaco p. 179. tertia p. 192.
Liturgia JOHANNIS è Syriaco verſa p. 200.
Liturgia MARCI, Græce & Latine p. 253.
Alia verſa è Syriaco p. 312.
Liturgia XII. APOSTOLORUM, quam ordinavit LUCAS, itidem ut priores è Syriaco verſa à C. V. Euſebio Renaudot. p. 325.
Precatio JOHANNIS Evangeliſtæ p. 334.
SYNODI Apoſtolorum Antiochenæ Canones IX. p. 336.
Synodus in qua SYMBOLUM ab Apoſtolis conditum traditur p. 339.
Symbolum & de Symbolo ſcriptores p. 363.
Evangelium num agnoſcant Muhamedani p. 366.
De Evangelio BARNABÆ quod MS. exſtat Italice in Bibliotheca Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis EUGENII p. 373.
Ex illo loca quædam pag. 378. p. 390. 393. cum Latina verſione p. 384.
Dicta JEſu quæ ex Muhamedanis ſcriptoribus congeſſit Levinus Warnerus p. 394.
Judæorum blasphema commenta 396.
De libro σύνεσις καὶ ἀπόκρισις Ἰησοῦ p. 397.
De hiſtoria ſub CLAUDIÆ PROCULÆ, Pilati uxoris nomine edita p. 398.
Paralipomena, addenda iis quæ de Evangeliis Apocryphis Tomo primo commemorata ſunt p. 399. ſeq. 526. ſeq.
Quare CHRISTUS non prius miracula fecerit, quam cum jam eſſet natus triginta annos p. 408.
M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri Schediaſma de CHRISTI, cum verſaretur inter homines, ſtudiis, ἄτερ γραφῆς p. 424.

De ſtatua HÆMORRHOUSÆ â CHRISTO ſanatæ, mulierisque ad Herodem Epiſtola Græce & Latine p. 445.
PILATI relatio ad Tiberium, Græce & Latine p. 456.
Judæorum de CHRISTO conſultatio p. 487.
Judæorum Epiſtola Hieroſolymis ſcripta de CHRISTO ad Judæos Ulmenſes pag. 493. alia ad Judæos Toletanos p. 497.
De Joſepho Arimathæo & Lazaro p. 506.
De Epiſtolis & dictis CHriſto tributis, paralipomena p. 510.
De Johannis ac Melitonis ſcriptis de obitu Mariæ p. 533.
De Evangeliis quæ à Tatiano, Luciano & ſub Anaſtaſio falſata eſſe feruntur p. 538.
De Aramo quinti effictore Evangelii p. 545.
De precatione Magica quæ ſub S. MARIÆ nomine feretur apud Æthiopes p. 560.
Paralipomena ad Abdiam p. 568. ſeq. & ad notitiam Actuum Apoſtolicorum Apocryphorum p. 597. ſeq.
XII. Apoſtolorum patriæ & parentes p. 590.
Paſſio S. JOHANNIS Evangeliſtæ, ſub MELLITI nomine edita à Franciſco Maria Florentinio p. 604.
MARCELLI de mirificis rebus & Actibus PETRI & PAULI p. 632.
De Epiſtolis S. MARIÆ tributis paralipomena p. 661.
De Epiſtola S. PAULI tertia ad Corinthios & Corinthiorum ad Paulum p. 666. quæ ipſæ exhibentur ex Armenico verſæ p. 668. 681.
Epiſtola compoſita à Joach. Camerario ſub Pauli nomine ad Epheſios & Epheſiorum ad Paulum, Græce & Latine p. 686.
De Epiſtola PAULI ad Laodicenſes, & Epiſtolis ad Senecam, paralipomena p. 710.
Prophetia JOHANNIS Evangeliſtæ de conſummatione Mundi pag. 720.
Catalogus Apocryphorum ſcriptorum, in cavernis Granatenſibus ut ajunt effoſſorum A. 1595. p. 725.
Narrationes Apocryphæ ex Chronico ſub Dextri nomine edito p. 726.
S. HERMÆ, viri Apoſtolici Paſtor, emendatior, præmiſſis teſtimoniis veterum auctioribus, & fragmentis pluribus Græcis quam in editione Cotelerii exſtant, additis notis ejusdem atque Oxonienſis edit. integris, aliisque p. 737.

12. Cum

12. Cum Evchologio Græcorum, quod verſione & notis eruditis donatum vulgavit JACOBUS GOAR, Pariſinus, Ord. Prædicatorum, Pariſ. 1647. fol. Liturgias quoque diligentiſſime recenſitas & cum editis & MSS. collatas dedit: Liturgiam *S. Chryſoſtomi* quidem pag. 58. cum Variis Lectionibus p. 87. & aliud ejus exemplar è MS. Barberino p. 98. itemque aliud ejus qua Monachi Græci in occiduis partibus Romæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Siciliæ & aliis utuntur p. 100. aliud denique quale inter opera Chryſoſtomi legitur pag. 104. atque inde notas p. 108. Liturgiamque S. *Baſilii* pag. 158. cum Variis Lectionibus p. 176. & aliud illius exemplar ex MS. Iſidori Pyromali Smyrnæi, Monaſterii S. Joannis in Inſula Patmo Diaconi p. 180. cum variis Lectionibus editionis Latinæ Margarini de la Bigne p. 184. & notis p. 185. Ac denique Miſſam quam τῶν προηγιασμένων ſive *præſanctificatorum* appellant p. 187. cum variis lectionibus p. 200. & notis p. 205--210. Hanc Miſſam *Germano* CPol. ex MSS. Goarus p. 200. & 211. tribuit, aliudque breviſſimum & antiquiſſimum ejus exnmplar p. 103. exhibet ex MS. Barberino. De hac Miſſa exſtat notiſſima Leonis Allutii diatriba ad calcem operis de conſenſu utriusque Eccleſiæ. Goarus autem p. 212--232. ſubjunxit etiam præclaram *Simeonis* Theſſalonicenſis Metropolitæ ἐξήγησιν εἰς τὴν λειτουργίαν *enarrationem in Miſſam*, Græce & Latine cum Jacobi Pontani S. I. ſed emendata verſione ſicut Græce exſtat in Simeonis Opere excuſo Jaſſii in Moldavia 1683. fol. p. 271. ſeq.

XLV. Nemo vivit hodie qui majoribus vel præclarioribus muneribus auxerit rem litterariam, & qui Græcas præſertim & Eccleſiaſticas litteras omnemque Antiquitatem pulchrius ornaverit, quam nobilis genere, ſed virtute doctrina & meritis illuſtrior D. BERNARDUS de MONTFAUCON congregationis S. Mauri, Benedictini ordinis, Gallicæ gentis & ætatis ſuæ decus τηλαυγές. Hujus itaque ſcriptorum commemoratione præſentem, qua auctores plerosque Græcos junctim à Viris doctis in lucem datos retuli, notitiam, atque adeo hocce Volumen concludam. Exſtant igitur laudato Montfaucono curante,

1. *Analecta Græca* ſive varia Opuſcula Græca hactenus non edita, Pariſ. 1682. 4. In hoc volumine cujus titulus in quibusdam exemplis præfert tomum quartum monumentorum Eccleſiæ Græcæ Jo. Baptiſtæ Cotelerii, occurrunt:

Vita *S. Euthymii* Abbatis, auctore *Cyrillo* Scythopolitano, cum verſione *) Jacobi Lopini p. 1. De hac dixi Vol. IX. hujus Bibliothecæ p. 78. & X. pag. 156. ſeq.

Vita *S. Cyriaci* Anachoretæ, auctore *Simeone* Metaphraſte, cum verſione Antonii Pouget p. 100. Vide Volum. IX. p. 69.

Typicum ſive Regula Monaſterii Gratia plenæ p. 128. cum Montfauconi interpretatione. Confer ejusdem palæographiam Græcam p. 300.

Excerpta ex *Herone* Geometra de Menſuris, p. 308. eodem interprete.

Antiquum *Rationarium* Auguſto tributum Cæſari, & novum *Rationarium* Alexii Commeni, eodem Montfaucono interprete p. 316. Vide Volum. X. p. 474.

De menſuris & ponderibus & notis ea ſignificantibus, cum ejusdem Montfauconi verſione p. 393.

Vita *S. Stephani* junioris, Stylitæ, auctore *Stephano* Diacono Eccleſiæ CPol. cum verſione Jacobi Lopini p. 396--531. Vide Volum. IX. pag. 144. ſeq.

Index Græco-latinus vocum rariorum in hoc volumine obviarum.

2. *S. Athanaſii* Opera diligenter recenſita ad Codices MSS. & ordine digeſta Chronologico, genuinaque à dubiis ſeparata ac ſuppoſititiis: & meliore verſione, notisque & obſervationibus hiſtoricis ac Criticis illuſtrata, Pariſ. 1699. fol. tribus Volum. Hanc editionem diligentius recenſui lib. V. cap. 1.

3. *Collectio nova Patrum & Scriptorum Græcorum*, Pariſ. 1706. fol. Græce & Latine duobus Voluminibus, quorum priore exſtant *Euſebii* Pamphili Commentarii in Pſalmos CXVIIII. ex Codice quem Cardinalis Perronius in Italia degens ex antiquioribus deſcribendum curaverat, nec non Seguieriano ſive Coisliniano & Colbertino, collatis Catenis editis & MSS. Vide ſi placet quæ dixi Volum. VI. p. 94.

Poſterius Volumen exhibet α) *S. Athanaſii* opuſcula ſecundis curis reperta & antehac inedita. quæ tradere me memini Volum. V. p. 316. ſeq.

β) *Euſebii* Commentarios in Eſaiam, de quibus Volum. VI. p. 95. ſeq.

γ) *Coſmæ*

*) Apud Philippum Cervum in Bibl. Hiſtorica & Critica ſcriptorum Congregationis S. Mauri Gallice edita pag. 212. ubi de Lopino diſſerit, pro *la vie de S. Emime* lege *de S. Euthyme*.

γ) *Coſmæ* Ægyptii, quem Indopleuſten appellant, topographia Chriſtiana, de qua pluribus lib. 3. hujus Bibl. cap. 25.

4. Hexaplorum *Origenis* quæ ſuperſunt, multis partibus auctiora quam à Flaminio Nobilio & Joanne Druſio edita fuerant: ex MStis & ex libris editis eruta & verſione ac notis illuſtrata. Pariſ. 1713. fol. duobus Voluminibus. Accedunt T. 1. p. 77. ſeq. anecdota quædam Origenis apoſpaſmatia ex commentariis in Pſalmos, & p. 86. ſq. *S. Epiphanii* περὶ τῶν ὁ ἑρμηνευτῶν καὶ τῶν παρερμηνευσάντων, *de LXX. Interpretibus & de aliis qui ſecus interpretati ſunt*, epitome eorum ſed differens in quibusdam, quæ in Epiphanii libro de ponderibus ac menſuris, de eodem argumento leguntur. Ad calcem tomi poſterioris exſtant duo lexica utiliſſima in Origenis Hexapla, alterum Hebraico Græcum, alterum Græco-Hebraicum, præmiſſa diſquiſitione quomodo veteres Interpretes Hebraice legerint. Lexicon idem Græco Hebraicum poſtea Concordantiis ſuis Græcis in ſeptuaginta Interpretes ſubjecit præclarus Vir Abraham Trommius, Amſt. 1718. fol.

5. Liber *Philonis* Judæi de vita contemplativa, verſus Gallice, additis uberioribus obſervationibus quibus Chriſtianos fuiſſe Philonis Therapeutas, vir doctus diſputat. Pariſ. 1709. 12. Vulgatum eſt non diu poſt A. 1712. alterum ſimile volumen, in quo pro eadem ſententia occurrit Montfauconi Epiſtola, media inter binas illuſtris J. Bouhierii Savignii, in Parlamento Divionenſi præſidis, quibus contraria ac veriſimilior opinio, quod Therapeutæ illi fuerint Judæi, acute atque erudite aſſeritur.

6. *Palæographia Græca*, ſive de ortu & progreſſu litterarum Græcarum & de variis omnium ſæculorum ſcriptionis Græcæ generibus: itemque de abbreviationibus & de notis variarum artium ac diſciplinarum rhetoricis, muſicis, monetarum, numerorum, menſurarum ponderumque, aſtronomicis, chymicis, iatricis &c. Pariſ. 1708. fol. opus diviſum in libros VI. atque eruditorum cura & lectione digniſſimum, in quo notitia quam plurimorum Codicum Græcorum MSS. in celeberrimis Europæ Bibliothecis exſtantium, & de librariis ac calligraphis Græcis eorumque ſubſcriptionibus: ſpeciminaque membrarum manu exatarum variis ſæculis ære nitide deſcripta exhibentur, unde de aliorum ætate judicium aut conjecturam ferre

re licet. In libro ſexto qui *rem diplomaticam* Græcam conſiderat, exhibentur etiam Græce ac Latine:

Diploma *Joſephi* Authentæ A. C. 1099. p. 391.

Diploma *Bertæ*, Comitiſſæ Loritelli, A. 1112. p. 392.

Aurea Bulla *Rogerii* Regis Siciliæ. A. 1130. p. 393.

Diploma *Philippi*, filii Leonis Logothetæ, A. 1131. p. 401.

Teſtamentum *Geraſimi* Abbatis, Monaſterii SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, eodem circiter tempore p. 403.

Specimen ex autographo deſumptum & tribus tabulis ære deſcriptis comprehenſum, diplomatis *Rogerii* Regis, quo Chriſtodulum Amiram, Protonobiliſſimum declarat, eodem circiter tempore. p. 408.

Diploma *Leonis Maleini* Ducis A. 1144. p. 410.

Diploma *Philippi*, filii Joannis A. 1165. p. 411.

Index Græcus Conſtitutionum Sicularum LXX. à *Friderico II.* Imperatore & Siciliæ Rege, anno circiter 1230. p. 416. quatuor etiam diplomatibus p. 428. ſeq. Latine ſubjunctis.

Libro ſeptimo, *Joannis Comneni* Medici deſcriptio ſancti montis Atho & ejus XXII. Monaſteriorum, Græco vulgari qualis A. 1701. in Ungarowalachia, typis Anthimi hieromonachi ex Iberia in monaſterio Synagoli prodierat, ſed jam Latina verſione donata p. 433-499. *Porphyrii* Nicææ Metropolitæ, & dehinc prohegumeni Imperatonii & Patriarchalis Monaſterii S. Joannis præcurſoris, in Nigro Mari prope Sozopolin, periodus ſive circuitus Montis Athonis, verſibus politicis, cum Latina verſione p. 500--505. Quæ ad calcem voluminis exſtat diſſertatio de priſcis Græcorum ac Latinorum literis, auctorem habet jam paullo ante laudatum mihi eruditiſſimum Joannem Bouhierium, in Senatu Divionenſi ſupremo Præſidem.

Ad rem diplomaticam quoque pertinet fragmentum Epiſtolæ Imperatoris CPolitani ad Regem Francorum quod p. 266. Montfauconus in duabus magnis tabulis ære deſcriptis exhibet, quales Jo. Mabillonius in ſupplemento ad libros de re diplomatica Latina publici juris fecerat pag. 71. Operæ pretium vero eſſet à viro aliquo docto ex Bibl. Cæſarea etiam erui atque publicari Codicem diplomatum Græcorum ducentorum & unius, de quo Lambecius VIII. p. 523. nec non alios duos de quibus idem p. 510. itemque quartum è Bibliotheca Regia Taurinenſi, de quo illuſtris atque eruditiſſimus Marchio Scipio Maffeus in Epiſtola ad V. C. Apoſtolum Zenum T. 6.

Diarii

Diarii eruditorum Italiæ p. 479. *Quello però, che forſe piu d'ogni altro ha eccitata la mia curioſità, è ſtato un volume in* 4. *ch' è gran peccato ſia ſtato guaſto in più luoghi per tagliare alcune miniature, che vi erano. Racchiudeſi in eſſo una raccolta di Bolle Imperatorie, di privilegj, e di atti ſpettanti in gran parte al Monaſtero* νέας πέτρας. *Per dirvi interamente ciò che vi ſi contiene, è ſi vorrebbe poterlo legger tutto, per chè le due tavole, che vi ſono, poco giovano, è nello ſcorrerlo poco vi ſi comprende, poichè, ſe non m'inganno, le bolle non vi ſono à diſteſo, ma per lo più ſolamente a pezzi, è in compendio; ciò che v'è di più ſingolare è la ſoſcrizione della ſteſſa mano Imperiale, che ſi vede alla fin del libro in lettere grandi, e ben fatte, e con un liquor roſſo dopo tanto tempo sì vivo ancóra, e sì ardente, che vince il poter degli occhi.* Ἀνδρόνικος ἐν χῷ τῷ θῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων δοῦκας ἄγγελος κομνηνὸς ὁ παλαιολόγος. *Io non dubito punto, che queſte parole non ſiano di mano dell' Imperadore, poiche ben ſapete, che il ſoſcriver lettere, ed atti publici col cinabro era vietato a tutt' altri, ed al regnante riſervato. Potrebbe darſi, che queſto libro ſi conſervaſſe già in alcuna publica Cancellaría, overo nel privato Archivio del Monaſtero; è che i Monaci, all'intereſſe de quali ſpettavano tali bolle, perchè queſta copia reſtaſſe per ſempre autenticata, ne otteneſſero queſta ſovrana legalizzazione. Dopo la ſottoſcrizione dell' Imperadore ſi vede altresì a gran caratteri, e pur fra due Croci, ma con l'ordinario inchioſtro quella del Patriarca.* Ἰωαννὴς ἐλέῳ θῦ ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως νέας ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. *Ho oſſervato, che in due luoghi ſi finiſce a queſto modo:* ἀπολυθεὶς κατὰ μῆνα σεπτέβριον τῆς νῦν τρεχούσης τρίτης ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ τρίτου ἔτους ἐν ᾧ δὴ καὶ τὸ ἡμέτερον εὐσεβές τε καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος. *Così ſta ſcritto per l'appunto. L'anno qui indicato, ch'è ſecondo l'era Greca dalla creazion del Mondo con quella giunta ch'eglino vi fanno, riviene al 1271. di noſtra ſalute. In queſto Manoſcritto ſi veggono ſempre due punti ſopra il* jota, *quando non entra in dittongo, e parimente ſopra* l'ypſilon. *Nella tavola alcuna di queſte carte è nominata* Ἀργυρόβουλλον, *e le altre Aureebolle.*

7. *Biblio-*

7. *Bibliotheca Coisliniana*, olim *Segveriana*, *) ſive Manuſcriptorum omnium Græcorum CCCC quæ in ea continentur accurata deſcriptio, ubi operum ſingulorum, & in his ineditorum non paucorum notitia datur, ætas cujusque Manuſcripti indicatur, vetuſtiorum ſpecimina exhibentur, aliaque multa annotantur, quæ ad Palæographiam Græcam pertinent. Pariſ. 1715. fol. Theſaurus hic, non liber præter diligentem Codicum & ſingulorum in illis monumentorum enarrationem, variasque ſparſim obvias breviores notationes rerum ſcitu digniſſimarum, Græce & Latine cum Lectore communicat hæc quantivis pretii anecdota, quæ celeberrimi Montfauconi quam meis verbis referre potius juvat:

I. Eſt librorum Veteris Teſtamenti vetutiſſima in capita diviſio, quæ quidem diviſio duplex notatur in Pentateucho & in libro Joſue. p. 4--26. Suntque illæ duæ diviſiones inter ſe prorſus diverſæ. In libris autem Judicum & Ruth alia eſt ratio, ut ſuo loco videas. In libris item Regum duplex in capita diſtributio obſervatur. pag. 27. ſeq. Illam vero utramque deſumſimus ex primo Coislinianæ Bibliothecæ Codice manuſcripto, qui tum vetuſtate tum elegantia inter præſtantiſſimos Europæ numeratur. Ideo autem illas Librarius notandas duxit, quia ambæ variis vel locis vel temporibus in uſu fuerunt. Ne vero illas plane integras daremus, prohibuit temporum injuria, qua aliquot tam eximii libri particulæ perierunt. Ad hæc autem totus Regum liber quartus cum poſtrema tertii parte interiit. Varias lectiones etiam præcipuas annotaſſe duximus operæ pretium. Ex Codice item octavo elegantiſſimo decimi ſæculi, excerpſimus p. 45. ſeq. capita cum argumentis librorum duorum Paralipomenon, librorum Tobiæ ſive Tobith, itemque Judith & Eſtheris. Harum porro in capita diviſionum haud ſpernendus uſus erit: plerumque enim in Editis atque Manuſcriptis, maximeque in Catenis, capitum quæ memorantur numeri cum his conveniunt.

II. Eſt p. 53. ſeq. Catalogus ingens operum Severi Antiocheni Patriarchæ,

*) Pariſiis A. 1686. 12. lucem viderat Catalogus non Græcorum tantum ſed & aliorum Codicum MSS. Bibl. Segvierianæ, ſed levi confectus brachio & breviſſime vix per tranſennam argumenta Codicum noſcenda permittens, *Catalogue des Manuſcrits de la Bibliotheque de defunt Monſeigneur le Chancelier Segvier.*

archæ, Acephalorum principis, Sermonum nempe, Syntagmatum, Apologeticorum, Polemicorum, Epiſtolarum, aliorumque opuſculorum, quæ pauciſſimis exceptis hactenus ignota fuerant. Horum autem maxima pars eruta ſunt ex Catenis Coislinianis, ubi ex opuſculis Severi ἀποσπασμάτια bene multa comparent præmiſſo Auctoris nomine. Ex Epiſtolarum vero titulis multi Antiſtites, inſignesque utriusque ſexus homines noti evadunt.

III. Pag. 68. ſeq. *Severi* ejusdem Archiepiſcopi AntiocheniConcordantia Evangeliſtarum circa ea quæ in ſepulcro Domini, quo die reſurrexit a mortuis, contigerunt. Item de ſabbatis & de varietate exemplarium S. Marci Evangeliſtæ. Eadem autem methodo procedit, ut Evangeliſtarum conſonantiam probet, qua hodierni concordantiarum Auctores, qui ævo noſtro bene multi prodiere. Vereor tamen ut qui hujusmodi ſtudiis dant operam, Severi explanationibus adſtipulentur.

IV. Ex Codice XXV. pag. 78. Eſt *Pamphili* Martyris expoſitio capitum Actuum Apoſtolorum. Præmittitur ibidem præfatiuncula ſancti Scriptoris, deinde capitibus 40. argumenta hiſtoriæ Actuum minutatim exhibentur. Opuſculum eſt γνήσιον, argumenta vero illa in nonnullis Bibliis editis ſine præfatione exſtant.

V. Eſt *Styliani* opuſculum de Trinitate, ubi minutatim omnia, quæ ad tantum myſterium ſpectant, explicantur. Erat autem *Stylianus* cognomento *Mappa* Neocæſareæ in Euphrateſia Metropolita, qui Conſtantinopolitanæ quartæ Synodo ſubſcripſit anno 870. Prodit hæc fidei expoſitio ex Codice Coislinianæ Bibliothecæ XXXIV. habeturque pagina hujus Editi 88.

VI. Eſt *Michaëlis Syncelli* libellus de orthodoxa fide, ubi omnia fidei capita clare & dilucide enunciantur. Erat Michaël Hieroſolymitanus Presbyter, florebatque ſæculo nono tempore Theophili Imperatoris. Habetur in eodem Codice XXXIV. & editus eſt pag. 90.

VII. Eſt libellus *Theodori* Scythopolitani Epiſcopi, oblatus Juſtiniano Imperatori, & Patriarchis Eutychio Conſtantinopolitano, Apolinario Alexandrino, Domnino Antiocheno & Euſtochio Hieroſolymitano. Is ipſe Theodorus poſtquam Origenis, quem atheum & impium vocat, errores ſectatus fuerat, tandem reſipiſcens, ejus dogmata hoc in libello anathemate damnat, ac duodecim

 ana-

anathematiſmis totidem impia doctrinæ Origenianæ capita proſcribit. Utrum autem Origenes errores illos omnes vere docuerit, non convenit inter doctos. Prodit autem egregium opuſculum ex eodem Codice XXXIV. habeturque pag. 94.

VIII. Eſt Epiſtola Nicænæ II. Synodi ad Alexandrinam Eccleſiam circa ſacras Imagines: ubi notandum eſt ea ſolum quæ in principio habentur, eſſe ſecundæ Nicænæ Synodi, cætera vero ſæculo undecimo adjecta fuiſſe. Hic notatu dignæ ſunt fauſtæ apprecationes, nominatim enunciatis Patriarchis, Epiſcopis, viris inſignibus & Imperatoribus qui catholice de Imaginibus ſenſerunt; contra vero anathemata aliis de imaginum cultu prave ſentientibus dicta. Excerptum hoc opuſculum ex eodem Codice XXXIV. exſtat pag. 96. Coislinianæ Bibliothecæ.

IX. Eſt decretum editum circa unionem Synodi cujusdam Conſtantinopolitanæ ſub Alexio Comneno cum Leone Chalcedonenſi Metropolita, qui cum libellum edidiſſet contra ſanctarum imaginum cultum, abjurato errore ſuo ad Eccleſiæ communionem reductus eſt. Syndo aderant cum Imperatore aulici miniſtri, quorum nomina & officia magno numero recenſentur. Aderant item Epiſcopi quamplurimi, Abbates quoque & Monachi multi. Erutum autem eſt ex Codice XXXVI. habeturque pag. 103.

X. Eſt opuſculum de ritu celebrandi liturgiam in Monaſteriis ſacrarum virginum. Ex eodem Codice p. 110.

XI. Fragmentum *Athanaſii* ex ſermone de fide. Hunc ſermonem a Theodoreto non ſemel memoratum edidimus in collectione nova Patrum T. II. ſub initium, ſed plerisque in locis mutilum. Hoc autem fragmentum longiuſculum ibi deſideratur. Prodit porro ex Codice XXXVII. habeturque p. 112.

XII. Sunt quatuor tabellæ depictæ carminibusque ornatæ, in quarum prima repræſentatur Nicephorus Botaniates Imperator in throno ſedens, cui adſtat Anagnoſtes Sabas Monachus. In ſecunda tabella CHriſtus Imperatori Nicephoro dexteram, Imperatrici Mariæ ſiniſtram manum imponit. Stant autem uterque conjux Imperatorio amictu. Tertia tabella exhibet Imperatorem in aureo throno ſedentem, cui a dextris & a ſiniſtris adſtant quatuor primi Impera-

pera-

peratoriæ aulæ miniſtri, cum ſuo ſinguli cultu & officii nomine. In quarta tabella Imperator repræſentatur habens a dextris S. Joannem Chryſoſtomum, a ſiniſtris vero S. Michaëlem Archangelum qui in Chonis celebrantur. Hæ porro tabellæ ſunt in Codice LXXIX. exhibenturque pag. 134. & ſequentibus.

XIII. Eſt Catalogus epiſtolarum ſancti *Theodori Studitæ*, quæ magno numero habentur in duobus Codicibus nempe XCIV. & CCLXIX. ambobus optimæ notæ. Jure autem hunc catalogum inter Anecdota repono, licet nonniſi titulos & initia adferam; quia in primo Codice ſunt epiſtolæ quingentæ quadraginta octo, quarum vix dimidiam partem edidit vir doctiſſimus Jacobus Sirmondus; ex iisque quas publicavit multæ laceræ ex utroque Codice ſarciri poſſunt. In Codice autem CCLXIX. antiquiſſimo noni ſæculi non paucæ reperiuntur quæ nec in edito Sirmondi, nec in priori Coisliniano Codice exſtant. Prioris Codicis num. XCIV. catalogus exſtat pag. 144. Alterius vero num. CCLXIX. p. 312.

XIV. Sunt hypotheſes & argumenta operum omnium *Gregorii Palamæ* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, quæ in quinque ampliſſimis Coisl. Bibliothecæ voluminibus in folio continentur; nempe XCVII. XCVIII. XCIX. C. & CI. Illa porro argumenta in quatuor poſterioribus Codicibus totam Palamæ circa lumen Thaboricum & lumen Dei doctrinam complectuntur, nec non diſceptationes ejusdem contra Acindynum & Barlaamum adverſarios ſuos. Totam itaque illam in Græcia celeberrimam quæſtionem in his argumentis perſpicimus. Incipiunt argumenta pag. 155. clauduntur vero pag. 177. In ultimo autem Codice habentur argumenta Philothei Patriarchæ C. P. circa eamdem quæſtionem contra Gregoram, Barlaamum & Acindynum, necnon Synodici tomi tres contra eosdem. Initio Codicis CI. duo folia ad compingendum adhibita ſunt, decimo ſæculo exarata, ubi fragmentum *Vitonis*, Βίτωνος, ex libro cui titulus, κατασκευὴ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν. In illo fragmento repræſentatur figura gruis, inſtrumenti bellici, aliquantum diverſa ab ea quæ exhibetur in collectione Regia Mathematicorum, ubi hic Vitonis liber cuſus habetur.

XV. Eſt epilogus ad vitam S. Gregorii Thaumaturgi per S. Gregorium Nyſſenum ſcriptam, admodum quidem brevis, ſed notatu digniſſimus. Ideoque Lectorem monemus ne cycneam ſancti viri vocem oſcitanter tranſcurrat. Eſt porro pag. 180. hujus Editi in Codic. CV. In omnibusque aliis quos vidi tum Editis tum Manuſcriptis deeſt.

XVI. Eſt prologus ad ſcripta *Antiochi* ſcriptoris Eccleſiaſtici & Aſcetici; ubi de vita ejusdem & modo quo collecta ſunt ejus opera quædam notatu digna leguntur. Prodit ex Codice CXVII. pag. 189. hujus Editi.

XVII. Eſt canon Scripturæ Sacræ per *Nicephorum* Patriarcham C. P. quod editum fuerat, ſed cum mendis perpetuis, ita ut in verſiculorum numeris vix quidpiam ſanum occurreret. Ubi notes velim deficiente characterum forma nos millenarios numeros ſine ſubſcripta lineola poſuiſſe: verum id eruditos morari nequit. Inter apocryphos hoc in libello Apocalypſin numerari non eſt quod mireris: non enim defuere variis temporibus qui hunc ſacrum librum inter Canonicos non admitterent, nec a Joanne Apoſtolo editum putarent. Ego vero non exiſtimo Apocalypſin a Nicephoro ad apocryphos ablegatam fuiſſe. Nam certum eſt illius tempore Eccleſiam Conſtantinopolitanam hunc librum inter Canonicos admiſiſſe, ſed quispiam fortaſſe poſtea in Nicephori Canone Apocalypſin temere ex Canonicis expunxerit, & inter apocryphos locarit. Quæ cauſa fuiſſe videtur, ut alius deinceps Apocalypſin in hoc Codice ex apocryphis abraderet, qui tamen eam non inter Canonicos repoſuit, ut debuerat. In ſequentibus autem opuſcula duo obſervabis, quibus probatur Apocalypſin vere Canonicam eſſe Scripturam & a Joanne Apoſtolo editam fuiſſe. Prodit hoc opuſculum ex Codice CXXXIII. habeturque pag. 204.

XVIII. Eſt prologus ad Hiſtoriam Byzantinam *Joannis Scylitzæ*, longe prolixior eo qui præmittitur hiſtoriæ Georgii Cedreni; & non pauca de Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ nova & notatu digna continet. Ibi namque recenſet ſcriptor ille Hiſtoricos Byzantinos omnes a Georgio Syncello ad ſuum usque tempus, ac de cujusque methodo carptim loquitur. Prodit vero ex Codice CXXXVI. habeturque pag. 202. hujus Editi.

XIX. Eſt ſpecimen ſat amplum Lexici Græci quadringentorum annorum, quod deſinit cum littera Π. Lexicorum autem quibus abundat hæc Bibliotheca, ſpecimina prolixa ſibi dari peroptarunt eruditi complures viri. Deſumptum eſt Codice CLXXVII. incipitque pag. 231. hujus Editionis.

XX. Eſt hiſtoria Codicis num. CCII. antiquiſſimi & præſtantiſſimi Epiſtolarum S. Pauli. Hic porro Codex quinto ſextove ſæculo ſcriptus, in Bibliotheca Cæſareæ in Palæſtina cum Codice alio ipſius Pamphili Martyris manu exarato collatus fuit, ut in nota Calligraphi narratur. Ejusdem Codicis variæ fortunæ ex multis nec dubiis notis recenſentur: ejusdemque omnia, quæ ſuperſunt & quidem admodum pauca, exhibentur. Characterum ſat amplum ſpecimen datur p. 251.

XXI. Eſt confeſſio fidei ex Codice undecimi ſæculi, in qua omnes hæreſiarchæ ii ſcilicet, qui tales à Græcis jure an injuria habentur, numero viginti novem, nominatim proſcribuntur, p. 265.

XXII. Eſt Epiſtola *Athanaſii* ad Papam & ad Clerum Perſarum, quæ quidem Epiſtola Latine à nobis edita fuit inter ſpuria Athanaſii anno 1698. ſed Græca nondum edita fuerant. Prodit ex Codice CCXI habeturque pag. 270. hujus Editi.

XXIII. Eſt procemium in Apocalypſin, incerti ſcriptoris, qui probat eam vere canonicam ſcripturam, & reſpondet argumentis eorum qui ex ſacro Scripturarum canone illam expungere temere audebant. Prodit ex Codice CCXXIV. decimi vel undecimi ſæculi, habeturque pag. 276.

XXIV. Ex eodem Codice prodit, eſtque longe præſtantius opuſculum *Oecumenii*, Epiſcopi Triccæ, Τρίκκης in Theſſalia. Notes velim antehac, cujus civitatis Epiſcopus eſſet Oecumenius, ignotum fuiſſe. Is auctoritate Patrum ineluctabilibusque argumentis probat Apocalypſin eſſe veram & canonicam ſcripturam. Habetur autem pag. 277. hujus Editi.

XXV. Eſt nobile inſigneque fragmentum *Stephani* Byzantii de urbibus. non ex Epitome ejus, ſed ex opere ipſo Stephani integro. Hoc fragmentum non ſemel cuſum fuerat ad fidem hujus MS. ſed ex apographo Samuelis Tennulii, mendis multis & graviſſimis reſperſo. Nunc prodit emacultatum ex Codice CCXXVIII. cujus

octo folia unde fragmentum eruitur, ſunt decimi ſæculi. Habetur autem pag. 281. hujus Editi.

XXVI. Eſt quæſtio Photii, *quot Aſterii fuerint*, vel diſtinctio inter Aſterium Catholicum & Aſterium, qui inter primipilares Arianorum Athanaſii tempore numerabatur. Edita fuit à Combefiſio, ſed cum aliquot mendis. Habetur in Codice CCLXX. Amphilochiorum Photii. Editaque eſt breviſſima quæſtio pag. 346.

XXVII. Quæſtio Photii, *cur laborioſo Herculi Poëtæ Amalthea cornu in manibus ponant.* Ex eodem Codice pag. 347. hujus editionis. Novum plane mihi erat Herculem cornu Amaltheæ manu geſtantem repræſentai. Sed caſu quopiam ſingulari accidit, ut dum hæc ederem, Hercules æneus dextera clavam pro more, ſiniſtra cornu copiæ tenens, in Muſeum noſtrum invectus ſit.

XXVIII. Quæſtio Photii, *quot fuerint Sibyllæ.* Ubi de Sibyllarum patria variisque nominibus multa ſcitu digna paucis refert. Ex eodem Codice pag. 347.

XXIX. Ejusdem Photii quæſtio, *cujus hæreſis eſſet Euſebius Pamphili.* Aitque illum non modo Arianum, ſed etiam Origenianum fuiſſe. Ex eodem Codice pag. 347. hujus Editi. Notes autem velim duas haſce Quæſtiones breviſſimas; nimirum de Euſebio Pamphili, & de Hercule cornu copiæ geſtante, epiſtolarum more ferri inter epiſtolas Photii à Ricardo Montacutio editas Londini anno 1651. ubi ea, quæ ad Euſebium ſpectat, Conſtantino Patricio ſcribitur, eſtque numero 144. pag. 201. quæ vero de Hercule agit, Λέοντι ἀσπαθαρίῳ, *Leoni Protoſpatbario*, non autem *Leonti Aſpathario*, ut ſcribit Montacutins, eſtque num. 306. pag. 209. In ea vero quæ de Euſebio agit, mendæ ſunt quædam, interque alias, πολλαὶ pro πολλοὶ, quæ lectio ſenſum alio transfert. Amphilochicarum vero Quæſtionum non paucæ aliæ, epiſtolæ primum fuerant, quas poſtea Photius, ablatis titulis & nominibus propriis, Quæſtionum more in Amphilochiis poſuit.

XXX. Ejusdem *Photii* hiſtoria Manichæorum *) ab ortu hujus hæreſeos ad ſuum usque tempus. Opus prolixum ex eodem Codice deſumtum, multa ad hiſtoriam Eccleſiaſticam opportuna continet Exſtat in hac Bibliotheca à pag. 349. usque ad pag. 375.

XXXI.

*) Confer ſupra, p. 783.

XXXI. *Barſanuphii* Monachorum in Palæſtina Patris reſponſiones ad quosdam fratres, qui ipſum interrogaverant circa ſcripta Origenis, ac Didymi & circa Hecatontadas Evagrii, quæ ibidem vocantur Hecatontades γνωστικῶν. Qui omnes dicebant animas non fuiſſe creatas cum corporibus, ſed malos Angelos ad animanda humana corpora damnatos fuiſſe; itemque fore *reſtitutionem* omnium in priſtinum ſtatum, ſuppliciumque damnatorum finem habiturum eſſe. Ex hiſce porro quæſtionibus palam eſt has Origenianas opiniones per Monaſteria Palæſtinæ pervaſiſſe; etiamque Monachos nonnullos hanc de *reſtitutione* doctrinam in ſcriptis Gregorii Nazianzeni ſe reperiſſe falſo putaſſe. Non indignum opuſculum quod Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſtudioſis offeratur, erutum eſt ex Codice CCLXXXI. habeturque p. 394. hujus Editionis.

XXXII. *Marci* Monachi adverſus Barlaamum & Acindynum liber, ubi ſola argumenta capitum referuntur: unde dignoſcitur ſententia Marci aliorumque Palamitarum, qui Barlaamum & Acindynum oppugnabant. Prodit ex Codice CCXXXVIII. habeturque pag. 404.

XXXIII. Ex Codice CCCXX. qui continet epitomen hiſtoriarum Dionis per *Joannem Xiphilinum*; collectio variarum lectionum, quæ nec paucæ nec ſpernendæ ſunt: incipiuntque pag. 421. deſinunt pag. 444.

XXXIV. Specimina multa & ampla ex Lexicis præſtantiſſimi Codicis CCCXLV. decimi ſæculi; quorum primum eſt *Apollonii* ſophiſtæ Lexicon Iliadis & Odyſſeæ; ſecundum, *Phrynichi* Arrabii ſive Arabis, ex ſophiſtico apparatu; tertium, collectio vocum ex variis auctoribus; quartum, *Timæi* ſophiſtæ ex vocibus Platonis, opus à Photio laudatum; quintum, anonymi; ſextum, Herodoti vocum Lexicon; ſeptimum, *Mœridis* Atticæ Lexicon, quod fuit nuper in Anglia typis mandatum; octavum, juris vocabula alphabetico ordine; nonum, collectio vocum Luciani; decicum, vocabula rhetorica; undecimum, vocabula Octateuchi; duodecimum, vocabula Alexandræ Lycophronis & argumentum operis; decimum tertium, Lexicon Grammatices; decimum quartum, vocabula quæ in Officio Græcorum occurrunt in feſtis per annum; decimum quintum, opuſculum de ſyntaxi ordine alphabetico. Sequuntur poſtea opuſcula aliquot de ſyntaxi. Ex ſequen-

ſequentibus item Codicibas CCCXLVI. & CCCXLVII. qui Lexica habent, ampla ſpecimina damus. Incipunt hæc ſpecimina pag. 457. deſinunt vero pag. 502.

XXXV. *Timæi* Epiſtola ad Gaiatianum de Platonicarum vocum collectione. cujus item meminit Photius, ex Codice CCCXLV. pag. 477. hujus editi.

XXXVI. Liber Tacticorum in multis diverſus ab Arriani, Æliani & aliorum Tacticis. Ex Codice CCCXLVII. pag. 505. hujus Editi deſinitque p. 514.

XXXVII. Variæ lectiones 'Alexiadis *Annæ Comnenæ* ex Codice CCC XI. ipſius ut videtur tempore deſcripto. Multaque ex iis magni momenti loca reſarciri poſſunt, ita ut longe ſincerior poſſit editio parari. Incipiunt autem p. 521. deſinunt p. 560.

XXXVIII. Opuſculum περὶ πελάγων de maribus, deque diviſione orbis in eparchias, ſincerius illo quod in Ptolemæi editis habetur. Prodit ex Codice CCCLXIV. p. 581.

XXXIX. Præfatio ad Aphthonii progymnaſmata, quam, quia multa ſcitu digna continet, & nusquam cuſa mihi occurrit, ex antiquiſſimo Codice CCCLXXXVII. protuli p. 590.

XL. Egregium opuſculum de diſciplinarum & artium inventoribus, quia non cuſum reperi, ex eodem antiquiſſimo Codice edendum curavi p. 596. ſeq.

XLI. Selecta hiſtorica ex Lexicis Coislinianis, quæ vel in Lexicis Suidæ, Pollucis & Harpocrationis non ſunt, vel ab iisdem maxime differunt. pag. 603. hujus editionis. Sequitur Tabella abbreviationum ſingularium, quæ ex Bibliotheca Coisliniana excerptæ ſunt, nec in Palæographia Græca obſervantur.

XLII. Variæ lectiones Geographiæ *Claudii Ptolemæi* ex Codice Coisliniano CCCXXXVII. qui mirum quantum differt ab editis. Agmen vero claudit in Coisliniana Bibliotheca. p. 611--768.

8. *Diarium Italicum*, ſive monumentorum veterum, Bibliothecarum, muſeorum notitiæ ſingulares in Itinerario Italico collectæ Pariſ. 1702. 4. atque Anglice Lond. 1703. Et reſponſio ad obſervationes Franciſci Ficoroni, in Ephemeridibus litterariis Pariſ. An. 1709. menſe Novembri p. 320. Eidem Ficorono etiam Apologiam

giam appoſuit P. Romualdus Riccobaldus, Monachus Benedictinus Congregationis Caſinenſis. Venet. 1710. 4.

9. Aſſertio Hiſtoriæ *Juditha*, Pariſ. 1690. 12. Gallice.

10. Epiſtola, an vera ſit narratio Rufini de baptizatis pueris ab *Athanaſio* puero, & de anno obitus magni Athanaſii, qui eſt A. C. 373. Pariſ. 1710. 8.

11. Vindiciæ editionis *S. Auguſtini* à Benedictinis adornatæ, adverſus Epiſtolam Abbatis Germani. Rom. 1699. 12.

12. *Antiquitas explicata* & iconibus innumeris nitide in æs inciſis ad fidem veterum quæ adhuc exſtant monumentorum repræſentata Latine & Gallice Pariſ. 1719. fol. quinque Voluminibus, & ſupplementum Voluminibus totidem, ibid. 1723. fol. quod opus præcipuum ac prædives rerum pulcherrimarum ſcituque digniſſimarum penu etiam Anglice exſtat ex interpretatione Viri Clariſſ. Davidis Humfredi.

13. Nova luculenta, caſtigatiſſima & locupletiſſima *S. Chryſoſtomi* editio Græco Latina cujus jam ſex tomi prælum evaſere, atque ut reliquis etiam ſex, ſimili felicitate abſolvendis, & perducendo ad umbilicum magno quod cum maxime parat Antiquitatum Gallicarum *) operi ſoſpes ac lætus interſit, vegetam ſenectutem & valetudinem firmam illuſtriſſimo Montefalconio mecum toto pectore optabunt quotquot virtutem magni faciunt, & quotquot bonarum litterarum amore ducuntur.

*) *Les Monumens de la Monarchie Françoiſe.*

COLLECTIONES SCRIPTORUM VETERUM,

Quæ in præſenti ac cæteris hujus Bibliothecæ Voluminibus, & in B. Doctoris mei THOMÆ ITTIGII libro de Bibliothecis & Catenis Patrum, Lipſiæ 1707. 8. edito recenſentur.

Stellula numero præmiſſa, paginas libri Ittigiani denotat.

Accipitrariæ rei ſcriptores à Nic. Rigaltio editi Pariſ. 1619. 4. lib. 1. hujus Bibl. cap. 25. §. 6.

Acta Sanctorum à Jo. Bollando, Godfr. Henſchenio, Daniele Papebrochio, Franciſco Baërtio, Conrado Janningo, Nic. Rayæo, Jo. Baptiſta Solerio, Joanne Pinio & Petro Boſchio S. I. digeſta Tomis XXVIII. Antwerp. 1643. ſeq. fol. Volum. IX. hujus Bibl. p. 41. * p. 758.
Cum Æliani variis Hiſtoriis editi ſcriptores Rom. 1545. 4. Volum. III. p. 698. ſeq.
Ænigmatum collectiones Volum. X. p. 539.
Alcuini ſive Pauli Diaconi Homiliæ veterum Patrum, Spiræ 1482. fol. & deinde alibi. Supra p. 794. * p. 564.
Leonis Allatii ſymmicta. Colon. 1653. 8. Vol. VI. hujus Bibl. p. 704. (689) * p. 481. Græcia Orthodoxa Rom. 1652. duobus tomis in 4. Volum. X. hujus Bibl. p. 409. * pag. 639. Excerpta Sophiſtarum & Rhetorum Rom. 1641. 8. Vol. IV. p. 409. ſeq. De aliis Græcis ſcriptoribus ab Allatio editis Vol. X. p. 407. ſeq.
Anthologia Epigrammatum Græcorum lib. 3. cap. 28.
Antidotum contra hæreſes, edente Joanne Sichardo. Baſil. 1528. fol. * pag. 1.
Antonii Eparchi Codex Volum. X. hujus Bibl. p. 478. ſeq.
Apocrypha edi ſolita cum libris Vet. Teſt. lib. 3. c. 29.
Apocrypha Novi Teſt. lib. 4. c. 5. §. 13. ſeq.
Apophthegmatum collectiones lib. 4. c. 11. n. 64. 65.
Scipionis Aquilani *placita Philoſophorum* Venet. 1620. 4. lib. 2. cap. 23. §. 2.
Cum Arato editi ſcriptores lib. 3. c. 18.
Petri Arcudii opuſcula aurea Theologica. Volum. X. p. 418.
In Ariſtotelis Ethica, Græcorum Commentarii. lib. 3. c. 6. §. 29.
Cum Ariſtotele à Frid. Sylburgio editi ſcriptores Græci lib. 3. cap. 6. §. 38.
Arithmetici lib. 4. c. 22.
Aſtrologi à Joach. Camerario editi Norimb. 1532. 4. lib. 3. cap. 20. pag. 505. ſeq.
Μικρὸς Ἀστρονόμος Alexandrinorum libr. 3. c. 5. § 12. Aſtronomorum Græcorum collectiones à Petro Victorio & Dionyſ. Petavio. ibid. § 19. p. 96. & cum Arato lib. 3. c. 18. cum Ptolemæo lib. 4. c. 14.
De balneis ſcriptores. Vol. XII. p. 723. ſq.
Steph. Baluzii *Miſcellanea*, Tomi quinque primores. Pariſ. 1678--1700. *pag.

* p. 310. de ſexto & ſeptimo Pariſ. 1713. & 1715. 8. vide Acta Erud. Tom. 6. ſupplementi p. 142. & A. 1716. p. 146. Ejusdem Baluzii Capitularia Regum Francorum & ſcripta cum illis edita Pariſ. 1677. fol. duobus Tomis. Vol. XI. hujus Bibl. p. 493.

Anſelmi Bandurii *Imperium Orientale*. 2. tomis in fol. Pariſ. 1711. Vol. VI. hujus Bibl. p. 569. (545.) ſeq.

Vincentii Barralis Chronologia viror. illuſtrium inſulæ Lerinenſis Lugd. 1613. 4. * p. 561.

Laurentii de la Barre *Hiſt. Chriſtiana veterum Patrum*. Pariſ. 1583. fol. Vol. IX. p. 30. ſq. * p. 749.

Caſparis Barthii collectiones. Supra p. 807. ſeq.

Baſilica. Volum. XII. p. 424.

Eduardi Bernardi magna veterum Mathematicorum collectio. lib. 3. c. 23.

Guil. Beveregii Synodicum. Vol. XI. p. 54. ſq.

Theodori Bezæ collectio ſcriptorum quorundam Eccleſiaſticorum. Genev. 1570. 8. * p. 715.

Ab Emerico Bigotio edita cum Palladio de vita S. Chryſoſtomi. Pariſ. 1680. 4. * p. 417.

Bibliotheca Patrum Concionatoria Franciſci Combefiſii. Pariſ. 1662. fol. Vol. VIII. * p. 371. ſupra p. 791. ſq.

Laurentii Cumdii & Gerardi Moſani. Lugd. 1588. fol. quatuor Vol. * 563. 370.

Bibliotheca Patrum edit. Margarini de la Bigne Pariſ. 1575. Volum. VIII. * pag. 30.

Appendix A. 1579. * p. 45

Editio Pariſ. 1589. Voluminibus IX. * p. 49.

Editio Pariſ. 1609.

Auctarium ibid. 1610. duobus tomis.

Editio Pariſ. 1624. octavus tomus Poëtas Græco-latinos complectitur. Vol. VII. hujus Bibl. p. 727.

Auctarium Græco-Latinum Frontonis Ducæi, Pariſ. 1624. duobus Vol. * p. 92.

Auctarium Latinum Pariſ. 1639. apud Ægid. Morellium, duobus Volum. * p. 98.

Editio Pariſ. 1644. 1654. Tomis XVII. quorum XI. XII. XIII. & XIV. Græco-Latina continet. * p. 106.

Auctarium novum Franciſci Combefiſii, Pariſ. 1648. fol. duobus Vol. * p. 145.

Ejusdem auctarium noviſſimum Pariſ. 1672. duobus Vol. * p. 152.
Bibliotheca Patrum, Colon. 1618. Tomis XIV. * p. 420.
Supplementum ſive Auctarium Colon. 1622. * p. 467.
Editio Lugd. 1677. curante a) Philippo Deſpont, Volum. XXVII. * p. 483. Nicolai le Nourry apparatus. Pariſ. 1694. 8. * pag. 557. 1697. 1703. fol.
Bibliotheca Patrum Ciſtericienſium edente F. Bertrando Tiſſier. Bonofonte & Pariſ. 1660--1669. octo tomis. * p. 674.
Bibliotheca Cluniacenſis, Martini Marrier & Andreæ Quercetani, Pariſ. 1614. fol. * p. 384.
Bibliotheca Concionatoria Petri Blanchot. Supra p. 796.
Bibliotheca Eccleſiaſtica ſive de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Suffridi Petri & Auberti Miræi Antw. 1639. fol. * p. 774.
Bibliotheca Floriacenſis Joannis à Boſco. Lugd. 1605. fol. * p. 782.
Eduardi Biſſæi tres ſcriptores de Bragmanibus Lond. 1666. 4. * p. 693.
Enimundi Bonefidii jus Orientale. Volum. XII. p. 484.
Hieronymi Brunelli S. I. ſcripta quædam minora SS. Patrum Juſtini, Gregorii Thaumaturgi, Athanaſii, Baſilii M. Gregorii Nazianz. & Joannis Chryſoſtomi Græce edita Romæ ſine anno in 8.
Ægidii Bucherii S. I. *de doctrina temporum*, in quo collectio veterum ſcriptorum de Canonibus Paſchalibus. Antw. 1634. fol. * p. 627.
Bucolicorum ſcriptores lib. 3. cap. 17.
Byzantinæ Hiſtoriæ ſcriptores. Vol. VI. p. 221. ſq.
Joannis Buſæi S. I. collectio veterum ſcriptorum cum Hincmari Remenmenſis Epiſtolis. Mogunt. 1602. 4. Paralipomena opuſculorum Petri Blæſenſis, Hincmari, Jo. Trithemii, & Catalogus MSS. Græcorum Bibl. Trithemianæ. ibid. 1605. 4. * p. 672.
Jcoahimi Camerarii collectiones variæ ſupra p. 493. ſeq.
Henrici Caniſii *antiquæ Lectiones* Ingolſtad. 1601--1604. 4. * p. 577. ſupra p. 761. ſeq.
Ab eodem edita cum Chronicis Victoris. ibid. 1600. 4. * p. 605. 618.
Canonum collectiones veteres Græcæ. Volum. XI. p. 25. ſeq. 37. ſeq. Latinæ p. 59. ſeq.
Georgii Caſſandri liturgica. Supra p. 816.
Catena in Pentateuchum & in Cantica Vet. & N. T. Patav. 1564. Colon. 1573. 8. * p. 480. 770.

in

a) Oudin, T. 2. de ſcript. Eccleſ. p. 427.

in Geneſin & Exodum, Aloyſii Lipomanni. Lugd. 1657. fol. * pag. 565. 757.
in Jobum Gr. Lat. à Patricio Junio Lond. 1637. fol. * p. 691. & Lat. Paulo Comitolo interprete, editore Laur. Cumdio. Lugd. 1586. 4 Venet. 1587. 4. * p. 659. * p. 568.
in Proverbia, Latine cum Greg. Thaumaturgo Gr. Lat. in Eccleſiaſtem & Mich. Pſello in Canticum Canticor. Antw. 1614. 8. * pag. 621.
in Pſalmos Gr. Lat. Balthaſaris Coderii. S. I. Antwerp. 1643. fol. 3. Volum. * p. 623 Latina in Pſalmos quinquaginta, Dan. Barbari Venet. 1659. fol. * p. 657.
in Jeremiam. Lugd. 1623. fol. * p. 770.
in Matthæum Latine, curante Balth. Corderio. Toloſæ 1647. fol. 2. Volum. * p. 689.
in Marcum Græc. Lat. edente Petro Poſſino. Rom. 1673. fol. * pag 656.
in Lucam, Latine ex verſione Balth. Corderii Antw. 1628. fol. * pag. 624.
in Joannem Gr. Lat. curante eodem Corderio. Antw. 1630. fol. * p. 625.
in Acta Apoſt. & Epiſtolas Catholicas Jo. Bernardi Feliciani. Venet. 1545. 8. * p. 661.
De univerſis hiſce & aliis editis atque ineditis Catenis Volum. VII. hujus Bibl. cap. ult.
Claudii Chantelou, Monachi Benedictini, *Bibliotheca Patrum aſcetica.* Pariſ. 1661--1664. 4. ſex Vol. * p. 362. ſupra p. 756.
Joannis Chapeavilli ſcriptores de geſtis Epiſcoporum Tungrenſium Trajectenſium & Leodienſium. Leodii 1612. tribus Vol. * p. 760.
Chemici ſcriptores Vol. VIII. p. 233. XII. p. 708. ſq. 747. ſq.
Petri Franciſci Chifletii S. I. ſcriptorum veterum de fide Catholica, opuſcula quinque, Divione 1656. * p. 683.
Chirurgicorum ſcriptorum collectio edita, Vol. XII. p. 706. inedita pag. 778. ſeq.
Cum Chronico Paſchali editi ſcriptores Volum. VI. hujus Bibl. p. 143. ſq.
Chronica Euſebii & variorum à Jo. Sichardo. Baſil. 1529. fol. * p. 741.
ab Aub. Miræo. Antw. 1608. 4. * p. 742.
ab Arnoldo Pontaco, Burdigalæ 1604. fol. * p. 744.

à Joſepho Scaligero, Lugd. 1606. 1658. fol. * p. 745.
Scripta veterum cum Claudiano Mamerto edita. Cygneæ 1655. 8. * pag. 723. ſupra 807.
Cum Cleomede lib. 3. hujus Bibl. cap. 5. §. 22.
Joannis Cochlei Epiſtolæ Auguſtales antiquæ de rebus fidei, generalisque Concilii. Colon. 1526. * p. 483. vide & infra, ſpeculum.
Franciſci Combefiſii faſciculus rerum CPol. Vol. VI. hujus Bibl. p. 687. (671.) ſeq. aliæ ejus collectiones ſupra p. 788. ſeq.
Comicorum & Tragicorum ſententiæ lib. 2. c. 11. §. 9. ſeq.
Conciliorum collectiones * p. 768. & Volum. XI. hujus Bibl. p. 113. ſq.
Jo. Baptiſtæ Cotelerii Patres Apoſtolici. Pariſ. 1672. & Antw. ſive Amſt. V.C. Jo. Clerico curante 1698. & 1724. fol. 2. Vol. * p. 401. 629.
Eccleſiæ Græcæ monumenta Pariſ. 1677--1686. 3. Vol. 4. * p. 402.
Analecta Græca, quarti tomi vice Cotelerio addita. Pariſ. 1688. 4. * 413. ſupra p. 835.
Petri Coutant Epiſtolæ Romanorum Pontificum. Pariſ. 1721. fol. Vol. XI. hujus Bibl. p. 760.
Martini Cruſii *Turco Græcia* Volum. VI. hujus Bibl. pag. 692. (676) ſeq. Appendix ad Turco Græciam. id. p. 688. inedit. A. 1726.
Lucæ Dacherii *ſpicilegium Patrum*, Pariſ. 1655--1677. 4. XIII. Volum. * p. 166. indiculus Aſceticorum. Pariſ. 1648--1681. ſupra p. 755
Chriſtiani Daumii Homiliæ Patrum in Feſtum Nativitatis CHriſti, Cygneæ 1670. 8. * p. 722. ſupra p. 796. ſq.
Dionyſii Exigui collectio Canonum & Epiſtolarum Pontificum. Volum. XI. p. 12. ſeq.
Matthæi Dreſſeri *gymnaſmata litteraturæ Græcæ.* Lipſ. 1574. 8. ſupra pag. 468.
Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores. Vol. VI. p. 120. ſeq.
Geverardi Elmenhorſtii Gennadius Maſſilienſis de dogmatibus Eccleſ. Anonymi veteris homilia Lat. & Martiali Lemovicenſi tributæ Epiſtolæ duæ ad Burdigalenſes & Toloſanos, cum notis, Hamb. 1614. 4. * p. 717.
Epigrammatum Græcorum Collectiones. lib. 3. c. 28.
Epiſtolarum Græcarum collectiones lib. 2. c. 10. & ſupra hoc Volumine p. 478. ſeq.
Ab Eraſmo verſa Latine SS. Patrum ſcripta T. VIII. Opp. * p. 771.

Erotici

Erotici ſcriptores junctim editi Achilles Tatius, Longus & Parthenius apud Commelin. 1601. 8. poſt Heliodorum 1596. 8. De his aliisque Volum. VI. capite ultimo.

Georgii Fabricii Poëtarum vett. Eccleſiaſticorum Latinorum opera Chriſtiana cum notis. Baſil. 1564. 4. * p. 23. & Bibl. Latin. IV. 2.

Jo. Alberti Fabricii *Codex Apocryphus Novi Teſtam.* Hamb. 1703. 8. lib. 4. hujus Bibl. c. 5. § 14. * p. 719. *Volumen tertium* editioni novæ A. 1719. additum. Supra p. 833. *Codex pſeudepigraphus Veteris Teſtamenti* Hamb. 1713. 8. & *Volumen novum* additum editioni An. 1723. 8. in quo etiam *Joſephi* Chriſtiani hypomneſticon antea ineditum Acta Erud. 1713. p. 249. & 1723. p. 463. *Spicilegium Patrum ſæculi tertii* editum in ſecundo operum S. Hippolyti volumine, in quo etiam Chalcidius cum notis. Hamb. 1718. fol. Acta Erud. 1716. & 1718. Europe Savante 1719. Avril pag. 247. Journal des Savans 1719. p. 98. Memoires de Trevoux A. 1717. p. 255. &c. *Bibliotheca Eccleſiaſtica* Hamb. 1718. fol. Acta Erud. 1718. pag. 445.

Fabularum collectiones de quibus lib. 2. hujus Bibl. c. 9. Hudſoniana, ſupra p. 811.

De Febribus ſcriptores. Vol. XII. p. 725. ſeq.

Galeatii Florimontii Epiſtolæ ſelectæ Patrum. Supra p. 796.

Hieronymi Freyeri *faſciculus poematum Græcor. & Latinorum*. Halæ Magdeburgicæ 1715. 8. ſupra p. 466.

Thomæ Galei variæ collectiones ſupra p. 640. ſeq.

Thomæ Galleti *opuſcula Patrum* Lugd. 1615. 8. Supra p. 813.

Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta, curante Petro Pithœo Pariſ. apud Sebaſt. Nivellium 1586. 4. * p. 416.

Geographi Græci à Dav. Hœſchelio, Leone Allatio & Jac. Gronovio editi. lib. 4. c. 2.

Geographorum Græcorum ſyntagma Holſtenianum. lib. 4. c. 2. § 19.

Geographi minores Joannis Hudſoni. Supra p. 811. ſeq.

De Geographiæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, Bibliograph. antiquar. cap. 5. §. 16.

Geoponici. Volum. VI. hujus Bibl. p. 500. ſeq.

Conradi Geſneri collectio triplex ſcriptorum quorundam *Græca*, Tiguri 1546. fol. *Latina*, Tiguri 1546. fol. * p. 26. & *Græco-latina*. ibid. 1559. fol. * p. 28.

Nic.

Nic. Glaſeri *apocrypha, parænetica, philologica.* Hamb. 1614. 8. * p. 718. Supra p. 477.

Gloſſariorum Græcorum collectiones, Volum. X. p. 53. ſeq.

Gnomici Poetæ. lib. 2. capite undecimo.

Liturgiæ à Jacobo Goaro illuſtratæ, ſupra pag. 835.

Melch. Haiminsfeldi Goldaſti *de Monarchia S. Rom. Imperii* ſcriptores. Hanov. 1712. fol. 3. tomis. * p. 787. *Imperialia decreta de cultu imaginum.* Francof. 1608. 8. Vol. XI. hujus Bibl. p. 489. Vide & infra, *Paranetici veteres.*

Jo. Erneſti Grabe *ſpicilegium Patrum ſæculi I. & II.* duobus Volum. Oxon. 1697. 8. 1714. 8. * p. 699.

Grammatici Græci, Volum. VII. hujus Bibl. p. 13. ſeq.

Orthuini Gratii *faſciculus rerum expetendarum & fugiendarum.* Colon. 1535 fol. & cum auctario Eduardi Brown Lond. 1690. fol. Acta Erud. 1691. p. 134. * p. 785.

Jacobi Gretſeri de cruce: Ingolſtad. 1600. 4. 1616. fol. * p. 608.
Scriptores cum Luca Tudenſi editi contra Albigenſes & Waldenſes. Ingolſtad. 1612. 1614. 4. * p. 610.
Volumen Epiſtolarum Pontificum &c. Ingolſtad. 1613. 4. * p. 617.

Gynæciorum ſcriptores. Volum. XII. p. 700. ſeq.

Hæreſiologia Joannis Heroldi Baſil. 1556. fol. * p. 15.
Scriptores contra hæreticos recenſentur Volum. VII. p. 414. ſeq.

Hippiatrici. Volum. VI. p. 493. ſeq.

Melchioris Hittorpii ſcriptores *de Divinis officiis* Colon. 1568. fol. & Romæ 1591. Pariſ. 1610. fol. * p. 483. 636. ſeq. ſupra p. 826.

Davidis Hœſchelii collectiones variæ. Supra p. 533. ſeq.

Lucæ Holſtenii *Codex Regularum* pro Monachis & Virginibus poſt Benedictum Anianenſem Abbatem auctus: cum Appendice. Rom. 1661. & Pariſ. 1663. 4. * 651. *Collectio Romana* Rom. 1662. 8. * p. 780.

Jacobi Hommey *ſupplementum Patrum.* Pariſ. 1686. 8. * p. 266.

Jacobi Merlonis Horſtii *ſeptem tubæ ſacerdotales.* Colon. 1635. 4. * pag. 777.

Jo. Hudſoni, Geographi Græci minores. Supra p. 811.

Pſeudo Iſidori Epiſtolæ veterum Pontificum. Vol. XI. p. 14. ſeq. * pag. 712. & Canones p. 67.

Thomæ Ittigii *Bibliotheca Apoſtolica* Græc. Lat. Lipſiæ 1699. 8. * p. 725.

Jus

Jus Græco Romanum Jo. Leunclavii. Volum. XII. p. 187. ſeq.

Henr. Juſtelli & Guil. Voëlli *Bibliotheca juris Canonici Veteris.* Pariſ. duobus tomis 1661. fol. Volum. XI. p. 51. ſeq. * p. 763.

Philippi Labbei S. I. *nova Bibliotheca MSS.* Pariſ. 1657. fol. 2. Vol. * p. 335.

Wolfgangi Lazii collectio ſcriptorum veterum cum Abdia. Baſil. 1551. fol. * p. 752.

Eclogæ de Legationibus. Volum. VI. hujus Bibl. p. 491.

Legum Atticarum, Laconicarum &c. collectores lib. 2. hujus Bibl. cap. 14.

Joannis Leunclavii collectiones. Supra p. 809.

Lexicorum Græcorum. Volum. IV. p. 526. 572. X. p. 74.

Aloyſii Lippomanni Vitæ Sanctorum. Venet. 1551--1560. 4. * p. 756.

Liturgiæ Gr. Pariſ. 1560. fol. & Gr. Lat. ibid. * p. 769. Supra p. 814. ſq.

Joannis de Loyac Bibliotheca ſacra, ſive delectus homiliarum ſacrarum in Evangelia. Supra p. 796.

Chriſtiani Lupi, Auguſtiniani ad Epheſinum Concilium Variorum Patrum Epiſtolæ. Lovan. 1682. 4. * p. 707.

Lyricorum Poëtarum collectiones. lib. 2. c. 15. § 9.

Joannis Mabillonii *Analecta*, Pariſ. 1675--1685. 8. quatuor Vol. * p. 268 *Muſeum Italicum* 2. Vol. Pariſ. 1687. 1689. 4. * p. 298. 304. Supra p. 828

Michaëlis Maittaire *Miſcellanea Græcorum carmina* Lond. 1722. 4. Supra p. 462.

Aldi Manutii collectiones variæ, ſupra p. 605. ſeq.

Marci Eremitæ, Nicolai & Heſychii presb. ſcripta Pariſ. 1563. 8. Supra pag. 753.

Edmundi Martene Vett. ſcriptorum collectio nova. Rotomag. 1700. 4. * p. 678. Ordines Miſſæ ab eo junctim editi. ſupra p. 831.
Ejusdem & Urſini Durandi theſaurum anecdotorum, & novam collectionem, aliasque ſimiles veterum Latinorum veterum ſcriptorum ab aliis viris doctis vulgatas ſylloges, recenſendi locus erit in Bibliotheca Latina medii ævi.

Mathematici veteres editi Pariſ. 1693. fol. lib. 3. c. 24.

Mathematicorum veterum magna collectio quam molitus fuit Eduardus Bernhardus. lib. 3. c. 23.

Gilberti Maugvini Veteres ſcriptores Sec. IX. de Prædeſtinatione & Gratia. Pariſ. 1650. 4. * p. 397.

Menæa Græcorum. Vol. V. hujus Bibl. ad Allatium de libris Græcorum Eccleſiaſticis p. 57.
Joannis Meurſii *varia Divina*, Græce. Lugd. Bat. 1619. 4. * pag. 569. & ſupra p. 626. ſeq. ubi & de aliis ejus collectionibus.
Micropresbyticum Henrici Petri, Baſil. 1550. fol. * p. 4.
Bernardi de Montfaucon collectiones ſupra p. 835. ſeq.
Stephani le Moyne *varia ſacra*. Lugd. Bat. 1685. 4. * p. 572.
Lud. Antonii Muratorii *Anecdotor. Latin.* tomus I. & II. Mediolan. 1697. 1698. 4. * p. 662. *anecdota Græca*, Patav. 2709. 4. ſupra p. 781. ubi & de tertio quartoque Latinorum tomo.
Muſici ſcriptores à Jo. Meurſio Græce Lugd. Batav. 1616. 4. & à Marco Meibomio Amſt. 1652. 4. & Jo. Walliſio Oxon. 1699. fol. Græce & Latine editi lib. 3. c. 10.
Mich. Neandri Apocrypha Baſil. 1567. 8. * p. 775. Variæ ejus aliæ collectiones, ſupra p. 470. ſeq.
Cum Nicephoro Gregora edita à Clariſſ. Boivino. Vol. VI. hujus Bibl. p. 322. ſq.
Nomocanonum ſcriptores. Volum. XI. p. 48. ſq.
Scriptores de Divinis officiis. vide *Hittorpius. De Saintes.*
Oraculorum collectiones de quibus lib. 1. c. 17. § 4.
Oratorum Græcorum lib. 2. c. 26.
Orthodoxographa Joannis Heroldi, Baſil. 1550. fol. * p. 7. Eorundem editio variis ſcriptis locupletata. ibid. 1569. fol. * p. 17.
Caſimiri Oudini Veterum aliquot Galliæ & Belgii ſcriptorum opuſcula ſacra. Lugd. Bat. 1692. 8. * p. 576.
Jacobi Pamelii liturgica. Supra p. 827.
Petri Pantini IV. SS. Patrum homiliæ Græco-Lat. Antw. 1598. 8. * pag. 618. aliæ ibid. 1604. 8. * p. 620. Supra p. 750.
Parænetici veteres, cum notis Melch. Haiminsfeldii Goldaſti. Inſulis 1604. 4. * p. 682.
Franciſci Patricii nova de univerſis Philoſophia Ferrar. 1591. Venet. 1593. fol. continet Hermetica Triſmegiſto tributa & Zoroaſtrea de quibus lib. 1. hujus Bibl. c. 7. ſq. & 36. & Myſticam Theologicam ſecundam Ægyptios, tributam Ariſtoteli, de qua lib. 3. c. 6. § 36.
Excerpta Peireſciana. Volum. VI. p. 491. ſq.
Joannis Patuſæ ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογική. Venet. 1710. 8. ſupra p. 457.
Theodori Peltani homiliæ Patrum. Ingolſtad. 1579. 8. * p. 610.

Dio-

Dionyſii Petavii Uranologium. Pariſ. 1630. Amſt. 1703. fol. lib. 3. c. 5. § 19. p. 96.

Suffridi Petri auctores veteres de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus Colon. 1580. 8. * p. 477.

Pœnitentialium librorum ſyntagma Antonii Auguſtini Volum. XI. p. 74. * p. 761.

Poëtæ Græci Heroici. Volum. VII. hujus Bibl. p. 723.

Corpus Poëtarum Græcorum. id. p. 723. ſq.

Poëtæ Chriſtiani. id. p. 726. ſq. Vide & ſupra, Bucolici, Comici, Epigrammatarii, Gnomici, Lyrici, & Mich. Maittaire.

A Jacobo Pontano edita cum Simeone juniore Theologo. Ingolſtad. 1603. 4. * p. 611.

Cum Theophylacto Simocatta. Ingolſtad. 1604. 4. * p. 614.

Petri Poſſiini, *S. J. theſaurus Græcus aſceticus.* Pariſ. 1684. * p. 360. Supra pag. 753.

Proverbiorum collectiones lib. 4. c. 9.

Pythagoricorum fragmenta, de quibus lib. 2. hujus Bibl. c. 13.

Theoph. Raynaudi, S. I. heptas præſulum. Pariſ. 1671. fol. * p. 252.

Euſebii Renaudoti liturgiæ veteres. Supra p. 818.

Rhetorum Græcorum collectiones ab Aldo Manutio, Vol. IV. p. 456. ſq. â Leone Allatio p. 407. Thoma Galeo p. 474.

Heriberti Roſweydi de vita & verbis Seniorum libri X. hiſtoriam Eremiticam complectentes. Lugd. 1617. fol. Vol. IX. p. 27. ſq. * p. 753.

Franciſci Rous mella Patrum. Lond. 1650. 8. ſupra p. 756.

Sacri ſcriptores Veteris Teſtamenti Græce editi lib. 3. c. 12. Novi Teſt. lib. 4. c. 5.

Claudii de Saintes Liturgiæ. Antw. 1560. 8. * p. 626. ſupra p. 816.

Cum Salviano de vero judicio & providentia DEI, editæ S. Maximi homiliæ Lat. Pacianus de pœnitentia, Sulpitii Severi hiſtoria, Dorotheus de Prophetis & diſcipulis Domini, Haymonis ſacræ hiſtoriæ Epitomæ Rom. 1564. fol.

Sanctorum vitæ, Volum. VIII. p. 48. ſeq.

Simonis Schmidii ſylloge Hiſtorico Polit. Eccleſiaſtica, ſive de juriſdictione Imperiali ac poteſtate Eccleſiaſtica ſcriptores. Baſil. 1566. fol. & Argentorat. 1618. fol. * pag. 785. 787.

Jo. Jacobi Schudt faſciculus Græcus. Francof. 1702. 8. Supra p. 464.

Sententiarum collectiones de quibus lib. 2. hujus Bibl. capite undecimo.

Sibyllinorum collectiones de quibus lib. 1. c. 32.

Joannis Sichardi, vide ſupra, *Chronica.* Epiſtolæ Pontificum, & Conſtantini Imp. Confeſſio edita cum Clementis recognitionibus. Colon. 1526. fol. * p. 773.

Laurentii Silvanii monumenta veterum cum Theophylacto in Acta. Colon. 1568. * p. 772.

Joſiæ Simleri ſcripta veterum Latina de una perſona & duabus naturis JEſu CHriſti, Tiguri 1572. fol. * p. 24.

Jac.

Jac. Sirmondi S. I. Opera. Pariſ. 1697. fol. quinque Volum. * p. 254.
Speculum antiquæ devotionis circa miſſam, edente Jo. Cochleo. Mogunt. 1549. fol. * p. 664. ſupra p. 825.
Haquini Spole λέξεις ῥηταί. Upſal. 1712. 8. ſupra p. 639.
H. Stephani collectio parodiarum & centonum. Pariſ. 1575. 8. 1578. 12. lib. 2. hujus Bibl. c. 7. §. 2. & 4. Poëſis philoſophica. 1574. 8. lib. 2. c. 23. §. 1. Poëtæ heroici. Vol. VII. p. 723. Medicæ artis principes Vol. XII. p. 573.
Collectiones variæ & Græci ſcriptores à Stephanis editi, ſupra p. 615. ſeq.
Rob. Stephani collectio *Græca* ſcriptorum Hiſt. Eccleſiaſticorum Pariſ. 1544. fol. * p. 727.
Latina Baſilenſis 1539. fol. * p. 731.
1549. 1557. fol. * p. 733.
Jo. Chriſtophorſoni, Colonienſis 1581. fol. * p. 735.
Jo. Jac. Grynæi Baſil. 1611. fol. * p. 737.
H. Valeſii, Pariſienſis 1677. fol. * p. 738.
Græco-Latina Genev. 1612. fol. * p. 739.
Petri Stevartii tomus ſingularis inſignium auctorum. Ingolſtad. 1616. 4. * pag. 605. ſupra pag. 761. ſeq.
Stobæus, Antonius Meliſſa & Maximus. Volum. VIII. p. 686.
Jo. Caſparis Sviceri ἐμπύρευμα εὐσεβείας. Tiguri 1681. 12 ſupra p. 638.
Laur. Surii vitæ Sanctorum. Colon. 1570. ſq. & 1619. fol. * p. 758.
Frid. Sylburgii Saracenica. Volum. VI. p. 699. (673.) ſeq. Aliæ ejus collectiones variæ. Supra p. 633. ſeq
Sebaſt. Tegnagelii vetera monumenta contra ſchiſmaticos pro Gregorio VII. &c. Ingolſtad. 1612. 4. * p. 614.
Poſt Theophanem ſcriptores Vol. VI. p. 348. ſq.
Joſephi Mariæ Thomaſii *inſtitutiones Theologiæ antiquorum Patrum.* Rom. 1709. 1710. 1712. 8. ſupra p. 749.
Jac. Tollii inſignia itineris Italici, Traiecti ad Rhen. 1696. 4. * p. 710.
Petri Victorii collectio Aſtronomorum Græcorum Floren. 1561. fol. lib. 3. cap 5. §. 19. p. 96.
Jo. Ulimmerii ſcriptores veteres de Corpore & ſanguine CHriſti, Paſchaſius, Lanfrancus, Guitmundus, Algerius & alii. Lovan. 1561. * p 709.
Jo. Vorſtii poëtarum Græcorum Latinorumque ſelecta. Berolin. 1674. 8. ſupra p. 464.
Gerardi Voſſii, Tungrenſis, Miſcellanea SS. Patrum cum Gregorio Thaumaturgo edita Mogunt. 1604. 4. * p. 667. Labbe de Script. Eccleſ. T. 1. p. 375. ſeq.
Joannis Uptoni ποικίλη ἱστορία. Lond. 1701. 8. ſupra p. 639.
Jacobi Uſſerii veterum Epiſtolarum Hibernicarum ſylloge. Dublin. 1632. 4. * p. 694.
Henrici Warthoni, ſcripta quædam Bedæ, Egberti Archiepiſc. Eboracenſis & Aldhelmi Epiſcopi Sciréburnenſis. Lond. 1693. * p. 692.
Jo Chriſtoph. Wolfii *Anecdota Græca.* Hamb. 1722. 8. ſeq. ſupra p. 783.
Laurentii Alex. Zaccagnii A. 1712. æt. 55. d. 26. Jan. Romæ æt. 55. defuncti *Collectanea monumentorum veterum* Eccleſiæ Græcæ & Lat. tomus 1. Rom 1598. 4. * p. 646.
Joachimi Zehneri Paraphraſes & Meditationes Patrum in Evangelia, verſibus ſcriptæ. Lipſiæ 1602. 8. * p. 724.

F I N I S.